Libravit domino preposito Auguste de et pro tribus modiis siliginis, que domino de Quarto condam dicto preposito debebat annuatim pro decima de Rins, et [IX] allocantur dumtaxat hic pro annis Domini MCCCLXXVI et LXX septimo, et eciam allocabuntur in computo sequenti pro anno Domini MCCCLXXVIII, per litteram domini, tenor cuius talis est:

"Amedeus, comes Sabaudie,⁵³ dilecto castellano nostro de Quarto salutem. Cum dominus Henricus, dominus condam de Quarto, dum viveret teneretur in tribus modiis siliginis ad mensem augusti pro annuali decima quam idem dominus Henricus condam percipiebat apud Rins pro domino preposito beate Marie Auguste, et ad ipsum prepositum pertinetur, et nos nunc in dictis tribus modiis siliginis prefato preposito restent et debeantur ad solvendum de tribus annis continuis, finiendis in festo beati Michaelis proxime venturo, tibi tenore presencium percipiendi mandamus quatenus dictam bladi quantitatem, que pro dictis tribus annis ascenderet in summa de novem modiis siliginis, prefato preposito pro nobis ex causa predicta deliberes atque solvas. Et nos ipsa novem modia siliginis que sic dicto preposito persolveris, habita ab eo cum presentibus littera de recepta, in tuo priore computo per magistros et receptores computerum nostrorum allocari, tenore presencium precipimus et mandamus. Datum Rippolis,⁵⁴ die vicesima mensis augusti, anno Domini MCCCLXXVIII^o, per dominum, presentibus dominis G.⁵⁵ Destres, consiliario Sabaudie, et Surleone de Mediis Barbis. Mermetus Rougeti".

Quam reddit una cum littera dicti prepositi, scilicet domini Anthonii de Billens, confessionis et recepte, data die penultima mensis augusti anno Domini MCCCLXXVIII, sub sigillo dicti prioris, signata per Johannem de Gontereto, et ulterius non allocentur nisi quantum dicta littera continet, donec habitis informacionibus ut supra

- VI modia siliginis

⁵² Lire *quartanas*.

⁵³ Amedée VI, le comte vert.

⁵⁴ Rivoli.

⁵⁵ Girardo.

Allocatur eidem pro Jaquimino Peronini deis Aleix de Effra pro anno Domini MCCCLXXVII que debet annuatim, una cum suis consortibus de quibus supra computat in recepta apud Effra, et que non exegit ab eodem, sed supra dimisit pro quadam pecia prati domini sita in pratis domini apud Ollees, movente de feudo dicti Jaquimini sub tanta annua quantitate redditus, prout retulit Johannes de Gontereto prius in computo recepisse quod super hoc instrumentum, et allocantur de mandato supradictorum magistrorum computorum, nec ulterius⁵⁶ allocetur donec habitis informacionibus ut supra
- IX eminalia siliginis

Libravit Petro Vuillermete de Aviso, parrochie Quarti, pro anno Domini MCCCLXXVII, que dictus dominus de Quarto condam dicto Petro debebit annuatim *pro quadam pecia prati sita in pratis domini apud Ollees*.⁵⁷ Et allocantur hac vice tantum, sed ulterius non allocentur⁵⁸ donec habitis informacionibus ut supra, et per litteram dicti Petri confessionis et recepte, datam die sexta septembris, anno Domini millesimo CCCLXXVIII, manu Johannis Gontereti signatam, quam reddit

- II sestaria siliginis

14

Rivus de Rins:

Libravit Francisco et Perrino de Avillie, fratribus, manutenere debentibus rivum vocatum de Rins ad eorum vitam pro tanto, et uno sestario vini infra in vino allocato per annum, et ipsi fratres debent habere dictam aquam ipsius rivi omni die dominica cum note⁵⁹ et ultra quando dominus de Quarto predictam aquam non implicaret per se vel alium. Ipsi fratres de dicta aqua capere possunt pro suis possessionibus adaquandis per modum contentum in instrumento facto super hoc per Aymonetum Palmer notarium quondam, sub anno Domini MCCCLIII, indicione VII, die XIII maii, quod exhibet et retinet ad reddendum eisdem fratribus, et solvit eis pro anno Domini MCCCLXXVII, et allocantur ut supra simul et per confessionem dictorum fratrum de recepta, datam die XII iulii, anno Domini MCCCLXXVIII per Johannem Gontereti signatam, quam reddit

- I modium siliginis

⁵⁶ Dans la marge gauche : *vide*.

⁵⁷ La phrase est ajoutée dans la marge droite avec un signe de renvoi.

⁵⁸ Dans la marge gauche : *vide*.

⁵⁹ Lire *nocte*.

Rivus Prepositi:⁶⁰

Libravit Aymonodo Champapont de Roysano, custodi rivi domini vocati de Preposito, a loco principii dicti rivi, vocato La Morina, usque ad locum vocatum de Valle Suana subtus Roysan, quasi per unam leucam,⁶¹ per quod spacium custodire debet dictum rivum pro tanto per annum in siligine, ultra seraceum, vinum et pecuniam inferius in suis tituli propter hoc allocatos. Et solvit pro anno Domini MCCCLXXVII et allocatur ut supra simul et per litteram domini, tenor cuius talis est:

"Amedeus, comes Sabaudie, dilectis magistris et receptoribus computorum nostrorum salutem. Mandamus vobis tenore presencium, quatenus salaria debita et data per dilectum Hugonem Garnerii alias Roda, castellanum nostrum de Quarto, Petro Morelli, Aymonodo Champapont pro custodia rivi nostri vocati dou Prevost, et dicto Vaniour de Rins, et Bernardo de Revoria, famulis dicti rivi per tempus quo vacaverunt in custodia et divisione aque dicti rivi, et de quibus idem noster castellanus per confessionem eorum informabit eisdem solvisse in dicti castellani priori computo, allocetis absque difficultate quacumque. Datum in Villa Nova nostra Chillionis, die sexta mensis octobris, anno Domini MCCCLXXVIII, sub signeto nostro, cancellario absente, per dominum, Aymonetus [X] Rougeti".

Quam reddit una cum littera confessionis et recepta dicti Aymonodi, data die prima septembris, anno Domini M^o CCCLXXVIII, manu Johannis Gontereti signata, quam reddit, nec allocetur⁶² ulterius donec habuerit et exhibuerit informaciones quod dominus ipsum rivum manutenere teneatur

- I modium siliginis

Libravit manu Johannis Godio, manderii Vallis Peline, pro pane dato multis hominibus domini, quorum numerum declarare nesciret, reparantibus et curantibus rivum Prepositi in locis necessariis post festum Pasche anno Domini MCCCLXXVIII ad roydum seu corvatam, ultra vinum et seraceum infra propter hoc allocatos, et ultra jornatas in dictis reparacione et curacione positas et domino debitas annuatim per gentes percipientes aquam in dicto rivo, et allocantur ut supra simul et per litteram confessionis dicti Johannis Godio, datam die quinta septembris, anno Domini millesimo CCCLXXVIII, manu Johannis Gontereti signa-

⁶⁰ Ru Prévôt.

⁶¹ Une lieue équivaut à 2250 mètres.

⁶² Dans la marge gauche : *vide*.

Hugues Garnier (1377-1378)

tam, quam reddit, nec ulterius allocentur donec informavit quod dominus habeat istud onus

- II modia, II sestaria, dimidiam quartanam siliginis

Rivus fratris Boudini.⁶³

Libravit manu Jaquimini de Canali de Dovia pro pane dato hominibus domini reparantibus in locis necessariis ad corvatam, ultra seraceum et vinum inferius in suis titulis propter hoc allocatos, quibus hominibus ut supra proxime, dum vacant ad predicta, victus administratur reparantibus scilicet et curantibus rivum vocatum fratris Boudini, tempore quadragesime⁶⁴ et post Pascham anno Domini MCCCLXXVIII, ultra alias jornatas debitas et implicatas ibidem per gentes aquam in dicto rivo capientes, et allocantur ut prius et per litteram confessionis dicti Jaquimini de Canali, datam die quinta septembris anno Domini millesimo CCCLXXVIII per Johannem Gontereti signatam, quam reddit, nec ulterius allocentur,⁶⁵ donec habitis informacionibus quod dominus habeat istud onus

- I modium siliginis

15

Alpis de Chavaleyry:

Libravit Petro de Pasquerio et eius consorti de Riegni, parrochie Quarti, tenentibus alpem de Chavaleyry, quibus dominus de Quarto condam annuatim solvere consuevit, quando solvunt, quatuor caseos debitos pro tenentibus dictam alpem quando vestitur, id est bestie ponuntur in eadem pro fructu fiendo, de quibus quatuor caseis dictus castellanus infra computat in eorum titulo in recepta, et allocantur eidem pro anno Domini MCCCLXXVII pro quatuor panibus, nec ulterius allocentur donec habitis informacionibus quod ad hec dominus teneatur

- IIII eminalia siliginis

Alpis de Seneveyr:

Libravit Johanni de Balma de Quarto et consortibus eius tenentibus alpem de Seneveir, que dictus dominus de Quarto condam annuatim solvebat eisdem consortibus quando dicta alpis vestitur, id est quando bestie mictuntur in eadem ad fructum faciendum, pro duobus caseis do-

⁶³ Ru Boudin.

⁶⁴ Carême.

⁶⁵ Dans la marge gauche : *vide*.

Anselmo Pession

mino debitis pro dicta alpe, de quibus infra in eorum titulo computat in recepta, et allocantur eidem pro anno Domini MCCCLXXVII pro duobus panibus, nec ulterius allocentur donec habitis informacionibus ut supra proxime - II eminalia siliginis

Prandia:

Libravit personis inferius specificè nominatis pro prandiis datis et debitis eisdem singulis annis in crastino nativitatis Domini dum solvunt servicia debita per easdem, prout retulit Johannes de Gontereto prius in computo, et quod dicte persone pro dictis prandiis capiunt prout infra particulariter declaratur, videlicet pro quolibet prandio dimidium panem, et fiunt de quolibet eminale unus panis seu de quolibet sestario viginti quatuor panes, ultra seraceos infra in eorum titulo propter hoc allocatos, et allocantur eidem pro festo beati Stephani crastino nativitatis Domini incipiendo currere anno Domini MCCCLXXVIII, nec ulterius allocetur donec informacione sicut prius habita quod ad hoc dominus teneatur, dicens idem Johannes de Gontereto quod si dicte persone non solverent dicta servicia debita per easdem eodem die vel alio die, si notificaretur eisdem, dictum prandium ipsa vice non deberetur.

Personæ vero et prandia que debentur secuntur in hunc modum:

Parrochia Vallis Peline, apud Oyaciam:

Primo Perrerus Bridon et eius consortes - II prandia. Petrus Marchiand et eius consortes - I prandium. Peronetus Breydi⁶⁶ et eius consortes - I prandium. Bonifacius filius condam Gonterii de Biona - I prandium. Franciscus filius condam Vuillermi dou Vivier - I prandium. Idem Franciscus et liberi Cabodi - I prandium. Raymondus dou Bagnierast, Johannes [XI] dou Bagnierast, Johannes Chamos et eorum consortes - I prandium. Perrinus Nicolini de Bionaz - I prandium. Johannes Ferrariz - I prandium. Johannes Maliet et eius fratres et eorum consortes - I prandium. Johannodus de Summo Ville et eius consortes - I prandium. Johannes Vuillermete - I prandium. Consortes dicti de Nuce - I prandium. Anthonius dou Bioley - I prandium. Mermodus de Oyacia et eius consortes - II prandia.

Apud Holomont:

⁶⁶ Brédy.

Hugues Garnier (1377-1378)

Nicoletus Biatricis pro se et communitate loci de Bi - I prandium. Johannodus Bal - I prandium. Colerius de Berio - I prandium. Johannes Corgnien - I prandium. Nicoletus de Pontibus et eius consortes - II prandia. Johannodus Grossi, liberi Johannis Grossi et eorum consortes - I prandium. Picodus de Frassinea et eius conosortes - I prandium. Nicodus de Crestono et eius consortes - I prandium. Peronetus de Chellion pro Frassinea - I prandium.

Apud Vallepellina:

Johannes Brocard - I prandium. Perrerius Fecton et Johannes eius frater - I prandium. Johannodus Charnin et eius consortes - II prandia. Amedeus de Toles et eius consortes - I prandium. Clemens et Franciscus Arenibez⁶⁷ fratres - I prandium. Jaquiminus Genero dou Glarey et Vioninus de Ponte - I prandium.

Parrochia Dovie:

Johannes Onder de Dovia - I prandium. Peronetus Chacho pro Jaquimino et Guidone de Croso - II prandia. Jaquiminus Bonete pro Villa - I prandium. Johannodus dou Coudrey et sonsortes sui - II prandia. Vuillermus Arbaneis et eius fratres - I prandium. Jaquiminus de Canali - I prandium. Johannodus de Alian et eius consortes - II prandia. Jaquemetus dictus Duc - I prandium. Petrus Bosonis - I prandium. Jaquemetus Cleva - I prandium. Bonifacius Bonerii - I prandium.

16

Parrochia Sancti Christofori:

Liberi Raymondi de Parlea et eorum consortes - I prandium. Tenentes hospicium Uldrici de Pissina - I prandium. Johannes Vuillermeti de Veyny et Jaquiminus eius frater - II prandia. Petrus de Frassinea et eius consortes - I prandium. Petrus et Johannes Gilios de Bagneres, fratres - I prandium. Perrodus de Veyni - I prandium. Parvus Aymonetus de Superlege - I prandium.

Parrochia Quarti, ibidem:

Eusthachius de Balma et consortes sui - I prandium.

Apud Crestella et Morgona:

⁶⁷ Ailleurs: *Arenibel*.

Anselmo Pession

Eymonodus deys Raspallies et nepotes sui - I prandium. Johannodus Genseon et consortes sui - I prandium. Liberi condam Jaquimini de Fonte de Morgona - I prandium. Liberi Boni Hominis de Morgona - I prandium. Dicti les Alexandres de Morgona - I prandium. Johannes Alesone de Crestalla - II prandia. Andreas de Crestalla - I prandium. Petrus Bisochon et Adam eius frater - I prandium.

Apud ultra Crista de Puvyl:

Johannodus, gener Vullienci Charles de Arnyo - I prandium. Johannes Poneir de Arnyo - II prandia. Liberi Petri de Arnio et eorum consortes - II prandia. Johannes Martini de Arnio - I prandium.

Apud Villa supra Nuns:

Petrus Pomat et Vuillermus de Porlio - II prandia.

Apud Effra:

Jaquiminus Peronini de Ales et consortes sui - II prandia. Johannes et Jaquemeto de Choczto fratres - I prandium. Johannodus de Furno et consortes sui - II prandia. Jaquiminus Regis de Effra - I prandium. Liberi Martini de Junello - I prandium. Johannodus de Olignian - I prandium. Vuillermetus Filiestro et eius nepos - II partes unius prandii.

Ab Arlo superius:

Martinus Raymondi, Johannes Vuillermi Amiceis - I prandium. Liberi Truchodi de Pasquerio - I prandium. Johannes de Veyri et eius consortes - I prandium. Petrus de Pasquerio - II prandia. Johannes Curt de Yssoloigni - I prandium. Jacodus de Yssoloigni - I prandium.

Que sunt in summa quater viginti tresdecim prandia et II^{as} partes unius prandii, valentia, computato quolibet prandio dimidio pane seu dimidio eminali,

- I sestarium, I eminam, I quartanam, IIII eminalia et tercius unius eminalis siliginis.

Libravit Gotofredo Vagnieur, famulo et custodi grangie domini vocate de Rins, que sibi debebantur pro remanencia duorum modiorum siliginis que dantur annuatim eidem ultra seraceum, vinum et pecuniam, pro custodia dicte grangie et regimine possessionis dicti loci. Et allocantur eidem per litteram domini superius insertam, pro uno anno finito in festo beati Martini anno Domini MCCCLXXVII, et per litteram confessionis et recepte dicti Gotofredi, datam [XII] die prima mensis septem-

bris anno Domini MCCCLXXVIII, manu Johannis Gontereti signatam, quam reddit - IIII sestaria siliginis

Libravit Bernardo de Segnins, famulo et custodi grangie vocate de Rovoeria, quod ei debebantur pro remanencia duorum modiorum siliginis, ultra seraceum, vinum et pecuniam eidem datos pro custodia grangie et regimine possessionis dicti loci de Rovoeria unius anni finiti in festo Purificacionis beate Marie anno Domini MCCCLXXVIII. Et allocantur eidem per litteram domini superius insertam et de mandato quo supra simul et per litteram confessionis et recepte dicti Bernardi, datam die prima decembris anno Domini MCCCLXXVIII, manu Johannis Gontereti signatam, quam reddit - I modium siliginis

Opera vinearum anni LXXVIII:

Libravit ad expensas Peronodi de Morguna,⁶⁸ famuli et rectoris vinearum domini vocatarum de Costanci, de Supra Villam Francham et de Crista, factas per eundem ponendo operarios in dictis vineis et ordinando, in anno Domini millesimo CCCLXXVIII, ultra seraceum, vinum et pecuniam inferius in suis titulis allocatos. Et allocantur ut supra simul et per litteram confessionis dicti Peronodi, datam die VI septembris anno Domini MCCCLXXVIII, manu Johannis Gontereti signatam, quam reddit - VII sestaria siliginis

Libravit in pane dato hominibus domini ad corvatam seu roedum⁶⁹ putantibus palos et perticas, coligentibus, portantibus, plantantibus et ligantibus, fimos portantibus et implicantibus, fodentibus, ebrotantibus, adaquantibus et sarclantibus vineas domini supra proxime dictas, et alia necessaria facientibus in eisdem usque ad vindemias exclusive, de quibus in sequenti computo computabit, ultra seraceum, nuces, et vinum inferius in suis titulis allocatos. Et nescit aliter numerum operariorum declarare,⁷⁰ sed ex nunc ipsum declaret et qualiter librantur, quamvis Johannes de Gontereto presens in computo dixerit quod cuilibet operario dantur per diem quinque quarterii panis siliginis, quorum quatuor faciunt eminale, ultra seraceum, vinum et nuces inferius in suis titulis allocatos. Et allocantur ut supra - III modia siliginis

Libravit in pane dato hominibus domini qui vineas domini vocatas de Rins ad roedum seu corvatam coluerunt in anno Domini MCCC

⁶⁸ Lire *Morgona*.

⁶⁹ Lire *roydam*.

⁷⁰ Dans la marge gauche : *vide*.

LXXVIII, usque ad vindemias exclusive, de quibus in sequenti computo computabitur, et librantur et allocantur sicut supra proxime declaratur, et ex nunc⁷¹ declaret numerum operariorum - II sestaria siliginis

17

Opera pratorum anni LXXVIII:

Libravit sex manuoperariis ponentibus in metis seu muellis ad corvatam, pro victu tantum, fena pratorum domini de Ollees, quod fenum cultores pratorum reddere debent in parvis muellis ut inferius in feno declaratur, vacantibus ad idem quasi per unam diem, capientibus quolibet per diem quinque quarterios panis ut prius, ultra seraceum et vinum inferius in suis titulis allocatos, et allocantur ut supra

- I quartanam, I eminale et dimidium siliginis

Libravit Anthonio, asinario, colligenti fenum decime pratorum de Stagno et fenum herbagiorum in anno Domini MCCCLXXVIII, de quo feno inferius computat in receptis, ultra seraceum. vinum et pecunias inferius in suis titulis allocatos, vacanti duodecim diebus ad idem capienti, et allocantur ut supra

- I eminam, III eminalia siliginis

Libravit in pane dato hominibus qui prata domini de Rins secaverunt, fenaverunt et in grangia posuerunt in anno Domini MCCCXXVIII, ad corvatam pro victu tantum, capiente pro die quolibet secatorum unum panem cum dimidio, quolibet alio operario quinque quarterios panis, ultra seraceum et vinum infra in suis titulis allocatos, et allocatur ut prius et alias⁷² numerum operariorum declaret

- I modium, I eminam siliginis

Libravit per manum Theobaldi de Crista pro adaquatura, secatura et collectura feni prati de Luniczan, continentis circa unam sestariatam cum dimidia, in anno Domini MCCCLXXVIII, pro tanto in tachiam omnibus computatis

- I sestarium, I quartanam siliginis

Libravit in pane dato hominibus secantibus, fenantibus et reponentibus recorsum prati domini de Rins ad corvatam anno Domini MCCCLXXVIII, ultra seraceum et vinum capientibus, et allocantur ut supra

- IIII sestaria siliginis

Libravit per manum supradicti Vaignour in pane dato operariis qui frumentum domini de Rins, de quo supra computat in receptis anno Domini MCCCLXXVIII ad corvatam, adequaverunt et colegerunt cam-

⁷¹ Dans la marge gauche : *vide*.

⁷² Dans la marge gauche : *vide*.

Hugues Garnier (1377-1378)

pum, et allocantur ut supra, ultra seraceum et vinum inferius allocatos in
suis titulis - IIII sestaria siliginis

Mons de Durand:

Libravit Johanni Charles et eius socio, custodibus bestiarum qui mic-
tuntur in monte de Durand in anno Domini MCCCLXXVIII, de cuius
montis firma seu pasqueragium dictarum bestiarum inferius in firmis
pecunie computat in receptis, ultra pecunias allocatas et per litteram in-
ferius in pecunie librata redditam - VII sestaria siliginis

Libravit duodecim hominibus bornellos castri domini de Quarto re-
parantibus in [XIII] anno Domini MCCCLXXVIII, qui per unam diem
ultra seraceum et vinum ...⁷³ - I eminam, III eminalia siliginis

Libravit hominibus qui novem quarterios et novem cornua de boc
esteint,⁷⁴ de quibus infra computat in receptis in titulis de venatoribus,
apportaverunt et quibus hominibus apportantibus dari debet dimidius
panis pro uno quarterio et uno cornu, prout retulit Johannes de Gontere-
to prius in computo, et allocantur ut supra sed ulterius non allocentur
donec habitis informacionibus quod ad hec dominus teneatur,
- IIII eminalia et dimidium siliginis

Summa librate:

- XXIII modia, I sestarium, I quartana, III eminalia et dimidium et
tercium unius eminalis siliginis

Et sic debet:

- II^C LIII modia, I sestarium, eminam, I quartanam, II eminalia et
sextum unius eminalis siliginis

Venduntur in fine computi.

Avena:

Parrochia Sancti Christofori:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu
per annum circa festum beati Michaelis, anno Domini millesimo
CCCLXX septimo ab Anthonio Sulpicii de Ponte, parrochie Sancti
Christofori - I modium avene

⁷³ La phrase est incomplète.

⁷⁴ *Boc esteint* ou *estaing* = bouquetin.

Anselmo Pession

Forisseca:

Recepit que reperta fuerunt in granerio de Cirisey per modum declaratum superius in recepta frumenti forissece - III modia avene

Summa, computatis mensuris ut supra in frumento et inclusa forisseca - IIII modia avene

Venduntur in fine computi.

18

Ordeum:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu per annum circa festum beati Michaelis anno Domini MCCCLXXVII, a personis in parrochiis, locis et villagiis inferius declaratis, subscriptas particulariter quantitates et summas.

Parrochia de Valle Pellina, apud Oyaciam:

Et primo recepit a Raymondo et Johanne Vieillant de Oyacia
- dimidiam quartanam ordei

Apud Vallem Pellinam:

Recepit a Jaquimino dou Glarei et Vionino Pontellion, pro eodem
- I sestarium ordei

Parrochia Dovie, ibidem:

Recepit a Petro Bosonis de Dovia, pro eodem - III eminas ordei
Recepit a Johannodo dou Coudrey de Dovia et consortibus suis, pro eodem
- III sestaria, I quartanam ordei

Parrochia Sancti Christofori, ibidem:

Recepit a Michele de Parlea et consortibus suis, pro eodem
- III eminalia ordei

Parrochia Quarti, ibidem:

Recepit a Gasparde de Crestella et Johanne Stephanini de Crestella, pro eodem
- I eminam, IIII eminalia ordei

Apud Crestellam:

Recepit ab Andrea de Crestella et Petro Bisochon, pro eodem
- III quartanas, IIII eminalia ordei

Hugues Garnier (1377-1378)

Apud ultra Cristam de Puvil:

Recepit a Vuillenco Charles de Arnio, pro eodem
- I emnam, III eminalia orde
Recepit a liberis Petri de Arnyo de ultra Cristam, pro eodem
- III eminalia orde

Apud Aviso et Poroczan:

Recepit ab Aymonodo Parisodi et suis consortibus, pro eodem
- II eminalia orde

Parrochia Sancti Bartholomei, apud Lignian:

Recepit a Berthodo Mugnerii de Lignian et consortibus suis de et pro
marescalcia per annum debita per eosdem in festo beati Michaelis, anno
Domini MCCCLXXVII, cuius marescalcie⁷⁵ modum declaret in compu-
to sequenti cum de presenti declarare nesciat qualiter percipitur et leva-
tur
- I sestarium orde

Parrochia Sancti Eugendi, ibidem:

Recepit ab Aymone Melerii de redditu per annum eodem termino
- I sestarium orde

Parrochia Sancti Remigii, apud Cirisei:

Recepit ab Alexandro Grivelli de Cirisei, pro eodem
- III sestaria orde
Recepit a Johanne dicto Loyon de Cirisei, pro eodem
- III eminas orde
Recepit a Jaquimino de Cirisei, pro eodem
- III sestaria orde
Recepit ab Aymoneto Bergerii de Cirisei, pro eodem
- IIII sestaria, emnam orde

Summa, computatis sex eminalibus pro una quartana, duabus quarta-
nis pro una emina, duabus eminis pro uno sestario et sex sestariis pro
uno modio, sicut superius in frumento:

- III modia, IIII sestaria, I quartana, III eminalia orde
Venduntur in fine computi.⁷⁶

19

⁷⁵ Dans la marge gauche : *vide*.

⁷⁶ Dans la marge gauche : *vide dorsum*.

Anselmo Pession

Nuces:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu per annum circa festum beati Michaelis anno Domini MCCCLXXVII a personis et in locis subscriptis, quantitates particulariter et summas infrascriptas.

Parrochia de Valle Pellina, ibidem:

Et primo recepit a Francisco Enfantes de Valle Pellina

- II sestaria nucum

Parrochia de Roisan:

Recepit a Peroneto de Villa, Raynardo de Villa, Petro Domengii et consortibus suis, pro eodem

- I sestarium nucum

Parrochia Quarti, ibidem:

Recepit a Johanne Perole pro feudo de Solivieri, pro eodem

- IIII sestaria nucum

Recepit a Vuillermeto et Johanne, filiis Bartholomei Mugnerii de Castro, et Petro, nepote ipsius Bartholomei, pro eodem

- II sestaria nucum

De exitu fructuum nucum arborum domini quas habet apud Quartum et Rins, seu de nucibus ipsorum nucum arborum domini, nichil computat pro anno Domini MCCCLXXVII in recepta quia, licet succusse⁷⁷ fuerint et reposite forent in turri⁷⁸ castri de Quarto, combuste fuerunt incendio quod fuit in dicta turri, de quo mencio fit inferius in librata. De exitu nucum seu de fructibus nucum arborum predictarum, nichil computat pro anno Domini MCCCLXXVIII quia nundum succusse fuerunt, sed de ipsis in computo sequenti computare debet.

Summa, computatis mensuris ut supra in ordeo: - IX sestaria nucum

De quibus libravit in et pro cultura vinearum domini superius in librata siliginis declaratarum, facta tempore quadragesime, anno Domini MCCCLXXVIII, que date fuerunt et librate hominibus dictas vineas colentibus ad corvatam pro victo tantum, et datur cuilibet per diem tempore quadragesime, ultra panem de quo supra et vinum de quo infra in suis

⁷⁷ Secouées.

⁷⁸ Lire *turre*.

titulis computat in libratis, una ambostata⁷⁹ nucum, [XIIII] prout retulit Johannes de Gontereto prius in computo, et nescit aliter declarare⁸⁰ numerum operariorum sed ipsum ex nunc in antea declarat. Et allocantur de mandato domini Aymonis de Challant, Andree Bellatruchy et Anthonii Barberii, magistrorum computorum domini, facto sicut superius in librata siliginis declaratur - I modium nucum

Libravit que date fuerunt hominibus qui vineas domini vocatas de Ryns coluerunt tempore quadragesime anno Domini MCCCLXXVIII, ultra panem seu siliginem superius et vinum inferius in singulis titulis suis allocatos, et librantur ac allocantur, et numerum operariorum exprimat,⁸¹ sicut supra proxime declaratur - I sestarium nucum

Casei:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu per annum circa festum beati Michaelis, anno Domini millesimo CCC LXXVII, a personis inferius specificis declaratis, subscriptas quantitates et summas.

Parrochia de Valle Pellina, apud Oyaciam:

Et primo recepit ab Amedeo de Chansibor - XXV libras casei

Recepit a Mermodo de Oyacia et consortibus suis, pro eodem

- XII libras et dimidiam casei

Recepit a Georgio Theotonico, Jacobo Veillion et liberis condam Anthonii Alamandi, pro eodem - III quintalia casei

Recepit a Thobaldo de Tholes de Vallepellina, Michelodo Bridon de Oyacia, Perrerio Fecton de Vallepellina et consortibus eorum pro alpe Nova, pro eodem - IIII quintalia casei

Apud Olomont:

Recepit a Johanne et Johannodo Rosseti de Holomont et consortibus suis pro alpe de By, pro eodem - VII quintalia et dimidium casei

Apud Vallempellinam:

Recepit a Johannodo Chalvini de Tholes de Vallepellina et Jaquemeto nepote suo, pro eodem - XXV libras casei

⁷⁹ Quantité correspondant au contenu des deux mains à coupe.

⁸⁰ Dans la marge gauche : *vide*.

⁸¹ Dans la marge gauche : *vide*.

Anselmo Pession

Parrochia Quarti et apud Morgona:

Recepit a liberis condam Jaquemeti Columbe de Quarto et Jaquemeto Corna de Morgona et consortibus eorum, pro alpe de Seneveyr pro duobus caseis - XIII libras casei

Apud alpem Riegny:

Recepit a Petro de Pasquerio et consortibus suis pro alpe de Chavalayry, pro quatuor caseis domino debitis per anno quando vestitur, id est quando bestie ponuntur in eadem pro fructu faciendo, et quando dicti quatuor casei solvuntur debet dare solventibus pro quolibet caseo unus panis valoris unius emine siliginis, prout retulit Johannes de Gontereto, clericus domini de Quarto condam et per dominum ordinatus commissarius ad estentorum receptionem dicti loci, prius in computo. Et simili modo solvuntur duo panes pro duobus caseis prout sibi debitis pro alpe de Senevere, per relacionem dicti Johannis de Gontereto - XXX libras casei

Summa:

- XV quintalia, LXI libre et dimidia casei ad pondum Auguste.

De quibus deducuntur eidem quos, licet de ipsis supra computet in recepta, non habuit nec recepit eosdem nec exigere potuit eo quod, prout dicit, iam exacti fuerant a debitoribus eorum habilioribus ad solvendum tam ante mortem dicti domini de Quarto condam dum maneret in infirmitate de qua decessit mense iulii anno Domini millesimo CCC LXXVII, quam post. Et qui computi et expense fuerunt tam per dominam Pantisaleam,⁸² relictam supradicti domini Henrici domini de Quarto condam, quam <per> gentes, familiares et servitores eorundem et liberos ipsorum, tam in expensis ordinariis castri, quam in operibus vindemiarum anno Domini MCCCLXXVII, et aliorum operum dicti castri quam eiam circa cohopenuram et alia domificia facta per ipsam dominam Pantisaleam in turri et pluribus aliis partibus domus de Rins. Item et in comuniis factis apud Sanctum Ursum Auguste die obitus dicti domini de Quarto, die septimo et die trigesimo sequentibus, ex ordinacione et de mandato dicte domine, et alias quamdiu supradicta domina cum suis filiabus stetit in castro Quarti, scelicet a die obitus dicti domini

⁸² Lire *Pentesileam*.

Quarti declarato superius in principio, usque ad diem festi Simonis et Jude anno predicto MCCCLXXVII vel circa, et a dicto die festi Simonis et Jude usque ad festum Epiphanie sequentis anni MCCCLXXVIII, tam per ipsam dominam, filias, domicellas et familiares quam alios servitores earum in domo Aymoneti Palmerii, sita subtus castrum Quarti, ubi per dictum tempus steterunt. Et allocantur de mandato domini Aymonis de Chalant, Andree Bellatruchy et Anthonii Barberii, magistrorum computorum domini, facto per eodem ut supra in librata siliginis

- VIII quintalia, I quarteronum casei

Summa librate: - VIII quintalia, I quarteronus casei

Et sic debet: - VII quintalia, XXXI libras et dimidiam casei

Venduntur in fine computi.

20

[XV]

Seracei:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu per annum circa festum beati Michaelis, anno Domini millesimo tricentesimo LXXVII, a personis et in locis ac parrochiis infrascriptis, particulas eciam infrascriptas.

Parrochia Vallis Peline, apud Oyaciam:

Et primo recepit a Johanne de Ferreria de Oyacia - I seraceum

Recepit a Vuillermeto dou Pertuis, Jacobo dou Pertuis, Nicolin dou Pertuis et consortibus suis, pro eodem - II seraceos

Recepit a Johanne Emerici dou Bagneyrast et Hugone Bridon, pro eodem - X seraceos

Recepit a Raymondo et Johanne Vielians de Oyacia, pro eodem - I seraceum

Recepit ab Anthonio dou Bioley, pro eodem - I seraceum

Recepit ab Ansermino Chavalery pro feudo de Ferreria, pro eodem - I seraceum

Recepit a filio Bonifacii de La Cula, pro eodem - I seraceum

Recepit a Michelodo Bridon pro novali dou Pupunier, pro eodem - I seraceum

Recepit a Vincencio Vorpo de Oyacia, pro eodem - I seraceum

Recepit a Mermodo de Oyacia et consortibus suis, pro eodem - II seraceos

Anselmo Pession

Recepit a priore Sancti Benigni Angustensis pro pasqueragio seu al-
pagio montis des Goillaz in valle de Oyacia, pro eodem - I seraceum
Recepit a Petro de Canalibus, Johanne et Jaquemeto fratribus suis de
Oyacia, pro eodem - I seraceum

Apud Olomont:

Recepit a Colerio de Berio de Olomont, pro eodem - I seraceum
Recepit a Theobaldo Rosseti de Olomont, pro eodem - I seraceum
Recepit a Petro Rosseti⁸³ et fratribus suis et nepote eorundem, filia
Francisci Rosseti condam, pro eodem - I seraceum
Recepit a Johanne Corgneyn de Olomont, pro eodem
- dimidium seraceum
Recepit a Johanne de Glacier, Johannodo dou Vysei et Nycoletto de
Pontibus, pro eodem - I seraceum
Recepit a predictis Johanne, Johannodo et Nycoletto, pro eodem
- II seraceos
Recepit a Johannodo Gadot de Olomont, Jaquemetus de Voce de
Olomont et Nycoletto de Voce, pro eodem - I seraceum
Recepit a Johannodo de Voce et predictis Johannodo Gadot, Jaque-
meto de Voce et Nycoletto de Voce, pro eodem - II seraceos
Recepit a predicto Johannodo de Voce, Perrerio de Voce et Jaqueme-
ta, filia Villodi de Voce, pro eodem - I seraceum
Recepit a Clemente de Cristono, pro eodem - I seraceum
Recepit a Johannodo Balli⁸⁴ de Olomont, pro eodem
- dimidium seraceum
Recepit a Jaquemeto Biatricis de Olomont et consortibus suis, pro
eodem - I seraceum
Recepit a Bonifacio Boneti de Olomont et Blanchodo de Voce, pro
eodem - I seraceum
Recepit a Jaquemeto de Cristono de Olomont et consortibus suis, pro
eodem - III seraceos

Apud Vallem Pellinam:

Recepit a Girodo de Valle, de Valle Pellina, et Anthonia, filia con-
dam Murisodi de Baygnyes, pro eodem - III seraceos

⁸³ Dans la marge gauche : *vide infra in denarii censu apud Olomont iniunctionem in dorsum.*

⁸⁴ Bal.

Hugues Garnier (1377-1378)

Receptit a Clemente et Francisco Arenibez de Valle Pellina, pro eodem - dimidium seraceum

Receptit a Jaquemeto de Cleva de Valle Pellina, pro eodem
- I seraceum

Receptit a Johanne Gailliardi de Valle Pellina et consortibus suis, pro eodem - I seraceum

Receptit a Vuillermo de Prato, Perrerio de Prato de Valle Pellina et liberis Perrini dou Glarey, pro eodem - I seraceum

Receptit a Francisco et Jaquemeto Enfantès, pro eodem - V seraceos
Parrochia Dovie, ibidem:

Receptit a Petro Bosonis de Dovia, pro eodem - dimidium seraceum
Receptit a Johannodo dou Coudrey et consortibus suis, pro eodem

- I seraceum
Receptit a Johanne et Johannodo Suardi de Dovia, fratribus, pro eodem - terciam partem unius seracei

Receptit a Johannodo de Alian, Petro Stephani de Alian et consortibus suis, pro eodem - VII seraceos

Receptit ab eisdem Johannodo, Petro et consortibus ipsorum, pro eodem - I seraceum

[XVI] Receptit a Jaquemeto de Cleva de Dovia, pro eodem
- I seraceum

Receptit a Jaquimino de Croso de Dovia, pro eodem
- I seraceum et sextum unius seracei

Receptit a Martino et Perrerio Guidonis de Dovia, pro eodem
- dimidium seraceum

Receptit a Peroneto Chacho de Dovia et consortibus suis, pro eodem
- I seraceum

Receptit a Johanne de Crista de Dovia, pro eodem
- dimidium seraceum

Apud Daillon:

Receptit a Stephaneto de Daillon, pro eodem
- IIII seraceos et dimidium

Receptit a Jaquimino Rubinii de Daillon, pro eodem
- IIII seraceos et dimidium

21

Parrochia de Roisano, ibidem:

Receptit ab Aymonodo Champapon de Roisano, pro eodem
- dimidium seraceum

Anselmo Pession

- Recepit a Peroneto de Villa de Roysano, Reynardo de Villa, Petro Domengii, Jaquimino Percunur et dicta La Burlata de Roysano, pro eodem - dimidium seraceum
- Recepit a dicto Jaquimino Percunur, Petro Domengii et La Burlata, pro eodem - dimidium seraceum
- Recepit a Johannodo de Chomel de Roysano, pro eodem - tercium unius seracei
- Recepit a Girardo Piteti de Roisano et suis consortibus, pro eodem - terciam partem unius seracei
- Recepit a Johanne Matafan de Roysano, pro eodem - quartam partem unius seracei
- Recepit a Jaquemeta Chapuisi, uxore dicti Johannis, pro eodem - terciam partem unius seracei
- Recepit a Johanne Lombardet de Roisan et consortibus suis, pro eodem - quartam partem unius seracei
- Recepit a Johanne dicto Montjou de Roisano et consortibus eius, pro eodem - dimidium seraceum
- Recepit a Morello de Rivo de Roisano, pro eodem - terciam partem unius seracei
- Recepit a Jacobo Morelli et Guigona de Campis de Roisano, pro eodem - terciam partem unius seracei
- Recepit a Laurenceto de Chanvillar et consortibus eius de Roisano, pro eodem - quartam partem unius seracei
- Recepit a Jaquemeto Saller de Roisano et consortibus suis, pro eodem - duas partes unius seracei

Apud Blavi:

- Recepit a Petro Pupuni de Blavi et consortibus eius, pro eodem - I seraceum
- Recepit ab eisdem Petro Pupuni et consortibus suis aliunde, pro eodem - III seraceos et sextum unius seracei
- Recepit a Johanne Brunodi de Blavi et Johanne dicto Bionat, pro eodem - terciam partem unius seracei
- Recepit a dicto Johanne Bionat et consortibus suis, pro eodem - sextam partem unius seracei
- Recepit a Vuillermo Brunerii de Meisata pro dictis Les Mugniers de Blavi, pro eodem - terciam partem unius seracei

Parrochia Sancti Christofori, ibidem apud Segnins:

Hugues Garnier (1377-1378)

Recepit ab hominibus et communitate de Segnins pro Signentia⁸⁵ per annum eisdem anno et termino, scilicet pro eo quod antiquitus cum domini de Quarto mittebant bestias suas ad alpes, illi de Segnins mittebant et mittere tenebantur bestias eorum ad easdem alpes, sequendo bestias dominorum et non ad aliter, super et de quibus faciunt pro tanto, quicquid per annum prout dicit, et de quibus⁸⁶ plene doceat in computo sequenti
- II seraceos

*Parrochia Quarti, apud Vignuel:*⁸⁷

Recepit a Valletto de Vignuel, Petro Brunerii de Vignuel et consortibus suis de reddito per annum eisdem anno et termino - I seraceum
Recepit a supradictis Valletto de Vignuel, Petro Brunerii de Vignuel et consortibus suis ac Aymoneto Nerni de Villa supra Nuns, pro eodem
- I seraceum

Apud Effra:

Recepit a Johanne Mugnerio de Effra, Johanne Gonberti de Effra, Johannodo de Furno et consortibus suis pro alpe de Fontin, pro eodem
- I seraceum

Parrochia Sancti Remigii, ibidem:

Recepit a Jaquemeto de La Froa, Jaquemeto Bonerii de Gorra, alias dicto Goliard, et consortibus suis, pro eodem - I seraceum

Apud Cirisey:

Recepit ab Alexandro Grivelli de Cirisey, pro eodem - II seraceos

Parrochia Moriacii, ibidem:

Recepit a Dominico Reynerii de Avisio, domicello, pro eodem
- I seraceum

Summa: - III^{XX} XV seracei

22

De quibus libavit qui deducuntur eidem quoniam, licet de ipsis supra computet in recepta, non recepit nec exigere potuit eosdem, cum jam

⁸⁵ Lecture douteuse.

⁸⁶ Dans la marge gauche : *vide*.

⁸⁷ Jusqu'ici on a trouvé: *Vignuel*.

exacti forent consumpti et expensi per gentes, tempora, causis, modis et occasionibus superius in librata casei specificè declaratis. Et allocantur de mandato domini Aymonis de Chalant, Andree Bellatruchy et Anthonii Barberii, magistrorum computorum domini, facto per eosdem presente die et per modum superius in librata siliginis descriptum

- XXVIII seraceos

Libravit Aymonodo Champapont de Roesan, custodi rivi domini vocati de Preposito pro tanto per annum in seraceis, ultra siliginem de qua supra, vinum et pecunias de [XVII] quibus infra in suis titulis computat in libratis, et allocantur eidem pro anno Domini MCCCLXXVII, de mandato et per litteras superius in librata siliginis redditas et factas

- II seraceos et dimidium

Libravit manu Johannis Godio, manderii Vallis Peline, qui dati et librati multis hominibus domini reparantibus et curantibus rivum Prepositi in locis necessariis, post festum Pasche MCCCLXXVIII, ad corvatam seu roedum per modum superius in librata siliginis declaratum, ultra siliginem de qua supra et vinum de quo infra computat in libratis, et allocantur ut supra in siligine. Et fuerunt in quolibet seraceo,⁸⁸ ante carnisprivium, duodecim ruze seu partes, et, post Pascham, decem, et omni tempore de qualibet ruza librantur sex manuoperariis secatoribus vero pratorum, datur singulis quatuor una ruza, et illis quibus ut supra in siligine prandium datur singulis octo una ruza, prout retulit Johannes de Gontereto prius in computo, et allocantur ut supra in siligine

- II seraceos et dimidium

Libravit manu Jaquimini de Canali qui datus fuit et libratus manuoperariis reparantibus rivum fratris Boudini, post Pascham MCCC LXXVIII, ultra siliginem de qua supra et vinum de quo infra computat in libratis, et librantur ut prius et allocantur ut supra in siligine

- I seraceum

Libravit illis quibus, solventibus servicia, prandia dantur, nominatis et per modum superius signatis in siligine declaratis, et datur singulis octo pro prandio una riga et fuit in seracio XII ruze cum sit ante carnisprivium, scilicet in crastinum nativitatis Domini incipiendo currere MCCCLXXVIII, et allocantur pro III^{XX} XIII prandiis et duabus partibus unius prandii debitis ut supra in siligine

- XI ruzas et dimidiam, octavum et duas partes unius ruze seraceorum, quorum XII ruze valoris est.

⁸⁸ Dans la marge gauche : *Modus librandi seraceos.*

Hugues Garnier (1377-1378)

Libravit Gothofredo dicto Vagnyour, custodi grangie de Ryns pro sua pensione unius anni finiti in festo beati Martini anno Domini MCCCLXXVII, ultra siliginem superius, vinum et pecunias inferius in suis titulis allocatos, et allocantur per litteram domini et alias ut supra in librata siliginis - II seraceos et dimidium

Libravit Bernardo de Segnyns, custodi grangie domini de Rovoeria, pro sue pensionis remanencia unius anni finiti in festo Purificacionis beate Marie MCCCLXXVIII, ultra siliginem, et allocatur ut supra proxime - I seraceum

Libravit Peronodo de Morgona, rectori vinearum, pro sua pensione anni MCCCLXXVIII, ultra siliginem superius, vinum et pecuniam inferius allocatos, et allocantur ut supra in siligine

- II seraceos et tercium unius seracei

Libravit qui datus fuit per dictum tempus, usque ad vindemias exclusive, operariis qui recolerunt vineas quas custodit idem Peronodus, ultra siliginem et nuces superius et vinum inferius allocatos, et allocatur ut supra in siligine - I seraceum

Libravit que simili modo date fuerunt operariis qui coluerunt vineas de Ryns, ultra siliginem et nuces superius et vinum inferius allocatos, et allocantur ut prius - III ruzes seracei ad X partes seracei

Libravit que data sunt sex hominibus ponentibus in metis seu muellis fena pratorum domini de Ollees, ultra siliginem superius et vinum inferius allocatos, in anno Domini MCCCLXXVIII, et allocantur ut supra in siligine - I ruzam seracei ad idem

Libravit Anthonio, asinario, colligenti fenum decime pratorum de Stagno et fenum herbagiorum in anno Domini MCCCLXXVIII, de quo feno inferius computat in recepta, ultra siliginem superius, vinum et pecuniam inferius in suis titulis allocatos, vacanti XII diebus ad idem, et allocantur ut supra in siligine - II ruzes seracei ad idem

Libravit qui dati et ministrati fuerunt secatoribus et manuoperariis qui fena et recorsa pratorum domini de Ryns secaverunt, fenaverunt et in grangia posuerunt anno Domini MCCCLXXVIII, ultra siliginem superius et vinum inferius allocatos in suis titulis, et allocantur ut supra in siligine - III seraceos cum dimidio

Libravit qui dati et ministrati fuerunt manu dicti Vagnyour operariis qui frumentum domini de Ryns adaquaverunt et collegerunt anno Domini MCCCLXXVIII, de quo supra computat in recepta, ultra siliginem superius et inferius vinum in suis titulis allocatos, et allocantur ut supra in siligine - II seraceos

Anselmo Pession

Libravit XII hominibus bornellos castri domini de Quarto reparantibus in anno Domini millesimo CCCLXXVIII post Pascam, vacantibus ad idem per unam diem, ultra siliginem superius et vinum inferius allocatos in suis titulis in libratis, et allocantur ut supra in siligine
- II ruzes seracei ad XII partes seracei

Summa librate:

- XLIX seraceos, I ruza, octavus et due partes octavi unius ruze seracei

Et sic debet:

- XLVI seraceos

Venduntur in fine computi.

Et sibi debentur:

- I ruza, octavus et due partes octavi unius ruze seracei ad XII partes seracei.

Allocantur eidem in computo sequenti.

23

[XVIII]

Butiri:

Parrochia Vallis Peline, apud Oyaciam:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu per annum in festo beati Michaeli, anno Domini MCCCLXXVII, videlicet a Georgio Alamandi, Jacobo Bellionis et liberis Jacobi Alamandi, habitatoribus vallis Oyacie
- XXX libras butiri

Summa:

- XXX libre butiri

Venduntur in fine computi.

Sinapium:⁸⁹

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu per annum in festo beati Michaeli, anno Domini MCCCLXXVII.

Parrochia Dovie, ibidem:

Et primo recepit a Petro Bosonis de Dovia

- dimidium eminale sinapii

⁸⁹ *Sinape, is* (n.) ou *sinapis, is* (f).

Hugues Garnier (1377-1378)

Recepit a Johannodo dou Coudrey et consortibus suis de Dovia, pro
eodem - I eminale sinapii
Recepit a Johanne de Crista de Dovia, pro eodem
- dimidium eminale sinapii

Parrochia de Roisano, ibidem:

Recepit a Johanne Matafan et Jaquemeta Chapuisi, uxore sua, pro
eodem - I quartanam sinapii

Parrochia de Stipulis, ibidem:

Recepit a Nicoletto de Vacheyri, pro eodem - I quartanam sinapii

Summa, computatis mensuris ut supra in frumento:

- I eminam, II eminalia sinapii.

Venduntur in fine computi.

Capones et galline:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu
circa carnisprivium anno Domini MCCCLXXVII, a personis in parro-
chiis et locis prout inferius particulariter declaratis:

Parrochia Vallis Peline, apud Oyacia:

Et primo recepit a Bonifacio de Clauso Novo de Oyacia

- I caponem

Recepit a Johanne de Oyacia et consortibus suis, pro eodem

- I caponem

Recepit a Johanne de Saveria de Oyacia, pro eodem

- I caponem

Recepit a Perrerio Merlo de Oyacia, pro eodem

- II capones

Recepit a Vincencio et Johanne dou Bagnyerast, fratribus, pro eodem

- I caponem

Recepit a Jaquemeto Baremen de Oyacia, pro eodem

- I caponem

Recepit a liberis Clementis dou Closiz de Oyacia, pro eodem

- I caponem

Recepit a Raymondo dou Bagnyerast, pro eodem

- I caponem

Recepit a Johanne Chamossin, pro eodem

- I caponem

Recepit a Johanne Blancheti dou Bagnyerast, pro eodem

- I caponem

Recepit a Johanne Vuillermete de Oyacia, pro eodem

- II capones

Anselmo Pession

Receptit a Johannodo Pupunyer de Oyacia, pro eodem - I caponem
Receptit ab Hugone et Perrerio Bridonis de Oyacia, pro eodem
- I caponem
Receptit a Peroneto Breydi et consortibus suis, pro eodem
- I caponem
Receptit a Johanne, filio Johannis Voudani de Oyacia, pro eodem
- II capones
Receptit a Vuillermo de Vinerio de Oyacia, pro eodem - I caponem
Receptit ab eodem Vuillermo, pro eodem - I caponem
Receptit a liberis Brunodi de Granerio de Oyacia, pro eodem
- I caponem
Receptit ab Amedeo de Chansibor et Johanne dou Visinal, pro eodem
- I caponem
Receptit a Farcone Gonterii de Bionna,⁹⁰ pro eodem - I caponem
Receptit ab Aymonodo de Oyacia, pro eodem - III capones
Receptit a Johaneta de Clauso Novo de Oyacia, pro eodem
- II capones
Receptit a Vuillermo Joyur de Oyacia, pro eodem - I caponem
Receptit a Martino Joyur, nepote dicti Vuillermi, pro eodem
- I caponem

24

Apud Holomont:

Receptit a Francisco dou Baselvys⁹¹ de Holomont, pro eodem
- IIII capones
Receptit a Jaquemeto Tricant de Holomont, pro eodem - I caponem
Receptit a Jaquimino Baravay de Holomont, pro eodem - I caponem
Receptit a Jaquimino Triolon, pro eodem - I caponem
Receptit a Johannodo Baravay, pro eodem - I caponem
Receptit a predicto Johannodo Triolon,⁹² pro eodem - I caponem
Receptit a Martino Baravay, pro eodem - I caponem
Receptit a Johanne Perrini Baravay, pro eodem - II capones
Receptit a Picodo de Frassinea, Johanne et Nicolino, fratribus suis, et
Aymone de Frassinea, pro eodem - I caponem
Receptit a predicto Aymone, pro eodem - I caponem
Receptit a predictis Picodo et fratribus suis, pro eodem
- I caponem

⁹⁰ Lire *Biona*.

⁹¹ Ailleurs : *Baselys*.

⁹² Faute de l'écrivain: lire *Jaquimino Triolon* ou *Johannodo Baravay*.

Hugues Garnier (1377-1378)

- Recepit a Colerio de Berio, pro eodem - III capones
Recepit a Perrerio de Glacier, pro eodem - II capones
Recepit a Leonardo de Pede Villa de Holomont, pro eodem
- II capones
Recepit a Theobaldo Rosseti de Holomont, pro eodem - II capones
[XIX] Recepit a Bonifacio Boneti de Holomont et nepote sua, filia
Anthonii quondam, fratris sui, pro eodem - I caponem
Recepit a Johanne Corgnyen de Holomont, pro eodem - I caponem
Recepit a Johannodo de Vineys et Nicholeto de Pontibus de Holo-
mont, pro eodem - I caponem
Recepit a Johanne de Glacier de Holomont et dicto Johannodo, pro
eodem - III capones
Recepit a Johannodo de Voce de Holomont et consortibus suis, pro
eodem - II capones cum dimidio
Recepit a Johanne Grossi de Holomont et Bonifacio et Johannodo
fratribus suis, pro eodem - V capones
Recepit a dicto Johanne, pro eodem - II capones
Recepit a Bonifacio Grossi predicto, pro eodem - I caponem
Recepit a predictis Johanne Grossi et fratribus suis ac ipsorum con-
sortibus, pro eodem - II capones
Recepit a Jaquimino filio condam Andree de Voce de Holomont, pro
eodem - I caponem
Recepit ab Agnessona de Berio de Holomont et suis consortibus, pro
eodem - I caponem
Recepit a Vuillermeto Laurencii de Holomont et suis consortibus,
pro eodem - I caponem
Recepit a dicto Vuillermeto, pro eodem - I caponem
Recepit a Clemente de Crestono de Holomont, pro eodem
- quartam partem unius caponis
Recepit a Jaquemeto de Decima de Holomont, pro eodem
- II capones
Recepit a Johannodo deys Bauz de Holomont, pro eodem
- dimidium caponem
25 Recepit a Johanne de Berio, Johanne Calliour et Jaquimino de Elvys
de Holomont, pro eodem - I caponem
Recepit a predictis Johanne Berio et Johanne Calliour, pro eodem
- I caponem
Recepit a predictis Johanne Berio et Jaquimino de Elvys, pro eodem
- I caponem

Anselmo Pession

Recepit a Martino Reynardi et dicta La Proz de Holomont, pro eodem - I caponem
Recepit a Johanne et Johannodo Marquisii, fratribus, pro eodem - II capones
Recepit a Nicodo de Crestono de Holomont et consortibus suis, pro eodem - II capones
Recepit a Johanne Jacobi de Crestono, pro eodem - I caponem
Recepit a Nycoletto Biatricis de Holomont et nepote suo, filio Johannis Biatricis, pro eodem - I caponem
Recepit a Jaquemeto de Crestono de Holomont, pro eodem - III capones
Recepit a Nycoletto Quiebondon de Holomont, pro eodem - II capones
Recepit a Vuillermeto Grossi, pro eodem - II capones

Apud Vallem Pellinam:

Recepit a Girodo de Valle, de Valle Pellina, pro eodem - II capones
Recepit a Perrerio et Johanne Fetons,⁹³ pro eodem - dimidium caponem
Recepit a Johanne Jaquerii de Toles et Farcone et Johanne Mugners de Valle Pellina, fratribus, pro eodem - I caponem
Recepit a Raymondo dou Glarey, pro eodem - I caponem
Recepit ab Amedeo de Toles, pro eodem - I caponem
Recepit a Johannodo de Toles, Biatrisia et Ysabella de Toles, pro eodem - I caponem
Recepit a Johannodo Charnin de Valle Pellina et consortibus suis, pro eodem - dimidium caponem
Recepit a dicto Johannodo et Jaquemeto nepote suo, pro eodem - II capones
Recepit a dicto Johannodo, pro eodem - I caponem
Recepit a dicto Jaquemeto, nepote suo, pro eodem - I caponem
Recepit a dicto Johannodo et Brunodo Geriney, pro eodem - I caponem
Recepit a Francisco et Clemente Arenibez fratribus, pro eodem - III capones
Recepit a Johannodo Tollat et consortibus suis, pro eodem - II caponem

⁹³ Lire *Fectons*.

Hugues Garnier (1377-1378)

Receptit a Vuillermeto Cuchelin de Valle Pellina, pro eodem	- IIII capones
Receptit ab Ansermino Chavalerii, pro eodem	- IIII capones
Receptit a Girodo Fabro pro dicto Ansermino, pro eodem	- II capones
Receptit a Vuillermeto Tanermer pro dicto Ansermino, pro eodem	- I caponem
Receptit ab eodem Ansermino seu Johanne Ferrez pro ipso Ansermino, pro eodem	- I caponem
Receptit a dictis Les Cabaces de Valle Pellina, pro eodem	- I caponem
Receptit a Johanne Brocardi de Valle Pellina, pro eodem	- I caponem
Receptit a Perrerio Suarni et Johanne nepote suo, pro eodem	- II capones
Receptit a Jaquimino Borrón de Valle Pellina, pro eodem	- II capones
Receptit a Jaquimino Diacono, pro eodem	- I caponem
Receptit a Jaquemeto de Cleva de Valle Pellina, pro eodem	- V capones
Receptit a Vuillermeto Chavalerii et Bono Johanne de Casali, pro eodem	- I caponem
Receptit a Johanne Galliard de Valle Pellina, pro eodem	- I caponem
Receptit a Johanne Iuliandi de Valle Pellina, pro eodem	- IIII capones
Receptit a Johanne de Chellion, pro eodem	- I caponem
Receptit a Vionino Pontailon, pro eodem	- IIII capones
Receptit a Jaquimino dou Glarey et consortibus suis, pro eodem	- II capones
Receptit a Petro Bocon de Valle Pellina, pro eodem	- I caponem
[XX] Receptit a Jaquemodo de Somon de Valle Pellina, pro eodem	- I caponem
Receptit a Stephano Arbaneis, pro eodem	- I caponem
Receptit a Perrerio de Prato, Vuillermo de Prato de Valle Pellina et Perrino dou Glarey, pro eodem	- II capones
Receptit a Perrino dou Glarey predicto, pro eodem	- II capones
Receptit a Petro Pleidon de Valle Pellina, pro eodem	- I caponem

Anselmo Pession

Recepit a Jaquemeto Bescharra de Valle Pellina seu Leonardo de Pe-
de Ville de Holomon, pro eodem - I caponem
Recepit a Perroneto dicto Beriaz de Valle Pellina, pro eodem
- I caponem
Recepit a Jaquemeto et Francisco Infantayz de Valle Pellina, pro
eodem - I caponem
Recepit a Girodo de Molendino de Valle Pellina, pro eodem
- III capones

26

Parrochia Dovie, ibidem:

Recepit a Jaquimino de Molendino de Dovia et Johanne filio Aymo-
nis de Molendino, pro eodem - II capones
Recepit a Jaquimino et Martino de Croesyvy de Dovia, fratribus, pro
eodem - IX capones
Recepit a Johanne Biola de Dovia, pro eodem - II capones
Recepit a Petro Bosonis de Dovia, pro eodem
- quartam partem unius caponis
Recepit a Johanne Petri de Prato Basso de Dovia et fratribus suis, pro
eodem - dimidium caponem
Recepit a Johannodo dou Coudrey de Dovia et consortibus suis, pro
eodem - dimidium caponem
Recepit a Petro Gorrayz de Dovia, pro eodem - II capones
Recepit a Jaquimino Bonete de Janyo, pro eodem - I caponem
Recepit a predicto Jaquimino et consortibus suis pro Jaquimino de la
Villa, pro eodem - I caponem
Recepit a Perrodo et Martino de Prato Basso, pro eodem
- I caponem
Recepit a Jaquimino de Prato Basso, pro eodem - I caponem
Recepit a Johanne et Johannodo Girardi, fratribus de Dovia, pro eo-
dem - terciam partem unius caponis
Recepit ab eisdem fratribus, pro eodem - III capones
Recepit a Johannodo de Alyan de Dovia et consortibus suis, pro eo-
dem - II capones
Recepit ab eodem Johannodo, pro eodem - I caponem
Recepit a Petro Stephani de Alian, pro eodem - I caponem
Recepit ab eodem Petro pro Crosis de Holomont, pro eodem
- I caponem et tres partes unius caponis
Recepit a Petro Vuillencii de Alian, pro eodem - II capones
Recepit a Raymondi de Alian, pro eodem - II capones

Hugues Garnier (1377-1378)

Recepit a Jaquemeto de Cleva de Dovia, pro eodem - II capones
Recepit a Jaquimino de Croso, pro eodem
- I caponem et sextam partem unius caponis
Recepit a Martino et Perrerio Guidonis de Croso, pro eodem
- dimidium caponem
Recepit a Francisco de Arnio et Jaquemeto de Condemina, pro eodem
dem - III capones
Recepit a predicto Francisco et Petro Gorraz, pro eodem
- III capones
Recepit a Valetto de Cirisia, pro eodem - II capones
Recepit a Johanne de Cirisia, pro eodem
- quartam partem unius caponis
Recepit a Clemente dous Chastellayz, pro eodem - III capones
Recepit a Jaquimino Agnetis de Janio et Johanne Bernardi de Janio
pro suis uxoribus, pro eodem - I caponem

Apud Daillion:

Recepit a Johanne de Dallion, pro eodem - III capones
Recepit a Stephaneto Lestey,⁹⁴ pro eodem - X capones
Recepit a Johannino et Jaquimino de Dallion, pro eodem
- I caponem
Recepit a Rolino de Dallion, pro eodem - I caponem
Recepit a Raymonda de Carrera, pro eodem *I caponem*⁹⁵

27

Parrochia de Roisano, ibidem:

Recepit a Francisco Perrino et Johanne de Myllye fratribus, pro eodem
dem - II capones
Recepit a Johanne Coquilliot de Avillie, pro eodem - IX capones
Recepit a Jaquemeto Sallerii et eius consortibus, pro eodem
- terciam partem unius caponis
Recepit ab eodem Jaquemeto et eius nepotibus - III capones
Recepit a Johanne Mugnerii de Rins, pro eodem - IIII capones
Recepit ab Aymonodo Champapont, pro eodem - I caponem
Recepit a Peroneto de Villa, Raynaldo de Villa, Petro Domengii, Jaquimino Percunur et dicta La Burlleta, pro eodem
- quartam partem unius caponis

⁹⁴ Létey.

⁹⁵ La phrase est ajoutée à la fin de la liste de Doues par deux signes de rappel.

Anselmo Pession

Recepit ab eisdem Jaquemeto Percunur, Petro Domengii et dicta La Burlata	- quartam partem unius caponis
Recepit a Petro Domengii	- III capones
Recepit ab eodem Jaquimino Percunur, pro eodem	- I caponem
Recepit a Johanne de Chomar, pro eodem	- terciam partem unius caponis
Recepit a Bona Re de Prel, pro eodem	- I caponem
Recepit a Girardo Piteti, Vionino dou Gorrey et Theobaldo dou Gorrei	- sextam partem unius caponis
[XXI] Recepit a dicto Girardo Vionino, Jaquemeto Sallerii, Johannodo de Rins et eius fratribus, pro eodem	- I caponem
Recepit a Johannodo de Prel, pro eodem	- I caponem
Recepit a Theobaldo de Crista et eius consortibus, pro eodem	- I caponem
Recepit a Jaquimino de Crista, pro eodem	- II capones
Recepit a dicto Theobaldo, pro eodem	- I caponem
Recepit a Theobaldo et Vionino dou Gorrey, pro eodem	- II capones
Recepit a Jaquemeta Chapuysy, pro eodem	- III capones
Recepit a Laurencio de Ladret et eius consortibus, pro eodem	- duas partes unius caponis
Recepit a Johanne Lombardet, pro eodem	- I caponem
Recepit a Jacobo Morelli et Guigona, filia condam Gonterii de Campis, pro eodem	- I caponem
Recepit a Thomassino de Macyno, ⁹⁶ pro eodem	- III capones
Recepit a Johanne Jaquemeti de Macyno, pro eodem	- I caponem
Recepit a Jaquimino de Macyno et liberis Johannis Mayl, pro eodem	- I caponem
Recepit ab eodem Jaquimino, pro eodem	- I caponem
Recepit a dictis liberis Johannis Mayl, pro eodem	- I caponem
Recepit a Petro Bosonis, pro eodem	- I caponem
Recepit a Petro Aymoneti de Cluselina, pro eodem	- I caponem
Recepit a dicta La Pasqueri, pro eodem	- I caponem
<i>Apud Blavi:</i>	
Recepit a Petro Pupuni de Blavy et eius consortibus, pro eodem	- III capones

⁹⁶ Massinod.

Hugues Garnier (1377-1378)

	Recepit ab eodem Petro et eius consortibus, pro eodem	
		- I caponem
	Recepit a Johanne Bionat, pro eodem	- I caponem
28	Recepit a filia Johanneti Damart et Peroneto Damart, pro eodem	
		-I caponem
	<i>Apud Porrozan:</i>	
	Recepit a Petro Clenin de Porrozan, pro eodem	- II capones
	Recepit a liberis Petri Cochy, pro eodem	- I caponem
	Recepit a Johannodo de Neryna, pro eodem	V capones
	Recepit ab Andrea de Chablo, pro eodem	- I caponem
	Recepit a Jaquimino Papet et Aymonodo de Bi, pro eodem	
		- I caponem
	Recepit ab eodem Jaquimino, pro eodem	- I caponem
	<i>Parrochia de Sancto Christoforo, ibidem:</i>	
	Recepit a Johanne Vuillermete de Parlea et Jaquimino Ade pro Stagno, pro eodem	- I caponem
	Recepit a Michaele de Parlea pro Stagno, pro eodem	I caponem
	Recepit ab eodem Michaele et eius consortibus, pro eodem	
		- dimidium caponem
	Recepit a Colino de Glacier pro Stagno, pro eodem	- I caponem
	Recepit ab Oddone de Fonte pro Stagno, pro eodem	
		- dimidium caponem
	Recepit a Udrico Rudulphi, pro eodem	- VIII capones
	Recepit a Vorbeto Valerii et liberis Martini Valerii, pro eodem	
		- I caponem
	Recepit a dictis liberis Martini Valerii, pro eodem	- II capones
	Recepit a parvo Aymoneto de Soreley et Petro eius nepote pro Stagno, pro eodem	- I caponem
	Recepit a Peronodo Maioris, pro eodem, pro Stagno	- I caponem
	Recepit a Johanne Adde Ansermeti pro Stagno, pro eodem	
		- I caponem
	Recepit ab Aymoneto et Vuillermeto fratribus de Pontono, pro eodem, pro Stagno	- I caponem
	Recepit a Petro Brocardi et eius fratre pro Stagno, pro eodem	
		- I caponem
	Recepit a Vuillodo de Veyny pro Stagno, pro eodem	- I caponem
	Recepit a Perrodo de Veyny et parvo Aymoneto de Soreley, pro eodem	
		- I caponem et dimidium

Anselmo Pession

Recepit a Petro et Johanne Gilios, pro eodem - I caponem
Recepit a Johanne Richardi pro eodem Stagno, pro eodem
- I caponem
Recepit ab Enriodo de Chandoni, pro eodem - IIII capones
Recepit a Johanne filio Johannodi de Fonte pro Stagno, pro eodem
- I caponem
Recepit a Brunerio de Mesata pro Stagno, pro eodem - I caponem
Recepit a Jaquimino Tripa, pro eodem, pro prato vocato de Stagno
- I caponem
Recepit ab Hugoneto Joli pro eodem, <pro> prato vocato de Stagno
- dimidium caponem
Recepit a Jaquemino Clerico de Mesata pro eodem, pro dicto prato
- I caponem
Recepit a liberis Jaquimini de Aillan pro eodem, pro dicto prato
- I caponem
Recepit⁹⁷ a Johannodo de Olignian, pro eodem - III capones

29

Parrochia de Quarto:

Recepit a Vincencio de Roncheto et Heymerico de Roncheto, pro
eodem - I caponem
Recepit ab Andrea Sponsi, pro eodem
- I caponem et dimidium et quartum unius caponis
Recepit a liberis Vuillermi de Breissogna notarii, pro eodem
- I caponem et, de V partibus unius caponis, duas partes
Recepit a Vallino de Larey, pro eodem
- dimidium caponem et quartam partem unius caponis
Recepit a Farqueta, filia Aliodi de Quarto, pro eodem
- I caponem et quartam partem unius caponis
Recepit a Vuillermeto de Mallyo, pro eodem - I caponem
Recepit a Petro Penthecostis pro Fellynery et pratis de Pra, pro eo-
dem - VII capones cum dimidio
Recepit a filia condam Perroneti Roncignyot pro pratis de Stagno,
pro eodem - I caponem
Recepit a Jaquimino de Vallemaiori de Quarto, pro eodem
- I caponem

Apud Crestalla et Morgona:

⁹⁷ Dans la marge gauche : *vide dorsum*.

Hugues Garnier (1377-1378)

Recepit a Johannodo Genceon et consortibus suis, pro eodem
- dimidium caponem
Recepit ab Aymonodo des Raspallies et consortibus suis, pro eodem
- dimidium caponem
Recepit a Jaquemeto Corna de Morgona, pro eodem - II capones
Recepit a Vuillermo Parisot, pro eodem - I caponem
Recepit a Johanne Jaquimini de Morgona, pro eodem - I caponem
Recepit a Vuillermo de Cella pro Hugonino de Morgona condam,
pro eodem - I caponem

Apud ultra Cristam de Puvil:

Recepit a Vuillenco Charles, pro eodem
- I caponem et terciam partem unius caponis
Recepit a Johanne Martineti de Arnio, pro eodem
- terciam partem unius caponis
Recepit a Petro dou Verney, pro eodem - I caponem
Recepit a Johanne de Puvillio, pro eodem - I caponem
Recepit a liberis Grossi Johannis de Puvillio, pro eodem
- I caponem
Recepit a Jaquemeto Marqueti, pro eodem - VI capones
Recepit a liberis Bartholomei Mugnerii de Castro et Petro, nepoti
dicti Bartholomei, pro eodem - IIII capones

[XXII]

Apud Aviso et Porczan:

Recepit a Vuillermo Ducis, pro eodem - I caponem
Recepit a Petro Vuillermete, pro eodem - I caponem
Recepit ab Aymonodo Parisot et consortibus suis, pro eodem
- terciam partem unius caponis
Recepit a filia Perrini des Crestians de Aviso, pro eodem
- I caponem

Apud Villam supra Nons:

Recepit a Marieta, uxore Berthodi Mugnerii, pro eodem
- I caponem
Recepit a Johanne de Fonte, pro eodem - IIII capones
Recepit ab Hugoneto de Fonte, pro eodem - III capones
Recepit a Vuillermo de Porlio, pro eodem - VI capones
Recepit a Joahne Mocillion et Petro Junini Aymoneti, pro eodem
- IIII capones

Anselmo Pession

Recepit a Vuillenco et Bertholeta habitatoribus in Villa supra Nons,
pro eodem - I caponem

Apud Vigniel:

Recepit a Francisco et Anthonio de Vigniel, pro eodem - II capones
Recepit a Valetto de Vigniel, Petro Brunerii de Vigniel et Johannodo
de Vigniel, pro eodem - II capones

Apud Effra:

Recepit a Johanne Mugnerii de Effra, pro eodem - I caponem
Recepit a Johanne de Furno de Effra, pro eodem - I caponem
Recepit a Jaquimino Peronini des Ales, pro eodem - I caponem
Recepit ab eodem Jaquimino pro pratis de Stagno, pro eodem
- dimidium caponem
Recepit a Johanne Gonberti, pro eodem - I caponem
Recepit a Martino de Junello, pro eodem - I caponem
Recepit a Johanne et Jaquemeto de Chauczo, fratribus, pro eodem
- I caponem
Recepit a Vuillermeto Filiestro et nepote suo, filio Johannis Filiestro,
pro eodem, pro Stagno - I caponem

Ab Arlo superius:

Recepit a Johanne Bremenczonis de Chivenczo, pro eodem
- I caponem
Recepit a Jaquemeto Valeti Hugonis, pro eodem - I caponem
Recepit a Martino Raymondi Amiceis et Johanne Vuillermi Amiceis,
pro eodem - I caponem
Recepit a Johanne de Veyry et consortibus suis, pro eodem
- I caponem
Recepit a liberis Truchodi de Pasquerio, pro eodem - I caponem
Recepit a Johanne de Arlo, pro eodem - I caponem

Apud Villam Francam:

Recepit a Johanne Vidondon de Villa Franca, pro eodem
- II capones

30

Parrochia Sancti Remigii, videlicet apud Boczan:

Recepit a Johanne dicto Corbo de Bocza, pro eodem - I caponem

Hugues Garnier (1377-1378)

Recepit a filio Peroneti Griveti,⁹⁸ pro eodem - II capones

⁹⁹Summa: - III^C XVII capones et dimidium
De quibus vide dorsum.

Pernices:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu per annum in festo nativitatis Domini, anno Domini millesimo CCC^o LXXVIII^o, a personis in parrochiis, locis et villagiis inferius particulariter declaratis.

Parrochia Vallis Peline, apud Oyaciam:

Et primo recepit a Perroneto Breydi de Oyacia - II pernices

Apud Vallem Pellinam:

Recepit a Johannodo Charmin et consortibus suis, pro eodem
- I pernicem

Parrochia Sancti Christophori:

Recepit ab Udrico Rodulphi de Segnins, pro eodem - II pernices
Recepit a Perrino et Uldrico de Parlea, pro eodem - II pernices
Recepit a Michaele de Parlea, pro eodem - I pernicem
Recepit a Johannodo Clerico de Parlea, pro eodem - I pernicem

Parrochia Quarti, apud Morgonam:

Recepit a Valino de Morgona et Peroneto Vachereci,¹⁰⁰ pro eodem
- I pernicem

Apud Effra:

Recepit a Johanne Gonberti, pro eodem - I pernicem
Recepit a Johanne eius filio, dicto Lo Maria, pro eodem
- I pernicem

Recepit a Vulliermeto Filiestro et nepote suo, filio Johannis Filiestro,
pro eodem - I pernicem

Apud Villam Francham:

⁹⁸ Lecture douteuse.

⁹⁹ Dans la marge gauche : *vide dorsum*.

¹⁰⁰ Ailleurs de *Vacheria*.

Anselmo Pession

Receptit a Girardo Borguignon, habitatori in Villa Francha, pro eodem - I pernicem

Parrochia Sancti Laurentii, apud portam Sancti Ursi:

Receptit a Jaquimino de Canali de Dovia, burgensi Sancti Ursi, pro eodem - I pernicem

Receptit¹⁰¹ a Johanne Seyer, pro eodem - I pernicem

Parrochia de Stipulis:

Receptit a Peronino de Furno de Stipulis, pro eodem - I pernicem

Parrochia Sancti Martini de Corliano:

Receptit a Jaquimino des Aymonoz de Aviso, pro eodem - I pernicem

Summa: - XVIII pernicem
Venduntur in fine computi.

Castrones seu mutones:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu per annum in festo beati Martini yemalis, anno Domini millesimo CCC° LXXVII°, a personis in parrochiis et locis inferius particulariter declaratis.

Parrochia Vallis Peline, apud Oyaciam:

Et primo recepit a Raymondo dou Bagnerast, Johanne Chamosii, Johanne Vuillencii dou Bagnerast, Johanne dou Bagnerast, Vincencio fratre suo et filiabus Theobaldi dou Bagnerast - I castronem

Receptit a Michelodo et Perrerio Bridonis, pro eodem - I castronem

Receptit a Peroneto Breydy, Clemente Breigdi, Brunodo Giriney et consortibus suis, pro eodem - I castronem

Receptit a Petro de Canalibus et consortibus suis, pro eodem - I castronem

Receptit a Petro Marchiandi et Perrerio Merlo de Oyacia, pro eodem - I castronem

Receptit a Farcone Gonterii de Biona, pro eodem - I castronem

¹⁰¹ Dans la marge gauche : *vide dorsum*.

Hugues Garnier (1377-1378)

Recepit a Johanne, Vuillermeto et Amedeo Maillet et consortibus suis, pro eodem - I castronem
Recepit a Mermodo de Oyacia et consortibus suis, pro eodem - I castronem
Recepit ab Aymonodo deis Rins et consortibus suis, pro eodem - I castronem
Recepit a Johanneta de Croso novo, pro eodem - I castronem
Recepit a dictis Les Lignez, pro eodem - I castronem

Apud Holomont:

Recepit a Francisco dou Baselis de Holomont et consortibus suis, pro eodem - I castronem
Recepit a Jaquimino Baravey, clerico, Johannodo Baravey et consortibus suis, pro eodem - I castronem
Recepit ab Aymone de Frassinea, Picodo de Frassinea et fratribus suis, pro eodem - I castronem
Recepit a Colerio de Berio, pro eodem - I castronem
Recepit a Johanne Corgnen de Holomont, pro eodem - I castronem

31

Recepit a Nicoletto de Pontibus et consortibus suis, pro eodem - I castronem
Recepit a Johannodo Lo Bal, pro eodem - I castronem
Recepit a Jaquemeto de Crestono de Holomont et consortibus suis, pro eodem - I castronem
Recepit a Johanne Benedicte de Blavi, Johanne de Frassinea et consortibus [XXIII] suis pro hospicio Perrodi de Gorra, pro eodem - I castronem
Recepit a Micheletto Biatricis de Bauz et consortibus suis, pro eodem - I castronem
Recepit a Leonardo de Pedo Ville de Holomont pro Crosis, pro eodem - I castronem

Apud Vallem Pellinam:

Recepit a Girodo Fabro pro molendino de Valle Pellina - I chivalem castronem

Parrochia Dovie, apud Daillon:

Recepit a Johanne Daillon, pro eodem - II quarterios castronis

Anselmo Pession

Parrochia de Roysano:

Recepit a Petro Pupuni de Blavi et consortibus suis, pro eodem
- II castrones

Apud Blavi:

Recepit a dicto Petro et consortibus suis, pro eodem
- sextam partem unius castronis

Recepit a Johannodo Brunodi de Blavi et Johanne dicto Bionat
- sextam partem unius castronis

Recepit a liberis Brunerii de Meisata pro dictis Les Mugniers de Blavi, pro eodem
- duas partes unius castronis

Parrochia Sancti Bartholomei, apud Yssoloigni:

Recepit a Jacodo Domengie de Yssoloigni, pro eodem - I castronem

Herbagium:

Recepit¹⁰² a nonnullis mercatoribus, quos nominare nescit quia subscripta recepta fecit manu Bartholomei de Mota, procuratoris Vallis Auguste, pro decem trentenariis mutonum transeuncium ibidem per tempus de quo computat, ubi levantur pro singulis quinque trentenariis mutonum transeuntibus versus mandamentum de Quarto seu Oyacie unus muto pro herbagio, prout dicit idem castellanus et Johannes de Gontere-to superius nominatus
- II mutones

Recepit a quodam lombardo pro quinque trentenariis aliorum mutonum transeuntibus per dictum locum per tempus de quo computat, et levatur pro singulis quinque trentenariis mutonum unus muto pro herbagio, prout supra
- I mutonem

Summa:¹⁰³

- XXX castrones seu mutones, I chival et dimidius muton et III agni, de quibus vide dorsum.

Vinum:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu per annum in vindemiis, anno Domini millesimo tercentesimo LXXVII, a personis in locis et villagiis inferius particulariter declaratis.

¹⁰² Dans la marge gauche : *vide dorsum*.

¹⁰³ Dans la marge gauche : *vide dorsum*.

Parrochia de Roysan, ibidem:

Et primo recepit a Vionino dou Gorrey de Roysano - I eminam vini
Recepit a Girardo Piteti, pro eodem - I eminam vini
Recepit a Petro Girodi - I eminam vini

Parrochia Sancti Christofori, ibidem:

Recepit a Michaele de Parlea et consortibus suis pro roedo per annum
- quartam partem unius emine vini
Recepit a predictis Michaele et consortibus suis pro roedo, pro eodem
- I eminam vini ad parvam mensuram
Recepit a Johanne de Soreley et Martino Gorraz pro roedo, pro eodem
- I sestarium vini ad parvam mensuram
Recepit a parvo Aymoneto de Soreley et Petro suo nepote pro roedo,
pro eodem - I eminam vini ad parvam mensuram
Recepit ab eodem Aymoneto et Perrodo Berserii pro roedo
- III emina vini ad parvam mensuram
Recepit ab eisdem Aymoneto et Perrodo pro marescalcia debita per annum
- I eminam vini
Recepit ab Aymoneto de Pontono et Vuillermeto fratre suo pro roedo
- I eminam vini ad parvam mensuram
Recepit ab Aymonodo de Pissina pro roedo, pro eodem
- I eminam vini ad parvam mensuram
Recepit a Johanne Ade Ansermeti pro roedo, pro eodem
- I eminam vini ad parvam mensuram
Recepit a Peronodo Maioris et consortibus suis pro roedo, pro eodem
- I eminam vini ad parvam mensuram
Recepit ab Aymoneto Brocardi de Yrisan, Petro et Johanne nepotibus
suis pro roedo, pro eodem - I eminam vini ad parvam mensuram
Recepit a Brunodo Guillioti de Yrisan pro roedo, pro eodem
- I sestarium, III quartanas vini ad parvam mensuram
Recepit a Johanne Vuillermeti de Veyni, pro roedo, pro eodem
- I sestarium vini ad parvam mensuram
Recepit ab Agnessona de Veyni pro roedo, pro eodem
- I eminam vini ad parvam mensuram
Recepit ab Hugoneto dicto Morgalet pro roedo, pro eodem
- I eminam vini ad parvam mensuram
Recepit ab eodem Hugoneto pro roedo, pro eodem
- tres partes unius sestarii vini ad parvam mensuram
Recepit a Petro de Frassinea et consortibus suis pro roedo, pro eodem

Anselmo Pession

- I sestarium vini ad parvam mensuram
Recepit a Petro et Johanne Gilios de Bagnieres pro roedo, pro eodem
- II sestaria vini ad parvam mensuram
Recepit a Bonifacio Bonerii de Dovia pro roedo, pro eodem
- I sestarium vini ad parvam mensuram
Recepit a Johanne Bonerii de Dovia pro roedo, pro eodem
- I quartanam et dimidiam vini ad parvam mensuram
Recepit a Johannodo de Olignian et consortibus suis pro roedo, pro eodem
- I sestarium vini ad parvam mensuram
Recepit a Johanne de Junello pro roedo, pro eodem
- I quartanam vini ad parvam mensuram
Recepit a tenentibus domum seu tenementum et bona de Pissina de Veyni, quos, cum de presenti nominare nesciat,¹⁰⁴ nominet in computo sequenti, pro roedo, pro eodem - I eminam vini ad parvam mensuram
Recepit a Bonifacio Bonerii de Dovia predicto, pro eodem
- XIII sestaria vini
Recepit ab Anthonio Surpicii, pro eodem - II modia vini
Recepit a Jaquimino, clerico, de Meisata, pro eodem
- VIII sestaria vini
Recepit a Valetto de Cirisia de Dovia, pro eodem - XIII sestaria vini
Recepit a Petro Voudane de Segnins, pro eodem - III sestaria vini

33

Parrochia de Quarto, ibidem:

- Recepit a Johanne de Ramusi, pro eodem - VIII sestaria vini
Recepit a Johanne Jacobi de Quarto, pro eodem - I modium vini
Recepit a Johanne de Gignio, domicello, pro eodem
- I modium vini
Recepit ab Aymoneto Clavanderot, pro eodem - III sestaria vini
Recepit a Girodo Mugnerio, pro eodem - VIII sestaria vini
Recepit a Laurenceto filio quondam Hugonodi Theobaldi, pro eodem
- III sestaria vini
Recepit a Vincencio de Roncheto, pro eodem - V sestaria vini
Recepit a liberis Johannis Blanchie de Bressoigny, pro eodem
- VI sestaria vini
[XXIII] Recepit a liberis Vuillermi de Breissoignia, pro eodem
- III sestaria vini
Recepit a Johanne Perole pro Petro Pentecostis, pro eodem

¹⁰⁴ Dans la marge gauche : *vide*.

Hugues Garnier (1377-1378)

- XVIII sestaria vini
Recepit a Remigio de Rovorey pro Jaquimino de Villemaiori, pro eodem - I modium vini
Recepit a Marieta de Valero, pro eodem - II sestaria vini
Recepit ab Eustachio de Charreri, pro eodem - VI sestaria vini
Recepit a Valino de Morgona, pro eodem - I modium vini
Recepit a Peronodo de Fonte de Morgona, pro eodem - II sestaria, I quartanam vini
Recepit a Johannodo Jenceon et consortibus suis, pro eodem - III sestaria, eminam vini
Recepit a Johanne Alisone de Crestella, pro eodem - II sestaria vini
Recepit a Johanne Jaquimini de Morgona pro Roletto de Valero, pro eodem - III sestaria vini
Recepit a Jaquemeto Corna de Morgona pro dicto Roletto de Valero, pro eodem - III sestaria vini
Recepit a dicto Jaquemeto Corna, pro eodem - I modium vini
Recepit a Girodo Mugnerio predicto pro roedo per annum, pro eodem - II sestaria vini ad parvam mensuram
Recepit a Petro Mariete de Carreria pro roedo, pro eodem - II sestaria vini ad parvam mensuram
Recepit a Berthodo de Lare,¹⁰⁵ Vuillermo de Lare, Valino de Lare et consortibus suis, pro eodem, pro roedo - II sestaria vini ad parvam mensuram
Recepit a Gaspardo de Cristella et Johanne Stephani de La Les, pro roedo, pro eodem - III eminas vini ad parvam mensuram
Recepit a Johanne Imperatricys¹⁰⁶ pro roedo, pro eodem - II quartanas vini ad parvam mensuram
Recepit a Raymondo de Balma, Eustachio de Balma, Johanne Peroneti de Balma et consortibus suis pro roedo, pro eodem - III sestaria vini ad parvam mensuram
Recepit a Petro Clerici de Cella pro roedo, pro eodem - IIII sestaria vini ad parvam mensuram
Recepit a Petro Hugoneti de Cella pro roedo, pro eodem - IIII sestaria vini <ad parvam mensuram>
Recepit a Petro Rigot pro roedo, pro eodem - II sestaria vini ad parvam mensuram

¹⁰⁵ Lire *Larey*.

¹⁰⁶ Ailleurs *Imperatoris*.

Anselmo Pession

- Recepit a Francisco Columbe pro roedo, pro eodem
- III sestaria vini ad parvam mensuram
- Recepit a Johanne de Canali et Anthonio fratre suo pro roedo, pro eodem
- X sestaria vini ad parvam mensuram
- Recepit a dictis Johanne et Anthonio pro roedo, pro eodem
- V sestaria vini
- Recepit a Vuillermo de Cella pro roedo, pro eodem
- I quartanam vini ad parvam mensuram
- Recepit ab Anthonio Periner de Quarto pro roedo pro quadam pecia terre sita a Palua
- III sestaria vini ad parvam mensuram
- Recepit a Farqueta, filia Ailliodi, pro roedo, pro eodem
- II sestaria vini ad parvam mensuram
- Recepit ab Andrea de Crestella et Petro Bisochon pro roedo, pro eodem
- III eminas vini ad parvam mensuram
- Recepit a Johanne Alisone pro eodem, pro roedo
- IIII sestaria, eminam vini ad parvam mensuram
- Recepit a Petro de Cho pro Marieta de Valero pro roedo, pro eodem
- III sestarias, III quartanas vini ad parvam mensuram
- Recepit ab Eustachio de Carreria predicto, pro roedo, pro eodem
- II sestaria, I eminam, I quartanam vini ad parvam mensuram
- Recepit a Jaquemeto Corna predicto pro roedo, pro eodem
- II sestaria, eminam, I quartanam vini ad parvam mensuram

34

Apud ultra Cristam de Puvil:

- Recepit a Johanne Coquillodi, pro eodem
- VI sestaria, eminam vini
- Recepit ab eodem Johanne pro rebus de Barilly, pro eodem
- V sestaria vini
- Recepit a Jaquemeto Marqueti, pro eodem
- XXII sestaria, III quartanas vini
- Recepit ab eodem Jaquemeto pro Petro Archerii, pro eodem
- V sestaria vini
- Recepit a Johanne de Fonte et Hugoneto de Fonte de Villa supra Nons, pro eodem
- VIII sestaria vini
- Recepit a Johanne dicto Lo Maria de Effra, pro eodem
- IIII sestaria vini ad parvam mensuram
- Recepit a Martino Raymondi Amiceis et Johanne Vuillermi Amiceis, pro eodem, pro roedo
- VII sestaria vini

Hugues Garnier (1377-1378)

Recepit a Johanne Perole et nepotibus suis et liberis Bartholomei
Mugnerii, pro roedo, pro eodem - III eminas vini
Recepit ab eisdem Johanne et nepotibus suis et liberis Bartholomei
Mugnerii, pro eodem - I sestarium vini
Recepit a Petro Marchison et consortibus suis, pro eodem
- III sestaria vini
Recepit a Vuillermo de Ciran, clerico, pro eodem - I eminam vini

Apud Vigniel:

Recepit ab Anthonio et Francisco de Vigniel fratribus, pro eodem
- IIII sestaria vini
Recepit ab Hugoneto de Vigniel et consortibus suis, pro eodem
- IIII sestaria vini

Apud Villam Francham:

Recepit a Vuillermo de Tuillia, pro eodem - IIII sestaria vini
Recepit a Johanne dicto Via, pro eodem - I sestarium vini
Recepit a Stephanodo de Luin¹⁰⁷ de Breyssoignia, pro eodem
- II sestaria, eminam vini
Recepit a Girardo Bergoigno de Villa Francha, pro eodem
- II sestaria vini
Recepit a Petro Porterii de Villa Francha, pro eodem
- II sestaria vini
Recepit ab Anthonio, asinario, pro eodem - I sestarium vini
Recepit a Perrino Boysi de Villa Francha, pro eodem
- III sestaria vini
Recepit ab Hugonodo Martineti de Grossis et Richardo, genero dicti
Petri de Grossis, pro eodem - V quartanas vini
Recepit a Johanneto Chamonin, pro eodem - I sestarium vini
Recepit ab Aymoneto de Alyo, pro eodem - I sestarium vini
Recepit ab Ansermodo Pellipario de Villa Francha, pro eodem
- IIII sestaria vini
Recepit a Bono Homine Picolerio, pro eodem
- I modium, III quartanas vini
Recepit ab Aymonodo Sofflot, pro eodem - V sestaria vini
Recepit a Matheo de Villa Francha, pro eodem - III quartanas vini

¹⁰⁷ Lecture douteuse: *Luynt* ?

Anselmo Pession

Apud Cort:

- Recepit a Martino de Junello, pro eodem - I modium vini
Recepit ab eodem Martino pro roedo, pro eodem
- II sestaria, eminam vini ad parvam mensuram
Recepit a Johanne Gonberti de Cort, pro roedo, eodem
- III quartanas vini ad parvam mensuram
Recepit a Johanne Gonberti, Jaquimino Peronini, Johanne de Furno,
Jaquimino [XXV] Brigandi, Johanne Stephaneti, Johanne Breyer et con-
sortibus suis pro communitate de Cort, pro roedo, pro eodem
- I eminam vini ad parvam mensuram

Apud Porroczan:

- Recepit a Johannodo de Neryna, pro eodem - I modium vini
Recepit ab Andrea de Nona,¹⁰⁸ pro eodem - I modium vini

35 *Parrochia Sancti Johannis Auguste, ibidem:*

- Recepit a Petro, filio Johannis Berte Cerdonis, pro eodem
- I modium vini

Parrochia de Jovenczan:

- Recepit a Petro et Jaquimino Jala de Jovenczan, fratribus, pro eodem
- I modium vini
Recepit a filia Johannis Rosier de Jovenczan, pro eodem
- VIII sestaria, eminam vini

Decime:

Recepit a Jaquimino dicto Clerges de Augusta de et pro exitu decimarum que levantur in certis possessionibus existentibus a torrente Clausi Novi, inter Sarro et Augustam, usque ad civitatem Auguste, in quibus dominus percipit duas partes medietatis et reliquam terciam partem ipsius medietatis percipit dominus Jacobus Bonerii de Dovia, canonicus augustensis, et reliquam medietatem percipit dominus de Monte Joveto, sicut superius in frumento et siligine, et fit eidem similis iniunctio¹⁰⁹ que supra in frumento in vindemiis anno Domini MCCCLXXVII, nec plus habuit ut dicit - V modia vini

Recepit de exitu decimarum vinearum de Parlea, sitarum in parrochia Sancti Christofori, in quibus dominus percipit decimas, nec plus habuit ut dicitur in vindemiis anno Domini MCCCLXXVII, et in computo se-

¹⁰⁸ Ou *Nova*.

¹⁰⁹ Dans la marge gauche : *vide*.

quenti¹¹⁰ veniat informatus ad plenum et docturus de modo percepcionis dictarum decimarum et locis ubi percipiuntur, ceterisque necessariis ad declaracionem predictarum - I sestarium vini

Et de exitu vinearum castri Quarti sitarum in quinque particulis et nescit declarare quot fossariate continetur nisi quod una pecia sita est in supra Villam Francham, alia ibidem loco dicto Costancy, tertia in parochia Sancti Christofori, loco dicto Rovoyri, quarta prope castrum Quarti, loco dicto Cresta, quinta apud Rins, quod in computo sequenti veniat informatus de numero fossariatarum quinque peciarum vinee predictarum, nec plus habuit ut dicit in vindemiis anno Domini millesimo CCCLXXVII - X modia et dimidium vini

Forisseca:

Recepit que reperta fuerunt in doliis castri Quarti tempore quo dictum officium recepit - IIII modia vini

Et - II modia aceti

De sex modiis vel circa vini putrefacti quod ultra vina predicta recepit in doliis dicti castri, non computat quia propter eius putredine fuit sparsum seu espanchiatum ne vasa seu dolia, in quibus erat dictum vinum, ulterius vastarentur.

De octo sestariis vini redditus qui debebantur per Vuillermum de Cella de Quarto, naturalem quondam, una cum quatuor denariis servicii, pro quodam feudo vocato de Plantatis, quod solet esse vinea quam dictus Vuillermus tenebat, non computat quia dicta vinea dimissa fuit ad colendum per dictum Vuillermum qui, postea dictam vineam extraxit, deinde remansit dictum feudum quasi vacuum, sed, post obitum dicti Vuillermi, dictum feudum posuit ad manus suas dominus Henricus, dominus de Quarto condam, et adhuc est ad manus domini, et de cuius feudi exitus inferius in feno computabit.¹¹¹ Et nichil iniungitur eidem quod dictum feudum, cum consilio proborum, taliter albergare procuret quod in computo sequenti possit utiliter et plene domino computare.

Summa, computatis quatuor quarteronis pro una quartana, duabus quartanis pro una emina, duabus emines¹¹² pro uno sestario et duodecim sestariis pro uno modio tam ad magnas quam ad parvas mensuras, et

¹¹⁰ Dans la marge gauche : *vide*.

¹¹¹ Dans la marge gauche : *vide*.

¹¹² Lire *emins*.

computatis novem sestariis ad parvam mensuram pro octo sestariis ad magnam mensuram, prout retulit Johannes de Gontereto prius in computo superius nominatus,

- V modia, XI sestaria, I emina, III quarterones et tercius unius quarteronis vini ad parvam mensuram

Item:

- LII modia, IIII sestaria, I emina, I quartana et dimidia vini ad magnam mensuram

Et

- II modia aceti ad magnam mensuram

36

De quibus libravit ad expensas domine de Quarto, filiarum suarum et domicellarum, capellani, scuttiferorum et aliorum de familia earundem, factas in domo Aymoneti Palmerii, sita subtus castrum Quarti, a die festi Simonis et Jude MCCCLXXVII, usque ad festum sequens Purificationis beate Marie MCCCLXXVIII. Et in domificiis et reparacionibus domificiorum factis per dictam dominam relictam domini Henrici domini de Quarto condam, in turri et certis aliis partibus domus de Rins et quorum partem dicta domina tempore vindemiarum anni Domini MCCCLXXVII exigi fecerat a debitoribus, et residuum fuit ei et [XXVI] de suo mandato traditum et libratum de vino quod erat in castro Quarti, de quo superius in recepta computat ad expensas et per tempus superius declaratum, et allocantur prius et infrascripte librate de mandato magistrorum computorum ut supra in librata siliginis

- XXIII modia, VI sestaria vini

Libravit Francisco et Perrino de Avillie, fratribus, manutenere debentibus rivum vocatum de Rins ad eorum vitam pro tanto per annum, ultra siliginem in suo titulo superius allocatam per modum et formam, et allocantur pro anno Domini MCCCLXXVII, de mandato et per litteram superius in siligine declaratam

- I sestarium vini

Libravit Aymonodo Champapont de Roysan, custodi rivi domini vocati de Preposito, pro sua pensione anno Domini MCCCLXXVII, ultra siliginem et seraceum superius et pecuniam inferius allocatos in titulis ipsorum, et allocantur per litteram domini et litteram confessionis ipsius Aymonodi superius in librata siligini redditas

- I sestarium vini

Libravit manu Johannis Godio que data et librata fuerunt multis hominibus domini reparantibus et curantibus rivum Prepositi in locis necessariis in anno Domini MCCCLXXVIII, ad roedum seu corvatam, ultra siliginem et seraceum superius in suis titulis allocatos, et allocantur per modum superius in siligine declaratum

- V sestaria vini

Libravit que fuerunt data et librata manuoperariis reparantibus rivum vocatum fratris Boudini in anno Domini MCCCLXXVIII, ultra siliginem et seraceum superius in suis titulis allocatos, et allocatur per modum superius in librata siliginis declaratum - VI sestaria vini

Libravit Peronodo de Morgona, rectori vinearum domini, in anno MCCCLXXVIII ut supra in librata siliginis et seracei plenius declaratur pro sua pensione tocius anni predicti, ultra siliginem et seraceum superius et pecunias inferius in suis titulis allocatos, et allocantur ut supra in siligine et seraceo - VIII sestaria, III quarteronos vini

Libravit que data et librata fuerunt manuoperariis qui dictas vineas, scilicet de Constanci, de supra Villam Francham et de Crista, quas dictus Peronodus de Morgona custodit et regit, coluerunt in anno Domini MCCCLXXVIII usque ad vindemias exclusive, ultra siliginem, nuces et seraceos superius in suis titulis allocatos - III modia vini

Libravit que data et librata fuerunt manuoperariis vinee de Ryns in anno Domini MCCCLXXVIII usque ad vindemias exclusive, ut supra in siligine et seraceis, et librantur de quolibet sestario XVI manuoperarii, prout retulit Johannes de Gontereto prius in computo, supra quibus veniat in computo sequenti plenius informatus, et allocantur ut supra in siligine - II sestaria vini

Libravit que data et librata fuerunt secatoribus et manuoperariis qui prata domini de Ryns secaverunt et fenaverunt tam in feno mayen quam ricorso in anno Domini MCCCLXXVIII et eadem reposuerunt, et librantur ut prius, exceptis secatoribus quibus datur vinum necessarium in secando, et allocantur ut supra in siligine - VIII sestaria vini

Libravit Anthonio, asinario, coligenti fenum decime pratorum de Stagno et fenum herbagiorum in anno Domini MCCCLXXVIII, de quo feno inferius computat in recepta, ultra siliginem et seraceum superius et pecunias inferius in suis titulis allocatos, vacanti duodecim diebus ad idem, et allocantur ut supra in siligine et seraceis - III quartanas vini

Libravit que data et librata fuerunt manu dicti Vagnyour manuoperariis qui frumentum domini de Ryns, de quo supra computat in recepta, coluerunt in anno Domini MCCCLXXVIII ultra siliginem et seraceos ut supra in suis titulis allocatos, et allocantur ut supra in suis titulis

37

- III sestaria vini

Libravit que data fuerunt VI hominibus ponentibus fenum pratorum domini de Ollees in anno Domini millesimo CCCLXXVIII in metis seu muellis, ultra siliginem et seraceos superius in suis titulis allocatos, et allocantur ut supra in suis titulis - VI quarteronos vini

Anselmo Pession

Libravit duodecim hominibus bornellos castri domini de Quarto reparantibus, anno Domini MCCCLXXVIII, in locis necessariis, ultra siliginem et seraceos superius in suis titulis allocatos, et allocantur ut supra in siligine - III quartanas vini

Deducuntur eidem que, propter obvalium incendii castri et quod casualiter evenit in turri et camera retro turrem castri predicti ex igne qui exivit de charforio¹¹³ dicte turris et cecidit supra tectum, sparsa fuerunt necessitate cogente pro succursu dicti castri, cum tunc bornelli castri fracti forent sic quod aqua nullatenus haberi poterat, et nam¹¹⁴ subscriptum vinum sic expositum fuisset residuum castri propter dictum incendium periisset. Et allocantur de mandato magistrorum computorum sicut superius in principio librate siliginis - IX modia vini

Summa librate: - XXXVIII modia, VI sestaria, I quarteronus vini et sic debet:

- XIII modia, X sestaria, I eminam, I quartanam, I quarteronum vini ad magnam mensuram

Venduntur in fine computi.

[XXVII] Idem debet:

- V modia, XI sestaria, I eminam, III quarteronos et tercium unius quarteronis vini ad parvam mensuram¹¹⁵

et: - II modia aceti

Respondit in computo sequenti.

Fenum:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de marescalcia per annum circa festum beati Johannis Baptiste, anno Domini millesimo CCCLXXVIII^o a personis <in> locis et villagiis inferius specificice declaratis.

Parrochia Dovie, ibidem:

Et primo recepit a Petro Tarida et consortibus suis pro marescalcia per annum debita per eosdem et eodem termino

- dimidium fayssium feni tensatum

Recepit a Jaquimino de Canali de Dovia pro marescalcia, pro eodem

¹¹³ Cheminée.

¹¹⁴ Lecture douteuse.

¹¹⁵ Dans la marge droite: *venduntur in fine computi*.

Hugues Garnier (1377-1378)

Recepit a Johanne Biola de Dovia pro marescalcia, pro eodem et eodem termino - dimidium fayssium feni tensatum
- dimidium fayssium feni tensatum

Parrochia de Roysano, ibidem:

Recepit a Jaquemeto Saller et consortibus suis pro marescalcia - II fayssios feni tensatos
Recepit ab Aymonodo Champapon pro marescalcia, pro eodem - dimidium fayssium feni tensatum
Recepit a Peroneto de Villa, Raynardo de Villa, Petro Domengii et dicta La Burlata pro marescalcia, pro eodem - I fayssium feni tensatum
Recepit a Johanne de Chomel de Roysan pro marescalcia, pro eodem - duas partes unius fayssii feni tensati
Recepit a Petro Morelli pro marescalcia, pro eodem - quartam partem unius fayssii feni tensati
Recepit a Bona Re de Preyl pro marescalcia, pro eodem - I fayssium feni tensatum
Recepit a Vionino dou Gorrey, Theobaldo dou Gorrey et consortibus suis pro dictis Les Platz, pro marescalcia, pro eodem - I fayssium feni tensatum
Recepit a Johannodo de Preyl pro marescalcia, pro eodem - I fayssium feni tensatum
Recepit a Johanne Matafan et Jaquemeta dicta Chapuisi, uxore sua, pro marescalcia, pro eodem - I fayssium feni tensatum
Recepit a Laurencio de La Dreit,¹¹⁶ Johannodo de La Dreit et consortibus suis pro marescalcia, pro eodem - I fayssium et terciam partem unius fayssi feni tensatum
Recepit a Johanne Lombardet et consortibus suis pro marescalcia, pro eodem - dimidium fayssium feni tensatum
Recepit a Johanne dicto Montjou et consortibus suis pro marescalcia, pro eodem - dimidium fayssium feni tensatum
Recepit a Petro Collon pro marescalcia, pro eodem - dimidium fayssium feni tensatum
38 Recepit a Morello de Rivo pro marescalcia, pro eodem - dimidium fayssium feni tensatum
Recepit a Jacobo Morelli et Guigona de Campis pro marescalcia, pro eodem - dimidium fayssium feni tensatum

¹¹⁶ Lire *Ladret*.

Anselmo Pession

Recepit a Johanne Jaquemeti de Macyno pro marescalcia, pro eodem
- I fayssium feni tensatum
Recepit a dicta La Pasquery de Roesan pro marescalcia, pro eodem
- medietatem unius fayssii feni tensati
Recepit a Petro Bosonis de Macyno pro marescalcia, pro eodem
- quartam partem unius fayssii feni tensati

Apud Blavy:

Recepit a Petro Pupuni de Blavy et consortibus suis de marescalcia,
pro eodem - I fayssium cum dimidio feni tensatum
Recepit a Bertodo Foresterii de Blavy et consortibus suis pro mare-
scalcia, pro eodem - dimidium fayssium feni tensatum
Recepit a Petro Pupuni de Blavy predicto et consortibus suis pro ma-
rescalcia, pro eodem - I fayssium feni tensatum

Parrochia Sancti Christofori:

Recepit a Michaele de Parlea et consortibus suis pro marescalcia, pro
eodem - dimidium fayssium feni tensatum
Recepit a Vuillermeto Udrici, Johanne de Grangia, Aymoneto de
Grangia, Hugonodo Bone, Nicolino Oddonis, Jaquimino Turumberti,
Petro Voudane, Martino Voudane, Colino de Glacier, Petro Colerii,
Vuillermo de Fonte, Vionino filio Alexandri de Fonte, Johanne Voberti,
Martino Valerii, Oddone de Fonte, Aymonino de Fonte, Johanne Tuvez,
liberis Petri de Fonte et suis consortibus pro communitate de Segnins
pro marescalcia per ipsam communitatem debita, pro eodem
- II fayssios feni tensatos
Recepit a Peronodo Maioris et suis consortibus pro marescalcia, pro
eodem - I fayssium feni tensatum
Recepit a Petro de Fressenea¹¹⁷ et consortibus suis pro marescalcia,
pro eodem - I fayssium feni et dimidium tensatum
Recepit a Johannodo de Oignian et consortibus suis pro marescalcia,
pro eodem - I fayssium feni tensatum
Recepit a Martino de Stabulo pro marescalcia, pro eodem
- I fayssium feni tensatum

Parrochia de Quarto:

Recepit ab Heustacio de Balma, Raymondo de Balma, Johanne Pe-
roneti de Balma et consortibus suis pro marescalcia, pro eodem

¹¹⁷ Lire *Frassinea*.

Hugues Garnier (1377-1378)

Recepit a Gasparde de Crestalla et consortibus suis pro marescalcia,
pro eodem - I fassum¹¹⁸ feni tensatum
- dimidium fassum feni tensatum

Apud Crestalla et Morgona:

Recepit ab Andrea de Crestalla et Petro Bisochon pro marescalcia,
pro eodem - dimidium fassum feni tensatum

Recepit a Johannodo Genseon et consortibus suis pro marescalcia,
pro eodem - I fassum feni tensatum

Recepit a Johanne Alesone de Crestalla pro marescalcia, pro eodem
- I fassum feni tensatum

Recepit a Jaquemeto Corna, Heustacio de Carrera de Quarto, Valino
de Morgona, et consortibus suis pro dictis Les Alexandres de Morgona,
pro marescalcia, pro eodem - quartam partem unius fassi feni

Recepit a Johanne Jaquimini de Morgona, Perronodo de Fonte de
Morgona, et liberis Johannis Marione et consortibus suis pro marescal-
cia, pro eodem - I fassum et dimidium feni tensatum

[XXVIII]

Apud ultra Cristam de Puvil:

Recepit a Vuillenco Charles de Arnio pro marescalcia, pro eodem
- sextam partem unius fayssi feni tensati

Recepit a Johanne Ponier¹¹⁹ de Arnio pro marescalcia, pro eodem
- quartam partem unius fayssi feni tensati

Apud Vigniel:

Recepit a Valetto de Vigniel, Petro Brunerii de Vigniel, Johannodo de
Vigniel et consortibus suis pro marescalcia, pro eodem
- quartam partem unius fayssi feni tensati

Apud Effra:

Recepit a Johanne de Furno, Johannodo de Furno, Jaquimino de Cro-
so et consortibus suis pro marescalcia, pro eodem
- quartam partem unius fayssii feni tensati

Recepit a Jaquimino Peronini des Alex, Jaquimino Brigand de Effra
et Johanne Stephaneti des Alex pro marescalcia, pro eodem
- dimidium fayssium feni tensatum

Recepit a Martino de Junello et consortibus suis pro marescalcia, pro
eodem - dimidium fayssium feni tensatum

¹¹⁸ On trouve aussi bien *fayssiis* que *fassus*.

¹¹⁹ Ou *Poner*.

Recepit ab eodem Martino et consortibus suis pro marescalcia, pro eodem - dimidium fayssium feni tensatum

Recepit a Vuillermeto Filiestro et nepote suo, filio Johannis Filiestro, pro marescalcia, pro eodem - sextam partem unius fayssii feni tensati

39

Decime:

Recepit a Jaquimino dicto Clerges de Augusta de et pro exitu decimarum que levantur in certis possessionibus existentibus a torrente Clausi Novi, inter Serro¹²⁰ et Augustam, usque ad civitatem Auguste, in quibus dominus percipit duas partes medietatis et reliquam terciam partem ipsius medietatis percipit dominus Jacobus Bonerii de Dovia, canonicus augustensis, reliquam vero medietatem percipit dominus de Monte Joveto, sicut superius dicitur in frumento, siligine et vino, et fit eidem similis iniunctio¹²¹ que supra in frumento circa festum beati Johannis anno Domini MCCCLXXVIII, nec plus habuit ut dicit

- XIII fayssios feni

Recepit de exitu decimarum pratorum vocatorum de Stagno, sitorum subtus Sanctum Christoforum, domino pertinenciarum causa permutationis facte per predecessores domini de Quarto condam cum curato tunc Sancti Christofori, de qua permutatione veniat informatus in computo sequenti circa festum beati Johannis anno Domini MCCC° LXXVIII¹²²

- XV fayssios feni

- V fayssios feni in dorso

Herbagia:

Recepit de et pro herbagio seu exitu herbagiorum que levantur a Ponte Lapideo usque prope Maladeriam Quarti, in certis pratis inter dictos confines existentibus, ultra alia herbagia debita per nonnullos cives et burgenses Auguste, redacta ad pecuniam, de qua computatur inferius in <titulo> denariis¹²³ census. Et quorum herbagiorum modum levandi nomina debencium et prata supra et in quibus levantur, tocusque negocii veritatem, cum de presenti nesciat, declaret in computo sequenti.¹²⁴

¹²⁰ Lire *Sarro*.

¹²¹ Dans la marge gauche : *vide*.

¹²² Dans la marge gauche : *vide V de dorsum*.

¹²³ Lire *denarii*.

¹²⁴ Dans la marge gauche : *vide*.

Hugues Garnier (1377-1378)

Et computat pro termino festi beati Johannis anno Domini M^o
CCCLXXVIII, nec plus habuit ut dicit, - X fassos feni

Herbe pratorum:

Recepit de et pro exitu primi feni prati domini de Quarto vocati Ol-
lees, siti subtus et inter Sanctum Christoforum et Quartum, quod pratum
dominus Henricus, dominus de Quarto condam, una cum quibusdam ter-
ris contiguis acquisitis per eum a nonnullis agricolis, tradidit ad censam
seu firmam per sex annos, inceptos anno Domini M^o CCC^o LXXV circa
festum Omnium Sanctorum, Jaquimino de Canali de Dovia, burgensi de
Porta Sancti Ursi, et Jaquimino dicto Brigant de Effra, sub condicioni-
bus et pactis habitis inter partes quod ipsi Jaquiminus de Canali et Ja-
quiminus Brigant teneantur et debeant murgerios, boyssonos et aliquas
alias consuetudines in dictis necessariis tollere et remove, dictum pra-
tum tenere clausum et bene adquare per dictus tempus, pro primo feno
percepto in dicto prato in parvis muellis, et dicti Jaquiminus et Jaquimi-
nus debent percipi recorssum et aliam herbam postea crescentem in pra-
to, et sub aliis pactis contentis in istrumento recepto per Johannem de
Gontereto notarium, quod exhibeat in computo sequenti pro declaracio-
ne pleniore dictarum convencionum. Et computat pro anno Domini M^o
CCC^o LXXVIII^o pro tercio dictorum sex annorum, quibus finitis, totum
pratum remanebit domino, nec plus habuit ut dicit - C fassos feni

Recepit de et pro exitu prati domini vocati de Ryns, cuius prati seyto-
ratarum numerum declaret in computo sequenti circa festum beati Jo-
hannis Baptiste, anno Domini MCCCLXXVIII, nec plus habuit ut dicit
- LXV fassos feni

Recepit de et pro exitu dicti prati eodem anno MCCCLXXVIII, nec
plus ibidem fuit recorssum, prout dicit - XX fassos feni recorsi

Recepit de et pro exitu alterius pecie prati siti ad Lunyczan, parrochie
de Roisano, continentis circa unam seytoratam cum dimidia, circa fe-
stum beati Johannis Baptiste anno Domini MCCCLXXVIII, nec plus
habuit ut dicit - VI fassos feni

De recorssu dicti prati nichil computat quia nullum crevit ibidem dic-
to anno propter siccitatem ut dicit.

Recepit a Petro dicto de Cho, habitatori Quarti, pro firma cuiusdam
pecie prati et gerbi seu clivi vocati de Plantatis, siti prope Quartum,
quod solet esse vinea sicut superius in vino, quam peciam dictum Pe-
trum coluit et laboravit ad medium fenum dicto anno Domini M [XXIX]

CCCLXXVIII, nec plus habuit ut dicit et fit eidem¹²⁵ similis iniunctio
que superius in frumento - I fayssium feni

De ricorso dicti prati seu gerbii vel clivi, nichil computat quia nul-
lum recursum evenit dicto loco propter eius sterilitate ut dicit.

De exitu pratorum domini vocatorum de Revoyeria, supra Sanctum
Christoforum, sicut in pluribus peciis quas et numerum seytoratarum
declaret in computo sequenti, nichil computat in feno quoniam de ipso
inferius in firmis pecunie respondebit et computabit.

Forisseca:

Recepit qui reperti fuerunt tam in prato seu grangia de Revoeria
quam in prato de Olees, tempore quo recepit castellaniam supradictam,
nec plus invenit, ut dicit, quia domina de Quarto, relicta domini Henrici,
domini de Quarto condam, residuum fenum consumpserat cum suis
equis et Ludovici de Ternie, generi sui condam, dum in loco post obitum
domini de Quarto mansionem fecerunt - III^{XX} X fayssios feni

Et: - LXV fayssios recorsi

Summa:

Libravit Petro Morelli de Rivo, custodi et administratori ac dispensatori aque rivi domini vocati de Preposito, pro suo salario tocius anni domini MCCCLXXVII administracionis dicti rivi, et allocantur de mandato domini per eius litteram superius in librata siliginis insertam, et per litteram confessionis et recepte dicti Petri Morelli, datam die quinta septembris anno Domini millesimo CCCLXXVIII, manu Johannis Gontere-ti signatam, quam reddit:

- VI florenos boni ponderis ad XXVI

Libravit Aymoneto Champapont de Roysan, custodi predicti rivi vocati de Preposito, pro tanto per annum in pecunia, ultra siliginem, seraceos et vinum in suis titulis superius allocatos in libratis, et allocantur eidem pro anno Domini MCCCLXXVII per litteras et mandatum superius in librata siliginis redditos et factos

- LX solidos viennenses ad XXVI

Libravit Gotofredo, dicto Vaygniour, de Rins, famulo et custodi grangie domini de Rins, pro remanencia sui salarii unius anni finiti in festo beati Martini, anno Domini MCCCLXXVII, ultra siliginem, seraceos et vinum superius in suis titulis allocatis, et allocantur per litteras et de mandato superius in librata siliginis redditas et facto

- CIIII solidos viennenses ad idem

Libravit Peronodo de Morgona, rectori vinearum domini de Constan-cy, de supra Villam Francham et de Crista, pro suo salario de anno Do-mini M° CCC° LXXVIII° ultra siliginem, seraceos et vinum, et allocan-tur per modum et litteras superius in suis titulis declaratas

126

- III florenos boni ponderis ad XXVI

Libravit Anthonio, asinario, coligenti fenum decime pratorum de Stagno et fenum herbagiorum in anno Domini M° CCCLXXVIII°, ultra siliginem, seraceos et vinum superius in suis titulis allocatos, et allocan-tur per modum superius in librata siliginis declaratum, circa que dictus Anthonius vacavit XII diebus

- XXIIII solidos viennenses ad idem

Libravit Johanni Charles de Holomont et eius socio, custodibus be-stiarum que fuerunt in Monte de Durant in anno Domini MCCC LXXVIII, de cuius montis firma seu pasqueragium dictarum bestiarum

³²⁹ Dans la marge gauche : *vide*.

superius in firmis pecunie computat in recepta, ultra siliginem superius in librata propter hoc allocatam, et allocantur de mandato magistrorum computorum ut prius et per litteram confessionis dicti Johannis [IIII^{XXV}] Charles, datam die III septembris, anno Domini M^o CCC^o LXXVIII^o, manu Johannis Gontereti signatam, quam reddit, de quibus sex floreni sunt pro salario, XL solidi viennenses ad XXVI pro lacte duarum vacarum eis pro pacto traditi et XIII solidi pro calciamentis ipsorum - VI florenos boni ponderis ad XXVI

Et: - LIII solidos viennenses ad idem

Libravit Jaquimino dicto Clerjayz³³⁰ de Augusta pro suo salario unius anni finiti mense iulii M^o CCCLXXVIII^o, per quod tempus vacavit colligendo decimam domini que levatur in certis possessionibus consistentibus a torrente Clausi Novi, inter Sarrum et Augustam, usque ad civitatem Auguste, per modum et formam declaratos superius in frumento, siligine, vino, feno et paleis in recepta, et allocantur de mandato magistrorum computorum ut prius et per litteram confessionis et recepte dicti Jaquimini, datam die prima septembris, anno Domini MCCC LXXVIII, manu Johannis Gontereti signatam, quam reddit

- IIII florenos boni ponderis ad XXVI

Libravit Johanni dicto Fillery, custodi rivi vocati fratri Boudini de quo adaquantur prata de Stagno et de Ollees, de et pro quibus superius computat in recepta siliginis et feni, pro suo salario custodie dicti rivi anni MCCCLXXVIII, ultra tributum quod percipit a tenentibus dicta prata de Stagno, et allocantur de mandato magistrorum computorum superius et per litteram confessionis dicti Johannis Filery, datam die prima septembris MCCCLXXVIII per Johannem Gontereti signatam, quam reddit

- XL solidos viennenses ad XXVI

Libravit ad expensas domine Pantissalee, relicte domini Henrici domini de Quarto, filiarum ipsorum, domicellarum, servitorum et aliorum famulorum ipsius domine et filiarum, factas per easdem causas et modis <supradictis>, et allocantur de mandato declaratis³³¹ superius in libratibus caseorum et per litteram clausam domini de mandato providendi honorabilibus de victualibus dictis domine filiabus et familie, datam Rippollis,³³² die XXIII septembris, quam reddit

- XV florenos boni ponderis ad XXVI

³³⁰ Lire *Clerges*.

³³¹ Lire *declarato*.

³³² Rivoli.

Missa domini:

Libravit domino Janino,³³³ curato de Quarto, qui per unum annum finitum die prima mensis augusti, anno Domini M° CCCLXXVIII°, missarum sollempnia prout infra celebravit ter in ebdomada qualibet, et allocantur per litteram domini de testimonio et mandato allocandi, tenor cuius littere talis est:

"Amedeus comes Sabaudie dilectis magistris et receptoribus computorum nostrorum salutem. Vobis mandamus, tenore presencium, quatenus quinque florenos auri parvi ponderis quos dilectus Hugo Garnerii, alias Rauda, castellanus noster de Quarto, libravit et expedivit de mandato nostro curato de Quarto, qui per unum annum continuum, finitum prima die mensis huius, tres missas in ebdomada qualibet ad honorem Dei beateque Marie semper Virginis eius matris et beati Nycolai, patroni capelle castri nostri de Quarto, celebravit pro singulari vice. Item et viginti quinque libras cursibiles monete augustensis, quas per ipsum nostrum castellanum tradi et expediri volumus uni sacerdoti anno quolibet et in antea pro tribus missis celebrandis in capella nostre Ville Franche et aliis tribus missis celebrandis in capella castri nostri de Quarto in singulis hebdomadis, ad honorem Dei beateque Marie semper Virginis gloriose et beatorum Anthonii et Nycolai sanctorum suorum, dicto nostro castellano, habita a dicto sacerdote qui dictas missas celebraverit per annum littera de recepta, in suo priori et sequentibus computis allocetis absque difficultate quacumque. Datum Rippollis, die XX mensis augusti, anno Domini millesimo CCCLXXVIII, per dominum, presentibus dominis Girardo Destres, cancellario Sabaudie, et Surleono de Mediis Bardis.³³⁴ Mermetus Rougeti."

Quam reddit una cum littera confessionis et recepte dicti domini Janini, data die sexta septembris, anno Domini millesimo CCCLXX octavo, manu Johannis Gontereti signata

- V florenos parvi ponderis ad XXIII

³³³ Il s'agit de Janin, fils d'Aimon, seigneur de Doues. Il figure dans une dizaine de documents contenus dans le *Registrum instrumentorum ecclesie parochialis Quarti factum manu Petri Clavenczany*, dressé entre 1368 et 1380, et dans une reconnaissance de 1374 (P.-ÉTIENNE DUC, *Annuaire du diocèse d'Aoste*, 1898). Ailleurs *Johanninus*.

³³⁴ Lire *Barbis*.

Libravit Humberto de Greysiaco,³³⁵ dicto Jaspio, recipienti pro domino cui dictus Jaspios³³⁶ computare debebit, ut per instrumentum confessionis et recepte ipsius Humberti de Greysiaco dicti Jaspio factum per Gulliermum <Guillonis> de Sancto Germano notarium publicum sub anno Domini MCCCLXXVII, indicione XV, die XXVIII mensis octobris, quod reddit una cum littera domini clausa de mandato credendi dicto Jaspio firmiter in refferendo et requirendo vice domini, data Querii,³³⁷ die secunda mensis octobris

- II^C IIII^{XX} VI florenos boni auri et iusti ponderis ad XXVI

Libravit eidem Humberto de Greysiaco, dicto Jaspio, recipienti pro domino³³⁸ cui dictus Jaspios computare debebit, ut per litteram confessionis et recepte dicti Humberti, datam die nona mensis novembris, anno Domini MCCC LXXVII apud Rippailliam, manu Raymondi de Ponter signatam, quam reddit

127

- XXXIX florenos boni ponderis ad XXVI

Et: - IIII denarios obolo grossos ad idem

Libravit ad expensas Mermeti Rougeti, secretarii domini, famuli et equorum suorum astancium cum eodem, factas vicibus et diebus quibus ivit versus Augustam stetitque ibidem vacando bona quecumque mobilia et immobilia domini de Quarto condam ad manus domini reducendo et ponendo seriatim in scripturis, deinde reddendo ad dominum, prout eidem Mermeto dominus dederat in mandatis, ut per litteram domini de testimonio cum mandato allocandi, datam Querii, die secunda novembris, anno Domini MCCCLXXVII, quam reddit, et in pede dicte littere scriptum confessionis et recepte dicti Mermeti, manu propria signatum

- XIII florenos boni ponderis veteres ad XXVI

[IIII^{XXVI}] Libravit Anthonio Championis recipienti pro domino cui dictus Anthonius computare debebit,³³⁹ ut per ipsius Anthonii litteram de confessione et recepta sigillatam sigillo ipsius Anthonii Championis, eius manu propria scriptam et signatam, tenor cuius talis est:

"Ego Anthonius Championis notarius, notum facio universis quod ego habui et recepi, meque habuisse confiteor, ab Hugone Ronda, castellano de Quarto, quos michi solvit pro domino nostro Sabaudie comite, primo videlicet in ambrosianis, dimidiis grossis, quartis grossis et

³³⁵ Grézy-sur-Isère, en Savoie.

³³⁶ Dans la marge gauche : *Humbertus de Greysiaco, dictus Jaspios*.

³³⁷ Chieri.

³³⁸ Dans la marge gauche : *idem*.

³³⁹ Dans la marge gauche : *Anthonius Championis*.

monete de Sabaudia, videlicet tresdecim denarios obolo grossos pro floreno, quinquies centum et viginti florenos, item ducentos et quadraginta duos florenos boni ponderis veteres, decem florenos Orangie et sepcies centum quindecim florenos, tam ducatos januenses quam florenos camere, quas quantitates florenorum rogo per magistros computorum, in eius primo computo dicte castellanie, rogo allocari. Datum in Friburgo, die XX mensis marcii, anno Domini MCCCLXXVIII, sub sigillo meo. Anthonius Championis".

Quam reddit una cum duobus paribus litterarum clausarum domini de mandato expresso directo dicto castellano de mictendo totam illam financiam quam habere posset statim et incontinenti Anthonio Championis, facturo tam de dictis quam aliis financiis pro domino soluciones domino de Turre³⁴⁰ de certa quantitate dicto domino de Turre debita per dominum, datarum Querii prima die sexta februarii, secunda vero die octava dicti mensis, in galico³⁴¹ scriptarum et mencionem expressam faciencium quod, nisi dictas financias micteret, magnum onus inde dominus substineret, quia dominus, nisi sic fieret, certos suos nobiles mictere debebit apud Friburgum hostagia tenturos

- V^C XX florenos boni ponderis ad XIII denarios obolo grossos

Item: - II^C XLII florenos boni ponderis veteres ad XXVII

Item: - X florenos Orengie ad XXV

Et - VII^C XV florenos ducatos januenses camere ad XXVI

Libravit ad expensas Jaquimini de Canali, burgensis porte Sancti Ursi Auguste, factas per eundem eundo de Augusta apud Friburgum cum duobus equis et uno valleteo portando financiam proxime scriptam predicto Anthonio Championis, stando ibidem et inde redeundo, circa que vacavit quatuordecim diebus: - VI florenos ad XXVI. Item in empcione unius paris setularum pro dicto valleteo pro tanto: - III denarios grossos. Item in et pro locagio predictorum duorum roncinorum ad rationem unius denarii obolo grossi per diem pro quolibet roncinio predictorum: - III solidos, VI denarios grossos. Et allocantur de mandato magistrorum computorum facto superius in principio libratarum et pro cedula de testimonio manu Mermeti Rougeti, secretarii domini, signatam,³⁴² quam reddit: - VI florenos boni ponderis ad XXVI

³⁴⁰ Il s'agit de noble Antoine de la Tour qui s'était réfugié chez les seigneurs de Savoie après avoir défenestré l'évêque de Sion, Guichard Tavelli.

³⁴¹ Langue française.

³⁴² Lire *signata*.

Et: - III solidos, XX denarios grossos ad XXVI
Libravit ad expensas Bartholomei de Mota, procuratoris domini in Valle Augusta, factas per modum contentum in cedula quadam, tenor cuius talis est:

"Anno Domini millesimo CCCLXXVIII, indicione prima, diebus infrascriptis, secuntur expense quas Bartholomeus de Mota, procurator nomine nostri domini Amedei comitis Sabaudie, fecit et expendit pro negociis dicti domini nostri et pro facto domine Pantissalee de Saluciis, et hoc de anno proximo preterito et supradicto, sicut fuit mandatum per dictum dominum nostrum Sabaudie comitem, die XVII mensis decembris, apud Querii, ubi stetit eundo et reveniendo: - XXII diebus. Item pro eadem causa quando, alia vice, fuit illuc mandatus, ubi stetit eundo et redeundo: - octo diebus. Item ivit Chamberiacum de mense iulii et anno presenti pro eadem causa, ubi stetit eundo et redeundo: - VIII diebus. Item superstetit Auguste pro eodem negocio et pro summam quam ipsam reddendo: - tribus ebdomadis. Item expendit decem grossos pro quodam nuncio quem misit ad dominum apud Querium pro dicto negocio, qualiter ipse fuit mandatus per dominum, paratus est per suas litteras edocere. Item pluribus aliis diebus tam pro inventario bonorum de Quarto stetit, pro quibus expensis petit sibi solvi atque castellano Quarti mandari, quatenus sibi dicto procuratori solvat, pro expensis predictis, quadraginta octo florenos."

Et allocantur per litteram domini, scriptam subtus dictam cedula, de mandato tradendi et expediendi cum mandato allocandi, datam Auguste, die XII mensis augusti, anno Domini millesimo CCCCLXXVIII, sub signeto domini, quia sic fieri ordinavit, ipsius ausencia non obstante, per Mermetum Rougeti signatam, quam reddit cum littera confessionis et recepte dicti Bartholomei, data die nona mensis augusti anno eodem, ipsius Bartholomei ultimo signo signatam³⁴³, in qua continetur quod dictus Bartholomeus de Mota ...³⁴⁴ Vide dorsum³⁴⁵

- XLV florenos parvi ponderis

Libravit ad expensas sui ipsius et Mermeti Rougeti, secrearii domini, factas per modum contentum in quadam papirea cedula, tenor cuius sequitur in hunc modum:

³⁴³ Lire *signata*.

³⁴⁴ La phrase s'interrompt avant le renvoi *vide dorsum*.

³⁴⁵ Dans la marge gauche : *vide dorsum*.

"Voyssi les despans que je Hugo Roda ay fait en allens de Quart a Rivoles l'ant mill CCCLXXVII parler à monseigneur le premier jor de octobre. Je me parti de Quart et demoray, tant en aler quant à venir, VI jor et ay despandu par jor, à dues chivax:³⁴⁶ - X denarios grossos. Summa: - V solidi grossi. Item selluy mesme ant,³⁴⁷ le X jor du moys de novembre, je me parti de Quart et alay à Quier parler à monseigneur, et j'ay mis, tant en aler quant en venir, V jours antiens et ay despandu par jor à dues chivax: - X denarios grossos, et par feroura et par XVI perdris que je portay à monseigneur à Quier. Somme pour tot: V solidos, VI denarios grossos. Item selluy mesme ant, le XV jor du meys de desenbro, je me parti de Quart et allay à Quier à dues chivax et ay despandu, tant pour aller quant pour demorer à Quier, hout³⁴⁸ je ne ay esté livrez par III jor et par l'estachi de mes chivax, tant par ferriat tant par mont revenir: - V jor entier, conté par jor X denarios grossos: - VI solidos, II denarios grossos."

Et allocantur eidem per litteram domini de testimonio cum mandato allocandi, datam Querii, die XXVIII mensis decembris, anno a nativitate Domini MCCCLXXVIII, sub signeto domini, cancelario absente, expeditam per dominum et signatam per Mermetum Rougeti, cui littere est annexa predicta cedula, quas reddit

128 - XVI solidos, VIII denarios grossos, parvi ponderis
[IIII^{XXVII}] Libravit ad expensas sui ipsius et Mermeti Rougeti, secretarii domini, factas per modum contentum in quadam papirea cedula cuius tenor talis est:

"Voyssi les despans que je Hugo Roda ay fayt alant et vinant de Quart à Quier l'ant MCCCLXXVIII, le X jor du moys de fevrier, tant par VI jour, tant par ferra,³⁴⁹ tant par III jor que je ay esté delivré à Quier, conte tot: - VI florenos et dimidium parvi <ponderis>. Item le XVI jor de avril, l'ant que dessus, je Hugo Roda allay vers monseigneur alla Villa Nova de Chillon et me retornay à Chambéry par son comandeman et se³⁵⁰ j'ay mis: - VII jours antiens et ay despandu, tant par ferroure quant par aborrax, non obstent se que je ay esté livrés à Ripaille et autre par: - VI florenos parvi <ponderis>. Item je Hugo Roda ay payé à Chambéry

³⁴⁶ Deux chevaux.

³⁴⁷ An.

³⁴⁸ Où.

³⁴⁹ Fers à cheval.

³⁵⁰ Ce.

pour les despans de Mermet Rouget de II jor, les quas³⁵¹ furent le V jour et le VI jor du moys de julliet, l'ant que dessus, antiens: - XX denarios grossos. Item le VII jour de julliet, Mermet Rouget et je, nos partimes de Chambéry pour aller en Hoste,³⁵² et avons despanduz pour le chemin tanque³⁵³ en Hoste: - III florenos parvi <ponderis>. Item le XIII jor du moys de julliet, l'ant que dessus, je Hugo Roda me parti d'Oste et me allay à Rivoles avoy³⁵⁴ Mermet Rouget, jusque au quel lue,³⁵⁵ le dit Mermet, a payé ses despans et les miens pour mois,³⁵⁶ mais deis selli lue³⁵⁷ de Rivoles jusque à Chambéry je ay despandu et payé pour mes despans: - III florenos parvi <ponderis>. Summa de tos les despans escrits de seste sedulle: - XX florenos et II denarios grossos parvi <ponderis>."

Allocantur per litteram domini de testimonio cum mandato allocandi, datam Rippolis, die XIX mensis augusti, anno Domini millesimo CCCLXXVIII, expeditam per dominum, relacione domini consiliarii Sabaudie, signatam per Guigonem Marchiandi, cui littere est annexa predicta cedula, quas reddit

- XX florenos, II denarios grossos parvi ponderis

Libravit Bartholomeo de Mota, procuratori domini in Valle Augusta, in exoneracionem et diminucionem septuaginta florenorum auri per dominum dicto Bartholomeo debitorum, et quos idem Bartholomeus tradidit et libravit ad expensas suas factas vacando et persequendo certa negocia domini extra Vallem Augustam, temporibus et diebus declaratis in cedula annexa littere domini de testimonio predictorum, cum promissione assignandi in priori tunc adventu domini in Valle Augusta, date Morgie, die XVI mensis augusti, anno Domini MCCCLXXVII, et allocantur per aliam litteram domini, directam tam eidem castellano quam baillivo Vallis Auguste, de mandato tradendi et expediendi super exitibus bannorum et penarum commissarum et commictendarum per homines de Varant super quadam transactione facta per illos de Curia Maiori et dictos homines de Varant, necnon super iuribus domino competentibus in bonis mobilibus Johannis de Bocza condam, quorum iurium domini decla-

³⁵¹ Lesquelles.

³⁵² Aoste.

³⁵³ Jusqu'à.

³⁵⁴ Avec.

³⁵⁵ Lieu.

³⁵⁶ Moi.

³⁵⁷ De ce lieu.

racionem idem procurator debuit procurasse cum mandato allocandi, datam Querii die secunda mensis januarii, anno Domini MCCCLXXVIII, sub signeto domini, cancelario absente, quas litteras et cedula[m] exhibet et retinet ad eas dicto procuratori reddendum, donec fuerit ei de residuo satisfactum. Et allocantur sic de mandato dominorum Aymonis de Chaland et Anthonii Barberii, magistrorum computorum domini, facta mentione prius in scripturis et per litteram dicti procuratoris de confessione et recepta, supra successionem bonorum Johannis de Bocza predicti condam, datam die IX mensis septembris, anno Domini MCCC LXXVIII, sub signo ultimo et sigillo dicti procuratoris, quam reddit

- XV florenos auri parvi ponderis

Libravit ad expensas domini Surleoni de Mediis Barbis, consilarii, et Mermeti Rougeti, secretarii, dominique commissariorum, factas apud Augustam cum equis et familiis ipsorum in domo Johannis de Don de Augusta, ubi fuerunt et steterunt pro pluribus negociis domini specialiter factum Quarti tangentibus: primo dictus Mermetus a die decima iulii MCCCLXXVIII usque ad diem veneris sequentis XVI dicti mensis, qua die sero venit idem dominus Surleoni, ubi simul steterunt pro predictis usque ad diem XIII mensis augusti, anno eodem. Et allocantur per litteram domini de mandato solvendi et realiter expediendi, cum allocandi mandato, datam Rippolis die XXIII marci, anno Domini MCCC LXXVIII, et per litteram confessionis et recepte dicti domini Surleoni cum eius testimonio, datam in civitate Auguste, die XIII mensis augusti, anno predicto, suo sigillo sigillatam, superius in librata feni redditas

- XXXIII florenos parvi ponderis

Libravit in empicione unius quaterni papiri pro pluribus litteris et negociis domini scribendis et fiendis, traditi domino Aymoni de Chaland tempore receptionis computi presentis, de mandato cuius allocantur

- I denarium obolo grossum parvi ponderis

Remanencia computorum Sanctorum Ranguiberti et Germani:

Allocantur eidem qui sibi per dominum debebantur pro remanencia suorum computorum castellaniarum Sanctorum Germani et Ranguiberti, finitorum die nona exclusive mensis septembris, anno Domini MCCC LXXVII, de quibus habebat litteram domini de debito, datam Chamberiaco die XI mensis maii, anno Domini MCCCLXXVIII, sub sigillo consilii Chamberiaco residentis, [IIII^{xx}VIII] domini cancelario absente,

quam reddit et fuit cancelata, et in qua continetur³⁵⁸ quod ipse castellanus debet domino, ut in predictis computis continetur: tercentos decem octo quartalia, tres bichetas et tercium unius bichete frumenti ad mensuram Sancti Germani, quater viginti quinque quartalia, duas bichetas et dimidiam frumenti ad mensuram Sancti Ranguiberti, tres bichetas mixture, sexcies viginti decem novem quartalia, duas bichetas et sextum unius bichete avene ad mensuram Sancti Germani et quinquaginta duo quartalia et dimidiam bichetam avene ad mensuram Sancti Ranguiberti, et allocantur eidem per litteram domini de assignacione facta super castris et castellaniis domini de Quarto et de Oyacia, redditibus, preysiis et aliis obvencionibus et emolumentis ipsarum castellaniarum, cum mandato allocandi, datam Chamberiaco die sexta mensis augusti, anno Domini millesimo CCCLXXVII, quam reddit

- M V^C LXXV florenos auri boni ponderis

Et: - IX denarios, I quartum grossum turonensem quorum florenorum singuli sex valent quinque franchos auri et e converso.

129

Exoneracio debiti Johannoni et Francisconi Teste:

Libravit Johannoni et Franciscono Teste de Avillania,³⁵⁹ fratribus, quos dominus debebat eisdem fratribus per modum, formam et ex causis contentis in litteris domini, tenor quarum sequitur in hunc modum:

"Nos Amedeus, comes Sabaudie, notum facimus universis quod cum dilectus fidelis noster Johannonus Teste de Avillania solverit et tradiderit realiter pro nobis et nomine nostro mille ducatos auri certis mercatoribus de Ianua, quibus certis ex causis tenebamur in ipsis instrumentis publicis de debito, que idem Johannonus vice nostra sibi fecit restitui atque reddere et que nobis reddere tenebitur quando ipsum de dictis mille ducatis faciemus contentari, idemque Johannes ad nostri requestam responderit et solvere promiserit, nomine nostro et pro nobis, centum florenos auri parvi ponderis, ad triginta duo solidos esperonatorum viennenses pro quolibet floreno, Perrino Roterio burgensi Secusie,³⁶⁰ item Anthonio Sapientis de Secusia alios centum florenos dicti ponderis, quos nuper ab eis mutuo recepimus manu dilecti Petri Vicini, thesaurarii

³⁵⁸ Dans la marge gauche : *vide pro domino*.

³⁵⁹ Avigliana.

³⁶⁰ Susa.

hospicii nostri,³⁶¹ qui nobis de ipsis computare debebit, nosque teneamur ipsi Johannono in quater centum et tribus franchis auri pro precio et nomine precii decem septem peciarum pannorum diversorum colorum, tam integrarum quam non integrarum, quas habuimus ab eadem manu dicti Petri Vicini.³⁶² Hinc est quod nos dictus comes scienter et sponte, pro nobis et nostris heredibus et successoribus universis confitemur, et publice tamquam in iudicio recognoscimus, nos debere et nos debere constituimus per presentes dicto Johannono et Franchiscono eius fratri et eorum et utriusque ipsorum heredibus et successoribus quibuscumque, suprascriptas ducatorum, florenorum et franchorum quantitates ac nostro notario infrascripto more publice persone stipulanti et recipienti more publice persone vice nomine et ad opus dictorum fratrum creditorum predictorum heredumque et successorum suorum quorumcumque et utriusque ipsorum, promittentes nos ipse comes dicto nostro notario stipulante et recipiente ut supra per iuramentum nostrum corporaliter prestitum ad evangelia Dei sancta, sub nostrorum ypotheca et obligatione bonorum mobilium et immobilium quorumque et sub fide nostri corporis data perinde fide iuramenti vel aliis obligationibus maxime derogante vel econtra dictas ducatorum, florenorum et franchorum firmas et qualibet ipsarum dare, tradere, solvere et realiter expedire dictis fratribus creditoribus vel alteri ipsorum aut ipsorum vel alterius ipsorum certo nuncio vel mandato instrumenta predicta debiti mille ducatorum predictorum cum litteris presentibus defferenti apud Avillaniam, in pace et sine lite, et aliqua excepcione iuris vel facti sibi vel alicui ipsorum in contrarium opponenda infra proximum mensem maii, una cum dampnis, interesse, garnicionibus, missionibus et expensis, que, quod et quas dicti fratres creditores vel alter ipsorum facerent, incurrerentur vel substinerentur occasione dicti debiti petendi, recuperandi vel exigendi de quo non foret eisdem loco et termino predictis plenarie satisfactum, super ipsis credere dictis fratribus et utrique ipsorum suo verbo simplici, omni alia probacione cessante. Et pro premissis firmiter actendendi et complendi ad nostri requisiciones, dilecti fideles milites et consilarii nostri domini Girardus Destres, cancelarius Sabaudie, et Bartholomeus de Chignino se constituunt fideiussores principaliter et insolidum et uterque ipsorum pro se et suis heredibus et successoribus quibuscumque erga prenomatos fratres creditores et utrumque ipsorum et nostrum nota-

³⁶¹ Dans la marge gauche : *Petrus Vicini*.

³⁶² Dans la marge gauche : *idem*.

rium infrascriptum, stipulantem et recipientem ut supra, qui fideiussores et uterque ipsorum promiserunt dicto nostro notario stipulanti et recipienti ut supra, videlicet dictus dominus Girardus sub iuramento et bonorum suorum obligacione quorumcumque, et dictus dominus Bartholomeus sub iuramento fide corporis et bonorum suorum obligacione, sicut nos superius obligamur, dare, solvere et realiter expedire dictis fratribus creditoribus vel alteri ipsorum aut eorum vel alterius ipsorum nuncio predicta debitoria instrumenta cum presentibus defferenti, predictas ducatorum, florenorum et franchorum quantitates et quaslibet ipsarum, loco et termino supradictis, casu quo infra dictum terminum dicte quantitates et quelibet ipsarum per nos non fuerint integre persoluite una cum dampnis, gravaminibus, expensis et interesse predictis, quibus creditoribus et utrique ipsorum super eis expensis ac interesse predictis suo simplici verbo adhiberi debeat plena fides, omni alia probacione reiecta. Quos fideiussores nostros et utrumque ipsorum et fideiussiones presenti indempnes firmare promittimus sub fide [IIII^{XXIX}] et sub iuramento et obligacione predictis et eos eripere ab ea plenarie sine dampno prosumus insuper, nos dictus comes, promiseruntque dicti fideiussores et quilibet ipsorum sub iuramento et obligacione predictis, promissiones et obligaciones predictas et alia omnia et singula supra et infrascripta, rata, grata et firma habere et tenere perpetuo et non contrafacere aliquo modo vel venire, nec contravenire volenti, in aliquo consentire, nec prebere consilium, auxilium vel favorem; et renunciamus, nos dictus comes et fideiussores predicti, et quilibet nostrorum per nostra predicta iuramenta ex nostris certis scienciis in hoc facto, omni accioni et excepcioni doli, mali, metus dictarum quantitarum ex causis predictis non debitarum, non habitarum et non receptorum, spei numeracionis et receptionis predictarum futurarum, epistole divi Adriani, nove constitutioni de pluribus reis debendi, fori privilegio, petitioni et oblacioni libelli, copie presentium litterarum, iuri dicenti confessionem factam extra iudicium vel coram non suo iudice non valere, iuri dicenti principalem prius esse conveniendum quam fideiussorem omnique alio iuri canonico et civili, quo contra premissa vel ipsorum aliqua possemus facere vel venire, aut in aliquo nos tueri et iuri dicenti generalem renunciacionem non valere nisi precesserit specialis in quorum omnium testimonium atque robur, nos ipse comes et fideiussores predicti et quilibet nostrum sigilla nostra propria duximus presentibus litteris apponenda. Datum Cherii, die penultima novembris, anno Domini MCCCLXXVII^o, per dominum redditur litteras portitori. Micheletus de Croso."

130

Et allocantur eidem castellano tam per litteram domini annexam littere superius inserte, tenor cuius sequitur in hunc modum:

"Amedeus comes Sabaudie dilecto castellano nostro de Quarto salutem. Quoniam Johannono et Franciscono Teste de Avillania satisfactum non fuit de quantitibus contentis in nostris litteris presentibus annexis, tibi precipimus et mandamus quatenus quantitates ipsas eisdem Johannono et Franciscono solvas et expedias realiter cum effectum de et super financiis nobis debitis per homines terre de Quarto nobis solvendis in mense maii proxime venturo, sine difficultate vel contradicione quacumque, non obstantibus assignacionibus quibuscumque super dictis financiis per nos factis, et nos ipsas quantitates per te sic solvendas, habita ipsorum Johannoni et Francisconi cum presentibus et annexis cum instrumento debiti mille ducatorum, de quibus agitur in litteris antedictis, littera de recepta, allocari precipimus et mandamus. Datum Cherii, die ultima februarii, anno Domini MCCCLXXVIII. Per dominum, presentibus dominis Girardo Destres, cancellario, et Bartholomeo de Chignino. Petrus Vicini."

Quod etiam, per confessionem dicti Francisconi Teste, presentis in computo, de recepta nomine suo dictique Johannoni Teste, sui fratris, et quas litteras superius insertas idem Francisconus, presens ut supra in computo, exhibuit et presentavit occasione librata presentis et subscriptarum quantitatum florenorum allocatarum per suam confessione predictam, et sibi retinuit ad opus sui et dicti Johannoni sui fratris, una cum instrumenta de quibus in priori superius inserta littera mencio fit, donec fuerit eisdem fratribus plenarie satisfactum de residua quantitate que debetur eisdem per formam ipsarum litterarum, in quibus ambabus litteris mencio fit in fine de librata presenti

- M ducatos auri ad XXVI

Et: - II^c florenos parvi ponderis ad XXVIII

Allocantur ei quos solvit et libravit realiter, ut asseruit, in et pro cambio sepcies centum et quindecim ducatorum per eum ut supra libratorem Anthonio Championis, item in et pro cambio centum sexaginta sex ducatorum de mille ducatis per eum ut supra libratem Johannono et Franciscono Teste, et quos sepcies centum quindecim ducatos Johannono et Franciscono Teste libratos ut prius emit, ad rationem quatuordecim denariorum oboli grossorum, et non allocantur eidem superius nisi dumtaxat ad rationem quatuordecim denariorum grossorum pro quolibet ducato, et allocantur de mandato domini Aymonis de Chalant et Andree Bellatruchi, magistrorum computorum domini presencium,

- XXXVI solidos, VIII denarios obolo grossos ad idem

Allocantur eidem quos solvit et libravit Andree Bellatruchi de Chamberiaco,³⁶³ qui inde domino computare debebit, per confessionem eiusdem presentis in computo de recepta, factam statim post exhibicione littere domine nostre Sabaudie comitisse de mandato tradendi et expediendi cum mandato allocandi, quam litteram reddit et cuius tenor sequitur in hunc modum:

"Bona de Borbonio, comitissa Sabaudie, dilecto nostro Hugoni Rode, castellano Quarti, salutem. Quia tradere et solvere debebas in et de exitibus et redditibus tue castellanie dicti loci dilecto nostro Mermeto de Lanser, dicto Albe, pedagogatorum Villenove, certam florenorum quantitatem implicandi per ipsum ad faciendam provisionem nostri hospicii in castro Chillion, tibi mandamus expresse quatenus sepcies centum florenos auri boni ponderis veteres de dicta quantitate tradas et expedias pro nobis et nostro nomine dilecto nostro Andree Bellatruchi de Chamberiaco, pro expensis nostri hospicii fiendis in Sancto Innocencio, et nos dictos sepcies centum florenos boni ponderis veteres, sic per te solutos et responsos ut supra, habita dicti Andree cum presentibus littera de recepta, in tuo primo computo dicte castellanie volumus et precipimus, sine difficultate quacumque, allocari. Datum in Sancto Innocencio, die VIII mensis decembris, anno Domini MCCCLXXVIII. Per dominam, relatione domini Rodulphi de Sarravalle, Anthonius Mallieti."

Et allocantur ut prius et eciam de mandato dominorum Aymonis de Chalant, Andree Bellatruchi predicti et Anthonii Barberii, magistrorum computorum domini, presencium et refferencium ultra predictam litteram sic fuisse per dominam ordinatum solvi et librari per dictum Hugonem castellanum de et supra preysiis, bladis et aliis victualibus annorum presentis et futuri, super [IIII^{XX}X] mille et ducentis florenis, quos, propter ea, dominus ordinaverat solvi per ipsum castellanum, causis et modo declaratis in littera domine superius inserta, et eciam eo non obstante quod d...a³⁶⁴ dicte littere non cadat in computo presenti

- VII^C florenos auri boni ponderis veteres ad XXVII

Summa librate et allocati tocius computi presentis.³⁶⁵

- XXIII libe, VII denarii viennenses ad XXVI

³⁶³ Dans la marge gauche : *Andreas Bellatruchi*.

³⁶⁴ *Dedica?* Il s'agit évidemment de la date.

³⁶⁵ Dans la marge droite: *solidi quorum XXIII valent XII denarii grossi et econverso*.

- III^CLXXV floreni, V denarii grossi parvi ponderis, inclusis grossis ad XXIII
- M V^CLXXV floreni, IX denarii, I quartus grossus boni ponderis ad XXV
- X floreni boni ponderis camere ad XXV
- III^CLXXIII floreni, III denarii obolo grossi boni ponderis ad XXVI
- M III^CLXXVI floreni, VII denarii grossi boni ponderis ad XXVII
- Et: - M VII^C XV floreni, ducati januenses et camere ad XXVIII

131

Et sic, facto cambio monetarum omnium tam recepte quam libratarum predictarum, modis et formis quibus supra valere dicuntur, dicto castellano debentur - II^MCLXIX floreni, III denarii, I quartus, dimidius quartus grossi boni ponderis ad XXV, seu quorum florenorum singuli sex valent quinque franchos auri et econverso, de quibus deducuntur quos debebat pro precio bladorum et aliorum victualium per eum debitorem et ei, ut infra, venditorum per magistros computorum domini

- VII libras, XIII solidos, VI denarios obolo grossos parvi ponderis
- Et:
- III^C III^{XX} XVIII florenos, V denarios obolo, dimidium quartum grossum boni ponderis ad XXVII

Summa deducti:

- VII libre, XIII solidi, VI denarii obolo grossi parvi ponderis ad XXIII
- Et:
- III^C III^{XX} XVIII floreni, V denarii obolo, dimidius quartus grossus boni ponderis ad XXVII

Et sic, facto cambio monetarum modis quibus supra valere dicuntur, factisque deductionibus huic inde modo debito, dicto castellano debentur finaliter:

- mille quingenti quaterviginti decem floreni cum dimidio auri, duo tercii et quartus unius denarii grossorum boni ponderis supradictorum ad XXV, seu quorum singuli sex, sicut prius, valent quinque franchos auri et econverso, de quibus habet litteram domini de debito, datam die octava decembris, anno Domini millesimo CCCLXXVIII, sub sigillo consilii domini, cancelario absente.

Alloquantur sibi in computo sequenti. Et sit hic eque.

Et ipse debet ut supra: - II modia aceti.
Item: - LXII libras, tercium et quartum unius libre cere.
Item: - II libras piperis.
Item: - IX cornua de boc estaint.
Et: - VI duodenas postium.

Vendiciones:

Idem reddit computum quod recepit de et pro quadraginta sex modiiis, quinque sestariis, una quartana frumenti per eum ut supra debitis et sibi venditis per dominum Aymonem de Chalant, Andream Bellatruchi et Anyhonii Barberii, magistrorum computorum domini, quolibet modio duobus florenis boni ponderis ad XXVII

- III^{XXVIII} florenos, IX denarios grossos boni ponderis ad XXVII

Recepit de et pro ducentis quinquaginta quatuor modiis, uno sestario, una emina, una quartana, duobus eminalibus et sexto unius eminalis siliginis, per eum debitis et sibi venditis ut supra, quolibet modio uno floreno boni ponderis ad XXVII

- II^{CLXII} florenos, III denarios obolo, dimidium quartum grossi boni ponderis ad idem

Recepit de et pro quatuor modiis avene per eum debitis et sibi venditis ut supra, quolibet modio uno floreno boni ponderis ad XXVII

- IIII florenos boni ponderis ad idem

Recepit de et pro tribus modiis, quatuor sestariis, una quartana et tribus eminalibus ordeï per eum debitis et sibi venditis ut supra, quolibet modio uno floreno boni ponderis ad XXVII

- III florenos, VIII denarios, III quartos grossos boni ponderis ad XXVII

Recepit de et pro una emina pisorum, cicerum seu ciserorum per eum debita et ei vendita pro tanto prout supra

- II denarios grossos boni ponderis ad XXVII

Recepit de et pro duobus sextariis³⁶⁶ nucum per eum debitis et sibi venditis ut supra pro tanto

- III denarios, I tercium, I quartum grossum boni ponderis ad XXVII

Recepit de et pro septem quintalibus, triginta una libris et dimidia caseorum per eum debitis et sibi venditis ut supra, quolibet quintali triginta duobus solidis viennensibus ad idem

³⁶⁶ Lire *sestariis*.

- VIII florenos, II denarios, II tercia grossi boni ponderis ad XXVII
Recepit de et pro quadraginta sex seraceis per eum debitis et sibi
venditis ut supra, quolibet seraceo viginti solidis ad XXVII

- XXXIII florenos boni ponderis ad XXVII
[IIII^{XXVI}] Et: - I denarium grossum parvi ponderis ad XXIII
Recepit de et pro triginta libris butirri per eum debitis et sibi venditis
ut supra, qualibet libra octo denariis predictorum

- X denarios grossos parvi ponderis
Recepit de et pro una emina, duobus eminalibus sinapii per eum de-
bitis et sibi venditis ut supra, quolibet eminali duobus solidis viennensi-
bus predictorum

- XIII denarios grossos parvi ponderis
Recepit de et pro quatercentum quindecim caponibus cum dimidio
per eum debitis et sibi venditis ut supra, quolibet capone tribus quartis
unius denarii grossi parvi ponderis

- XXV solidos, XI denarios obolo, dimidium quartum grossum parvi
ponderis ad idem

Recepit de et pro decem octo pernecibus per eum debitis et sibi ven-
ditis ut supra, qualibet pernecibus obolo grosso

- IX denarios grossos parvi ponderis
Recepit de et pro decem octo castronibus per eum debitis et sibi ven-
ditis ut supra, quolibet castrone sex denariis grossis

132 - IX solidos grossos parvi ponderis

Recepit de et pro una canali cum dimidia castronis per eum debitis et
sibi venditis ut supra, qualibet canali quinque denariis grossis

- VII denarios obolo grossos parvi ponderis
Recepit de et pro tribus agnis per eum debitis et sibi venditis ut su-
pra, quolibet agno duobus denariis grossis

- VI denarios grossos parvi ponderis
Recepit de et pro tresdecim modiis, decem sestariis, una emina, una
quartana, uno quarterone vini ad magnam mensuram, per eum debitis et
sibi venditis ut supra, quolibet modio duobus solidis, tribus denariis
grossis parvi ponderis

- XXXI solidos, III denarios, I tercium grossum parvi ponderis
Recepit de et pro quinque modiis, tribus sestariis, una emina, tribus
quarteronis et tercio unius quarteroni vini ad parvam mensuram per eum

debitis et sibi debitis³⁶⁷ ut supra, quolibet modio duobus solidis grossis parvi ponderis

- X solidos, VII denarios, quartum et sextum unius denarii grossi parvi ponderis

Recepit de et pro triginta quatuor fayssis et duodecimam partem unius fayssi feni teysiati per eum debitis et sibi venditis, quolibet fayssso quinque solidis³⁶⁸ viennensibus ad viginti

- VII solidos, VI denarios, I quartum grossum parvi ponderis

Recepit de et pro ducentis quater viginti et uno fayssis feni per ipsum debitis et sibi venditis ut supra, quolibet fayssso duobus denariis obolo grossis

- XLVI solidos, X denarios grossos parvi ponderis

Recepit de et pro quater viginti decem fayssis recorsi per eum debitis et sibi venditis ut supra, quolibet fayssso uno denario obolo grosso

- XI solidos, III denarios grossos parvi ponderis

Recepit de et pro decem novem fayssis palearum per eum debitis et sibi venditis ut supra, quolibet fayssso uno denario grosso

- XIX denarios grossos parvi ponderis

Recepit de et pro una lingua bovis per eum debita et sibi vendita ut supra pro tanto

- I quartum, dimidium quartum grossum parvi ponderis

Recepit de et pro decem manatis salis per eum debitis et sibi venditis ut supra pro tanto

- I denarium obolo grossum

Recepit de et pro duabus tibiis porci per eum debitis et sibi venditis ut supra, qualibet tibia tribus quartis unius denarii grossi

- I denarium obolo grossum parvi ponderis

Recepit de et pro uno quarterio vache per eum debito et eidem ut supra vendito pro tanto

- VI denarios grossos parvi ponderis

Recepit de et pro tercentum alecibus per eum debitis et sibi venditis ut supra, quolibet centum duodecim denariis grossis

- III solidos grossos parvi ponderis

Recepit de et pro tribus turturibus per eum debitis et sibi venditis ut supra, quolibet turture quinque denariis grossis

- XV denarios grossos parvi ponderis

Recepit de et pro novem quarteriis de boc esteint per eum debitis et sibi venditis ut supra, quolibet quarterio duobus denariis grossis

- XVIII denarios grossos parvi ponderis

³⁶⁷ Lire *venditis*.

³⁶⁸ Probablement il faut lire *denariis*.

Anselmo Pession

Summa vendicionum supradictarum:

- VII libre, XIII solidi, VI denarii obolo grossi parvi ponderis ad XXIII

Et:

- III^C III^{XX} XVIII floreni, V denarii obolo, dimidius quartus grossus boni ponderis ad XXVII

De quibus respondet supra qui sibi deducuntur de summa et quantitate sibi debita pro remanencia computi suprascripti.

Et sit eque de vendicionibus.³⁶⁹

Bona mobilia:

Confitens idem castellanus invenisse et habere de bonis mobilibus supradicti domini Henrici, domini de Quarto condam, ea que et prout inferius per ordinem describuntur.

Et primo - tres pecias bancheriorum diversorum colororum³⁷⁰ continentes viginti quatuor ulnas.

Item - VI pecias mantilium limogiatorum, continentes XXXVII ulnas.

Item - IIII linteamina de duabus telis cum dimidia, continencia XVI ulnas.

Item - I oreplier panni siricei.

Item - I aliud oreplier panni borre siricei.

Item - XI sargias medie lane.

Item - I marchipiam.

Item - III parvas sargias perses.

Item - I parvam sargiam medio valore forratam de rubeo.

Item - XVIII magnos platellos de pelpio.

Item - VI scutellas de pelpio.

Item - I parvam naviculam.

Que omnia bona predicta, excepta navicula predicta, habuit et recepit idem castellanus, ut dicit, nomine domini, die XXVII julii, anno Domini MCCC LXXVIII, apud Augustam in viridario domini episcopi augustensis, presentibus ipso domino episcopo et presentibus domino Surleono de Mediis Barbis, item baillivo Vallis Auguste, item domino priore de Nuns, item Bartholomeo, procuratore domini in Valle Augusta, et

³⁶⁹ Dans la marge gauche : *vide infra in fine debitorum per ipsum castellanum.*

³⁷⁰ Lire *colorum.*

pluribus aliis, a domino Jacobo de Dovia, canonico Auguste, qui custodiverat et penes se retinerat eadem, ut dicit idem castellanus.

133

Dicens eciam invenisse plura alia bona mobilia que presenti declarare nesciret, sed eadem in computo sequenti specificè declarat, quoniam sic eidem per magistros computorum fuit specialiter iniunctum.

Petiit et petit quod allocentur eidem sumptus et expense facti pro reparacione et domificus turris castri de Quarto et camere contigue in quibus fuerat interdum, et qui non fuerunt allocati pro eo quod nundum fuit declaracio facta, quotam partem de predictis <que> homines mandamenti de Quarto solvere et supportare retinentur.

Item petiit et petit allocari sibi salaria debita Petro Morelli, Aymonodo Champapont, Girardo Vaniour de Rins et Jaquimino Clerges pro anno Domini millesimo CCCLXXVIII, que tamen non fuerunt eidem allocata nec eciam allocabuntur cum non computet in recepta de preysiis ipsius anni donec computet de eisdem.

Et ipse debet domino pro remanencia sui computi castellanie Sancti Germani, finiti die IX exclusive mensis septembris, anno Domini millesimo CCCLXXVII:

- III^C XVIII quartalia, III bichetes et tercium unius bichete frumenti ad mensuram Sancti Germani

Item:

- IIII^{XX} V quartalia, II bichetes et dimidiam frumenti ad mensuram Sancti Ranguiberti

Item:

- III bichete mixture

Item:

- VI^{XX} XIX quartalia, II bichetes et sextum unius bichete avene ad mensuram Sancti Germani

Et:

- LII quartalia, dimidiam bichetam avene ad mensuram Sancti Ranguiberti

Que victualia eidem castellano vendita fuerunt per Andream Bellatruchi, thesaurarium generalem Sabaudie, cui de precio ipse satisfactum est per eundem castellanum, ut in fine computi Sancti Germani, superius designati, continetur.

Et sit eque de dictis victualibus.

Computus³⁷¹ *Hugonis Garnerii, alias Rode, castellani Quarti et de Oyacia*, de anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo septimo, finitus die decimo exclusive mensis septembris anno Domini MCCCLXXVIII.

134

Procurator Vallis Auguste confessus fuit habuisse propter hoc quinquaginta quinque florenos, quamvis in littera domini predicta non contineatur nisi de quadraginta quinque florenis infrascriptis, quod presumitur ex inadvertentia factum cum fideliter scripserit diem date littere sue confessionis precedere diem date littere domini predictarum, sicut patet ex tenoribus earundem, quibus non obstantibus allocantur de mandato domini Aymonis de Chalant et Anthonii Barberii, magistrorum computorum domini presencium.

Recepit a Jaquimino dicto Clerges de Augusta, pro precio bladorum et palearum decimarum domini, quas percipit a torrente Clausi Novi usque ad civitatem Auguste, venditas pro tanto per eundem Jaquimum de mandato et consilio Mermeti Rougeti, secretarii domini, et Bartholomei de Mota, procuratoris domini in Valle Augusta, in messibus anno Domini MCCCLXXVII, antequam idem castellanus dictum officium recepisset, nec plus habuit ut dicit

- XIII florenos boni ponderis ad XXVI

Recepit a Bernardo Valerii de Segnins et Andrea, filio condam Valleti de Cirisia, de Dovia, pro firma pratorum domini vocatorum de Ripperia, in pluribus peciis, continencium circa triginta quinque seytoras, eidem Bernardo et Andrea traditorum per ipsum castellanum ad firmam per tres annos inceptos in festo Pasche, anno Domini millesimo CCCLXXVIII^o, qualibet seitorata pro triginta uno solidis viennensibus ad XXVI de firma pro anno, dicta firma durante sub tali condicione quod pro parte et sumptibus domini debet eis administrari de aqua rivi Prepositi contigua, iuxta dicta prata, pro ipsis adaquandis, de qua firma stare dicit instrumentum receptum per Guillermmum Guillonis notarium, quod exhibeat in computo sequenti et computat pro primo dictorum trium annorum

- LIII libras, V denarios viennenses ad XXVI

Recepit a Francisco de Arnyo retroscripto aliunde, pro eodem et eodem termino

- VI solidos viennenses ad idem

³⁷¹ Parchemins ajoutés à la fin des comptes.

Hugues Garnier (1377-1378)

Recepit a liberis Valleti de Cirisia retrospectis aliunde pro eodem et eodem termino - VII solidos, III denarios viennenses ad idem

Recepit a Raymonda de Carreria de Dovia, pro eodem et eodem termino - XVIII solidos, VIII denarios viennenses ad idem

Recepit ab Ansermino Chivalerii predicto aliunde pro eodem et eodem termino - III solidos, IX denarios

Recepit a Vuillermo, nepote Petri Bocon, pro eodem et eodem termino - I obolum

Recepit a Girodo de Molendino, fabro, pro eodem et eodem termino - III solidos, VI denarios

Recepit ab eodem Girodo, debente de redditu per annum unam emnam frumenti taxatam ad tantum, ut dicit, de quo doceat in computo sequenti, alias de dicto frumento computabit - III solidos

Recepit a Jaquimino de Glacier pro uno seraceo debito per eum de redditu per annum eodem termino pro feudo dou Cannel, ad quos dictus seraceus fuit taxatus, ut dicit,³⁷² et non doceat scilicet doceat in computo sequenti alias de dicto seraceo computabitur - XV solidos.

³⁷² Dans la marge gauche : *vide*.

Anselmo Pession

Index

INDEX DES NOMS DES PERSONNES
(Les chiffres renvoient aux libellés en gras dans la marge)

- ADE** (Adde), (voir **ANSERMETI** et **PARLEA**)
ADVOERII Johannes, 120.
ADVOYAT, condam, 70.
- Johannes, 70, 112.
- Petrus, 70, 112, 120.
- uxor condam, 70.
ADVOYER (les Advoyers) (*Avoyer*) Girodus, 73, 74, 114.
ALBANEYS (Arbaneys) Jaquemetus, 3, 7, 54, 93.
- Johannes, 3, 7, 93.
- Stephanus (Stephaninus), 25, 53, 92.
- Vuillermus (Vuillermetus), 3, 7, 15, 54, 93.
ALBE, dictus, 130.
- liberi Johannis, 119, 121.
ALBI Girardus, 67.
ALERO Alboninus, 56.
- Alboninus Martini, 3.
ALEX (Ales) (des) Jaquiminus, 4.
- Jaquiminus Peronini, 9, 11, 14, 16, 29, 38, 109.
- Johannes Stephaneti, 38.
ALEXANDRES (les), 11, 16, 38.
ALEXONE (Alessone, Aleysone, Alisone) Johannes, 4, 11, 16, 33, 38, 65, 106.
ALIAN (Alyan) (de) Johannodus, 7, 15, 20, 26, 54.
- filius Johannodi, 94.
- Johannes Aymoneti, 101.
- liberi Jaquimini, 7, 9, 55, 63, 94, 101.
- Petrus Stephani, 20, 26, 55, 94, 95.
- Petrus Vuillencii, 27, 94.
- Raymondus, 26.
ALYO (de) Aymonetus, 34, 62, 113.
AMICEYS (Amyceys) Johannes Vuillermi, 11, 16, 29, 34, 69, 111.
- Martinus, 11, 72, 113.
- Martinus Raymondi, 29, 34, 69, 111.
ANSERMETI Jaquiminus Ade (Adde), 9, 28, 48, 60, 78, 81, 100.
- Johannes, 119.
- Johannes Ade, 9, 28, 32, 60, 62, 101, 103.
- Marieta Ade, 62.
- Vuillermodus Ade, 62.
ARCHERII Johannes Vionini, domicellus, 83.
- Petrus, 11, 34, 67, 72, 81.
ARENIBEL Clemens, 15, 20, 25, 40, 52, 90.
- Franciscus, 15, 20, 25, 40, 52, 90.
ARLIO (de) bastardus, 53.
- Martinus, 52, 91.
ARLO (de) Johannes, 29, 69, 111.
ARMAND (Armant) Martinus, 51, 89.
ARNIO (Arnyo) (de) Franciscus, 26, 55, 95, 134.
- liberi Petri, 16, 18, 66, 72, 107.
ARPULIES (de) Aymone, 75, 117.
ARTAMANTZ (les) dicti, 4, 11.
- filia Bartholomei, 69.
- filius Berthloleti, 69.
ASPOR Johannes, 62.
AUGUSTE, capitulus, 63.
- episcopus, 62.
- prepositus, 13.
AVILIO Perreries, 44.
AVILLIE (Avyllie) (voir aussi **COQUILLIOT**) (de) Franciscus, 14, 36, 56, 97.
- Johannes, dictus Coquilliot, 10, 27, 34, 41, 56, 66, 96, 97, 107, 125.
- Perrinus, 8, 14, 36, 56, 97.
AYMONIS Petrus Johannini, 67, 109.
AYMONOZ (les), dicti, 122.
- Jaquiminus, 77.
BACHALARS (des) Laurencetus, 70, 112, 119.

- BAGNIERAST** (Bagneyrast, Bagnyerast) - liberi Peroneti Andree, 99.
(dou) filie Theobaldi, 30, 44, 84.
- Micheletus Biatricis, 31, 89.
- Johannes, 23, 30, 44, 84.
- Nycoletus, 51.
- Johannes Emerici, 20.
- uxor Johannodi, 99.
VILLA, 2, 11, 15, 19, 27, 37, 70, 98, 109.

ANSELMO PESSION

COMPTES DE LA CHÂTELLENIE
DE
QUART ET OYACE

II^e volume

II^e compte d'Hugues Garnier (1378 - 1382)

III^e compte d'Hugues Garnier (1382 - 1383)

Anselmo Pession

INTRODUCTION

Le deuxième compte du châtelain Hugues Garnier comprend une période de quatre ans, du 10 septembre 1378 au 9 septembre 1382, ce qui est inhabituel pour les châtelainies de Savoie car, en général, surtout au début, les châtelains n'exerçaient leur office que pendant quelques mois ou, au plus, jusqu'à deux ans.

Le compte en question comprend les premiers résultats de la recherche, non encore terminée, des *extente* (redevances) de la part du notaire Gonteret dans tout le mandement, données requises à plusieurs reprises par le châtelain dans le compte précédent. En effet, dans ce compte, on trouvera plusieurs documents d'inféodation ou des *reconnaissances*, concernant les fiefs de plusieurs particuliers de la châtelainie, contenus parfois dans les nombreuses lettres publiques du comte Amédée VI ou de la comtesse Bonne de Bourbon.

Dans les années qui font l'objet de ce deuxième compte, se sont produites de graves inondations (en novembre 1378 et en août 1382) qui ont obligé les hommes du mandement à plusieurs corvées pour réparer les ruisseaux détruits : comme dans les premiers comptes, les dépenses pour ces réparations ont été recensées à la fin des montants des différents impôts.

On pourra noter aussi dans ces comptes, qui établissent, peu à peu, avec plus de précision les sommes dues par les particuliers, que, dans plusieurs cas, les paiements en nature ou en argent, qui avaient été versés en plus par erreur, étaient remboursés. La même chose arrive dans les comptes de la châtelainie de Cly, qui font même état du remboursement d'un quart de poulet, comptabilisé par erreur par le châtelain. Cela montre l'honnêteté de l'administration savoyarde, toujours prête à réprimer les abus commis par les baillis ou les châtelains, comme il appert souvent des procès-verbaux des audiences générales tenues par le comte.

Anselmo Pession

Deuxième compte d'Hugues Garnier alias Rode¹

(10 septembre 1378 - 9 septembre 1382)

1

[I] Computus² Hugonis Garnerii, alias Rode, domicelli, castellani de Quarto et Oyacie, terrarum, territoriorum, districtuum et pertinenciarum ipsorum locorum, de redditibus et exitibus eiusdem castellanie, a die decima inclusive mensis septembris, anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo, usque ad diem decimam exclusive dicti mensis septembris, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, videlicet de quatuor annis integris, receptus apud Chamberiacum, examinatus vero apud Thonon, domina³ in Rippallia existente, presentibus in dicto examine domino Aymone de Chalant, milite, domino Fenicii et Aymeville, et Anthonio Barberii de Chamberiaco, magistris et auditoribus computorum domini, infra spacium sex dierum inceptorum die septima inclusive mensis aprilis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, et finitorum die veneris decima quinta exclusive, mensis et anni proxime dictis,⁴ per Johannem Valardi de Chamberiaco, clericum domini.

Et est sciendum quod Bartholomeus de Mota, olim procurator domini in Valle Augusta, debet computare de exitibus dictarum⁵ castellanie et locorum et ceteris ibidem domino pertinentibus, a die penultima inclusive mensis julii, anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo septimo, qua die dictus dominus de Quarto decessit ab humanis, usque ad diem decimam exclusive mensis septembris, anno predicto millesimo tercentesimo septuagesimo septimo, videlicet de sex septimanis integris, exceptis hiis de quibus idem castellanus computavit in suo computo precedenti in recepta ab eodem Bartholomeo.

Qui castellanus juravit et, sub pena vigintiquinque librarum forcium tociens commictenda per ipsum quociens contrarium reperiretur, computare bene et fideliter de omnibus et singulis receptis et libratis factis per ipsum aut alium eius nomine, in dicto officio pro domino quoquo-

¹ ASTO, *Quart, châteltenie*, inventario 68, foglio 99, mazzo n° 2, 1378-1382.

² Les comptes d'Hugues Garnier sont écrits sur parchemins cousus ensemble et numérotés en chiffres romains.

³ Bonne de Bourbon.

⁴ Lire *dictorum*.

⁵ Lire *dictorum*.

modo castrumque et eddifficia domini ad sostam⁶ tenere sumptibus domini moderatis.

2

Frumentum:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu per annum in festo beati Michaelis, anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo, a personis in parrochiis, locis et villagiis in computo precedenti nominatis et particulariter descriptis. Et quia in computo precedenti eidem castellano⁷ fuit iniunctum quod in presenti computo nominaret omnes debentes servicia et redditus quoscumque domino in eadem castellania, et consortes eorundem, dicit idem castellanus quod hoc de presenti cogni⁸ facere non potest eo maxime quia regithie et extente dictorum locorum modo de novo recipiuntur per Johannem de Gontereto, notarium ad hec per dictum commissarium, ut asserit, specialiter deputatum, que regithie nondum sunt complete, ut dictus Johannes de Gontereto prius in computo testificavit, quare iniungitur sibi quod dictas regithias et extentas instet diligenter terminari et compleri, taliter quod in suo computo sequenti veniat ad plenum informatus de nominibus et quantitibus in dicta castellania debitis nominatim et specificis, et quia, eci⁹am prout dicitur in dorso denariorum census computi precedentis, in dicta castellania aliqua debentur de servicio, quod servicium in se includit duplum de placito quando locum et casum contingit evenire, et aliqua de redditu, pro quo redditu nullum debetur placitum iuxta mores Vallis Auguste, nec declaret in presenti neque precedenti computis ad partem, prout decet, que fuit servicia et qui fuit redditus, nec ipsa et ipsos debentes, iniungitur⁹ quod in dicto suo computo sequenti computet particulariter specificis et ad partem de predictis, conscribendo et inserendo ad partem redditus ibidem debitos cum nominibus et cognominibus personarum ipsos debencium, et <de> quantitibus per ipsas personas particulariter debitis, et, eodem modo subsequenter, que de servicio ibidem debentur. Et hoc idem fiat in singulis sequentibus titulis presentis computi bladorum, vini et pecunie

- XXIII modia, II sestaria, I quartanam frumenti

⁶ Lire *sestam*.

⁷ Dans la marge gauche: *vide*.

⁸ Lire *cognitum*.

⁹ Dans la marge gauche: *vide*.

Recepit ab eisdem ibidem pro eodem et eodem termino festi beati Michaelis, anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, et fit sibi¹⁰ similis iniunctio que supra

- XXIII modia, II sestaria, I quartanam frumenti

Recepit ab eisdem ibidem pro eodem et eodem termino festi beati Michaelis, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo, et fit sibi¹¹ similis iniunctio que supra

- XXIII modia, II sestaria, I quartanam frumenti

Recepit ab eisdem ibidem pro eodem et eodem termino festi beati Michaelis, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo, et fit sibi¹² similis iniunctio que supra

- XXIII modia, II sestaria, I quartanam frumenti

Recepit que plus reperta fuerunt deberi in dicta castellania [III] per ipsum castellanum, facta diligenti percentacione,¹³ quam fuerit computatum in computo precedenti a personis inferius particulariter nominatis de reddito seu servicio per annum in festo beati Michaelis, anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo septimo, pro quibus anno et termino obmissum fuit computari in suo computo precedenti, quia redditus infrascriptos deberi ignorabat, et ad ipsius noticiam nundum pervenerant, ut dicit; quibus non obstantibus, iniungitur sibi quod diligenter perquirat redditus, servicia, usagia et alia quecumque tributa in dicta castellania debita, quasque regithias dicte castellanie compleri et perfici procuret taliter quod in suo sequenti computo valeat plenius et clarius de ipsis particulariter computare.

Et primo a Jaquimino Percuniur parrochie de Roysan et consortibus suis, quos nominet in suo computo sequenti, ultra aliud sestarium per suos consortes debitum, quod includitur in particula redditus suprascripta

- I sestarium frumenti

Recepit a Johanne de Champlon, parrochie de Jovenczan pro eodem eisdem anno et termino, ultra aliud sestarium frumenti quod ipse et Vioninus, eius frater quodam, debebant de reddito per annum, de quo fuit computatum in computo precedenti

- I sestarium frumenti

¹⁰ Dans la marge gauche: *vide*.

¹¹ Dans la marge gauche: *vide*.

¹² Dans la marge gauche: *vide*.

¹³ Pourcentage.

Recepit a dicta La Chaczota de Jovenczan, solvente nomine liberorum suorum Johanne Roserii de Jovenczan et consortibus suis pro eodem eisdem anno et termino - I eminam frumenti

Recepit a personis superius in tribus particulis proxime scriptis nominatis pro eodem et eodem termino festi beati Michaelis, anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo

- II sestaria, eminam frumenti

Recepit ab eisdem ibidem pro eodem et eodem termino festi beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono

- II sestaria, eminam frumenti

Recepit ab eisdem ibidem pro eodem et eodem termino festi beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo

- II sestaria, eminam frumenti

Recepit ab eisdem ibidem pro eodem et eodem termino festi beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo

- II sestaria, eminam frumenti

- 3** Recepit a Petro Bruneti de Tharantesia et Guillermo Vion de Tharantesia, habitatoribus Quarti, nominibus suis, Ysabelle, Margarite et Mariete, filiarum quondam Petri de Choz, supra Quartum, pro feudo et rebus quos dictus Petrus de Choz quondam tenere solet a domino Quarti quodam sub usagiis infrascriptis, et postmodum fuerunt albergate tamquam vacantes, per dictum dominum de Quarto quondam, Eymeriodo de Raspallies supra Quartum, pro certis introgiis et quibusdam aliis tributis minoribus, ut dicit Johannes de Gontereto, deinde dicti Petrus et Guillermus de Tharantesia, causam habentes supradictarum filiarum Petri de Choz quondam, ex compositione inter ipsum Eymeriodum, ex una parte, et Petrum et Guillermum de Tharantesia, ex alia, facta in presencia castellani Quarti, instrumento inde recepto per Johannem de Gontereto notarium, sub anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, indicione secunda, die vicesima quarta mensis januarii, possessionem dictarum rerum et feudi intraverunt pro serviciis et usagiis antiquis infrascriptis; et computat pro termino festi beati Michaelis, anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, et pro anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo septimo computavit in computo precedenti, de quatuor sestariis siliginis et uno denario monete Auguste, receptis a dicto Eymeriodo tam pro dictis rebus quam quibusdam aliis sibi albergatis per dictum dominum de Quarto quondam et eciam de ipsis inferiorius computabit in siligine et pecunia - I sestarium frumenti

Recepit ab eisdem ibidem pro eodem et eodem termino festi beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo

- I sestarium frumenti

Recepit ab eisdem ibidem pro eodem et eodem termino festi beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo

- I sestarium frumenti

Decime:

Recepit ab Aymoneto Pecion, habitatore Auguste, de et pro exitu decimarum que levantur in certis possessionibus consistentibus a torrente Clausi Novi inter Sarro et Augustam, usque ad civitatem Auguste, in quibus decimis dominus de Monte Joveto percipit medietatem, dominus Jacobus Bonerii de Dovia, canonicus augustensis, terciam partem residue medietatis, et dominus, ratione dicti castris de Quarto, duas partes ipsius medietatis, ut dicit et dicitur in computo precedenti, et computat pro termino messium anni Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono et respondet plus de una emina frumenti quam in computo precedenti, quibus non obstantibus, prout eidem fuerat iniunctum in computo precedenti, iterato iniungitur sibi quod dictam decimam ad censam seu firmam [III] vel alias utiliori modo quo poterit pro domino, tradat, taliter quod in suo sequenti computo valeat utilius pro domino computare

- V sestaria, I eminam frumenti

Recepit ab eodem pro exitu eiusdem decime in messibus anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo, et respondit minus de una emina frumenti quam in anno precedenti, et fit sibi¹⁴ similis iniunctio que supra

- V sestaria frumenti

Recepit ab eodem pro exitu eiusdem decime in messibus anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo, et respondit plus de duobus sestariis frumenti quam in anno precedenti, et fit sibi¹⁵ similis iniunctio que supra

- VII sestaria frumenti

Recepit ab eodem pro exitu eiusdem decime in messibus anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, et respondit minus de duobus sestariis frumenti quam in anno precedenti, et fit sibi¹⁶ similis iniunctio que supra

- V sestaria frumenti

De exitu decime vocate de Rins mandamenti de Quarto, nichil computat quia dominus mandavit ipsam decimam expediri preposito Augu-

¹⁴ Dans la marge gauche: *vide*.

¹⁵ Dans la marge gauche: *vide*.

¹⁶ Dans la marge gauche: *vide*.

ste, ad quem dicta decima pertinet et pertinebat ex antiquo, licet dominus Henricus quondam dominus de Quarto, dum viveret, ipsam decimam teneret pro tribus modiis siliginis, sub tali tamen condicione quod quociens dominus placuerit illam decimam posserit habere et percipere sub simili forma quam dictus dominus de Quarto quondam tenebat dum viveret in humanis, ut per litteram domini de mandato et testimonio premissorum, cuius tenor talis est:

- 4 “Amedeus, comes Sabaudie, dilecto castellano nostro de Quarto, seu eius locumtenenti, salutem. Cum sicut pro parte prepositi Auguste expositum et informatum nobis fuit decimam de Rins, quam dominus Henricus quondam dominus de Quarto dum viveret pro tribus modiis siliginis percipiebat et levabat, ad dictum priorem pertineat, tibi mandamus quatenus ipsam decimam de Rins dicto priori expedias et ab inde levari et percipi permittas, sub ea tamen condicione quod, quociens nobis placuerit, illam habeamus et percipiamus sub simili forma quam dictus dominus de Quarto quondam tenebat dum viveret in humanis. Datum in Villanova nostra Chillionis, die sexta mensis octobris, anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo sub signeto nostro, cancellario absente. Per dominum, Mermetus Rougeti”.

Quam litteram reddit.

Exitus terrarum:

Recepit de et pro exitu terre domini vocate de Rins, continentis circa duas modiatas terre, in messibus anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo, et pro anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono nichil computat in frumento quia non fuit seminata frumento sed avena, de qua infra computat. Et computat pro quatuor sestariatis dicte terre et residuum ipsius terre dicto anno requievit pro anno sequenti, manu Theobaldi de Crista, mistralis de Roysan, ultra pisa cisera de quibus infra computat - III modia, II sestaria frumenti

Recepit de et pro exitu dictarum terrarum, manu dicti Theobaldi de Crista, in messibus anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo, videlicet pro septem sestariatis dicte terre ipso anno seminatis, et residuum dicte terre predicto anno requievit pro sequenti anno seminandum - VIII modia, II sestaria frumenti

Recepit de et pro exitu dictarum terrarum de Rins, manu dicti Theobaldi de Crista, mistralis de Roysan, in messibus anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, videlicet pro quinque sestariatis

terre ex predictis et residuum ipso anno requievit pro anno sequenti, dicto anno seminatis - II modia, V sestaria frumenti

Recepit de exitu dictarum terrarum domini de Rins pro messibus anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo, pro quo anno minus computavit in computo precedenti quam receperit pro eodem anno de quantitate subscripta ob defectum informacionis recollectoris dicti exitus - V modia, II sestaria frumenti

Cheseria seu excheyte:

Recepit a Vionino, filio quondam Petri Pomat de Villa supra Nuns, hominis domini quondam deffuncti, cuius, racione sue mortis, tercia pars suorum bonorum mobilium domino fuit excheyta, ultra siliginem, blada et pecuniam de quibus infra computat pro eodem recepta

- I eminam frumenti

Summa, computatis sex eminalibus pro una quartana, duabus quartanis pro una emina, duabus eminis pro uno sestario et sex sestariis pro uno modio in omnibus bladis presentis computi, ut dicitur in computo precedenti - CXIX modia, IIII sestaria, emina frumenti

5 De quibus libravit in semine seminato in terris domini de Rins supradictis anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, de quarum terrarum exitu supra [IIII] computat pro anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo - IIII sestaria frumenti

Libravit in semine seminato in dictis terris domini de Rins in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo, et de exitu quarum terrarum supra computat pro anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo - VII sestaria frumenti

Libravit in semine seminato in dictis terris domini de Rins in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo, pro exitu quarum terrarum supra computat pro anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo - V sestaria frumenti

Deducuntur sibi pro liberis Johannis Marione de Morgona, debentibus singulis annis de reddito per annum unam eminam frumenti, pro qua in computo precedenti per errorem et ex inadvertencia fuit scriptum dictos liberos debere per annum et ipsis recepisse unum sestarium frumenti pro anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo septimo, licet non debeant per annum nisi dumtaxat unam eminam frumenti, ut in extentis domini receptis per supradictum Johannem de Gontereto idem Johannes asserit contineri, et de quibus per exhibicionem ipsarum extenta-

rum plenam facit fidem, et deducuntur sibi pro quinque annis, videlicet pro annis Domini millesimo tercentesimo septuagesimo septimo, septuagesimo octavo, septuagesimo nono, octuagesimo et octuagesimo primo, de quibus tam in presenti quam precedenti computo computat, videlicet una emina pro quolibet dictorum quinque annorum

- II sestaria, I emina frumenti

Libravit ad expensas hospicii domini factas Auguste in mense novembris anno subscripto, manu Petri Vicini, clerici et thesaurarii expensarum hospicii domini, qui de ipsis domino computare debet, ut per litteram domini de testimonio premissorum mandatoque allocandi, datam Auguste die XXIII mensis novembris, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo, sub sigillo domini cum sigillo dicti Petri Vicini, quam reddit, ultra quinquaginta duo sestaria vini ad mensuram Quarti, centum decem octo pecias pollaillie, centum triginta quinque fassos feni et triginta teysias lignorum, que sibi infra in suis titulis allocantur

- IX modia, V sestaria frumenti

Libravit ex vendicione sibi facta per Franciscum Quinczonis, commissarium domine,¹⁷ et de quorum precio¹⁸ Johannes Gailliardi, clericus et olim thesaurarius expensarum hospicii domine, domino computare debet nisi computaverit ut infra in vendicionibus in fine presentis computi

- XVII modia frumenti

Summa librate et deducti:

- XXIX modia, V sestaria, emina frumenti

Et sic debet:

- III^{XX} IX modia, V sestaria frumenti

Respondet in computo sequenti.

6

Siligo:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu et servicio per annum in festo beati Michaelis, anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo, a personis, in parrochiis, locis et villagiis in computo precedenti particulariter declaratis, et fit sibi similis iniunctio¹⁹ que supra in frumento

- VIII^{XX} modia, III sestaria, III quartanas, I emina siliginis

¹⁷ Bonne de Bourbon.

¹⁸ Dans la marge gauche: *Johannes Galliardi*.

¹⁹ Dans la marge gauche: *vide*.

Anselmo Pession

Recepit ab eisdem ibidem pro eodem et eodem termino festi beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono

- VIII^{XX} modia, IIII sestaria, III quartanas, I eminam siliginis

Recepit ab eisdem ibidem pro eodem et eodem termino festi beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo

- VIII^{XX} modia, IIII sestaria, III quartanas, I eminam siliginis

Recepit ab eisdem ibidem pro eodem et eodem termino festi beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo

- VIII^{XX} modia, IIII sestaria, III quartanas, I eminam siliginis

Novus redditus:

Recepit a Jaquimino, dicto Borron, de Valle Pellina, et Jaquimino Diaqueno, de eodem loco, pro situ seu sedimine duorum molendinorum et unius baptigii, seu baptitorii, siti in loco de Valle Pellina ubi alias fuerant eddifficata, una cum rippagiis, aquis, molentibus consuetis, et cuilibet ipsorum pro medietate, et suis perpetuo successoribus albergatis per idem castellanum, assistentibus sibi discretis viris Mermeto Rougeti, secretarii domini, et Bartholomeo de Mota, tunc procuratore domini in valle Augusta, pro tanto de redditu racione molendinorum,²⁰ item pro duobus solidis bone monete cursibilis Auguste de servicio per annum, racione dicti baptitorii, cum suo placito quando acciderit, et pro decem florenis auri boni ponderis de introgio, ut in quodam publico instrumento dicti albergamenti, recepto per Guillermum Guillionis notarium, sub anno Domini millesimo CCC septuagesimo octavo, indicione prima, die secunda mensis marcii, quod ostendit, lacius continetur, et de quibus introgiis dictus castellanus computavit in suo computo precedenti. Et computat pro termino festi beati Stephani yemalis, anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono

- XXII sestaria siliginis

Recepit ab eisdem ibidem pro eodem et eodem termino festi beati Stephani yemalis, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo

- XXII sestaria siliginis

Recepit ab eisdem ibidem pro eodem et eodem termino [V] festi beati Stephani yemalis, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo

- XXII sestaria siliginis

²⁰ Les mots *de redditu racione molendinorum* sont écrits dans la marge droite avec un signe de renvoi.

Recepit ab eisdem ibidem pro eodem et eodem termino festi beati Stephani yemalis, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo - XXII sestaria siliginis

Recepit a personis inferius particulariter nominatis et descriptis que reperte fuerunt debere plus per diligentem perquisitionem extentarum domini quam fuerit in computo precedenti computatum eo quod ad noticiam dicti castellani nondum pervenerant. Et primo a Reynaudo,²¹ naturali de Quarto, pro rebus que quondam fuerunt de Bruna de Morgona, sibi Reynaudo albergatis per dominum de Quarto quondam pro tanto de reddito per annum in festo beati Michaelis, anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo septimo, pro quo debuisset computasse in computo precedenti - I sestarium siliginis

7 Recepit a Perrino Boysie²² de Villafrancha pro eodem et eodem termino festi beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo septimo, pro quo debuisset computasse in computo precedenti ut supra - IIII sestaria siliginis

Recepit a Johanne Lombardi de Villafrancha pro eodem et eodem termino festi beati Michaelis, anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo septimo pro quo debuisset computasse in computo precedenti ut supra - III quartanas siliginis

Recepit a Jaquemeto Corna de Morgona et Johanne Jaquimini de Morgona pro rebus que fuerunt probi hominis de Morgona quondam, dictis Jaquemeto et Johanni albergatis per dominum de Quarto quondam pro tanto de reddito per annum in festo beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo septimo, pro quo debuisset computasse in computo precedenti ut supra - III sestaria siliginis

Recepit a Johannodo Genceon, solvente nomine Vuillermi de Cella quondam, pro rebus que quondam fuerunt dicti probi hominis eidem Vuillermo albergatis per dominum de Quarto quondam pro tanto de reddito per annum in festo beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo septimo pro quo debuisset computasse in computo precedenti ut supra - I sestarium siliginis

Recepit ab Andrea de Crestalla et Petro Bisochon de eodem loco pro rebus que quondam fuerunt dicto Reymondella de reddito per annum in festo beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo

²¹ On trouve indifféremment *Reynaudus* et *Reynaldus*.

²² Dans les comptes précédents: *Boesy*.

septuagesimo septimo pro quo debuisset computasse in computo
precedenti ut supra - I eminam siliginis

Recepit a personis in sex particulis supra proxime nominatis pro
eodem et eodem termino festi beati Michaelis, anno Domini millesimo
tercentesimo septuagesimo octavo, septuagesimo nono, octuagesimo et
octuagesimo primo - VI modia, V sestaria siliginis

Recepit ab Eymeriodo de Raspallies supra Quartum pro rebus que
quondam fuerunt Petri de Choz, deffuncti sine liberis masculis, eidem
Eymeriodo albergatis per dominum de Quarto quondam cum quibusdam
aliis rebus que quondam fuerunt supradicti probi hominis, pro tanto de
redditu per annum, et computat de et pro termino festi beati Michaelis,
anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo septimo pro quo
obmissum fuit computari in computo precedenti quia nundum, ad ipsius
castellani noticiam, pervenerant ut dicit - IIII sestaria siliginis

Recepit ab eodem Eymeriodo pro eodem et eodem termino festi beati
Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo septimo
nec ulterius de ipsis computabitur quia dictus Eymeriodus res pro quibus
dicta quatuor sestaria siliginis debebantur, ex quadam compositione
inter ipsum Eymeriodum, ex una parte, Petrum Bruneti et Vuillermum
Vion de Tharentasia, <ex alia>, presente dicto castellano, facta,
expedivit dictis Petro et Vuillermo, causam habentibus filiarum
supradicti Petri de Choz quondam, sub oneribus consuetis; que res
reperite fuerunt, per antiquas extentas domini de Quarto, nichil debere in
siligine, sed frumento, de quo supra computat, ordeo, vino et pecunia, de
quibus infra computabit in suis locis et titulis, de quibus eciam superius
in frumento expressior²³ mencio habetur - IIII sestaria siliginis

Recepit a personis inferius particulariter nominatis de redditu per
annum quos debere solebant Anthonie, filie quondam Petri de Chamero,
supra Quartum, ex quadam donacione sibi Anthonie facta per dominum
de Quarto quondam, ad ipsius Anthonie vitam dumtaxat naturalem, que
Anthonia decessit ab humanis in anno Domini millesimo tercentesimo
octuagesimo propter quod dictus castellanus redditus infrascriptos ad
manum domini reduxit et computat pro termino festi beati Michaelis
anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo. Et primo a
Jaquemeto Corna de Morgona - II sestaria siliginis

Recepit a Peroneto Vallini de Morgona pro eodem eisdem anno et
termino - IIII sestaria siliginis

²³ Lire *expresse*.

Recepit a Johanne Jaquimini de Morgona pro eodem eisdem anno et termino - II sestaria siliginis

Recepit a Guigona, relicta Heustacii de Charreri de Quarto, pro eodem eisdem anno et termino - IIII sestaria siliginis

Recepit a personis in quatuor particulis supra proxime scriptis pro eodem et eodem termino festi beati Michaelis, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo - II modia siliginis

8 [VI] Recepit a Jaquemeto de Cleva de Valle Pellina pro quadam compositione olim per ipsum facta cum domino de Quarto quondam super eo quod dictus Jaquemetus dixerat quedam verba in preiudicium dicti domini de Quarto quondam, ad sexaginta sex florenos auri boni ponderis semel et duo modia siliginis per annum, remissis sibi per dominum ad supplicacionem dicti Jaquemeti de Cleva sexaginta sex florenis supradictis, una cum arragiis et retentis dictorum duorum modiorum siliginis usque ad diem ultimam exclusive mensis marcii, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo infrascriptam, pro toto tempore preterito, ita tamen quia dictus Jaquemetus dicta die sua spontanea voluntate sic cum domino convenit, idem Jaquemetus pro se et suis duo modia siliginis pulchre et receptibilis ad mensuram Auguste domino et suis successoribus, annis singulis, perpetuo solvere teneatur in manibus dicti castellani de Quarto presenti et futuro, et ipsa duo modia siliginis in manibus receptoris extentarum domini presentis et futuri in dicta castellania Quarti se domino et suis debere solvere et teneri, pro se et suis recognoscere et super eius bonis immobilibus quibuscumque, que nunc habet et habere poterit in futurum, specificce declaranda per eum effectualiter sine mora et contradicione quibuscumque assectare, et illa astringere ad perpetuam solucionem predictorum prout supra infallibiliter fiendam, ut per litteram domini de remissione et testimonio premissorum, annexam dicte supplicacioni, quarumquidem supplicacionis et littere tenores per ordinem secuntur prout infra. Et primo tenor dicte supplicacionis:

“Vobis illustris et magnifico principi domino nostro domino Amedeo comiti Sabaudie, exponitur humiliter pro parte fidelis vestri Jaquemeti de Cleva de Valle Pellina quod, cum idem Jaquemetus se submiserit misericordie seu arbitrio quondam viri nobilis domini Henrici domini de Quarto de et super quibusdam verbis quo in preiudicium dicti domini dicebatur falso dixisse, idem quod dominus dixerit precipitanter et ex abrupto, nullo juris an consuetudinis servato ordine, quod idem Jaquemetus pro dictis verbis dare et solvere teneretur eidem domino de

Quarto duo modia siliginis annualia et sexaginta sex florenos auri semel; considerans tamen postmodum quod indebite et sine causa predicta fecerat, ad instantem requisicionem plurimum hominum dicte vallis, dictum Jaquemetum solvit et quictavit de premissis et deinde, in mortis articulo constitutus, presente fratre Reymondino et aliis pluribus testibus fide dignis, voluit ipsum Jaquemetum esse quictum et immunem de predictis omnibus, inhibens quod de et super hiis, nunquam per suos heredes, molestaretur; et quia castellanus vester Quarti, premissis non obstantibus, compellit per captionem pignorum dictum supplicansem ad solutionem premissorum, eapropter vestre celsitudini humiliter supplicatur eidem Jaquemeto de opportunis remedio provideri, mandantes, si placet, eidem castellano quatenus eundem, occasione premissorum, ulterius non molestet, attento maxime quod idem dominus eundem quictavit ut supra, nec unquam molestavit de premissis, et dato quod ea verba dixisset, non tamen propter ea tam excessive potuisse condemnari, paratus est enim donacionem vestram de predictis quictacionibus veraciter informare”.

9 Tenor vero dicte littere domini sequitur et est talis:

“Amedeus comes Sabaudie dilecto castellano nostro de Quarto, Oyacia et Valle Pellina presenti et futuro, seu eius locumtenenti, salutem. Visa supplicacione presentibus annexa erga supplicansem, scriptis ibi precibus nobis factis, favorabiliter inclinati, pro nobis et nostris sexaginta sex florenos, de quibus in supplicacione fit mencio una cum retentis pro lapso tempore usque nunc modiorum siliginis ibi scripture annualis, supplicanti pro se et suis imperpetuum, de speciali gratia per presentes libere insolidum remittimus et donamus, tibi mandantes quatenus ab exactione premissorum ex nunc in perpetuum omnino supersedeas et desistas, nec a supplicante aliquid requiras pro premissis ulterius vice nostra. Volumus tamen, quia sic hodie sua sponte convenimus cum eodem, quod dictus supplicans pro se et suis duo modia siliginis pulcre et receptibilis ad mensuram Auguste, nobis et nostris successoribus, annis singulis, solvere perpetuo teneatur in manibus castellani nostri de Quarto presentis pariter et futuri, et illa in manibus extentarum nostrarum dicte castellanie receptoris presentis et futuri se nobis et nostris debere et solvere teneri, pro se et suis recognoscere, et super eius bonis immobilibus quibuscumque, que nunc habet et habere poterit in futurum, specificke declarandi per eum effectualiter, sine mora et contradicione quibuscumque, assectare et illa astringere ad perpetuam solutionem predictorum, prout supra infallibiliter faciendam; tibi dic-

toque extentarum nostrarum receptori mandantes quatenus assectum et recognicionem predictas recipiatis, visis presentibus, plenarie cum effectu, prius per vos de suis dictis bonis facto examine diligenti, eo quod dictam quictacionem, solucionem et remissionem, omniaque et singula in nostris presentibus litteris descripta, serves, actendas servari et accendi ab omnibus facias inviolabiliter cum effectu. Datum Aquiani,²⁴ die ultima marcii, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo, in actis nostre curie et extentis retentis presentibus registratis. Per dominum, presente domino Girardo Destres, cancellario Sabaudie. Redditur littere portitori. Guigo Marchiandi”.

Quas supplicacionem et litteram ostendit in presenti [VII] computo et penes se retinet pro ipsis restituendis dicto Jaquemeto de Cleva supplicanti, et computat virtute littere domini superius copiate pro termino festi beati Michaelis, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo

- II modia siliginis

Recepit ab eodem pro eodem et eodem termino festi beati Michaelis anno millesimo tercentesimo octuagesimo primo

- II modia siliginis

Recepit a Petro Bruneti de Tharantaysia, habitatore Quarti, pro quadam peciam prati et terre, que solet esse vinea, sita apud Quartum, loco dicto “en les Planteas” supra torrentem et viam des portiers, continente circa medietatem unius seyturiate prati, que pecia prati et terre solet esse Vuillermi de Cella de Quarto quondam, pro qua debebat de pensione annua septem sestaria vini de redditu et quatuor denarios servicii annui. Quo Vuillermo de Cella deffuncto, dicta pecia prati et terre pervenit ad manus domini de Quarto quondam, tunc vivente, ob deffectum liberorum dicti Vuillermi, sine liberis deffuncti, et ex inde semper postea vacavit, ut dicit, sibi Petro Bruneti per dictum castellanum albergata pro tanto de redditu per annum, sine aliquibus introgiis, instrumento recepto per Johannem de Gontereto notarium sub anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo, indicione tertia, die nona mensis augusti, et computat pro termino festi beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo, et pro annis precedentibus millesimo tercentesimo septuagesimo octavo et septuagesimo nono inferius respondet in feno in suo titulo

- IIII sestaria siliginis

Recepit ab eodem pro eodem et eodem termino festi beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo

- IIII sestaria siliginis

²⁴ Evian.

Decime:

Recepit manu Aymoneti dicti Peccion de et pro exitu decimarum que levantur in certis possessionibus consistentibus a torrente Clausi Novi, inter Sarro et Augustam, usque ad civitatem Auguste, in quibus decimis dominus de Monte Joveto percipit medietatem, dominus Jacobus Bonerii de Dovia, canonicus augustensis, terciam partem residue medietatis, ut superius in frumento, in messibus anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, et fit sibi similis²⁵ iniunctio que supra in frumento - VII sestaria siliginis

Recepit manu eadem de et pro exitu eiusdem decime que levatur ut supra in messibus anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo, et respondet plus de duobus sestariis siliginis quam in anno proxime precedenti - IX sestaria siliginis

Recepit manu supradicti Aymoneti Peccion de et pro exitu eiusdem decime in messibus anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo, et respondet plus de quatuor sestariis siliginis quam anno proxime precedenti - XIII sestaria siliginis

Recepit manu predicta de et pro exitu dicte decime in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, et respondet minus de quatuor sestariis siliginis quam anno proxime precedenti. Et fit sibi²⁶ similis iniunctio que supra - IX sestaria siliginis

De exitu decime terrarum vocatarum de Rins, consistencium a Batigio,²⁷ seu flumine vocato Butier descendente de Stipulis, usque ad locum dictum La Morina, et a Batigio, seu flumine vocato Butier descendente de Oyacia, usque ad locum vocatum de Deale, pro quo exitu fuit computatum in computo precedenti de tribus sestariis siliginis pro messibus anni Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo, nichil computat quia dicta decima reperta fuit in integrum pertinere preposito Auguste cui dominus per eius litteras ipsam remisit, superius copiatas in frumento.

²⁵ Dans la marge gauche: *vide*.

²⁶ Dans la marge gauche: *vide*.

²⁷ Lire *Bautegio*.

Exitus terrarum:

De exitu terrarum domini vocatarum de Rins et de Luniczan, nichil computat hic quia non fuerunt seminate siligine, per tempus de quo computat ut dicit, sed aliis bladis, de quibus supra et infra computat. Et quia in computo precedenti eidem castellano fuit iniunctum quod dictas terras accensaret utiliori modo quo posset pro domino, sic quod in presenti computo plenius computaret, dicit quod super hiis fecit bonam diligenciam quam potuit,²⁸ de qua faciet, ut dicit plenam fidem suo computo sequenti.

Cheserie alias excheyte:

Recepit manu Theobaldi, mistralis de Roysan, pro tercia parte bonorum mobilium Johannodi Brunodi de Blavy domino pertinente ob mortem dicti Johannodi, racione feudi quod tenebat a domino debentis cheserias, et de aliis bonis inferius computat in fine titulis

- II sestaria siliginis

Recepit a Vionino, filio quondam Petri Pomat de Villa supra Nuns, pro tercia parte bonorum mobilium dicti Petri domino pertinente ut supra, et aliis bonis suis inferius in suis titulis respondebit

VII sestaria siliginis

11

Forisseca:²⁹

Recepit ab Agnexona, relicta Vuillermi de Cella de Quarto, naturalis, cuius bona mobilia ad dominum de Quarto quondam devenerunt per mortem dicti Vuillermi, que dicta Agnexona retulit dicto castellano se adhuc apud se habere

- I sestarium siliginis

[VIII] Summa, computatis sex eminalibus pro una quartana, duabus quartanis pro una emina, duabus eminis pro uno sestario et sex sestariis pro uno modio in singulis bladis ad mensuram Quarti seu Auguste que sunt heedem, ut in firma frumenti computi precedentis

- VII^C XXXVII modia, I quartana, III eminalia siliginis

²⁸ Dans la marge gauche: *vide*.

²⁹ Recettes arriérées.

Opera vinearum:

De quibus libravit manu Johannis Filery, manderii de Quarto, pane dato triginta duobus hominibus, manuoperariis de roydis seu corvatis, vindemiantibus vineas domini de Constancy, de Villa Francha et de Crista, vindemiamque dictarum vinearum cum suis animalibus portantibus ad tinas domini infra castrum de Quarto, vinumque ex eisdem tinis extrahentibus et infra dolia reponentibus, ad que vacaverunt quasi per unam diem, capiente quolibet per diem dumtaxat pro suis expensis quinque quarterios panis siliginis, quorum quatuor quarterii faciunt eminale more solito ut in computo precedenti, ultra seraceum, vinum et fenum que sibi infra in suis titulis allocantur. Et allocantur sibi prius et alie infrascripte librare, de mandato domini Aymonis de Chalant et Anthonii Barberii, magistrorum et auditorum computorum domini, et per litteram publicam suprascripti Johannis Filery, manderii, de testimonio premissorum, datam sub anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo, die XXI mensis decembris, quam reddit, manu Johannis Gontereti signatam

- I sestarium, III eminalia siliginis

Libravit manu Theobaldi, mistralis de Roysan, pane dato sex manuoperariis de roydis seu curvatis³⁰ vindemiantibus vineam domini de Rins in anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo, et vindemiam ipsius vinee ad tinas domini infra castrum de Quarto portantibus, ad que vacaverunt quasi per unam diem, capiente quolibet per diem pro suis expensis tantum quinque quarterios panis siliginis ut supra, ultra vinum et seraceum que sibi infra in suis titulis allocantur de mandato quo supra, et per litteram dicti Theobaldi mistralis de testimonio premissorum, datam sub anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo die XXVII mensis julii, continentem plures alias litteras infrascriptas, quam reddit manu dicti Johannis Gontereti signatam

- VII eminalia et dimidium siliginis

Opera vinearum anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, de Constancy, Villafranca et de Crista:

Libravit ad expensas Johannis Vincent de Moerens, dicti Seyns Reyson,³¹ rectoris vinearum domini de Constancy, de Villafrancha et de Crista, factas dictas vineas custodiendo, in ipsis laborando et operarios

³⁰ Lire *corvatis*.

³¹ Sans raison.

ponendo et ordinando in anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, facto pacto cum ipso more solito ut in computo precedenti, ultra seraceos, vinum et pecuniam sibi propter hoc datos eidem, que sibi infra in suis titulis de mandato quo supra allocantur, et per litteram publicam dicti Johannis Vincent de testimonio premissorum, confessioneque et recepta, datam anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo, die XII mensis januarii, quam reddit, manu Johannis Gontereti notarii signatam et allocantur preter dictae littere pro duobus annis, videlicet pro annis Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono et octuagesimo, ad rationem septem sestariorum siliginis per annum - XIII sestaria siliginis

12 Libravit manu Hugonini Grillion de Burgondia, habitatoris et manderii Quarti, pane dato ducentis quinquaginta sex operariis de roydīs putantibus, palos et perticas colligentibus, portantibus, plantantibus, ligantibus, fodentibus, ebroctantibus, aquantibus, sarclantibus, mondificantibus et vindemiantibus vineas domini de Constancy, de Villafrancha et de Crista, in anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, in ipsisque suprascripta implicantibus, dicto anno vacantibus ad predicta quasi per unam diem, capiente quolibet per diem que sunt de roydīs seu de curvatis, quinque quarterios panis siliginis ut supra, ultra unum seraceum et nuces, sibi infra pro eodem allocatas in suis locis et titulis, ultra tamen ea que supradictus Johannes Vincent, alias Sine Reyson, in dictis vineis propagandis et colendis operatus fuit cum dictis operatoribus, ut per litteram publicam dicti Hugonini Grillion de testimonio premissorum, datam anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, die vicesima tertia mensis julii, quam reddit, manu Johannis Gontereti notarii signatam, in qua littera etiam continetur testamentum dicti Hugonini Grillion pro anno immediate sequenti millesimo tercentesimo octuagesimo, et allocantur sibi de mandato quo supra - II modia, I sestarium, VIII eminalia siliginis

Opera vinearum anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo:

Libravit manu supradicti Hugonini Grillion, manderii, pane dato duodecies viginti et quatuor hominibus operariis operantibus, collentibus et preparantibus dictas vineas domini modo in particula precedenti declarato ipsasque vindemiantibus in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo, vacantibus ad predicta quasi per unam diem, capiente quolibet ipsorum ut supra, et allocantur sibi de mandato

predicto et per litteram publicam dicti Hugonini, supra in particula proxime scripta redditam - II modia, eminam, V eminalia siliginis

Et anno sequenti, videlicet millesimo tercentesimo octuagesimo primo, fuerunt dicte vinee albergate.

Libravit manu Theobaldi de Crista, mistralis de Roysano, pane dato trigintatribus hominibus manuoperariis de [IX] roydis seu curvatis, putantibus, fodentibus, ebrottantibus et vindemiantibus vineas domini de Ryns, in anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, vacantibus ad predicta quasi per unam diem, capiente quolibet per diem pro suis expensis dumtaxat quinque quarterios panis siliginis, ut supra, ultra vinum et seraceum, que sibi inferius allocantur de mandato quo supra, et per litteram publicam dicti Theobaldi de testimonio premissorum superius redditam in quodam folio papiri cum pluribus aliis testimonialibus simul scriptam

- I sestarium, eminam, V eminalia et quartum unius eminalis siliginis

13

Opera vinee de Rins de anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo:

Libravit manu dicti Theobaldi, mistralis, pane dato triginta tribus hominibus manuoperariis de roydis seu curvatis, dictas vineas de Rins putantibus, fodentibus ebrotantibus, lingantibus et vindemiantibus in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo, ad que vacaverunt per unam diem, capiente quolibet ut supra, et allocantur sibi de mandato predicto et per litteram testimonialem dicti Theobaldi superius redditam

- I sestarium, eminam, V eminalia et quartum unius eminalis siliginis

Opera vinee de Rins de anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo:

Libravit manu dicti Theobaldi, mistralis, pane dato decem octo hominibus operariis de roydis seu curvatis putantibus, fodentibus, ligantibus, erigentibus et vindemiantibus dictas vineas domini de Rins in anno millesimo tercentesimo octuagesimo primo, quasi per unam diem, capiente quolibet ut supra, et allocantur sibi de mandato et per litteram quibus supra, inclusa una emina siliginis data Johannodo de Rins dictas vineas eodem anno ebrotanti pro tanto

- I sestarium, I quartanam, V eminalia et tres partes unius eminalis siliginis

Opera vinee de Rins de anno millesimo tercentesimo octuagesimo secundo:

Libravit manu supradicti Theobaldi, mistralis, pane dato decem novem hominibus operariis de roydys seu curvatis, putantibus, propagantibus, fodentibus, ligantibus, ebrotantibus et preparantibus dictam vineam domini de Rins in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, ad que vacaverunt quasi per unam diem, capiente quolibet ut supra, et allocantur sibi per litteram de mandato quibus superius est expressum

- III quartana, V eminalia et tres partes unius eminalis siliginis

Opera terre de Rins de anno millesimo tercentesimo septuagesimo nono:

Libravit manu supradicti Theobaldi, mistralis, pane dato sexaginta quinque hominibus manuoperariis de roydys seu curvatis, cultivantibus, arantibus ter cum bobus, retochiantibus, seminantibus avenam in septem sestariatis terre domini de Rins et ipsam avenam metentibus, recolligentibus, flagellantibus et mondificantibus in anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, vacantibus ad predictas quasi per unam diem, capiente quolibet ut supra, et allocantur sibi de mandato predicto et per litteram publicam dicti Theobaldi de testimonio premissorum, datam anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, die XXVII mensis julii, quam reddit manu Johannis Gontereti notarii signatam in quodam folio papiri cum pluribus aliis testimonialibus litteris, de quibus supra et infra fit mencio, scriptam, ultra fenum, vinum et seraceum sibi datos, que sibi infra in suis titulis allocantur - III sestaria, IX eminalia, I quartum unius eminalis siliginis

Libravit manu dicti Theobaldi pane dato sexdecim hominibus operariis de roydys seu curvatis, cultivantibus, arantibus ter cum bobus et seminantibus frumentum in quinque sestariatis et una eminata terre domini de Rins supradicte in anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, vacantibus ad predicta quasi per unam diem, capiente quolibet ut supra, et allocantur sibi per litteram et de mandato quibus supra

- I eminam, VIII eminalia siliginis

Libravit manu eadem pane dato viginti octo hominibus manuoperariis de roydys seu curvatis, rigantibus una vice fenum in predictis quinque sestariatis et una eminata terre seminatibus ipsumque

...³² recolligentibus, flagellantibus et mundificantibus³³ ipso anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo, ad que vacaverunt quasi per unam diem, capiente quolibet ut supra, et allocantur sibi de mandato quo supra et per litteram dicti Theobaldi de testimonio, ut premittitur, redditam

14

- I sestarium, XI eminalia siliginis
Libravit manu eiusdem mistralis pane dato quindecim hominibus manuoperariis de roydys seu curvatis, cultivantibus duas seyhuriatas terre predictae de Ryns bina vice,³⁴ et in ipsis seminantibus pisa cisera,³⁵ sarculantibus, extrahentibus, colligentibus et reponentibus cum suis animalibus, ad que vacaverunt diversis temporibus quasi per unam diem, capiente quolibet more solito ut supra, et allocantur sibi de mandato predicto et per litteram publicam dicti mistralis de testimonio premissorum, confessioneque et recepta, supra redditam

- III quartanas et tres partes unius eminalis siliginis

Libravit manu eiusdem mistralis <pane dato> duodecim hominibus operariis de roydys seu curvatis cultivantibus trina vice unam modiatam terre predictae de Rins et in ipsa seminantibus frumentum cum bobus suis anno quo supra millesimo tercentesimo octuagesimo, quasi per unam diem, capiente quolibet ut supra, et allocantur sibi de mandato et per litteram quibus supra

- I eminam, III eminalia siliginis

Libravit manu eiusdem mistralis pane dato quinquaginta uni hominibus operariis, de roydys seu curvatis, aquantibus una vice frumentum ut premittitur seminatum, ipsum metentibus, recolligentibus et reportantibus, quasi per unam diem, in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo, capientibus quolibet ut supra, et allocantur sibi de mandato et per litteram quibus supra

- II sestaria, III eminalia et tres partes unius eminalis siliginis

Libravit manu eiusdem mistralis pane dato decem novem hominibus operariis, de roydys seu curvatis, cultivantibus et mundificantibus du gramon³⁶ quinque sestariatas terre predictae de Rins in quibus seminatum fuit frumentum de quo supra computat anno predicto millesimo tercentesimo octuagesimo primo, quasi per unam diem, et allocantur sibi de mandato et per litteram quibus supra

³² Illisible.

³³ Lire *mundificantibus*, de *mundificare*, nettoyer, ici désherber.

³⁴ Dans la marge droite: *anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo*.

³⁵ *Cicera*? Petits pois ou pois carrés.

³⁶ Mauvaise herbe.

- III quartanas, V eminalia et tres partes unius eminalis siliginis

Libravit manu eiusdem mistralis pane dato viginti quatuor hominibus operariis, de roydys seu curvatis, metentibus, colli[X]gentibus et reponentibus frumentum ut supra seminatum, in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, quasi per unam diem, capiente quolibet ut supra, et allocantur sibi per litteram et de mandato quibus supra

- I sestarium, I quartanam siliginis

Rivus de Ryns:

Libravit Francisco et Perrino de Avilie, fratribus, et Gothofredo dicto Garniour, de Ryns, nominibus suo et Johannodi fratris sui, manutenere debentibus rivum vocatum de Ryns ad eorum vitam pro tanto, et uno sestario vini, infra in vino allocato, per annum, et ipsi fratres debent habere aquam dicti rivi omni die dominico cum nocte et ultra quando dominus de Quarto predictam aquam non implicaret per se vel alium, ipsi fratres dictam aquam capere possunt pro suis possessionibus adaquandis, per modum contentum in instrumento facto super hoc per Aymonetum Palmer notarium quondam, sub anno Domini millesimo tercentesimo quinquagesimo quarto, indicione septima, die decima quarta maii, quod exhibuit in computo precedenti, et allocantur sibi pro quatuor annis videlicet pro terminis festorum beati Michaelis annorum Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo, septuagesimo nono, octuagesimo et octuagesimo primo, pro quolibet dictorum quatuor annorum unum modium siliginis, ultra unum sestarium vini sibi simili modo infra in titulo vini simili modo allocatum, de mandato quo supra et per litteram publicam dictorum fratrum de confessione et recepta, datam anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, die vicesima tertia mensis julii, quam reddit manu Johannis de Gontereto notarii signatam

- IIII modia siliginis

15 Libravit manu Theobaldi de Crista de Roysan, mistralis dicti loci de Roysan, pane dato viginti quatuor hominibus operariis de roydys seu curvatis, reparantibus et refficientibus rivum pratorum domini vocatum de Rins, in anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo

- I sestarium, I quartana³⁷ siliginis.

Item, manu eadem, viginti octo hominibus operariis de roydys seu curvatis reparantibus et refficientibus dictum rivum una vice propter

³⁷ Lire *quartanam*.

inhundaciones aquarum in anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, pane sibi dato

- I sestarium, I quartana, V eminalia siliginis

Item manu eiusdem mistralis pane dato quatuordecim hominibus operariis de roydys seu curvatis, reparantibus et refficientibus dictum rivum anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo

- I eminam, V eminalia et dimidium siliginis.

Item manu eiusdem mistralis pane dato undecim hominibus operariis de roydys seu curvatis, reparantibus et refficientibus dictum rivum in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo, vacantibus ad idem quasi per unam diem, capiente quolibet per diem quinque quarterios panis siliginis, ultra vinum et seraceum sibi infra propter hec allocatos - I eminam, I eminale et tres partes unius eminalis siliginis

Item et manu eiusdem mistralis pane dato per ipsum castellanum nomine domini, prout dominus teneatur, Francisco et Perrino de Avillie pro auxilio sibi facto in rivo vinearum domini de Rins occasione ovalis quod fuit ibidem propter inundaciones aquarum in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo - I eminam siliginis

Et allocantur sibi de mandato predicto sumul et per litteram publicam dicti Theobaldi mistralis de testimonio premissorum, datam anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, die XXVII mensis junii, quam reddit, manu Johannis de Gontereto notarii signatam

- III sestaria, I eminam et quartum unius eminalis siliginis

Libravit manu supradicti mistralis de Roisan Johanni Mugnerio de Rins pro auxilio levacionis et reparacionis mignerecie seu chantiacz alvei molendini domini de Rins, destructe propter superhabundanciam diluvii aque ibidem supervenientis, et allocantur sibi de mandato quo supra et per litteram publicam dicti mistralis de testimonio premissorum, datam anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, die XXVII mensis julii, quam reddit manu Johannis de Gontereto notarii signatam - I eminam siliginis

Libravit pane dato manu Johannis de Vidondo, mistralis Quarti, et Hugonini Grillion, manderii dicti loci, tresdecim hominibus recolligentibus quasi per unam diem et levantibus fena decimarum pratorum domini de Stanno et herbagiorum domino debitorum a maladeria usque ad pontem lapideum, in anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, capiente quolibet per diem quinque quarterios panis siliginis prout supra, ultra vinum et seraceum sibi

propter hoc inferius allocatos, de quibus eciam inferius computat in recepta in titulo feni

- I eminam, IIII eminalia et quartum unius eminalis siliginis

Item manu eadem pane dato quatuordecim hominibus de roydys seu curvatis predictas decimas et herbagia colligentibus in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo, capiente quolibet ut supra

- I eminam, V eminalia et dimidium [XI] siliginis

Item manu eadem pane dato duodecim hominibus operariis de roydys seu curvatis dictas decimas et herbagia domini in locis supradictis colligentibus quasi per unam diem, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo, capiente quolibet ut supra, ultra seraceum et vinum

- I eminam, III eminalia siliginis

Item manu eadem pane dato tresdecim hominibus operariis de roydys seu curvatis, quasi per unam diem dictas decimas et herbagia recolligentibus, in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, capiente quolibet ut supra

- I eminam, IIII eminalia et quartum unius eminalis siliginis

Et allocantur sibi de mandato quo supra et per litteram publicam supradictorum Johannis et Hugonini de testimonio premissorum, receptam per Johannem Gontereti notarium sub anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, die XXVI mensis julii, quam reddit manu dicti notarii signatam - II sestaria, I eminam, V eminalia siliginis

Mons de Durando:

Libravit Johanni Charles et eius socio, custodibus bestiarum que mittuntur in monte de Durand in anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, de cuius montis firma seu pasqueragio ditorum bestiarum inferius in firmis pecunie computat in recepta, ultra pecuniam sibi propter hec infra in libratis pecunie allocatam, ut in computo precedenti

- VII sestaria siliginis

Libravit eisdem pro eodem in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo

- VII sestaria siliginis

Libravit supradictis Johanni Charles et eius socio, quibus fuit adiunctus Vuilliencus filius Petri Gorraz de Dovia propter multitudinem bestiarum ibidem in dicto monte de Durando confluencium, in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo, ultra pecunia sibi propter hec infra in libratis pecunie allocantur

- IX sestaria, eminam siliginis

Libravit supradictis Johanni Charles et eius socio pro custodia bestiarum dicti montis de Durand in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, ultra pecuniam sibi inferius allocatam - VII sestaria siliginis

16

Opera fontis:

Libravit manu Hugonini Grillion, manderii Quarti, pane dato viginti duobus hominibus operariis, de roydīs seu curvatis, cindentibus³⁸ bornellos in nemore domini supra Quartum et aduentibus illos ad castrum de Quarto pro reparacione bornellorum dicti castrī fienda, in anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, vacantibus ad predicta quasi per unam diem, capiente quolibet per diem pro ipsius expensis dumtaxat quinque quarterios panis siliginis ut alii supradicti more solito: - I sestarium, III eminalia et dimidium siliginis. Item, manu eadem, pane dato decem octo operariis de roydīs seu curvatis cindentibus bornellos ut supra pro eodem, in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo, capiente quolibet ut supra, ultra vinum et seraceum sibi infra allocatos: - III quartanas, III eminalia et dimidium siliginis. Item, manu eadem, pane dato quatuordecim operariis de roydīs seu curvatis cindentibus bornellos sicut prius et pro eodem, in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo, capiente quolibet ut supra: - I eminam, V eminalia et dimidium siliginis. Et allocantur sibi de mandato quo supra et per litteram publicam dicti Hugonini manderii de testimonio premissorum, datam anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, die XXVI mensis julii, quam reddit manu Johannis Gontereti notarii signatam

- II sestaria, I eminam, I quarteronem, I eminale et dimidium siliginis

Libravit manu Johannis dicti Cuas de Dovya, porterii castrī de Quarto, pane dato viginti octo hominibus operariis de roydīs seu curvatis, perforandis bornellos novos ipsosque implicantibus, et alios veteres fontis castrī de Quarto reparantibus, in anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, quasi per unam diem, capiente quolibet ut supra. Item pane dato viginti duobus hominibus operariis de roydīs seu curvatis, ad idem vacantibus in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo. Et pane dato viginti quinque hominibus operariis de roydīs seu curvatis ad predicta vacantibus ultra

³⁸ Lire *cedentibus*.

suprascriptos in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo, et allocantur sibi de mandato quo supra et per litteram dicti porterii de testimonio premissorum, datam anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, die XXVI mensis julii, quam reddit manu Johannis Gontereti notarii signatam, et in quodam folio papiri cum supra et infra designatis litteris, scriptam

- III sestaria, eminam, I quarteronem, III eminalia et tres partes unius eminalis siliginis

Libravit manu Hugonini, manderii de Quarto, pane dato viginti quatuor hominibus operariis de roydys seu curvatis, facientibus et aducentibus undecim planthias de nemore de Effra in castrum Quarti ad opus pontis ante juanuam dicti castri refficiendi, quia pons qui ibidem prius existens erat destructus et putrefactus, ad que vacaverunt quasi per unam diem, capiente quolibet per diem ut supra: - I eminam, III eminalia siliginis. Item manu eadem pane dato sex operariis de roydys seu curvatis dictum pontem quasi per unam diem refficientibus in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo, capiente quolibet quinque quarterios panis siliginis ut supra: - VII eminalia et dimidium siliginis. Item manu eadem pane dato duodecim hominibus operariis, quorum sex fuerunt reyssiatores reissiantes fustam et ipsam implicantes in refectione magni pontis de Quarto supra surgentem, et alii sex juverunt dictos reyssiatores ad [XII]³⁹ ad que vacaverunt de roydys seu curvatis, juxta dictum pontem ad faciendum unum murum subtus dictum pontem, pro fortifficacionem ipsius pontis, qui murus nundum est factus, vacantibus ad premissa quasi per unam diem, capiente quolibet ut supra: - I sestarium, III eminalia et dimidium. Et allocantur sibi de mandato quo supra simul per litteram publicam dicti Hugonini manderii de testimonio premissorum, receptam per Johannem de Gontereto notarium, sub anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, die XXVI mensis januarii, quam reddit manu dicti notarii signatam

- II sestaria, eminam, I quartanam, dimidium eminale siliginis

17 Libravit manu Johannis Vidondo, mistralis Quarti, et Hugonini, manderii dicti loci, pane dato sexcies viginti et decem septem operariis de roydys seu curvatis, facientibus et cindentibus ligna in insulis domini de Quarto, de quibus in recepta computat ut infra, vacantibus ad predicta quasi per unam diem, capiente quolibet ut supra, et allocantur sibi de

³⁹ Plusieurs mots font défaut.

mandato quo supra simul et per litteram publicam dictorum Johannis et Hugonini de testimonio premissorum, datam die XXVI mensis julii, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, quam reddit, manu Johannis Gontereti notarii signatam, et in fine supradicti folii papiri scriptam

- I modium, I sestarium, III eminalia et quartum unius eminalis siliginis

Libravit manu Theobaldi de Crista, mistralis de Roysan, pane dato viginti septem operariis de roydis seu curvatis, reparantibus et refficientibus tectum grangie domini vocate de Rins, quia chivroni dicte grangie pro maiori parte alter ab altero separati erant, in anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, ad que vacaverunt quasi per unam diem, capiente quolibet ut supra: - I sestarium, I quartanam, III eminalia et tres partes unius eminalis siliginis. Item pane dato manu eadem triginta septem operariis de roydis seu curvatis, servientibus Girardo Bergoignion de Villa Francha in reparacione tectorum tam castri de Quarto quam grangie domini vocate de Ravoyria, in anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, quam eciam in medietate tecti grangie domini vocate de Rins et in tecto orrei seu granerii domini de Roysan, in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, ministrando eidem carpentatori supradictis tectis neccessaria in reparacione ipsorum, ad que vacaverunt quasi per unam diem, capiente quolibet ut supra:⁴⁰ - I sestarium, III quartanas, III eminalia et quartum unius eminalis siliginis. Item manu eadem pane dato duodecim carpentatoribus et sex manuoperariis de roydis seu curvatis, refficientibus et reparantibus orreum seu granerium domini de Roysan, in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, capiente quolibet carpentatore sex quarterios et quolibet manuoperario quinque quarterios panis siliginis, more solito, ultra vinum et seraceum sibi propter hec inferius allocatos: - I sestarium, I eminale et dimidium siliginis. Et allocantur sibi de mandato quo supra et per litteram publicam dicti Theobaldi de testimonio premissorum, receptam per Johannem Gontereti notarium sub anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, die XXVII mensis julii, quam reddit manu dicti notarii signatam - IIII sestaria, I quartanam, III emianalia siliginis

⁴⁰ Dans la marge droite: *quorum XIII librati fuerunt manu dicti mistralis et residui expensis dicti castellani.*

Libravit pane dato tresdecim operariis de roydīs seu corvatis, aduentibus cum suis asinis decem octo millia tavaillonorum seu cindulorum peyssie, per ipsum emptorem a Jaquemino Borrō de Valle Pellina, apud Quartum, Rovoeriam, Roysan et apud Rins, ad que vacaverunt quasi per unam diem, capiente quolibet ut supra, ultra vinum et seraceum que sibi in suis titulis propter hec allocantur ut infra; et allocantur sibi de mandato quo supra

- I eminam, III eminalia et quartum unius eminalis siliginis

Libravit domino preposito Auguste in quibus dominus sibi tenebatur pro firma decime de Rins ad ipsum prepositum ut supra pertinentis, et allocantur sibi pro anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo, nec ulterius tenuit dominus dictam decimam ut supra, virtute littere domini copiate in computo precedenti, et per litteram publicam domini Anthonii de Billens, prepositi Auguste, de confessione et recepta, datam die XXVIII mensis julii, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, quam reddit, manu Johannis Gontereti notarii publici signatam

- III modia siliginis

18 Libravit manu Johannini Piteti de Burgondia, familiaris et clavigeri dicti castrī de Quarto, pane dato sexcies centum quaterviginti et sexdecim tam lathomis, carpentatoribus quam operariis, fustas cindentibus in nemoribus domini, charreantibus cum animalibus suis usque ad dictum castrum de Quarto dictas fustas cum calce domini que erat in parrochia de Roysano, arenam extrahentibus et ut supra charreantibus, et portantibus losas a loco de Ciran infra dictum castrum predictaque omnia cum aliis infra in libratis pecunie contentis, implicantibus tam de roydīs seu curvatis quam ad salaria, in refectione de novo et reparacione murorum et edificii, tecti, turris et camere iuxta dictam turrim castrī de Quarto, que, casu fortuito, incendio cremata fuerunt et combusta [XIII] mense februarii anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo, et allocantur sibi de mandato domini et per eius litteram cuius tenor sequitur in hec verba:

“Amedeus, comes Sabaudie, dilectis magistris et receptoribus computorum nostrorum salutem. Vobis mandamus quatenus expensas, quas dilectus Hugo Garnerii, alias Roda, castellanus noster de Quarto, vobis fecisse, informabit et que taxate fuerant per quatuor probos viros, electos duos pro parte nostra et alios duos pro parte hominum de Quarto, in reparacione incendii quod nuper fuit in castro nostro de Quarto, ultra auxilium graciose factum per homines nostros de Quarto in reparacione incendii antedicti in ipsius castellani nostri priori in computo allocatis

absque difficultatem quacumque, datum in Villanova nostra Chillionis, die sexta mensis octobris, anno Domini millesimo CCC septuagesimo octavo, sub signeto nostro, cancellario absente. Per dominum, Mermetus Rougeti”.

Quam litteram reddit, et de auxilio de quo in dicta littera fit mencio, ascendente, facta taxatione per probos viros inferius nominatos, ad viginti unum florenos januenses auri boni ponderis, infra computat ante firmam tocius recepte in titulo auxilii; item per instrumentum publicum Petri Morelli de Rivo de Porroczan, Johannis dicti Coquilliod, electorum per dictum castellanum pro parte domini, Petri de Cella de Quarto et Colini de Glacier de Holomont, habitatorum parrochie Sancti Christofori, electorum pro parte communitatis mandamentorum Quarti et Oyacie, ad taxationem predictarum missionum, expensarum et subsidii sive auxilii, de mandato et per litteram domini supradictam testificancium unanimiter et taxancium ipsas missiones et expensas ad tantum in siligine ascendere, ultra libratas vini, seracei, feni et pecunie, infra in suis titulis scriptas, receptum per Johannem Gontereti notarium sub anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, indicione secunda, die vicesimatercia mensis maii, quod reddit. Et per litteram publicam supradicti Janini Piteti testificantis sub iuramento se librasse numero operariorum supradictorum et ipsos operarios expendidisse, vacando ad predicta, quantitates siliginis, vini, seracei, feni et pecunie presentem et infrascriptas, datam die decima octava mensis decembris, anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo, quam reddit manu Johannis Gontereti notarii signatam

- VI modia, I quartanam siliginis

Libravit domino Berthodo, priori Sancti Ursi Auguste, quos ultra capones et pecuniam inferius in suis titulis allocatis, dictus dominus de Quarto quondam eidem priori annuatim debebat pro feudo quod ab ecclesia Sancti Ursi tenebat, ut in instrumento confessionis, recognicionis et regithie viri nobilis et potentis domini Henrici, militis, domini de Quarto quondam, factas priori et capitulo Sancti Ursi predictis, instrumento publico inde recepto per Martinum de Campolorenzali notarium publicum, sub anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo, indicione octava, die ultima mensis maii. Cuiusquidem instrumenti tenor sequitur et est talis:

- 19** “Anno Domini millesimo CCCLXX, indicione octava, die ultima mensis maii, Auguste, in domo monasterii Sancti Ursi Auguste, in capitulo dicti loci, presentibus Johanne Gontereti de Porta Sancti Ursi,

clerico, et Petro Morelli, habitatore ad Porreczan, testibus ad infrascripta vocatis et rogatis, ibidem in mei notarii infrascripti et testium predictorum presencia, personaliter constitutus propter infrascripta specialiter peragenda, vir nobilis et potens dominus Henricus dominus de Quarto, miles, ad instanciam et requisicionem venerabilis et religiosi viri domini Johannis, prioris Sancti Ursi Auguste et tocius capituli dicti monasterii, confessus fuit, manifestavit et publice recognovit, per iuramentum suum ad sancta Dei evvangelia corporaliter prestitum, se tenere et tenere velle et tenere debere imperpetuum ad rectum feudum a predictis priore et capitulo res et possessiones infrascriptas: primo videlicet unam peciam prati jacentem apud stabulum extimatam circa ...⁴¹ partem unius seyturate prati: fines sunt de prima parte, secunda, tertia et quarta res dicti manifestatoris, de quinta rivus herbalis. Item unam peciam terre jacentem ad Vignoleyri: fines sunt de prima parte, secunda et tertia res heredum Brunerii de Maladeria, de quarta res filiorum Petri de Jorio. Item unam peciam terre jacentem ou Lou: fines sunt de prima parte et secunda res heredum Alexandri, de tertia res Sancti Ursi, quas tenent heredes Martini et Vuillermodi Sonneyr de Holomont, et si alii fines forent non noceant, una cum fondis, metis, finibus, exitibus, aquariciis, arboribus et omnibus bonis usibus suis et pertinentiis universis; de quoquidem feudo idem dominus de Quarto confessus fuit et manifestavit, per iuramentum suum predictum, se facere et facere debere dictis domino priori et capitulo Sancti Ursi, duo sestaria siliginis pulchre et receptibilis de censu annuatim, solvendo in festo beati Michaelis, tresdecim solidos servicii et unum caponem de servicio annuatim, solvendo in festo beati Ursi et viginti sex solidis tocius placiti quando accidit in mutacione domini et tenementarii, sine plus capere, protestans idem dominus de Quarto quod ipse non tenetur facere de dictis duobus sestariis siliginis nisi septem quartanas siliginis, pro eo quia dicti dominus prior et capitulum tenentur facere eidem domino de Quarto unam quartanam siliginis annualem pro rebus de Cugnion. Item confessus fuit, manifestavit et publice recognovit, per iuramentum suum predictum, se tenere et tenere debere a monasterio Sancti Ursi predicto, unam peciam terre jacentem ou Lou, fines sunt de prima parte res Sancti Ursi, de secunda res Alexandri de Stabulo, de tertia res heredum Rodulphi de Segnyns et Bernardi Marione, de quarta res heredum Bernardi Allorum, de quinta res Vullielli picatoris, una cum fundamentis, finibus,

⁴¹ Le numéro fait défaut.

exitibus, aquariciis, arboribus et omnibus bonis usibus, finis et pertinentibus universis, de quaquidem pecia terre idem dominus de Quarto confitetur, per dictum [XIII] suum iuramentum, se facere et facere debere pidanciaro Sancti Ursi quatuor sestaria siliginis pulchre et receptibilis de censu annuatim, solvendi in festo beati Michaelis, unum denarium servicii annuatim, solvendi in festo beati Martini et duos denarios placiti quando accidit, sine plus capere. Quibus actis, sic dicti dominus prior et capitulum, mutuo consensu et una voluntate quam melius potuerunt, nomine suo et successorum suorum dederunt et concesserunt imperpetuum ad rectum feudum, manutenere, et deffendere promiserunt pro et quibus supra, contra omnes personas et ab omnibus personis, predicto domino de Quarto ibidem presenti et solempniter stipulanti et cui dare voluerit imperpetuum, salvis ecclesiis, hospitalibus et confratriis, et si non daret eius heredibus utriusque sexus et cui acciderit, predictas res et possessiones supra confinatas, cum pertinentiis suis et bonis usibus ut supra, videlicet pro predictis usagiis annuatim solvendis predictis domino priori et capitulo et pidanciaro, terminis supradictis ut superius sunt expressa, sine plus capere. Item confessus fuit, manifestavit et publice recognovit per iuramentum suum ut supra, se facere et facere debere, predictis domino priori et convento Sancti Ursi, quatuor solidos monete cursibilis Auguste de helemosina annuatim, solvendos in festo Pasche, super una pecia prati jacente subtus viam apud Stabulum: fines sunt de prima parte via publica, de secunda, tercia et quarta res dicti domini de Quarto et super pertinentiis et bonis usibus dicte pecie; quem censum, servitium et helemosinam idem dominus de Quarto, iuramento suo predicto, iuratus promisit bene et fideliter usagiare dictis capitulo et pidanciaro Sancti Ursi, vel eorum certo nuncio, annuatim terminis supradictis ut superius sunt expressa, renunciando omni excepcioni confessionis, manifestacionis, recognicionis, iuramenti et promissionis non factarum, donacionis, concessionis et promissionis, iuramentique non factarum et omni alii juri canonico, consuetudinario et civili. Et de predictis jussa sunt michi notario infrascripto fieri et tradi duo et plura publica instrumenta unius substancie, et ego Martinus de Campolorenzali, imperiali auctoritate publicus notarius, hiis omnibus interfui rogatus, hanc cartam per me receptam ex commissione michi facta per dominum baillivum Auguste, manu Jaquimini Insule de Cognya notarii publici, levare feci meque subscripsi fideliter et signavi”.

20

Et allocantur sibi per litteram domini, cuius tenor talis est:

“Amedeus, comes Sabaudie, dilecto castellano nostro Quarti presenti et futuro, vel eius locumtenenti, salutem. Visa regithia et recognicione presentibus annexis, tibi precipimus et mandamus quatenus quantitates et summas in eadem recognicione contentas, quas dilectus fidelis noster dominus Henricus dominus de Quarto quondam, se debere annis singulis confessus est priori et conventui Sancti Ursi, ut in eadem recognicione continetur, eidem priori et conventui, seu procuratori ipsorum, ab inde annis singulis, satisfacias et persolvas terminis in ea descriptis, omni deffectu et contradicione cessante et alterius expectatione mandati. Et nos quantitates easdem, habita ab ipsis priore et conventu seu procuratore ipsorum, in prima solucione cum copia presencium et annexa littera de recepta et in singulis aliis solucionibus dumtaxat littera de recepta, in eius primo et sequentibus computis sine difficultate qualibet, precipimus allocari. Datum Auguste, die XXIII novembris, anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono. Per dominum, presente domino cancellario. Redditur litteras portitori. Johannes Ravaysii”.

Quas recognicionem et litteras domini de mandato allocandi predicto, extendit in presenti computo simul annexas et penes se retinet pro ipsis restituendis dictis domino priori et conventui Sancti Ursi, simulque de mandato quo supra, et per litteram publicam dicti domini prioris de confessione et recepta, datam die tercia mensis augusti, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, quam reddit, manu Johannis Gontereti signatam et scriptam. Et solvit sibi supradictorum pretextu, pro termino festi beati Michaelis annorum Domini millesimo CCC septuagesimo octavo, septuagesimo nono, octuagesimo et octuagesimo primo, ad racionem videlicet pro quolibet dictionum quatuor annorum, quinque sestariorum et trium quartanarum siliginis, ultra vinum, capones, decem septem solidos et unum denarium monete Auguste, sibi debitos ut supra et sibi infra in suis titulis allocatos

- III modia, V sestaria siliginis

Libravit Jaquimino Peronini de Alex de Effra in quibus vir nobilis et potens dominus Henricus dominus de Quarto, miles, quondam eidem Jaquimino tenebatur de censu per annum pro quadam pecia prati domini sita in pratis domini apud Olees, que movetur de feudo dicti Jaquimini sub annua pensione infrascripta, ut in quodam publico instrumento vendicionis facte per Petrum et Johannem fratres, filios quondam Colerii Alborum de Segnins, de laude et consensu Jaquimini Peronini dex Alex de Effra supradicto domino Henrico domino de Quarto quondam, cuiusquidem instrumenti sequitur series et est talis:

“Anno Domini millesimo CCCLXX, indicione octava, die quinta mensis maii, in castro Quarti, presentibus testibus ad infrascripta vocatis et rogatis, videlicet Jaquimino de Canali de Dovia et Johanne Perole de Charvenczo et aliis pluribus, [XV] notum sit omnibus quod Petrus et Johannes fratres, filii quondam Colerii Alborum de Segnins, mutuo consensu et una voluntate pro se et causam ab eis habituris, de laude et consensu Jaquimini Peronini de Alex de Effra, presentis et infrascripta approbantis, dederunt, tradiderunt et concesserunt et eciam vendiderunt, ut forcius potuerunt, ex nunc imperpetuum, viro nobili et potenti domino Henrico domino de Quarto, militi, recipienti et stipulanti pro se et suis causam habentibus, medietatem duarum peciarum terre jacencium in Ollees, et dicuntur fines prime pecie esse: de prima parte res dicti Jaquimini, de secunda res quondam Stephani des Alex, de tertia res dicti domini de Quarto, de quarta eciam videlicet prata antiqua; fines secunde pecie dicuntur esse: de prima parte res dicti quondam Stephani, de secunda res dictorum fratrum venditorum et res Colini Alborum, consanguinei suorum, de tertia res quondam Alexandri de Stabulo, cum fondis, pertinenciis existentibus, appendenciis et bonis usibus et vi, robore et valore omnium instrumentorum inde confectorum in dictum dominum de Quarto penitus tranferendo, devestientes se dicti venditores de predictis et dictum dominum de Quarto investientes corporaliter ut est moris, pro decem libris bone monete cursibilis Auguste semel, per dictos fratres venditores, ut asserunt, a dicto domino de Quarto habitis et receptis, et pro oneribus dictarum rerum pro rata predicta domino feudi annualiter fieri debitis et solitis, videlicet Jaquimino Peronini deys Alex antedicto per dictum dominum de Quarto et suis perpetuo faciendis, et que asserunt esse debere novem eminalia siliginis de censu in festo beati Michaelis, et unum denarium servicii annui eodem festo, de quibus novem eminalibus siliginis et uno denario annualibus dictus dominus de Quarto promisit pro se et suis dictos fratres venditores, ex nunc imperpetuum, servare indempnes erga Jaquimum antedictum et suos sine fraude, illosque eidem Jaquimino et suis facere et solvere annuatim pacifice in exoneracionem quorum supra; promictentes dicti Petrus et Johannes venditores pro se et quibus supra per eorum iuramenta in predictis non contrafacere vel venire perpetue, renunciantes omni excepcioni donacionis et cessionis, vendicionis, devestiture, investiture, iuramentorum et promissionum non factarum, dicte pecunie non habite et non recepte, omnique spei receptionis future, omnique errori, lesioni, decepcioni, circumvencioni et omni alio iuri canonico et civili. Et de

predictis michi notario infrascripto iussa sunt fieri tot instrumenta quot erunt necessaria ad opus quorum intererit. Et ego Johannes Petri Gontereti de Augusta, clericus auctoritate imperiali notarius publicus, hanc cartam rogatus recepi, scripsi fideliter et signavi, ad opus Jaquimini antedicti”.

- 21** Quod instrumentum ostendit in presenti computo et penes se retinet pro ipso restituendo dicto Jaquimino. Et allocantur sibi de mandato quo supra simul et per litteram publicam confessionis et recepte dicti Jaquimini Peronini, receptam per Johannem Gontereti notarii, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, die XXV mensis julii, quam reddit manu dicti notarii signatam, videlicet pro annis Domini millesimo CCC septuagesimo octavo, septuagesimo nono, octuagesimo et octuagesimo primo, et termino festi beati Michaelis, ad rationem novem eminalia siliginis pro quolibet dictorum quatuor annorum - III eminas siliginis

Libravit Petro Vuillermete de Aviso, parrochie Quarti, in quibus dictus dominus de Quarto quondam eidem Petro tenebatur annuatim pro quadam pecia prati, sita in pratibus domini apud Ollees, ut in quodam publico instrumento recepto per Johannem Gontereti notarium, anno Domino millesimo CCCLX nono, indicione septima, die XIII mensis januarii, cuiusquidem instrumenti tenor sequitur et est talis:

“Anno Domini millesimo CCCLXIX, indicione septima, die decima quarta mensis januarii, apud Quartum in castro, presentibus testibus ad infrascriptis vocatis et rogatis, videlicet nobili viro Perrino, naturali de Quarto, et Jaquimino de Canali de Dovia, et aliis pluribus, notum sit omnibus quod Petrus Porter de Villa Francha, pro se et suis heredibus et successoribus, causamque ab eodem habituris, dedit, tradidit et concessit ac eciam vendidit, prout forcius potuit, ex nunc imperpetuum, viro nobili et potenti domino Henrico domino de Quarto, militi, ibidem presenti, recipienti et stipulanti pro se et suis causam habituris quicquid iuris, accionis, racionis, dreiture, fenature, proprietatis, utilis, domini vel quasi, idem Petrus habet, habere et percipere videtur et potest aliquo modo quovis, in quadam pecia terre jacente loco dicto Ollees, cuius fines dicuntur esse: de prima parte prata antiqua de Ollees, de secunda res domini de Quarto predicti, de tertia res dicti Petri donatoris, quas tenent ab heredibus Peroneti Alliodi de Quarto, de quarta res Petri de la Martina de Quarto, cum fundamentis, pertinenciis, exitibus, appendiciis et bonis usibus, cum vi, robore et valore omnium instrumentorum inde confectorum in ipsum dominum de Quarto penitus

transferendo, pro centum solidis bone monete cursibilis Auguste semel, per dictum Petrum a dicto domino de Quarto, ut asserit, habitis, et pro duobus sestariis siliginis de censu in festo beati Michaelis et tribus denariis servicii in festo beati Stephani, annuatim per dictum dominum de Quarto et suos domino feudi dicte pecie terre, videlicet Petro Vuillermete de Aviso, parrochie Quarti, a quo, ut dicitur, dicta pecia tenetur in feudum, faciendum, in exoneracionem donatoris antedicti. Et de quibus dictus dominus de Quarto, pro se et suis, ipsum Petrum Porter servare promisit perpetuo indempnem et ab omni vicio evictionis penitus relevare sine fraude, devestiundo se idem Petrus Porter de predicta pecia terre, et dictum dominum de Quarto ut supra stipulantem corporaliter investiundo, ut est moris, promictens dictus Petrus Porter, juramento suo pro se et quibus supra, in predictis perpetue non contrafacere vel venire, renunciando omni excepcioni donacionis, concessionis, vendicionis, devestiture, investiture, juramenti et promissionis non factarum, omnique errori, lesioni, deceptiioni, circumvencionis et omni alio iuri canonico et civili. Et de predictis michi notario infrascripto iussa fieri tot instrumenta quot erunt necessaria, ego Johannes Petri Gontereti de Augusta, clericus autoritate iperiali notarius publicus, hanc cartam rogatus recepi, scripsi fideliterque signavi ad opus dicti Petri Vuillermete”.

- 22** Quod instrumentum ostendit in presenti computo et penes se retinet pro ipso restituendo dicto Petro Vuillermete. Et allocantur sibi de mandato [XVI] quo supra simul et per litteram dicti Petri Vuillermete de Aviso de confessione et recepta, confitentis quantitatem infrascriptam se habuisse et recepisse, datam die tercia mensis Augusti, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, quam reddit manu Johannis Gontereti notarii signatam, videlicet pro terminis festi beati Michaelis, anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo, septuagesimo nono, octuagesimo et octuagesimo primo, pro quolibet dictorum annorum seu terminorum duo sestaria siliginis, ultra tres denarios annuales sibi propter hoc infra in libratis pecunie allocatos, pro quatuor annis predictis - VIII sestaria siliginis

Libravit Gotofredo dicti Vagniour, famulo et custodi grangie domini vocate de Rins, pro salario suo et expensis unius anni, incepti die festi beati Martini yemalis, anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo septimo, et finiti eodem festo anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo, quibus die et anno dictus castellanus tradidit ad censam seu firmam prata dicti loci de Rins, quare ulterius

non solvit. Et allocantur sibi de mandato quo supra per litteramque domini in computo precedenti copiatam, et per litteram publicam confessionis et recepte dicti Gothofredi, receptam per Johannem Gontereti notarium, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo, die decima mensis januarii, quam reddit manu dicti notarii signatam, ultra seraceum et pecuniam sibi in suis titulis infra allocatos

- II modia siliginis

Prandia:

Libravit personis inferius specificè nominatis pro prandiis datis et debitis eisdem singulis annis in crastinum nativitatibus Domini, dum solvunt servicia debita per eosdem, ut in prothocollis extentarum domini de Quarto quondam, receptis per Johannem Gontereti notarium, que prothocola dictus Johannes Gontereti prius in computo exhibuit, et capiunt dicte persone et solite sunt capere sicut dicti castellanus et Johannes Gontereti asserunt ratione dictorum prandiorum, videlicet pro quolibet prandio dimidium panem siliginis, et sunt de quolibet eminali unus panis, seu de quolibet sestario viginti quatuor panes, more solito, ultra seraceos infra in eorum titulo propter hoc allocatos, et si dicte persone non solverent dicta servicia debita per easdem eodem die, vel alio die si notificaretur eisdem, dictum prandium ipsa vice non deberetur, ut dicti castellanus et Johanne Gontereti dicunt et etiam dicitur in computo precedenti. Et allocantur sibi pro festo beati Stephani, crastino nativitatibus Domini incipiente currere <anno> millesimo tercentesimo septuagesimo nono, quarumquidem personarum nomina et prandia sibi debita particulariter et specificè secuntur prout infra:

Parrochia Vallispelline apud Oyaciam:

Et primo Johanne Ferrayz - I prandium. Reymondus du Bagnierast et eius consortes - I prandium. Johannodus de Sommoville et eius consortes - I prandium. Peronetus Braydi et eius consortes - I prandium. Petrus Marchiand - tres partes unius prandii. Vuillermus dou Viner et eius consortes - I prandium. Farco Gonterii - I prandium. Perrinus de Byona - I prandium.

23

Apud Holomont:

Johannodus Bal - I prandium. Colerius de Berio - I prandium.

*Apud Dovy:*⁴²

⁴² Lire *Doviam*.

Peronetus Chaucho de Molendino et eius consortes - I prandium.

Apud Vallempeleinam:

Perreries Suarni et Johannes eius nepos - I prandium. Jaquiminus Lochut⁴³ et Vyoninus Lo Pontallion - I prandium. Peronetus Beriacz et eius consortes - I prandium.

Parrochia Sancti Christofori:

Michael de Parlea et eius consortes - I prandium. Johannes Vuillermeti de Veyni et eius frater - II prandia. Petrus de Frassinea et eius consortes - I prandium. Parvus Aymo de Soreley et Perrodus de Veyny - I prandium. Petrus et Johanne Gillios - I prandium.

Parrochia Quarti, ibidem. Apud Crestalla et Morgona:

Eustachius de Balma et consortes sui - I prandium. Andreas de Cristella et Petrus Bisochon - II prandia. Eymerodus Raspalliot et Johannodus Genceon et eius consortes - II prandia. Johannes Alexone - II prandia. Jaquiminus de Fonte - I prandium. Peronodus de Fonte - I prandium. Liberi Boni Hominis - I prandium.

Ultra Cristam de Puvil:

Johannodus Charles - I prandium. Johannes Martineti - I prandium. Johannes Ponyer - II prandia. Petrus de Arnyo - I prandium.

Apud Villam supra Nuns:

Vuillermus Porlio et Petrus Pomat - II prandia.

Apud Effra:

Johannodus de Ollignian - I prandium. Jaquiminus Peronini des Aleyx et eius consortes - II prandia. Johannodus et Johannes de Furno et eorum consortes - II prandia. Jaquiminus Regis de Effra et eius consortes - I prandium. Jaquiminus de Junel et eius consortes - I prandium. Johannes et Jaquemetus de Chauczo, fratres - I prandium. Vuillermetus Filliestre et eius nepos - duas partes unius prandii.

Ab Arlo superius:

Johannes de Veyri [XVII] et eius consortes - I prandium. Jacodus de Yssologni - I prandium.

Que prandia sunt in numero quadraginta septem prandia, quartus et sextus unius prandii. Que valent, computato quolibet prandio pro dimidio pane et quolibet pane pro uno eminali siliginis

- XXIII eminalia, I tercium, I quartum unius dimidii⁴⁴ eminalis siliginis

⁴³ Lo Chat?

⁴⁴ Le mot *dimidii* est écrit au dessus du mot *unius*.

24 Libravit eisdem pro eodem modo et forma superius declaratis, et allocantur sibi pro termino festi beati Stephani in crastinum festi nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo octuagesimo, computatis prandiis ut supra

- XXIII eminalia, I tercium, I quartum dimidii eminalis siliginis

Libravit eisdem pro eodem modo et forma superius declaratis, et allocantur sibi pro termino festi beati Stephani in crastinum festi nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo, computatis prandiis ut supra

- XXIII eminalia, I tercium, I quartum dimidii eminalis siliginis

Libravit eisdem pro eodem modo et forma superius declaratis, et allocantur sibi pro termino festi beati Stephani in crastinum festi nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, computatis prandiis ut supra

- XXIII eminalia, I tercium, I quartum dimidii eminalis siliginis

Libravit domino Jacobo de La Suera, capellano prebendario altaris Sancte Marie siti in ecclesia Sancti Ursi Auguste, percipienti ratione dicti altaris singulis annis quinque sestaria eminam siliginis, unum obulum servicii et unum denarium de placito quando accidit, pro et super peciam prati inferius confinata, de feudo dicti altaris existente, que pecia prati ad manus domini Henrici domini de Quarto quondam pervenit ex successione Alixandri de Stabulo, de quibus supra in computo precedenti particulariter computavit in recepta, tam pro dicta pecia prati quam certis aliis, de septem modiis siliginis, et inferius pro eisdem computabit de viginti solidis monete Auguste, ut per instrumentum publicum albergamenti dicto Alixandro de pecia prati iam dicta facti, cuius tenor talis est:

“Anno Domini millesimo tercentesimo primo, indictione XIII,⁴⁵ duodecimo kalendas decembris,⁴⁶ ante domum Martini Sartoris, coram testibus, videlicet domino Vuillermo Bordon et Jacobeto de Senys, clerico Sancti Laurentii, et pluribus aliis, dominus Vuillermus de Moriacio, prebendarius altaris Beate Marie, siti in ecclesia Sancti Ursi Auguste, dedit et concessit, prout melius potuit in tempore suo, Alexandro de Stabulo et cui dare voluerit, vel cui acciderit, ad rectum feudum, unam peciam prati jacentem loco dicto Establo, pro uno obulo servicii annuatim et pro uno denario placiti quando acciderit, et pro

⁴⁵ L'année 1301 correspond en fait à la XIV^{ème} indiction.

⁴⁶ 20 Novembre.

quinque sestariis et emina siliginis annualibus solvendibus de censu in festo beati Michaelis, sine plus inde capere. Hoc dedit eidem modo quo supradictum est cum omnibus pertinentiis dicte rei, item dictum fuit et deductum in pactum quod si dictus Alexander vellet habere grantum capituli Sancti Ursi, dictus dominus Vuillermus debet precari et requirere dictum capitulum ad expensas dicti Alexandri. Fines dicte pecie sunt: de prima parte et de secunda via publica, de tertia et de quarta res dicti Alexandri. Remictens omni excepcioni donacionis et concessionis non facte et omni excepcioni qua posset se tueri. Ego Martinus, clericus de Sala, publicus notarius sacri palatii, interfui et hoc instrumentum scripsi et signo meo fideliter signavi et tradidi”.

Quod instrumentum ostendit in presenti computo et penes se retinet pro ipso restituendo dicto prebendario, et solvit eidem ad rationem predictam pro terminis festi beati Michaelis annorum Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo, septuagesimo nono, octuagesimo et octuagesimo primo, de quibus computat ut supra, ut per litteram publicam dicti domini Jacobi prebendarii de testimonio, confessione et recepta, datam anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, die XXVIII mensis julii, quam reddit manu Johannis Gontereti notarii signatam, pro dictis quatuor annis

- III modia, IIII sestaria siliginis

- 25** Deducuntur eidem pro personis infrascriptis, tenentibus cum quibusdam aliis vineas seu territoria vinearum de Ryns in parrochia de Roysano, pro quibus debent certas quantitates siliginis de servicio per annum, que quantitates siliginis eisdem personis fuerunt remisse et taxate ad rationem sex solidorum et octo denariorum bonorum monete cursibilis Auguste pro quolibet sestario, casu quo solverent quarta die nativitatis Domini dumtaxat et non alias per virum nobilem dominum Henricum dominum de Quarto quondam, instrumento recepto per Aymonem Parmerii notarium publicum, cuius instrumenti tenor sequitur in hec verba:

“In nomine Domini amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo tercentesimo quadragesimo septimo, indicione decima quarta, die lune ante festum beati Martini, Auguste, iuxta domum quondam Blanchodi de Quarto, in platea, coram testibus Bonifacio de Clusellina et Perrodo de Vinier et pluribus aliis, vir nobilis et potens dominus Henricus dominus de Quarto, miles, pro se et heredibus suis ex nunc et imperpetuum remisit et taxavit in manu mei notarii infrascripti, tamquam publice persone stipulanti et recipienti, pro acquisitoribus

vinearum de Ryns, bladum quod dicto domino faciunt pro ipsis vineis ad sex solidos et octo denarios monete cursibilis pro sestario, sibi solvendis in nativitate Domini, et si ipsi feudatarii vellent solvere bladum dicto domino, illud solvant et argentum fit nullum illi, vel illis, qui solvent bladum in quo tenerentur pro ipsis vineis dicto domino, ita quod fit in electione cuiuslibet feudatariorum reddere bladum vel argentum ut supra taxatur, et ille qui usque in quarta die nativitatis Domini non solverit argentum ut supra, ab inde in antea teneatur solvere bladum. Et hoc voverunt tam dictus dominus de Quarto quam ipsi feudatarii pro se et eorum causam habentibus imperpetuum durare et valere. Et de predictis <michi> iussa [XVIII] sunt fieri tot instrumenta quot erunt necessaria, ego Aymonis Parmerii de Balma, notarius publicus, hanc quartam⁴⁷ per me receptam scribi feci manu Petri de Champellis notarii, commissione michi facta a baillivo Auguste et signo meo signavi”.

Quod instrumentum ostendit et penes se retinet pro ipso restituendo dictis feudatariis, pro quibus feudatariis subscriptis infra computat in titulo denarii census, videlicet pro anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono:

Et primo pro Jaquemeto Magni Johannis de Blavy - I sestarium, III eminalia siliginis. Johanne Bionat de Blavy - I sestarium, III quartanas siliginis. Uldrico Benedicte de Blavy, pro Enrardo quondam, - IIII sestaria, III quartanas siliginis. Dicto Uldrico Benedicte - I eminalia siliginis. Jaquemeto Saller - XIII eminalia siliginis.

Item, pro anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo:

Pro Jaquemeto Saller et dictis les Vagnours de Ryns - I sestarium, III eminalia siliginis. Johanne Bionat de Blavy - I sestarium, III quartanas siliginis. Jaquimino, filio Girardi Piteti, - I sestarium, III eminalia siliginis. Uldrico Benedicte de Blavy - V sestaria, I quartanam siliginis. Pro Jaquemeto Magni Johannis de Blavy - I sestarium siliginis. Johannodo de Preil - I sestarium, III quartanas siliginis. Jaquimino Bestent, solvente pro nomine Johannodi Brunodi de Blavy, - I sestarium, III quartanas siliginis.

Item et pro anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo:

Pro Jaquemeto Magni Johannis de Blavy - I sestarium siliginis.

Que quantitates sunt in summa

- IIII modia, III sestaria, VII eminalia siliginis

⁴⁷ Lire *chartam*.

Rivus Prepositi:

Libravit Bonifacio, genero Aymonodi Champapont, custodi rivi domini vocati de Preposito, a loco principii dicti rivi, vocato La Morina, usque ad locum vocatum de Valle Suana subtus Roysan, quasi per unam leucam, per quod spacium custodire debet dictum rivum pro uno modio siliginis per annum, ultra seraceum, vinum et pecuniam inferius in suis titulis allocatos, et solvit eidem pretextu littere domini de mandato allocandi, copiate in computo precedenti, item per litteram albergamenti facti per dominum Anthonio Palmerii, filio Aymonis Palmerii quondam, de certis pratis et vineis domini castellanie Quarti, datam Aquiani die vicesima sexta mensis januarii, anno a nativitate Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo, quam ostendit in pargameno scriptam, sigillo domini cera rubea in pendenti cum cordulis viridibus siriceis⁴⁸ sigillatam, et retinet pro ipsa dicto Anthonio Palmerii restituenda, in quaquidem littera inter cetera continetur sequens clausola:

- 26 “Cum aqua unius bornelli serrandi ad equalitatem aliorum bornellorum ibidem per dominos Quarti quondam haberi solitorum in uno ex bornellis ibidem existentibus de rivo videlicet vocato de Preposito, habenda et percipienda annis singulis, toto tempore die noctuque incipiendo, quam cito dictus rivus trahitur, et tenendo, prout supra, usque ad festum beati Michaelis, ita taliter quod aqua predicta dicto Anthonio et suis, sumptibus nostris, reddatur citra magnum Larvozc de Porroczan rivi predicti a parte de Segnyns, eo salvo quod idem Anthonius et sui, annis singulis, in reparacione dicti rivi sumptuare debeat duodecim homines operatores, sumptibus ipsius Anthonii et suorum, qui duodecim homines producentur⁴⁹ custodi rivi predicti, et si forte ovale⁵⁰ in dicto rivo eveniret aliquo tempore in futurum, ipse Anthonius et sui, in quolibet ovali ei eodem rivo accidente, teneantur et debeant se iuvare pro dicto rivo refficiendo de viginti quinque hominibus operatoribus, sumptibus Anthonii antedicti, qui eciam dicto custodi producentur prout supra”.

Una cum testimonio Johannis Gontereti notarii, procuratoris domini in Valle Augusta, presentis in computo, testificantis bona fide sua sic pro custodia dicti rivi solvi et satisfieri solitum fuisse temporibus domini

⁴⁸ Lire *sericis*, en soie.

⁴⁹ Lecture douteuse.

⁵⁰ Lire *obvalie*. Le mot dérive de *ob* et *vallis* o *vallum*, et indique le débordement de l'eau de son lit et, par extension, éboulement ou désastre.

Henrici, domini de Quarto quondam, et per litteram publicam dicti Bonifacii de testimonio premissorum, confessioneque et recepta, receptam per Johannem Gontereti notarium, sub anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, die XXVII mensis julii, quam reddit manu dicti notarii signatam, in qua littera eciam continentur quantitates seracei, vini et pecunie sibi pro eodem inferius suis titulis intrate, et solvit sibi ut supra pro anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo, nec solvit eidem integre pro toto dicto anno quia non servivit ipso anno integre propter destruccionem dicti rivi, casu fortuito diluviorum eventam - V sestaria, eminam siliginis

Libravit eidem Bonifacio pro eodem et eodem modo, et solvit eidem pro anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, per litteram ipsius Bonifacii de confessione et recepta supra proxime redditam, nec solvit eidem integre pro toto dicto anno quia non servivit integre predicto anno propter feffectionem dicti rivi, ut premictitur, destructi - IIII sestaria, eminam siliginis

Libravit eidem pro eodem et eodem modo, in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo, et solvit eidem per eius litteram publicam ut supra redditam - I modium siliginis

Libravit eidem pro eodem et eodem modo, in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo, et solvit eidem pro uno anno integro per litteram dicti Bonifacii superius redditam, ultra seraceum, vinum et pecuniam pro eodem sibi pro eodem intratos

- I modium siliginis

27 ***Reparacio dicti rivi Prepositi:***

Libravit in operibus et reparacione dicti rivi Prepositi prout infra particulariter continetur, et primo: manu Jaquimini de Canali de Dovia, Petri Morelli de Rivo, custodis et amministratoris dicti rivi Prepositi, et plurium aliorum proborum [XIX] <hominum> de Valle Pellina, videlicet Johanni, nepoti de Chelyon de Valle Pellina, Johanni Charnyn, Martino de Arlio, Vuilliermo Perrini du Glarey, Vuillermo nepoti Bocon, Anthonio de Cheylion et Johanni Charles, omnibus hiis de Valle Pellina, cindentibus in nemoribus domini de Valle Pellina unum milliare billionorum quorum medietas fuit longitudinis unius teysie et duorum pedum, et reliqua medietas unius teysie et unius pedis, in anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, pro coperiendo dictum rivum in certis locis solitis et necessariis propter ovale, ruynas et inundaciones aquarum que dictum rivum destruxerant anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo de mense novembris, in

tachiam sibi datam ut supra pro tanto, ultra pecuniam inferius pro eodem sibi allocatam, ut per litteram publicam supranominatorum operariorum de testimonio premissorum confessioneque et recepta, datam die sexta mensis januarii, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quam reddit, manu Johannis Gontereti notarii signatam

- VIII sestaria siliginis

Libravit pane dato Johanni Galliard de Valle Pellina et predictis Martino de Arlio, Vuilliermo Perrini, Vuilliermo de Bocon, Anthonio de Chelion et Johanni Charles, operariis, vacantibus quolibet ipsorum quatuor diebus in conducendo dictos billionos a loco de Pravillar de Valle Pellina per aquam Bauthegii usque ad grappatam⁵¹ factam apud Ryns in aqua predicta pro arretando dictos billionos, capiente quolibet ipsorum per diem, vacando ad predicta, unum panem et dimidium siliginis, de quibus sunt viginti quatuor in sestario, ut supra, dimidiam ruczam⁵² seracei, unum quarteronum vini⁵³ et duos solidos monete cursibilis Auguste, more solito, prout Johannes de Gontereto, procurator domini in Valle Augusta, prius in computo testificatur sic dari solitum fuisse per dominum Henricum, dominum de Quarto quondam. et allocantur eidem de mandato quo supra simul et per litteram publicam prenominatorum operariorum de testimonio, confessioneque et recepta, datam die sexta mensis januarii, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo, quam reddit, manu dicti Johannis de Gontereto notarii signatam. Et residue quantitates vini, seracei et pecunie sibi infra in suis titulis allocantur

- III eminas siliginis

Libravit manu Theobaldi, mistralis de Roysano, quinquaginta operariis facientibus grappatam apud Rins in aqua Bauthegii predicti pro dictis billionis arretandis et ipsos billionos extra dictam aquam extrahentibus, de roydis seu corvatis, capiente quolibet quinque quarterios panis siliginis ut supra, ultra vinum et seraceum propter hoc sibi datos. Et allocantur sibi de mandato et relazione predictis simul et per litteram publicam dicti Theobaldi de testimonio premissorum, confessioneque et recepta, datam die septima mensis januarii, anno Domini millesimo ter-

⁵¹ Barrage fait de branches et de cordes pour arrêter les troncs (*billionos*) charriés par le torrent Buthier.

⁵² *Rucz*, -e fait à l'accusatif pluriel *rucz* ou *rucz*. Douzième ou dixième partie d'un fromage.

⁵³ Les mots *unum quarteronum vini* sont écrits dans la marge droite avec un signe de renvoi.

centesimo octuagesimo, quam reddit, manu dicti Johannis Gontereti notarii signatam - II sestaria, eminam, II eminalia et dimidium siliginis

Libravit manu Jaquimini de Canali de Dovia, olim clavigeri domini Henrici domini de Quarto quondam, pane dato mille centum et quinquaginta hominibus operariis, de roydīs seu corvatis, vacantibus quasi per unam diem in reparacione et refectione supradicti rivi vocati de Preposito, tempore quadragesime⁵⁴ et post Pascha, anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, qui rivus propter ovale et inundaciones aquarum, in anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo, supraveniencium destructus, ut premictitur, fuerat, et vacaverunt in dicta reparacione tempore quadragesime tercentum operarii, et alii octies centum et quinquaginta operarii post Pascha vacaverunt ad idem, capiente quolibet ipsorum per diem certam quantitatem panis siliginis, ultra seraceum, nuces et vinum sibi propter hec allocatam de mandato quo supra simul et per litteram publicam dicti Jaquimini de Canali de testimonio premissorum, confessioneque et recepta, datam die prima mensis januarii, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo, quam reddit manu supradicti Johannis Gontereti notarii signatam, et fuerunt supradicti operarii prout supra implicati, ultra alios qui in conservacione et reparacione dicti rivi contribuere tenentur, ut dicit, propter casum fortuitum obvalie supradite

- IX modia, V sestaria, IX eminalia et dimidium siliginis

- 28** Libravit manu Petri Morelli, custodis dicti rivi Prepositi, pane dato quatercentum quaterviginti et sexdecim hominibus operariis, de roydīs seu corvatis, vacantibus, ultra operarios supradictos, in reparacione dicti rivi Prepositi, eodem anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, tempore estatis, iterato propter multitudinem pluviarum cumulati et destructi unde cessavit idem rivus, spacio sex septimanarum, quasi per unam diem, capiente quolibet per diem quinque quarterios panis siliginis ut supra, ultra seraceum et vinum inferius pro eodem sibi datos et inferius intratos. Et allocantur eidem de mandato et relacione quibus supra simul et per litteram publicam supradicti Petri Morelli de testimonio premissorum, confessioneque et recepta, datam anno millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, die VII mensis julii, quam reddit in quodam folio papiri cum pluribus aliis sequentibus scriptam et manu dicti Johannis Gontereti notarii signatam

- IIII modia, I eminam, VIII eminalia siliginis

⁵⁴ Carême.

Libravit manu eiusdem Petri Morelli pane dato ducentis [XX] quatuor operariis, de roydīs seu corvatis, vacantibus quasi per unam diem, ultra alios operarios supradictos, et eos eciam qui ad infrascripta tenentur in reparacione dicti rivi prepositi, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo, tempore quadragesime, capiente quolibet per diem quinque quarterios panis siliginis ut supra, ultra nuces et vinum infra propter hoc eidem intratos. Et allocantur sibi de mandato quo supra simul et per litteram publicam de testimonio predictorum, confessioneque et recepta, datam anno et die quibus supra proxime in dicto folio papiri scriptam et manu eiusdem notarii signatam

- X sestaria, eminam, III eminalia siliginis

Libravit manu dicti Petri Morelli pane dato sexcies viginti octo hominibus operariis, de roydīs seu corvatis, tempore estatis anno predicto millesimo tercentesimo octuagesimo, vacantibus in reparacione dicti rivi Prepositi qui, casu fortuito et ex obvalia, fractus extitit loco dicto Es Cuchetz, quasi per unam diem, capiente quolibet quinque quarterios panis per diem ut supra, ultra vinum et seraceum sibi infra in suis tituli propter hec intratos, et allocantur eidem de mandato quo supra pariter et per litteram publicam dicti Petri Morelli scriptam cum aliis in folio papiri supra reddito de testimonio premissorum et recepta

- I modium, eminam, IIII eminalia siliginis

Libravit manu eadem, tempore quadragesime anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo, ultra alios operarios qui ex debito ad infrascripta contribuere debent, pane dato octies viginti quindecim hominibus operariis de roydīs seu corvatis, vacantibus quasi per unam diem in reparacione dicti rivi Prepositi, capiente quolibet per diem quinque quarterios panis siliginis ut supra, ultra nuces et vinum sibi inferius in suis titulis intratos, et allocantur eidem de mandato predicto per litteramque dicti Petri Morelli de testimonio premissorum, confessioneque et recepta superius redditam cum aliis in quodam folio papiri scriptam

- IX sestaria, II eminalia et terciam partem unius eminalis siliginis

Libravit manu dicti Petri Morelli de Rivo, tempore estatis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo, pane dato centum operariis de roydīs seu corvatis, quasi per unam diem vacantibus in reparacionibus et fortifficacionibus dicti rivi factis loco dicto Supra Champapon, ubi fere nisi providisse ruptus fuisset nec tam faciliter reparatus estitisset et in pluribus et diversis aliis locis dicti rivi necessariis, capiente quolibet per diem quinque quarterios panis

siliginis, ultra seraceum et vinum pro eodem inferius intratos, et allocantur sibi de mandato predicto et per litteram publicam in dicto folio papiri adiunctam - V sestaria, V eminalia siliginis

Libravit manu eadem, tempore estatis anno predicto millesimo tercentesimo octuagesimo primo, pane dato viginti operariis de roydys seu corvatis recuperantibus et reparantibus quasi per unam diem dictum rivum qui propter multitudines pluviarum et inundaciones aquarum fuerit cumulatus et repletus, capiente quolibet ut supra, ultra vinum et seraceum, et allocantur sibi de mandato quo supra et per litteram supra proxime redditam in dicto folio papiri scriptam

- I sestarium, I eminam siliginis

29 Libravit manu eadem, tempore quadragesime anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, pane dato centum duodecim hominibus operariis de roydys seu corvatis, quasi per unam diem vacantibus in reparacione dicti rivi, capiente quolibet ut supra, ultra nuces et vinum, et allocantur eidem de mandato quo supra et per litteram predictam - V sestaria, eminam, VIII eminalia siliginis

Libravit manu eadem post Pascha anno predicto millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, pane dato duodecim hominibus operariis de roydys seu corvatis, reparantibus dictum rivum Prepositi in aliquibus locis destructum propter pluvias et inundaciones aquarum, ad que vacaverunt quasi per unam diem, capiente quolibet per diem ut supra, et allocantur eidem de mandato predicto pariter et per litteram publicam supra redditam in dicto folio papiri, quasdam alias continente, scriptam - I eminam, III eminalia siliginis

Libravit manu eadem mense augusti anno predicto millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, pane dato quadraginta hominibus operariis de roydys seu corvatis, vacantibus quasi per unam diem in reparacione dicti rivi in pluribus locis dictis mense et anno destructi propter multitudinem pluviarum, capiente quolibet per diem ut supra, et allocantur eidem de mandato quo supra simul et per litteram publicam dicti Petri Morelli de testimonio premissorum, confessione et recepta, datam die XXVIII mensis septembris anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, quam reddit in fine dicti folii papiri scriptam et manu Johannis Gontereti notarii signatam

- II sestaria, II eminalia siliginis

Reparacio rivi fratris Boudini:

Libravit manu Jaquimini de Canali de Dovia in reparacione rivi fratris Boudini per tempus de quo computat, quem dominus reparare

tenetur et manutenere ultra jornalialia debita annuatim per tenentes prata de Stanno pro auxilio reparacionis dicti rivi, prout dominus Henricus dominus de Quarto quondam et sui predecesores dictum rivum manutenere debebant et tenebantur, sicut constat relacione Johannis de Gontereto notarii et procuratoris domini in Valle Augusta, presentis in computo [XXI] predicta fore vera certificantis, item per quoddam aliud instrumentum publicum cuiusdam albergamenti facti per venerabiles dominos Vuillermum de Quarto, archidiaconum Auguste, Eimericum eius nepotem, Jacominum et Henricum fratres ipsius, dominos de Quarto quondam, quibusdam personis de certis rebus et possessionibus in ipso nominatis et descriptis, recepto per Aymonem Palmerii notarium, sub anno Domini millesimo tercentesimo trigesimo septimo, indicione quinta, vicesima sexta die mensis julii, in quoquidem instrumento continentur clausole que secuntur:

“Una cum aqua pro ipsa possessione ad evidenciam proborum hominum adaquanda sine fraude de rivo magno de subtus qui dicitur rivus fratris Boudini”.

Alia clausula sequens talis est:

“Item in rivo reparando omni anno quadraginta operarios eorum expensibus et dicti domini residuum”.

Et per litteram domini de quoddam alio albergamento per dominum facto Anthonio Parmerii de quibusdam aliis pratis, terris et vineis superius designatis pro facto rivi Prepositi, in qua continetur inter cetera sequens clausola:

“Cum aqua rivi vocati de fratre Boudino habenda et percipienda annis singulis, qualibet ebdomada tribus diebus et duabus noctibus, tempore rivi predicti currentis, iure tamen domus et conventus Sancti Ursi augustensis in aqua dicti rivi reservato, dictus vero Anthonius et sui teneantur se iuvare eorum sumptibus annis singulis in reparacione et custodia dicti rivi prout et quemadmodum tenentes prata claustris de Stanno facere et iuvare sunt soliti in eisdem, videlicet pro rata pecie prati et terre de Ollees antedictae rata eciam dictorum pratorum de Stanno computatur, et si forte casus ovalis in dicto rivo aliquo tempore eveniret, videlicet propter ruynam de Bagnieres, ipse Anthonius et sui cum dictus casus eveniret, teneantur et debeant sumptuare, pro dicto ovali reparando, viginti quinque operadores qui familiaribus nostris debite producentur⁵⁵ residuum vero reparacionis dicti ovalis, quod dicti

⁵⁵ Lecture douteuse.

viginti quinque operatores una die reparare non possent, nos illud reparare et facere debeamus”.

30 Quosquidem intrumentum et litteram ostendit et penes se retinet pro ipsis restituendis illis ad quos pertinent. Et primo, tempore quadragésimo anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, pane dato ducentis octo hominibus operariis de roydys seu corvatis, qui per unam diem vacantibus in reparacione dicti rivi, qui propter inundaciones aquarum in diversis locis ruptus estitit et ruynatus, mense novembris anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo, ad que vacaverunt quasi per unam diem, capiente quolibet per diem quinque quarterios panis siliginis ut supra, et allocantur eidem de mandato predicto simul et per litteram publicam dicti Jaquemini de testimonio premissorum, confessioneque et recepta, datam die septima mensis januarii, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo, quam reddit manu Johannis Gontereti notarii signatam, ultra nuces et vinum pro eodem sibi ut supra libratum et allocatum

- X sestaria, I eminam, VIII eminalia siliginis

Alpis de Chavaleiri:

Libravit Petro de Pasquerio et eius consorti de Riegni, parrochie Quarti, tenentibus alpem de Chavaleyri, quibus dominus de Quarto quondam annuatim solvere consuevit, quando solvunt, quatuor caseos debitos per tenentes dictam alpem quando vestitur, id est bestie ponuntur in eadem pro fructum fiendo, de quibus quatuor caseis dictus castellanus infra computat in eorum titulis in recepta, et allocantur eidem de mandato quo supra simul et per relacionem Joannis Gontereti testificantis in presenti computo sic solvi et librari solita fuisse tenentibus dictam alpem temporibus domini Henrici domini de Quarto quondam, aliter non solvissent nec apportassent dictos caseos, in anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo

- IIII eminalia siliginis

Libravit eisdem pro eodem et eodem modo, et allocantur eidem de mandato et sub relacione predictis pro anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, octuagesimo et octuagesimo primo

- XII eminalia siliginis

Alpis de Seneveir:

Libravit Johanni de Balma de Quarto et consortibus eius tenentibus alpem de Seneveir que dictus dominus Henricus de Quarto quondam annuatim solvebat eisdem consortibus quando dicta alpis vestitur, id est quando bestie mictuntur in eadem ad fructum faciendum, pro duobus

caseis domino debitis pro dicta alpe de quibus infra computat in eorum titulo in recepta, et allocantur eidem da mandato predicto cum relacione supradicti Johannis Gontereti, procuratoris domini in Valle Augusta, testificantis bona fide sua per dictum dominum de Quarto quondam sic solvi solitum fuisse, pro anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo - II eminalia siliginis

Libravit eisdem pro eodem et eodem modo, et allocantur eidem de mandato et sub relacione quibus supra pro annis Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, octuagesimo et octuagesimo primo - VI eminalia siliginis

Libravit hominibus qui viginti octo quarteria et viginti octo cornua de boc estaynt, de quibus inferius computat in recepta sub titulo de venacionibus, apportaverunt, et quibus hominibus apportantibus dari debet dimidius panis siliginis pro uno [XXII] quarterio et uno cornu, et allocantur eidem de mandato supradictorum dominorum Aymonis de Chalant et Anthonii Barberii de Chamberiaco, magistrorum computorum domini, habitis prius per ipsos relacione cum testimonio supradicti Johannis Gontereti procuratoris domini in Valle Augusta, quod simili modo solitum erat dari, solvi et librari per dictum dominum Henricum dominum de Quarto quondam, factis per eundem Johannem in presenti computo - I eminam, II eminalia siliginis

31 Deducuntur eidem pro Hugoneto, filio Valeti de Vigniel, Petro Hugoneti de Vigniel, Valichono de Vigniel, liberis Petri Brunerii de Vigniel et suis consortibus, causam habentibus Hugoneti de Vigniel, pro quibus fuit computatum in presenti supra sommarie, et in precedenti computis particulariter, de tribus sestariis siliginis ex inadvertencia et per errorem dicti castellani, licet non debeant nisi dumtaxat tres eminas siliginis de censu per annum, prout docet per duo publica instrumenta, quorum tenor serviciorum sequitur in hec verba:

“Anno Domini millesimo tercentesimo trigesimo, indicione decima tertia, die decima septima aprilis, in Villa Francha, in domo Peroneti advocatoris, coram Valetto de Pra et Vuillermeto de Crestella et aliis, notum sit omnibus quod Hugonetus de Vigniel et Aymo eius filius, una voluntate et concorditer, pro se et suis heredibus imperpetuum, dederunt, concesserunt et promiserunt garentire per alodium viro nobili et potenti domino Jacobo domino de Quarto et eius causam habentibus, unam peciam terre in Aqua Puery⁵⁶ iuxta res illorum de Vignuel, prout

⁵⁶ Lecture douteuse.

terminatur pertinere eidem domino de ipsa pecia terre jurare et passare charta Auguste sine fraude, et promiserunt non contrafacere, quapropter idem dominus de Quarto, pro se et suis heredibus et successoribus imperpetuum, in compensacione predictarum et cambio, dedit et concessit ad rectum feudum et promisit garentire et manutenere contra omnes personas, pro duobus denariis servicii in sancto Stephano et pro quatuor denariis placiti quando acciderit, sine plus capere dictis Hugoneto et Aymoni et eorum heredibus et cui perpetue acciderit, quinque cartanas siliginis annuatim de illo censu quem faciunt et facere tenentur consortes de Vignuel ipsi domino pro feudo quod ab eo tenent die hodierna, et super eo mandans ipsi consorti, per presens instrumentum, quod ipsis Hugoni et Aymoni ut supra faciant et reddant pro rata dictas quinque quartanas siliginis annue, item mediam cartanam terre de novali in Facibala, juxta fondum vallis Sicide et res recipientes et Comba ad claudendum et deffendendum per totum tempus, renunciando omni excepcioni donacionis, promissionis, permutacionis non factarum. Ego Johannes Petri Gontereti de Augusta, clericus imperialis notarius publicus hanc cartam de protocollis Aymoneti Parmerii de Balma quondam notarii publici, scribi feci, prout in eis inveni non cancellatum, manu Guillermi Tavelli Agaune, sedunensis dyocesis notarii publici, auctoritate michi concessa per dominum de Quarto, et inde me subscripsi signisque meis solitis fideliter signavi in testimonio premissorum”.

Tenor alterius intrumenti talis est:

“Anno Domini millesimo tercentesimo vicesimo nono, indicione duodecima, die decima quarta mensis februarii, in Villa Francha, coram domino Renaldo, capellano Quarti, et Ybleto de Crestalla et aliis, vir nobilis et potens dominus Jacobus dominus de Quarto, miles, pro se et suis heredibus et successoribus ex nunc et imperpetuum, demisit et quictavit, dedit, tradidit et concessit ut melius potuit, sine fraude, Brunerio de Vigniel et suis heredibus et cui acciderit, unam cartanam siliginis annuatim de illo censu quem sibi facit et facere consuevit pro illo feudo quod ab eo tenet die hodierna, et promisit ac pepigit contra omnes personas garentire et manutenere, et dictus Brunerius promisit ipsi domino Jacobo jurare charta Auguste et passare sibi de una pecia terre que iacet in Campo Cartesan, supra Villam Francham, renunciando omni excepcioni donacionis, promissionis et concessionis non factarum. Ego Johannes Petri Gontereti de Augusta, clericus, auctoritate imperiali notarius publicus, hanc cartam de protocollis Aymoneti Parmerii de

Balma quondam, notarii publici, scribi et levari feci prout in eis inveni non cancellatum, manu Guillermi Tavelli Agaune, sedunensis dyocesis notarii publici, auctoritate michi concessa per dominum de Quarto, et inde me subscripsi, signisque meis solitis fideliter signavi in testimonio premissorum”.

Que instrumenta ostendit in presenti computo et penes se retinuit pro ipsis restituendis illis ad quos pertinent, et deducuntur eidem, actentis tenoribus dictorum instrumentorum et habita relacione supradicti Johannis Gontereti, procuratoris et receptoris extentarum domini in Valle Augusta testificantis quod protocolla per extentas domini non reperiuntur, debere nisi dumtaxat ut in dictis duobus instrumentis tres eminas siliginis de censu per annum, de mandato supradictorum dominorum Aymonis de Chalant et Anthonii Barberii, magistrorum computorum domini et residue tres emine ex dictis tribus sestariis pro anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo septimo, septuagesimo octavo, septuagesimo nono, octuagesimo et octuagesimo primo, de quibus computavit tam in precedenti quam in presenti computis

- VII sestaria, eminam siliginis

32

Deducuntur eidem pro Bartholomeo et Johanne Perole et suis consortibus, pro quibus computavit in computo precedenti particulariter et in presenti summarie de tribus eminis, uno eminali et dimidio siliginis ex inadvertencia et per errorem dicti castellani licet non debeant nisi dumtaxat tres eminas siliginis de censu per annum, ut per recognitionem dicti Bartholomei factam per ipsum nominibus suo, Johannis eius fratris et consortium suorum, receptamque per Johannem Gontereti, procuratorem et receptorem extentarum domini in Valle Augusta, die vicesima prima mensis marcii anno Domini millesimo tercentesimo sexagesimo quinto quinto, quam ostendit in quodam protocollo manu diti Johannis Gontereti scriptam, per quam non reperiuntur debere nisi dumtaxat dictas tres eminas siliginis, et deducuntur eidem de mandato dictorum dominorum Aymonis de Chalant et Anthonii Barberii, magistrorum [XXIII] et auditorum computorum domini, habitis relacione cum testimonio dicti Johannis Gonterii presentis in computo pro annis Domini millesimo tercentesimo septuagesimo septimo, septuagesimo octavo, septuagesimo nono, octuagesimo et octuagesimo primo, de quibus computavit tam in presenti quam in precedenti computo, videlicet pro quolibet dictorum quinque annorum unum eminale et dimidium siliginis

- VII eminalia et dimidiam siliginis

Libravit pane dato quatuor hominibus et sex mulieribus, operariis de roydys seu corvatis, colligentibus nuces arborum domini de Quarto et de Rins⁵⁷ in anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo, vacantibus ad predicta quasi per unam diem, capiente quolibet tam homine quam muliere quinque quarterios panis siliginis ut alii supra, et allocantur eidem de mandato quo supra et per relacionem dicti procuratoris domini Auguste - XII eminalia et dimidiam siliginis

Libravit pane dato tribus hominibus et quinque mulieribus de roydys seu corvatis vacantibus quasi per unam diem colligendo nuces arborum domini loci predicti de Quarto et de Rins⁵⁸ capientibus ut supra, et allocantur eidem de mandato et relacione quibus supra in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo - X eminalia siliginis

Libravit ut in vendicionibus in fine presentis computi
- XX modia siliginis

Deducuntur eidem pro Petro Macheti de Escheveno et consortibus suis, debentibus de reddito annis alternis quinque sestaria siliginis in festo beati⁵⁹ Michaelis de quibus particulariter computavit in computo precedenti sub titulo parrochie Stipularum pro anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo septimo et in presenti computo superius pro annis Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo, septuagesimo nono, octuagesimo et octuagesimo primo summarie computat in recepta plenarie licet non debeant, ut supra dictum est, nisi annis alternis, ut eciam fidem facit per instrumentum publicum recognicionis dicti Petri Macheti receptum per Johannem Gontereti notarium, procuratorem et receptorem extentarum domini in Valle Augusta, cuius tenor talis est:

33 “Anno Domini millesimo tercentesimo sexagesimo secundo, indicione decimaquinta die vicesima quarta mensis septembris, apud Stipulas, coram testibus infrascriptis, notum sit omnibus quod Petrus Machet de Escheveno pro se et suis fratribus confessus fuit manifeste et publice recognovit per eius iuramentum se tenere in feudum et velle tenere in feudum a domino Henrico domino de Quarto unam peciam terre et prati iacentem ad ...⁶⁰ extimatam circa unam sestariatam prati cum dimidia et circa duas sestariatas terre, cuius pecie prati fines sunt de

⁵⁷ Les mots *et de Rins* sont répétés et effacés.

⁵⁸ Les mots *et de Rins* sont effacés.

⁵⁹ Le mot *beati* répété est effacé.

⁶⁰ Illisible.

prima parte res filii Martinodi Cameyn, de secunda strata, de tercia res, et eciam quarta, que moventur a Nicoletto de Vachari notario; fines terre sunt de prima parte res dictorum fratrum, de secunda res et ab omnibus partibus res dicti Nicoleti, cum pertinenciis, exitibus, aquariciis, arboribus et bonis usibus universis. Pro quoquidem feudo confitetur se debere nomine suo quo supra dicto domino quinque sestaria siliginis, uno anno et alio non, de reddito in sancto Michaeli et duodecim denarios servicii in sancto Martino annuatim, quod quidem feudum idem manifestans solebat tenere a quodam Alberto de Lydes, protestans quod plus non tenet de dicto feudo et quociescumque plus sciret illud manifestare curabit neque⁶¹ fiat unum pro manifestante. Testes sunt Petrus Boner, clericus, et Petrus Rolini, magistri de Stipulis”.

Quod instrumentum ostenditur in protocollis dicti Johannis Gontereti notarii, scriptum manu sua propria, et deducuntur eidem de mandato supradictorum dominorum Aymonis de Chalant et Anthonium Barberii de Chamberiaco, magistrorum et auditorum computorum domini dicta quinque sestaria siliginis, videlicet pro anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo et octuagesimo, que eciam includuntur in recepta supradicta pro tempore duobus annis, licet de ipsis computasse non debuisset quia debentur ut supra annis alternis de reddito

- X sestaria siliginis

Libravit pane dato pluribus et diversis personis parrochiarum sanctorum Euxebii et Christofori mandamenti Quarti, refficientibus et de novo facientibus furchas loco dicto Bel Regard, supra plantatam Sancti Ursi augustensis, mandamenti predicti, et facientibus ibidem quoddam gibetum pro suspendendo unam bacam cum Johanne de Chavanes in Breissia, qui ibidem suis demeritis exigentibus fuerunt supplicati mense julii anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, et allocantur eidem de mandato supradicti domini Aymonis de Chalant, magistri et auditoris computorum domini, ultra vinum et seraceum sibi propter hoc allocatos inferius in suis locis et particulis, ut in eisdem continetur

- I sestarium siliginis

[XXIII] Libravit manu Francisci Quinczonis, commissarii et familiaris hospicii domine⁶² ut infra in vendicionibus plenius continetur

- VIII^{XX} modia siliginis

⁶¹ Lecture douteuse.

⁶² La comtesse Bonne de Bourbon.

Summa librate:
- II^C LXII modia, I sestarium, I quartana, tercius unius quartanis et unius eminalis siliginis

Et sic debet:

- III^C LXXV modia, III sestaria, XI eminalia, quartum et sextum unius eminalis siliginis.

Respondit in computo sequenti.

34

Avena:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu per annum circa festum beati Michaelis, anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo ab Anthonio Sulpicio de Ponte, parrochie Sancti Christofori - I modium avene

Recepit ab eodem pro eodem et eodem termino festi beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono

- I modium avene

Recepit ab eodem pro eodem et eodem termino festi beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo - I modium avene

Recepit ab eodem pro eodem et eodem termino festi beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo

- I modium avene

Decime:

Recepit manu Aymoneti de Peccion de et pro exitu decimarum que levantur in certis possessionibus consistentibus a torrente Clausi Novi, inter Sarro et Augustam, usque ad civitatem Auguste, in quibus decimis dominus de Montejoveto percipit medietatem, dominus Jacobus Bonerii de Dovia, canonicus augustensis, terciam partem residue medietatis ut supra in frumento et siligine, in messibus anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono - I sestarium avene

De et pro exitu dicte decime nichil computat pro anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quia nichil pro ipso anno recepit ut dixit ne eciam fuit seminata avena infra limites dicte decime ipso anno.

Recepit de ipso exitu dicte decime manu dicti Aymoneti Peccion, que levatur ut supra in messibus anno Domini millesimo CCC octuagesimo primo - I sestarium avene

De et pro exitu dicte decime nichil computat quia non fuit seminata nec recollecta avena infra limites dicte decime in anno Domini millesimo CCC octuagesimo secundo, ut dicit.

Exitus terrarum:

Recepit de et pro exitu duodecim sestariatarum terre domini vocate de Rins, seminatarum avena anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, et residuum dicte terre ipso anno requierunt, et pro annis sequentibus millesimo tercentesimo octuagesimo, octuagesimo primo et octuagesimo secundo nichil respondit in avena sed in aliis bladis de quibus computat ut supra in messibus anno predicto millesimo tercentesimo septuagesimo nono - XI modia avene

Summa: - XV modia, II sestaria avene

Libravit in terris seminatis in duodecim sestariis terre domini vocate de Rins in anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono manu Theobaldi, mistralis de Roysano et de quarum exitu superius computat in recepta - XIII sestaria avene

Libravit ex vendicione sibi facta per dominum Aymonem de Chalant, militem, magistrum hospicii domine ut infra in vendicionibus in fine presentis computi - I modium avene

Summa librate: - III modia, II sestaria avene

Et sic debet: - XII modia avene.

Respondit in computo sequenti.

35

Ordeum:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu per annum circa festum beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo a personis in parrochiis, locis et villagiis in computo precedenti particulariter descripis

- VIII sestaria, I quartanam et dimidiam ordei

Recepit ab eisdem ibidem pro et eodem termino festi beati Michaelis, anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono

- VIII sestaria, I quartanam et dimidiam ordei

Recepit ab eisdem ibidem pro et eodem termino festi beati Michaelis, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo

- VIII sestaria, I quartanam et dimidiam ordei

Recepit ab eisdem ibidem pro et eodem termino festi beati Michaelis, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo

- VIII sestaria, I quartanam et dimidiam ordei

Marescalcia:

Recepit a Berthodo Mugnerii de Lignian et consortibus suis de et pro marescalcia per annum debita per eosdem in festo beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo, et iniungitur sibi⁶³ prout in computo precedenti, quod in suo computo sequenti nominet particulariter et declaret dictos consortes et quantum ipsorum quilibet debet per annum - I sestarium ordei

Recepit ab eisdem pro eodem et eodem termino festi beati Michaelis, anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono

- I sestarium ordei

Recepit ab eisdem pro eodem et eodem termino festi beati Michaelis, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo - I sestarium ordei

Recepit ab eisdem pro eodem et eodem termino festi beati Michaelis, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo

- I sestarium ordei

Recepit a quinque personis in quinque particulis computi precedentis specificè nominatis et descriptis de redditu per annum in festo beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo

- XIII sestaria ordei

[XXV] Recepit ab eisdem pro eodem et eodem termino festi beati Michaelis, anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono

- XIII sestaria ordei

Recepit ab eisdem pro eodem et eodem termino festi beati Michaelis, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo - XIII sestaria ordei

Recepit ab eisdem pro eodem et eodem termino festi beati Michaelis, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo

- XIII sestaria ordei

Summa, computatis sex eminalibus pro una quartana, duabus quartanis pro una emina, duabus eminis pro uno sestario et sex sestariis pro uno modio ut supra in frumenti et ut in computo precedenti

- XIII modia, V sestaria, emina ordei

De quibus libavit ex vendicione sibi facta per dominum Aymonem de Chalant, militem, magistrum hospicii domine, ut infra in vendicionibus in fine presentis computi

- III modia, III sestaria, I quartanam et dimidiam ordei

⁶³ Dans la marge gauche: *vide*.

Summa librate et deducti:

- III modia, V sestaria, emina, III eminalia ordei.

Et sic debet: - X modia, V sestaria, eminam, IX eminalia ordei.

Respondet in computo sequenti.

36

Pisa cisera:

Idem reddit computum quod recepit manu Theoduli, mistralis de Roysan, pro exitu duarum sestariatarum terre domini vocate de Rins, seminatarum pisis ciseris in messibus anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo. Et pro annis Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo, septuagesimo nono, et octuagesimo primo nichil computat quia nulla pisa seminata fuerunt in dicta terra per tempus de quo computat ut dicit - II sestaria, III quartanas pisorum ciserum

De exitu decime terrarum domini de Ryns nichil computat occasione qua supra in siligine.

Summa: - II sestaria, III quartanas pisorum ciserum

Respondet in computo sequenti.

Nuces:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu per annum circa festum beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo a personis et in locis in computo precedenti particulariter nominatis et descriptis - IX sestaria nucum

Recepit ab eisdem pro eodem et eodem termino festi beati Michaelis, anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono

- IX sestaria nucum

Recepit ab eisdem pro eodem et eodem termino festi beati Michaelis, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo - IX sestaria nucum

Recepit ab eisdem pro eodem et eodem termino festi beati Michaelis, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo

- IX sestaria nucum

Recepit de exitu arborum nucum terrarum domini de Quarto et de Ryns in anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo

- II modia, III sestaria nucum

De exitu dictarum arborum nucum nichil computat in anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, quia nucs non fuerunt

ibidem ipso anno propter generalem argorem⁶⁴ seu coysson que fuit in valle Augusta mense marcii anno quo supra ut dicit.

Recepit de exitu dictarum arborum nucum de Quarto in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo, et pro nucibus arboribus de Ryns nichil computat pro eodem anno quia dicte arbores nuces cum suis fondis tradite fuerunt ipso anno ad firmam seu censam in pecuniis de qua infra computabit in firmis pecunie pro pro presenti et sequentibus annis - X sestaria nucum

Recepit de exitu dictarum arborum nucum de Quarto in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo et respondet minus ipso anno de uno sestario nucum quam anno proxime precedenti - IX sestaria nucum

Summa, computatis mensuris ut supra in ordeo, et ut in computo precedenti - XI modia, IIII sestaria nucum

Reparacio rivi Prepositi:

De quibus libravit manu Jaquimini de Canali, olim clavigeri terre Quarti, tempore quadragesime anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono ad expensas tercentum operariorum de roydys seu corvatis vacancium quasi per unam diem, ultra alios operarios qui ad hec vacaverunt tam ex debito quam de roydys, ut supra in siligine in reparacione rivi domini vocati de Preposito, destructi propter ovaliam et inundacionem aquarum ibidem supravenencium anno Domini millesimo tecentesimo septuagesimo octavo, sicut prius dictum est, capientibus singulis quadraginta octo operariis unum sestarium nucum more solito, prout Johannes Gontereti notarius, procurator domini in Valle Augusta, prius in computo testificatur sic fore usitatum per dominum Henricum dominum de Quarto quondam dari operariis de roydys vacantibus ad predicta et sibi similia. Et allocantur eidem de mandato supradictorum domini Aymonis de Chalant et Anthonii Barberii de Chamberiaco, magistrorum et auditorum computorum domini, cum aliis infrascriptis - VI sestaria, I quartanam nucum

Libravit manu Petri Morelli administratoris dicti rivi Prepositi tempore quadragesime anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo ad expensas ducentum et quatuor hominum operariorum de

⁶⁴ Lire *algorem*.

roydis seu corvatis vacancium quasi per unam diem [XXVI] in reparacione dicti rivi Prepositi ut supra in siligine, et allocantur eidem de mandato quo supra et per litteram dicti Petri de testimonio premissorum, confessioneque et recepta, supra redditam in libratis siliginis, ultra vinum infra pro eodem allocatum

- IIII sestaria, I quartanam nucum

37 Libravit tempore quadragesime anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo manu dicti Petri Morelli ad expensas octies viginti et quindecim hominum operancium de roydys seu corvatis in refectione et reparacione dicti rivi de Preposito, ad que vacaverunt quasi per unam diem, capientibus ut supra, et allocantur eisdem de mandato quo supra et per litteram publicam dicti Petri de testimonio premissorum, confessioneque et recepta superius redditam in libratis siliginis

- III sestaria, eminam, dimidiam quartanam, I ambostatam nucum

Libravit manu dicti Petri Morelli tempore quadragesime anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo ad expensas centum et duodecim hominum operariorum de roydys seu corvatis, vacancium quasi per unam diem in refectione dicti rivi Prepositi, et allocantur eidem de mandato quo supra simul et per litteram publicam dicti Petri Morelli de testimonio premissorum, confessioneque et recepta superius redditam in libratis siliginis

- II sestaria, I quartanam, IIII ambostatas nucum

Reparacio rivi fratris Boudini:

Libravit manu Jaquimini de Canali tempore quadragesime anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono ad expensas ducentum octo hominum operariorum de roydys seu corvatis, vacancium quasi per unam diem in reparacione rivi domini vocati fratris Boudini, reparancium prout supra in libratis siliginis, et allocantur eidem de mandato quo supra ad racionem supradictam et per litteram publicam de testimonio et recepta dicti Jaquimini, superius redditam in libratis siliginis

- IIII sestaria, I quartanam, IIII ambostatas nucum

Opera vinearum:

Libravit supradicto tempore quadragesime anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono manu Hugonini Bergoignionis ad expensas sexcies viginti et quatuordecim hominum operariorum de roydys seu corvatis, vacancium quasi per unam diem in vineis domini de Costanci de Supra Villam Francham et de Crista, putando palos et

perticas, colligendo, portando, plantando, ligando et fodendo, ultra alios operarios supra in libratis siliginis intratos, et allocantur eidem per modum et de mandato quibus supra simul et per litteram publicam de testimonio premissorum dicti Hugonini, superius redditam libratis siliginis, ultra eciam vinum inferius pro eodem sibi propter hoc allocatum - II sestaria, eminam, I quartanam, II ambostatas nucum

Libravit manu eiusdem Hugonini tempore quadragesime anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo ad expensas centum et octo hominum operariorum de roydys seu corvatis, vacancium quasi per unam diem in vineis supradictis ut premittitur, collendis eodem anno, et allocantur eidem sub modo et de mandato quibus supra pariter et <per> confessionem dicti Hugonini ut premittitur redditam in libratis siliginis

- II sestaria, I quartanam nucum

Opera vinearum de Ryns:

Libravit manu Theobaldi de Crista tempore quadragesime anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono ad expensas tresdecim hominum operariorum de roydys seu corvatis, vacancium quasi per unam diem in putando et fodendo vineas domini de Ryns, et allocantur eidem de mandato quo supra ad racionem predictam, ultra vinum sibi infra pro eodem allocatum

- I quartanam, I ambostatam nucum

Libravit manu eadem tempore quadragesime anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo ad expensas tresdecim hominum operariorum de roydys seu corvatis ad predicta, et allocantur eidem ut supra

- I quartanam, I ambostatam nucum

Libravit manu eadem ad idem pro eodem et eodem modo in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo, tempore quadragesime

- I quartanam, I ambostatam nucum

Libravit manu eadem ad idem pro eodem et eodem modo in quadragesima anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo

- I quartanam, I ambostatam nucum

Libravit ex vendicione sibi facta vice domine per dominum Aymonem de Chalant, militem, consiliarium et magistrum hospicii domine, per litteram domine ut infra in vendicionibus in fine presentis computi

- IX sestaria nucum

Summa librate:

- V modia, V sestaria, III quartane, III eminalia et dimidium nucum

Et sic debet:

- V modia, IIII sestaria, I eminale et dimidium nucum.

Respondet in computo sequenti.

38

[XXVII]

Casei:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu per annum circa festum beati Michaelis, anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo in parrochiis, locis et a personis in computo precedenti particulariter nominatis et descriptis in sex particulis

- XV quintalia, XII libras et dimidiam casei

Recepit ibidem pro eodem et eodem termino festi beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono

- XV quintalia, XII libras et dimidiam casei

Recepit ibidem pro eodem et eodem termino festi beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo

- XV quintalia, XII libras et dimidiam casei

Recepit ibidem pro eodem et eodem termino festi beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo

- XV quintalia, XII libras et dimidiam casei

Alpagium:

Recepit a liberis quondam Jaquemeti Columbe de Quarto et Jaquemeto Corna de Morgona et consortibus eorum pro alpe de Seneveyr pro duobus caseis ibidem domino per annum debitis circa festum beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo

- XIII libras casei

Recepit ab eisdem pro eadem alpe circa festum beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono

- XIII libras casei

Recepit ab eisdem pro eadem alpe circa festum beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo

- XIII libras casei

Recepit ab eisdem pro eadem alpe circa festum beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo

- XIII libras casei

Recepit a Petro de Pasquerio et consortibus suis pro alpe de Chavalayry, pro quatuor caseis domino ibidem debitis per annum quando vestitur, id est quando bestie ponuntur in eadem alpe pro fructum faciendo, et quando dicti quatuor casei solvuntur debet dari solventibus pro quolibet caseo unus panis valoris unius eminalis siliginis, prout dicunt dicti castellanus et Johannes de Gontereto, et

dicitur in computo precedenti, et simili modo solvuntur duo panes pro duobus caseis prout supra debitis pro alpe de Senveyr, ut in computo precedenti in festo beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo - XXX libras casei

Recepit ab eisdem, modo simili, pro eadem alpe, in festo beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono - XXX libras casei

Recepit ab eisdem, modo simili, pro eadem alpe, in festo beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo - XXX libras casei

Recepit ab eisdem, modo simili, pro eadem alpe, in festo beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo - XXX libras casei

Summa: - LXII quintalia, XXVI libre casei ad pondus Auguste
Libravit ex vendicione sibi facta per dominum Aymonem de Chalang, militem, magistrum hospicii domine ut infra in vendicionibus in fine presentis computi - XV quintalia, LVI libras et dimidiam casei

Summa librate: - XV quintalia, LVI libre et dimidia casei

Et sic debet:

- XLVI quintalia, LXIX libras et dimidiam casei ad pondus Auguste.

Respondit in computo sequenti.

39

Seracei:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu per annum circa festum beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo, a personis in locis, parrochiis et villagiis in computo precedenti particulariter nominatis et descriptis, et quia non informat ad plenum de iure quod dominus habet ibidem juxta formam iniunctionum⁶⁵ sibi factarum in computo precedenti, dicens quod hoc facere non potuit eo quod regithie domini de Quarto nundum sunt complete, fit sibi similis iniunctio que supra in frumento

- III^{XX} XV seraceos

Recepit ab eisdem ibidem pro eodem et eodem termino festi beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono

⁶⁵ Dans la marge gauche: *vide*.

- III^{XX} XV seraceos

Recepit ab eisdem ibidem pro eodem et eodem termino festi beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo

- III^{XX} XV seraceos

Recepit ab eisdem ibidem pro eodem et eodem termino festi beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo

- III^{XX} XV seraceos

Summa: - III^C III^{XX} seracei

De quibus allocantur eidem que sibi debebantur pro remanencia sui computi precedentis:

- I rucza, octavus et due partes unius octavi rucze seracei

Libravit ex vendicione sibi facta per dominum Aymonem de Chalant, militem, magistrum hospicii domine un infra in vendicionibus [XXVIII] in fine presentis computi

- III^{XX} seraceos

Opera castri:

Libravit manu Johannini, clavigeri castri domini de Quarto, ad expensas sexcies centum quatraginta et sexdecim operariorum, tam de roydis seu corvatis quam ad pecuniam,⁶⁶ operantium in refectioe et reparacione edificii, tectorum, turris et camere castri domini in Quarto, incendio destructorum anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo, ut supra in libratis siliginis et infra in libratis vini et pecunie;⁶⁷ et fiunt in quolibet seraceo, ante carnisprevium, duodecim rucze seu partes, et post Pascha decem, et omni tempore de qualibet rucza librantur sex operarii, secatoribus vero pratorum dantur singulis quator una rucza, et illis quibus ut supra in siligine prandium datur, singulis octo una rucza, ut dicit et dicitur in computo precedenti. Et allocantur sibi de mandato quo supra, simul et per litteram publicam testimoniam supradicti Johannini clavigeri, superius redditam in librata siliginis, et simul dumtaxat libravit seraceos diebus quibus non comenduntur carnes, et diebus quando comenduntur carnes non libravit seraceos sed carnes ut infra in libratis pecunie

- VI seraceos

⁶⁶ Ouvriers salariés.

⁶⁷ Dans la marge gauche: *modus librandi seraceum*.

Prandia:

Libravit illis quibus, solvendo servicia, prandia dantur, nominatis et per modum superius in libratis siliginis declaratum, et datur singulis octo pro prandio una rucza, et fiunt in seraceo duodecim rucze cum fit ante carnisprevium, scelicet in crastinum nativitatis Domini, incipiente currere <anno Domini> millesimo tercentesimo septuagesimo nono, et allocantur sibi pro quadraginta septem prandiis, quarto et sexto unius prandii, debitis ut supra in siligine

- V ruczaz, II tercios, I quartum unius rucze seracei

Libravit eisdem pro eodem et eodem modo in crastinum nativitatis Domini incipiente currere millesimo tercentesimo octuagesimo, et allocantur sibi ad rationem quo supra

- V ruczaz, II tercios, I quartum unius rucze seracei

Libravit eisdem pro eodem et eodem modo in crastinum nativitatis Domini incipiente currere millesimo tercentesimo octuagesimo primo, et allocantur sibi ad rationem quo supra

- V ruczaz, II tercios, I quartum unius rucze seracei

Libravit eisdem pro eodem et eodem modo in crastinum nativitatis Domini incipiente currere millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, et allocantur sibi ad rationem quo supra

- V ruczaz, II tercios, I quartum unius rucze seracei

Libravit manu Johannis Filery, manderii, triginta duobus hominibus operariis vindemiantibus vineas domini de Costanci, de Villafranca et de Crista in anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo, capientibus singulis sex unam ruczam, de quibus fiunt duodecim rucze in seracio, ut supra in siligine et infra in feno et vino continetur

- V ruczaz et tercium unius rucze ad idem

Libravit manu Theobaldi, mistralis de Roysan, pro sex operariis de roydis seu corvatis, vindemiantibus vineam domini de Ryns in anno predicto millesimo tercentesimo septuagesimo octavo, ut supra in siligine

- I ruczam seracei ad decimum pro seracio

Libravit Johanni Seins Reyson, famulo et rectori operariorum vinearum domini de Constanci, de Villa Francha et de Crista, pro pensione sua anni Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, ut supra in siligine et infra in vino et pecunia

- II seracios et tercium unius seracii

Libravit eidem Johanni Seyns Reyson, famulo et rectori predicto, pro pensione sua anni Domini millesimo tercentesimo octuagesimo ut supra in siligine et infra in vino et pecunia

- II seracios et tercium unius seracii

Libravit manu Hugonini, manderii, sexcies viginti duobus hominibus supradictas vineas domini de Constanci, de Villa Franca et de Crista post Pascha rigantibus, ligantibus, eplanantibus⁶⁸ et vindemiantibus in anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, ultra alios operarios qui dictas vineas ipso anno foderunt in quadragesima, et fuerunt librati nucibus, ut supra in siligine et infra in titulo vini continetur, de roydīs seu corvatis, capientibus ut supra declaratum est

- II seracios et tercium unius rucze seracei

Libravit manu eadem sexcies viginti et sexdecim hominibus dictas vineas domini post Pascha rigantibus, ligantibus, epianantibus et vindemiantibus in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo, ultra alios qui ipsas vineas de quadragesima foderunt, qui librantur in nucibus ut infra, de roydīs seu corvatis, ut supra in siligine et infra in titulo vini continetur, capientibus ut supra

- II seracios, II ruczās et duas partes unius rucze

Libravit manu Theobaldi, mistralis de Roysano, viginti operariis de roydīs seu corvatis, post Pascha, rigantibus, ligantibus, epianantibus et vindemiantibus vineam domini de Rins in anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, ut [XXIX] supra in siligine et infra in vino continetur, capientibus ut superius declaratur - tercium unius seracei

Libravit manu eiusdem Theobaldi viginti operariis de roydīs seu corvatis, dictam vineam domini de Ryns post Pascha rigantibus, ligantibus, epianantibus et vindemiantibus in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo, ultra alios qui dictam vineam foderunt tempore quadragesime anno eodem, qui infra in nucibus librantur et numerantur, capientibus ut supra - tercium unius seracei

Libravit manu eiusdem Theobaldi sex operariis de roydīs seu curvatis, dictam vineam post Pascha rigantibus, ligantibus, epianantibus et vindemiantibus in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo, ut supra declaratur - I ruczam seracei

Libravit manu eiusdem Theobaldi septem operariis de roydīs seu curvatis, dictam vineam domini de Rins post Pascha rigantibus, ligantibus, epianantibus et vindemiantibus in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, prout supra declaratur

- I ruczam et sextum unius rucze seracei

⁶⁸ Lire *espianantibus* ou *expianantibus*.

Opera terrarum de Rins:

Libravit manu Theobaldi, mistralis de Roysano, sexaginta quinque operariis de roydys seu corvatis, arantibus, cultivantibus et seminantibus avena terram domini vocatam de Rins, ipsamque avenam metentibus et recolligentibus in anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, ad que vacaverunt quasi per unam diem, capientibus singulis sex hominibus unam ruczam seracei, de quibus fiunt decem rucze seu partes in seraceo, ultra siliginem supra vinum et fenum sibi propter hec infra in suis titulis allocatos

- I seraceum, dimidiam ruczam et tercium unius rucze seracei

Libravit manu eadem sexdecim operariis de roydys seu corvatis, terram infrascriptam dicti loci de Rins, quadam ruyna que ibidem propter diluvium aquarum evenerat, mondificantibus, arantibusque trina vice quinque sestariatam cum eminata terre loci predicti de Rins, et frumentum ibidem seminantibus, ad que vacaverunt quasi per unam diem anno predicto millesimo tercentesimo septuagesimo nono, capientibus ut supra, ultra siliginem vinum et fenum

- II ruczes et duas partes unius rucze seracei

Libravit manu eadem viginti octo hominibus, de roydys seu corvatis, terram ut premittitur frumento seminatam rigantibus, ipsumque frumentum metentibus et recolligentibus in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo, capientibus ut supra ultra siliginem et vinum sibi propter hec allocatos

- III ruczes et duas partes unius rucze seracei

Libravit manu eiusdem mistralis quindecim operariis de roydys seu corvatis, arantibus, cultivantibus et seminantibus pisis ciseris duas sestariatas terre predictae de Rins, ipsaque pisa sarclantibus, extrahentibus et recolligentibus in anno predicto millesimo tercentesimo octuagesimo, capientibus ut supra, ultra siliginem, vinum et fenum sibi propter hec in suis titulis allocatos

- II ruczes et dimidiam seracei

Libravit manu eadem duodecim hominibus de roydys seu corvatis, arantibus, cultivantibus et frumento seminantibus unam modiatam supradictae terre de Ryns anno predicto millesimo tercentesimo octuagesimo, capientibus ut supra, ultra siliginem, vinum et fenum in suis titulis intratos pro eodem

- II ruczes seracei

Libravit manu supradicti mistralis quinquaginta uni hominibus operariis de roydys seu corvatis, rigantibus dictum frumentum ut premittitur seminatum, ipsumque metentibus et colligentibus in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo, ad que vacaverunt quasi per

unam diem, capientibus ut supra, ultra siliginem et vinum eidem pro eodem allocatos
- VIII ruczes et dimidiam seracei

Libravit manu eadem undecim hominibus operariis de roydys seu corvatis, arantibus, cultivantibus et seminantibus frumento quinque sertiariatas dicte terre domini de Ryns et octo operariis de roydys mondificantibus dictum frumentum gramono⁶⁹ anno predicto millesimo tercentesimo octuagesimo primo, capientibus ut supra ultra siliginem, vinum et fenum eidem propter hec allocatos

- III ruczes et sextum unius rucze seracei

Libravit manu dicti mistralis vigintiquatuor hominibus manuoperariis de roydys seu corvatis, terram in qua frumentum ut proxime supra est seminatum rigantibus, ipsumque frumentum metentibus et recolligentibus in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, ad que vacaverunt quasi per unam diem, capientibus ut supra, ultra siliginem et vinum

- IIII ruczes seracei

Libravit Francisco et Perrino de Avillie pro auxilio eisdem dato in reparacione rivi de Ryns ut supra in siligine in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo

- II ruczes seracei

Libravit manu supradicti Theobaldi, mistralis de Roysano, vigintiquatuor hominibus operariis reparantibus rivum pratorum de Ryns ut supra in libratis siliginis, anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo

- IIII ruczes seracei

Libravit manu eadem viginti octo operariis vacantibus in reparacione dicti rivi de Ryns bis reparati in anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, ut supra in siligine

- IIII ruczes et duas partes unius rucze seracei

Libravit manu eadem quatuordecim hominibus operariis vacantibus in reparacione dicti rivi anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo

- II ruczes et tercium unius rucze seracei

42 [XXX] Libravit manu predicti mistralis undecim hominibus operariis reparantibus dictum rivum in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo, ad que vacaverunt quasi per unam diem, capientibus ut supra ultra siliginem et vinum

- I ruczam et dimidiam et tercium unius rucze seracei

Libravit manu Johannis Vidondo et Hugonini, manderiorum, tresdecim hominibus colligentibus fenum decime pratorum de Stanno et

⁶⁹ Lecture douteuse.

herbagiorum in anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, ut supra in librata siliginis et infra in libratis vini continetur

- II ruczes et sextum unius rucze seracei

Libravit manibus eorundem quatuordecim hominibus colligentibus fenum decime pratorum de Stanno et herbagiorum predictorum in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo

- II ruczes et tercium unius rucze seracei

Libravit manibus eorundem duodecim hominibus de roydys seu corvatis, colligentibus fenum decime pratorum de Stanno et herbagiorum predictorum in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo

- II ruczes seracei

Libravit eisdem manibus ad expensas tresdecim hominum de roydys seu corvatis, vacancium quasi per unam diem recolligendo fenum supradicte decime pratorum de Stanno et herbagiorum in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo

- II ruczes et sextum unius rucze seracei

Libravit manu Hugonini Grillion, manderii Quarti, ad expensas viginti duorum hominum de roydys seu corvatis, cindencium bornellos in nemore domini supra Quartum et ipsos apportancium infra dictum castrum Quarti pro reparacione bornellorum fontis eiusdem castri, in anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, ad que vacaverunt quasi per unam diem, capientibus singulis sex hominibus unam ruczam seracei ut supra, ultra siliginem sibi supra allocatam et vinum inferius pro eodem intratum: - III ruczes et duas partes unius rucze seracei; item manu eadem decem octo hominibus de roydys seu corvatis simili modo colligentibus et cindentibus in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo: - III ruczes seracei; item manu eadem quatuordecim hominibus de roydys seu corvatis simili modo bornellos colligentibus et cindentibus in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo: - II ruczes et tercium unius rucze seracei; et allocantur eidem, per modum et litteram supra in libratis siliginis declaratos, ultra vinum infrascriptum

- IX ruczes seracei

Libravit manu Johannis dicti Cuahcz de Dovia, porterii castri Quarti, ad expensas vigintiocto hominum operariorum de roydys seu corvatis, perforantibus⁷⁰ bornellos novos ipsosque implicantibus et alios veteres fontis castri de Quarto reparantibus, in anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, capientibus ut supra: - II ruczas et duas

⁷⁰ Lire perforancium ... implicantium ... reparancium.

partes unius rucze seracei; item vigintiduobus hominibus simili modo vacantibus ad predicta in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo: - III ruczes et duas partes unius rucze seracei; item et viginti-quinque hominibus operariis simili modo vacantibus ad predicta in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo, capientibus ut supra: - IIII ruczes et sextum unius rucze seracei; et allocantur eidem per modum et litteram supradictos in libratis siliginis

- XII ruczes et dimidiam seracei

Libravit manu supradicti Hugonini, manderii, ad expensas viginti-
quatuor hominum operariorum de roydys seu corvatis, cindencium, carpentancium et aducencium undecim planchias fuste de Effra in castrum Quarti ad opus pontis nuce januam dicti castri refficiendi, quia pons ibidem prius existens erat destructus, ad que vacaverunt quasi per dimidiam diem in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo: - II ruczes seracei; item ad expensas sex operariorum de roydys seu corvatis, dictum pontem quasi per unam diem refficiencium anno predicto millesimo tercentesimo octuagesimo, capientibus ut supra declaratum est: - I ruczam seracei; item manu eadem ad expensas duodecim hominum operariorum, quorum sex erant carpentatores seu reysiatores reysiantes fustam et ipsam implicantes in refectione magni pontis de Quarto supra torrentem, et alii sex homines juverunt dictos reysiatores ad refficiendum dictum pontem, ad que vacaverunt de roydys seu corvatis quasi per unam diem, capiente quolibet operario ut supra, et carpentatore seu reysiatore quartum unius rucze seracei: - II ruczes et dimidiam seracei; item et viginti duobus hominibus de roydys seu corvatis apportantibus lapides juxta dictum pontem ad faciendum unum murum subtus dictum pontem pro fortifficatione ipsius pontis, qui murus nundum est factus, ad que vacaverunt quasi per unam diem capientibus ut supra: - III ruczes et duas partes unius rucze seracei; et allocantur eidem de mandato per modumque et litteram publicam testimonialem superius declaratos et redditos in libratis siliginis, ultra vinum inferius sibi allocatum

- IX ruczes et sextum unius rucze seracei

- 43** Libravit manu supradicti Theobaldi de Crista, mistralis de Roysan, ad expensas vigintiseptem operariorum de roydys seu corvatis, reparancium tectum grangie domini vocte de Rins, quia chi[XXXI]vroni dicte grangie pro maiori parte alter ab altero separati erant, in anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, ad que vacaverunt quasi per unam diem, capientibus ut supra: - IIII ruczes et dimidiam seracei; item ad expensas trigintaseptem operariorum de roydys seu

corvatis serviencium Girardo Bergoignionis de Villa Francha in reparacione tectorum tam castri de castro⁷¹ quam grangie domini vocate de Ravoyria, in anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, quam eciam in medietate tecti grangie domini vocate de Rins et in tecto orrei seu granerii domini de Roysan, in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, ministrando eidem carpentatori supra dictis tectis necessaria in reparacione ipsorum, ad que vacaverunt quasi per unam diem, capientibus ut supra, quorum tresdecim librati fuerunt manu dicti mistralis et residui expensis dicti castellani: - VI ruczes et sextum unius rucze seracei; item manu eadem ad expensas duodecim carpentatorum et sex manuoperariorum de roydys seu corvatis, refficiencium orreum seu granerium domini de Roysan in anno Domini milesimo tercentesimo octuagesimo secundo, capiente quolibet carpentatore quartum unius rucze seracei et singulis sex operariis unam ruczam ut supra: - III ruczes seracei; et allocantur eidem de mandato quo supra et per litteram publicam testimonialem dicti mistralis superius redditam in libratis siliginis, ultra vinum propter hec sibi datum inferius allocatum - XIII ruczes et duas partes unius rucze seracei

Libravit ad expensas tresdecim operariorum de roydys seu corvatis, aducencium cum suis asinis decemocto milliaria tavaillionorum seu cindulorum peyssie, per ipsum emptorum a Jaquimino Borrón de Valle Pellina, ut supra in libratis siliginis et infra in libratis pecunie, a Valle Pellina apud Quartum, Rovoeryam, Roysan et apud Ryns, ad que vacaverunt quasi per unam diem, capiente quolibet ut supra, ultra siliginem sibi superius, vinum et fenum inferius propter hec allocatos

- II ruczes et sextum unius rucze seracei

Libravit manu Johannis Vidondo, mistralis Quarti, et Hugonini, manderii dicti loci, ad expensas sexcies viginti et decemseptem operariorum de roydys seu corvatis, faciencium et cindencium ligna in insulis domini de Quarto, de quibus infra in recepta computat, ad que vacaverunt quasi per unam diem post Pascha anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo, capientibus ut supra, et allocantur eidem de mandato et per litteram publicam testimonialem superius redditam in libratis siliginis, ultra vinum pro eodem inferius intratum

- II seraceos, II ruczes et dimidiam et tercium unius rucze

⁷¹ Lire *Quarto*.

Rivus Prepositi:

Libravit Bonifacio Champapont de Roysano, custodi rivi domini vocati de Preposito, capienti pro custodia dicti rivi ut supra in siligine, et allocantur eidem de mandato quo supra pro anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo, per litteram dicti Bonifacii de recepta supra reddita in siligine - II seraceos et dimidium

Libravit eidem Bonifacio pro eodem et eodem modo in anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono - II seraceos et dimidium

Libravit eidem Bonifacio pro eodem et eodem modo in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo - II seraceos et dimidium

Libravit eidem Bonifacio pro eodem et eodem termino et modo anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo

- II seraceos et dimidium

44 Libravit Johanni Galliardi, Martino de Arlio, Vuillermo Perrini du Glarey, Vuillermo nepoti Bocon, Anthonio de Chellion et Johanni Charles de Valle Pellina, post festum Pasche anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, vacantibus quolibet ipsorum spacio quatuor dierum in conducendo per aquam Bauteгии unum milliare billionorum per ipsos factorum ut supra in siligine, capiente quolibet per diem pro suis expensis dimidiam ruczam seracei, et sunt decem rucze in seraceo, ultra siliginem, vinum et pecuniam propter hec sibi in suis titulis allocatos, et allocantur eidem de mandato quo supra simul et per litteram publicam prenominatorum de confessione et recepta superius redditam in libratis siliginis - I seraceum, II ruczes seracei

Libravit manu Theobaldi de Crista, mistralis de Roysan, post festum Pasche anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono ad expensas quinquaginta hominum operariorum de roydis seu corvatis, vacancium quasi per unam diem in reparacione grappate seu estanchie facte in aqua Bauteгии pro dictis billionis arrestandis et in dictis billionis extra dictam aquam extrahendo, capientibus singulis sex hominibus unam ruczam seracei per diem ultra panem et vinum sibi propter hoc eidem allocatos, et allocantur eidem de mandato quo supra et per litteram publicam dicti mistralis superius redditam in libratis siliginis

- VIII ruczes et tercium unius rucze seracei

Libravit manu Jaquimini de Canali, post Pascha anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, ad expensas octies centum quinquaginta hominum operariorum de roydis seu corvatis, vacancium quasi per unam diem in reparacione ovalis rivi domini vocati de Preposito propter inundacionem aquarum et pluviarum ut supra in

siligine destructi, ultra tercentos operarios vacantes ad idem tempore quadragesime, capientibus ut supra, [XXXII] et allocantur eidem de mandato quo supra simul et per litteram publicam dicti Jaquimini de testimonio premissorum, confessioneque et recepta superius redditam in siligine - XIII seraceos, I ruczam et duas partes unius rucze seracei

Libravit manu Petri Morelli de Rins, custodis et administratoris dicti rivi domini vocati de Preposito, tempore estatis anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, ad expensas quatercentum quinquaginta sexdecim operariorum de roydys seu corvatis, vacantibus⁷² quasi per unam diem in reparacione dicti rivi, iterato post dictam refectionem, eodem anno ruynati propter multitudinem pluviarum unde dictus rivus cessavit spacio sex septimanarum ut supra in siligine, et allocantur eidem de mandato quo supra simul et per litteram publicam dicti Petri Morelli de testimonio premissorum, confessioneque et recepta, superius redditam in libratis siliginis

- VIII seraceos, II ruczam et duas partes unius rucze seracei

Libravit manu dicti Petri Morelli tempore estatis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo, ad expensas sexcies viginti octo operariorum de roydys seu corvatis, vacancium quasi per unam diem in reparacione dicti rivi domini vocati de Preposito, fracti loco dicto es Cuchecz, ut supra in libratis siliginis, et allocantur eidem de mandato quo supra simul et per confessionem dicti Petri cum testimonio premissorum superius redditam in libratis siliginis

- II seraceos, I ruczam et tercium unius rucze seracei

45 Libravit manu dicti Petri Morelli, tempore estatis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo, ad expensas centum hominum operariorum de roydys seu corvatis, vacancium quasi per unam diem in refectione dicti rivi destructi loco dicto Supra Champapont, ut supra in siligine, capientibus ut supra, et allocantur eidem de mandato quo supra simul et per litteram dicti Petri de testimonio premissorum, confessioneque et recepta, datam et redditam ut supra in libratis siliginis

- I seraceum et dimidium, I ruczam et duas partes unius rucze seracei

Libravit manu dicti Petri Morelli post Pascha anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo, ad expensas viginti hominum de roydys seu corvatis, vacancium quasi per unam diem ad curandum dictum rivum domini vocatum de Preposito, repletum et cumulatum propter ruynas et diluvia aquarum, capiencium ut supra, et allocantur eidem de

⁷² Lire *vacancium*.

mandato quo supra simul et per litteram publicam dicti Petri de testimonio premissorum, confessioneque et recepta superius redditam in libratis siliginis - tercium unius seracei

Libravit manu dicti Petri Morelli post Pascha anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, ad expensas duodecim hominum de roydis seu corvatis, vacancium quasi per unam diem ad curandum et reparandum dictum rivum vocatum de Preposito, capiencium ut supra, et allocantur eidem de mandato quo supra simul et per litteram publicam dicti Petri de testimonio et recepta superius redditam in libratis siliginis, ultra vinum quod eidem inferius pro eodem allocatur - II ruczam seracei

Libravit manu dicti Petri Morelli mense augusti anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, ad expensas quadraginta hominum operariorum de roydis seu corvatis, vacancium quasi per unam diem in reparacione dicti rivi, iterato dictis mense et anno destructi ut supra in siligine, capiencium ut prescripti, et allocantur eidem de mandato quo supra pariter et pretextu littere publice dicti Petri de testimonio premissorum, confessioneque et recepta superius redditam in libratis siliginis, ultra vinum inferius pro eodem allocatum

- duas partes unius seracei

Libravit ad expensas quatuor hominum et sex mulierum succuciencium⁷³ et colligentium nuces arborum domini de Quarto et de Rins quasi per unam diem in anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo, de quibus computat ut supra, et allocantur eidem de mandato predicto - I ruczam et duas partes unius rucze seracei

46 Libravit ad expensas trium hominum et quinque mulierum vacancium quasi per unam <diem> in succuciendo et colligendo nuces arborum domini de Quarto et de Rins⁷⁴ in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo, capiencium ut supra, et allocantur eidem de mandato iam dicto - I ruczam et tercium unius rucze seracei

Libravit ad expensas trium hominum et quinque mulierum de roydis seu corvatis, vacancium quasi per unam diem in succuciendo et colligendo nuces arborum domini de Quarto et de Rins⁷⁵ in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo, capiencium ut supra, et allocantur eidem de mandato quo supra

- I ruczam et tercium unius rucze seracei

⁷³ Secouant.

⁷⁴ Les mots *et de Rins* sont effacés.

⁷⁵ Les mots *et de Rins* sont effacés.

Libravit manu Aymoneti Peccion in anno Domini millesimo CCC LXX nono, ad expensas sex hominum quasi per unam diem flagellancium blada decime domini Quarti apud Augustam, capientibus ut supra, et allocantur eidem de mandato quo supra, ultra siliginem, vinum et pecuniam sibi allocatos pro eodem - I ruczam seracei

Libravit manu eiusdem Aymoneti Peccion in anno Domini millesimo [XXXIII] tercentesimo octuagesimo ad expensas sex hominum de roydys seu corvatis, vacancium quasi per unam diem in flagellando blada decime domini de Quarto apud Augustam, capientibus ut supra, et allocantur eidem de mandato quo supra, ultra siliginem et vinum sibi pro eodem allocatos - I ruczam seracei

Libravit manu eadem pro eodem in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo, ad expensas sex hominum vacancium quasi per unam diem in flagellando blada supradicte decime, et allocantur eidem de mandato quo supra, ultra vinum et siliginem sibi pro eodem in suis titulis allocatos - I ruczam seracei

Libravit manu eadem pro eodem in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, ad expensas sex hominum de roydys seu corvatis, quasi per unam diem flagellancium blada dicte decime domini de Quarto apud Augustam, capientibus ut supra, et allocantur eidem de mandato quo supra, ultra vinum et siliginem sibi pro eodem in suis titulis allocatos - I ruczam seracei

Libravit pluribus et diversis personis parrochiarum Sanctorum Christofori et Euxebii, mandamenti de Quarto, refficiencium furchas et faciencium unum gibetum loco dicto en Bel Renard⁷⁶ pro una baca⁷⁷ suspendenda in dictis furchis cum Johanne de Channaris⁷⁸ in Breissia, ut supra in libratis siliginis - IIII ruczes seracei

Summa librate:⁷⁹

- VII^{XX} XV seracei, II ruczes, tercium et dimidium quartum unius rucze

Et sic debet:

-II^C XXIII seraceos, VIII ruczes, tercium et dimidium quartum unius rucze.

⁷⁶ Lire *Bel Regard*.

⁷⁷ Nœud coulant.

⁷⁸ Lecture douteuse.

⁷⁹ Dans la marge gauche: *Butiri et sinapis. Vide dorsum.*

Respondet in computo sequenti.

Capones et galline:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu per annum circa carnisprevium anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, a personis in parrochiis et locis in computo precedenti particulariter nominatis et descriptis, et fit sibi similis iniunctio que supra in frumento

- III^C XVIII capones, quartum unius caponis et quintam partem duodecime partis unius caponis

Recepit ab eisdem pro eodem et eodem termino carnisprevii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo

- III^C XVIII capones, quartum unius caponis et quintam partem duodecime partis unius caponis

Recepit ab eisdem ibidem pro eodem et eodem termino carnisprevii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo

- III^C XVIII capones, quartum unius caponis et quintam partem duodecime partis unius caponis

Recepit ab eisdem ibidem pro eodem et eodem termino carnisprevii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo

- III^C XVIII capones, quartum unius caponis et quintam partem duodecime partis unius caponis⁸⁰

De tribus gallinis redditus annui, debitis una cum decem solidis annui servicii per Jaquimum de Parlea pro quodam novali, seu terra de novo ad culturam reddacta, que fuit per dominum de Quarto quondam albergata Ade de Parlea, patri dicti Jaquimini quondam, quod novale fuit postea repertum esse de feudo quod a domino de Quarto tenebant Petrus et Vioninus de Clusellina, domicelli, et adhuc tenent in feudum nobile, ut per instrumentum publicum recognicionis dictorum fratrum receptum per Johannem Gontereti, notarium et procuratorem domini in Valle Augusta, sub anno Domini millesimo tercentesimo sexagesimo sexto, indicione quarta, die undecima mensis januarii, in quoquidem recognicionis instrumento inter cetera continentur clausule que secuntur:

“Item tenent dicti fratres a dicto domino totum illud feudum quod quondam Andreas de Parlea, eius nepos, et eorum consortes de Parlea tenebant a predecessoribus dictorum fratrum, videlicet omnes res quas

⁸⁰ Dans la marge gauche: *vide dorsum*. Dans la marge droite, avec un signe de renvoi: *III partes unius caponis et quintam partem duodecime partis unius caponis*.

tenebant in Parlea sunt de feudo domini predicti, exceptis rebus quondam Aymoneti Gonterii. Item omnes res quas quondam Uldricus de Parlea et eius consortes tenebant in Parlea sunt de feudo dicti domini de Quarto, excepto allodio ipsorum fratrum consortium”.

48 Pro quibus, cum quibusdam aliis in dicto instrumento contentis, debent domino fidelitatem melius quam alteri domino et nobilem per feudum equi et octo libras⁸¹ monete Auguste pro toto placito quando contingerit, nichil computat quia dicti fratres et eorum heredes adhuc, ut dicunt dicti castellanus et procurator, tenent et deserviunt dictum feudum.

Recepit quos plus reperierunt deberi in dicta castellania prefati castellanus et procurator domini, per perquisicionem et recepcionem extentarum domini, quam fuerit in computo precedenti computatum, quia ad eorum noticiam nundum devenerant a personis inferius particulariter nominatis de redditu per annum circa carnisprevium anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo, pro quo fuit obmissum computari in computo precedenti, et primo: a Farcone Mignet de Valle Pelina pro dictis Les Richars de Submonte - II capones

Recepit a Johanne Mellnat de Valle Pellina pro eodem eisdem anno et termino - I caponem

Recepit a Francisco du Basellvys de Olomont, Jaquemeto Torrent et fratre suo, eisdem anno et termino - II capones

Recepit a Petro de Decima de Olomont pro se et communitate de Porchieri de Olomont, eisdem anno et termino - II capones

[XXXIIII] Recepit a Johannodo Rosseti de Olomont eisdem anno et termino - II capones

Recepit a Bonifacio Bonet de Olomont eisdem anno et termino - I caponem

Recepit a Vuillermo, Johanne et Jaquemeto Albaney de Dovia, fratribus, pro eodem eisdem anno et termino - III capones

Recepit a liberis Agnetis de Janyo quondam de Dovia, pro eodem eisdem anno et termino - II capones

Recepit ab Hugonino Tarida de Dovia eisdem anno et termino - I caponem

Recepit a filio Jaquimini de Croysivi de Dovia, eisdem anno et termino - I caponem

Recepit a Johannodo Vagniour de Rins, solvente pro Jaquimino Perciniur de Roysan, pro eodem eisdem anno et termino - I caponem

⁸¹ Dans la marge gauche: *Vide placitum.*

Recepit a Girardo dicto Vagniour de Ryns, eisdem anno et termino

- I caponem

Recepit ab heredibus Johannis Ser de Osen, habitatori Auguste, pro eodem eisdem anno et termino

- I caponem

Recepit ab eisdem pro eodem et eodem termino carnisprevii anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, ut in particulis supra proxime scriptis

- XX capones

Recepit ab eisdem pro eodem et eodem termino carnisprevii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo, ut in particulis supradictis

- XX capones

Recepit ab eisdem pro eodem et eodem termino carnisprevii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo, ut in particulis supradictis

- XX capones

Recepit ab eisdem pro eodem et eodem termino carnisprevii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, ut supra

- XX capones

Summa:

- M VII^C LXXIII capones et dimidius et tercius unius caponis.

49

Libravit domino priori Sancti Ursi quem, ultra siliginem superius et pecuniam inferius in suis titulis allocatas, domino de Quarto quondam debebat annuatim pro feudo quod ab ecclesia Sancti Ursi tenebat, et allocatur eidem pro termino festi beati Ursi quod colitur die secunda mensis februarii, anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, pretextu recognicionis dicti domini de Quarto quondam superius copiate in libratibus siliginis, et per litteram publicam dicti domini prioris superius redditam in libratibus siliginis

- I caponem

Libravit eidem domino priori Sancti Ursi pro eodem et eodem termino festi beati Ursi anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo

- I caponem

Libravit eidem domino priori pro eodem et eodem termino festi beati Ursi anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo

- I caponem

Libravit eidem domino priori Sancti Ursi pro eodem et eodem termino festi beati Ursi anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo

- I caponem

Libravit domino Eballo de Praly, canonico et distributori ecclesie beate Marie de Augusta, quem, ultra pecuniam infra in suo titulo

allocatam, dominus de Quarto quondam eidem ecclesie debebat annuatim pro feudo quod dominus ab eadem ecclesia tenet, vocato de Establo, ut in quodam instrumento compositionis facte inter venerabiles dominos Anthonium de Billens, prepositum, et capitulum Auguste, et potentem virum dominum Henricum dominum de Quarto, militem quondam, recepto per Aymonetum Boveti de Porta Sancti Ursi, notarium publicum, sub anno Domini millesimo tercentesimo sexagesimo septimo, indicione quinta, nonas aprilis, in quoquidem compositionis instrumento continetur, inter cetera, confessiones et clause huius tenoris:

“Item dictus dominus de Quarto confessus fuit quod ipse tenet in feudum a dicto capitulo duas domos cum meysonamento, edificatio et antefacto, que jacent apud Stabulum, quarum fines sunt: de prima parte via publica, de secunda res quas tenet Girardus de Viseran, de tertia res quondam Nepotis de Stabulo, de quarta via publica. Item unam peciam prati que jacet apud Maladeriam, fines sunt: de prima parte via publica, de secunda res Rosseti de Rippa quondam, de tertia res Maladerie, de quarta rivus herbalis. Item unam peciam prati cum arboribus que jacet apud Stabulum, fines sunt: de prima parte via publica, de secunda rivus herbalis, de tertia et quarta res Sancti Ursi, quas tenebat quondam Alexander de Stabulo, una cum fundamentis, exitibus et pertinentiis suis. Pro quo feudo suprascripto idem dominus de Quarto confitetur se facere dicto capitulo annuatim quatuordecim solidos servicii in festo sancti Stephani et viginti octo solidos placiti quando acciderit et quinque solidos de helemosina annuatim et unum caponem in carnisprevio”.

Quod instrumentum ostendit et penes se retinuit pro ipso restituendo dicto distributori. Et solvit sibi pro termino carnisprevii anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, per litteram publicam dicti domini Eballi de confessione et recepta, datam die tertia mensis augusti, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, quam reddit manu Johannis Gontereti notarii signatam, in qua littera continentur confessiones immediate sequentes pro eodem facte ut sequitur

- I caponem

Libravit domino Georgio de Bersatoribus, canonico et distributori predictae ecclesie beate Marie de Augusta, pro eodem et eodem termino carnisprevii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo, ut per litteram publicam dicti domini Georgii de confessione et recepta, datam et redditam ut in librata proxime scripta

- I caponem

Libravit domino Petro de Roysano, canonico et dispensatori predictae [XXXV] ecclesie beate Marie de Augusta, pro eodem et eodem termino carnisprevii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo, per litteram publicam dicti domini Petri superius inclusam in librata suprascripta - I caponem

Libravit supradicto domino Eballo, canonico et distributori ecclesie beate Marie de Augusta pro eodem et eodem termino carnisprevii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, ut per confessionem dicti domini Eballi de recepta inclusam in supradictis littera et librata - I caponem

50 Deducuntur eidem pro Aymoneta, filia quondam Peronodi Roncigniodi de Quarto, pro qua computavit in computo precedenti particulariter et in presenti sommarie de uno capone quia male fuerat informatus, licet non debeat nisi dumtaxat medietatem unius caponis de redditu per annum, ut per instrumentum publicum recognicionis dicte Aymonete, receptum per Johannem Gontereti, notarium publicum procuratorem et receptorem extentarum domini in Valle Augusta, sub anno Domini millesimo CCCLXVII, indicione quinta, die vicesima secunda mensis januarii, cuius tenor talis est:

“Anno Domini millesimo CCCLXVII, indicione quinta, die vicesima secunda mensis januarii, apud Quartum, loco dicto Planta, subtus domum Gaspardi de Cristella, coram testibus infrascriptis, notum sit omnibus quod Aymoneta filia quondam Roncigniodi de Quarto, iurata ad sancta Dei evvangelia in manu mei notarii infrascripti stipulantis, requirentis et recipientis vice nomine et ad opus dicti domini de Quarto, dixit, confessavit, manifestavit et publice recognovit se tenere in feudum a dicto domino unam peciam prati jacentem in pratis de Stanno, in extimacione unius seyturnate prati cum dimidia, cuius fines sunt: de prima parte strata publica, de secunda via publica, de tertia res illorum de Pontono, de quarta res illorum de Charnerio, cum fondis, exitibus, arboribus, aquariciis, pertinenciis et bonis usibus universis. Inde facit dicto domino de Quarto quinque sestaria siliginis de censu annuatim minus uno eminali, et sex denarios servicii annuatim in sancto Stephano et medium caponem de redditu annuatim, protestando et cetera. Que omnia dicta Aymoneta iuravit et cetera, promisit pro se et cetera, attendens et cetera, renunciando et cetera. Testes Johannes Philipi de Moriacio, clericus, et Raymondus de Quarto et cetera”.

Quod instrumentum ostendit in protocollo dicti Johannis Gontereti scriptum, nec reperitur, ut dicit dictus Johannes Gontereti, plus tenere a

domino neque debere, et deducitur eidem dicta medietas caponis, de mandato supradictorum domini Aymonis de Chalant et Anthonii Barberii, magistrorum computorum domini, pro terminis carnisprevii annorum Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo, septuagesimo nono, octuagesimo, octuagesimo primo et octuagesimo secundo, de et pro quibus computat tam in presenti quam precedenti computis
- II capones et dimidium

Libravit ad expensas hospicii domini factas Auguste in mense novembris anno subscripto, manu videlicet Petri Vicini, clerici et tesararii expensarum hospicii domini,⁸² qui de ipsis domino computare debebit, ut per litteram domini de testimonio premissorum, mandatoque allocandi, datam Auguste die XXXIII novembris, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sub sigillo domini cum sigillo dicti Petri Vicini superius redditam in libratis frumenti

- CXVIII pecias pollaillie

- 51** Libravit ad expensas hospicii domini factas Auguste a die octava inclusive novembris usque ad diem XV sero exclusive eiusdem anno subscripto, manu Petri Vicini, clerici expensarum hospicii domini,⁸³ qui de ipsis nisi computaverit domino computare debebit, ut per litteram domini de testimonio premissorum cum mandato allocandi, datam Auguste die XV mensis novembris, anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, sub sigillo domini cum sigillo dicti Petri Vicini, quam reddit, in qua littera eciam continentur sexaginta teysie lignorum et sexaginta novem libre, novem solidi, tres denarii monete Auguste, quorum viginti septem solidi valent unum florenum Alamagnie, per ipsum librate ad easdem expensas, et insuper confessus fuit dominus in eadem littera habuisse et realiter recepisse a dicto castellano Quarti, manu Hugoneti Darlo, scuttiferi domini,⁸⁴ sex mantillia lini continencia triginta septem ulnas ad ulnam Auguste, de mantilibus repertis in dicto castro Quarti post obitum domini Quarti quondam
- VII^{XX} IIII pecias pollaillie

Libravit ut infra in vendicionibus in fine presentis computi sibi factis nomine domine per dictum Aymonem de Chalant, militem, consiliarium et magistrum hospicii domine
- II^C LXXVII capones

⁸² Dans la marge gauche: *Petrus Vicini*.

⁸³ Dans la marge gauche: *Petrus Vicini*.

⁸⁴ Dans la marge gauche: *Vide mantillia recepta per Hugonetum Darlo*.

Summa librate et deducti: - V^C XLV⁸⁵ capones et dimidius
Et sic debet:
- M II^C XXIII capones et tercius unius caponis.
Respondet in computo sequenti

Pernices:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de [XXXVI] redditu per annum in festo nativitatis Domini millesimo CCCLXX nono a personis in parrochiis, locis et villagiis in computo precedenti particulariter nominatis et descriptis - XVIII pernice

Recepit ab eisdem ibidem, pro eodem et eodem termino festi nativitatis Domini anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo - XVIII pernice

Recepit ab eisdem ibidem, pro eodem et eodem termino festi nativitatis Domini anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo - XVIII pernice

Recepit ab eisdem ibidem, pro eodem et eodem termino festi nativitatis Domini anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo - XVIII pernice

Et est sciendum quod pernix in computo precedenti⁸⁶ particulariter scripta et superius inclusa, debita per Johannem Seyer, est illa pernix de qua mencio fit in computo baillivii Vallis Auguste de redditibus et exitibus allodiorum et feudorum que tenebat Anthonius, filius Petri de Palacio quondam, post titulum denariorum census, et similiter quinque solidi viennenses esperonatorum de quibus similiter agitur in dicto computo sunt inclusi in decem septem solidis de quibus in denariorum census computat in recepta a dicto Johanne de Seyer in parrochia Sancti Laurentii Auguste, prout retulit Johannes de Gontereto superius nominatus prius in computo, dicendo quod duas domos sitas in crotis pallacii de Augusta, videlicet unam sub servicio seu redditu quinque solidorum et unius pernicis, ut dicitur in dorso computi precedentis.

De una pernice quam Aymonodus Cullier de Porta Sancti Ursi quondam, pater Emerici Cullier notarii, recognovit una cum duobus denariis debere domino de Quarto quondam, singulis annis quibus fieret biccaria ante domum ipsius Aymonodi, sitam in civitate Auguste loco dicto Cita, iuxta carcerias publicas antierius, domum Emerici de

⁸⁵ Lecture douteuse.

⁸⁶ Dans la marge gauche: *vide*.

Roncheto inferius, et exitum seu parvum alorium superius, non computat quia non fuit ibidem biccaria seu macellum per tempus de quo computat ut dicit.

Summa: - LXXII pernice
de quibus libavit infra in vendicionibus factis vice domine per dominum Aymonem de Chalant, consiliarium et magistrum hospicii domine, in fine presentis computi - XVIII pernice

Summa librate: - XVIII pernice
Et sic debet: - LIII pernice.
Respondet in computo sequenti.

52

Castrones seu mutones:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu per annum in festo beati Martini yemalis, anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo a personis in parrochiis et locis in computo precedenti particulariter descriptis - XXVII castrones

Et: - I chinalem et dimidium castronem

Recepit ab eisdem ibidem pro eodem et eodem termino festi beati Martini yemalis, anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono - XXVII castrones

Et: - I chinalem et dimidium castronem

Recepit ab eisdem ibidem pro eodem et eodem termino festi beati Martini yemalis, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo - XXVII castrones

Et: - I chinalem et dimidium castronem

Recepit ab eisdem ibidem pro eodem et eodem termino festi beati Martini yemalis, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo - XXVII castrones

Et: - I chinalem et dimidium castronem

Decima agnorum:

De exitu decimarum agnorum domino pertinencium racione dicti loci de Quarto apud Holomont, parrochie Vallispelline, et apud Doviam, parrochie dicti loci, pro quo fuerat computatum in computo precedenti de tribus agnis, nichil computat hic sed de ipsis computabit infra in recepta pecunie.

Herbagium:

Recepit manu Vuillermeti Marquix,⁸⁷ manderii et preconis apud Villam Francham pro domino, pro herbagio mutonum transeuncium ibidem circa festum beati Michaelis, anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo, ubi levantur pro singulis quinque trentanariis mutonum transeuncium per mandamentum de Quarto seu Oyacie, unus muto pro herbagio, ut in computo precedenti - III mutones

Recepit manu dicti Vuillermeti Marquix ibidem pro eodem circa festum beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono et levantur ut supra - IIII mutones

Recepit manu Petri Topperelli de Ponte Lapideo circa [XXXVII] festum beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo, et levantur ut supra, nec plus eodem anno recepit ut dicit, licet Johannes de Marcio de Bugella per terram Quarti transire fecerit circa quindecim trentanariis mutonum pro quorum herbagio nichil computat quia nichil pro inde recepit pretextu littere domini concessionis facte Johanni de Marcio, Perroto Groni, Octino de Facio et Petro de Cacamo, alias Labre, burgensibus domini de Bugella, auctoritatis et licencie quod ipsi et quolibet ipsorum possint et valleant ubicumque per dominia domini citra et ultra montes emere, comperare et comperare facere et apud Bugellam aducere et conducere et conducere facere, quilibet ipsorum, viginti trentanaria bestiarum lanutarum et quinquaginta bestias bovarias pro usibus et provisione loci domini Bugelle predicti, absque solutione vel prestacione alicuius dacia, gabelle, pedagii vel tributi, cum mandato ab eisdem pro premissis nichil exigendi, dato Yporrigie die tercia novembris anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, cuius copiam reddit manu Johannis Gontereti notarium signatam - I mutonem

Recepit manu dicti Vuillermeto Marquix ibidem pro eodem circa festum beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo, quia sic obvenerunt - IIII mutones

Et: - I novellum

Summa: - VI^{XX} mutones
- I novellus

⁸⁷ Ou *Marquisii*.

Et: - VI canales mutonum

De quibus libravit ad expensas hospicii domini, factas Auguste a die octava inclusive mensis novembris usque ad diem decima quintam sero exclusive eiusdem anno subscripto, manu Petri Vicini, clerici et thesaurarii expensarum hospicii domini, qui de ipsis nisi computaverit domino computare debet, ut per litteram domini de testimonio premissorum cum mandato allocandi, datam Auguste die XV mensis novembris anno Domini M tercentesimo septuagesimo nono, superius redditam in libratibus pollaillie - XXI mutones

Libravit in vendicionibus sibi factis vice domine per dominum Aymonem de Chalant, militem, consiliarium et magistrum hospicii domine, ut infra in vendicionibus in fine computi - XXVII castrones

Et: - I canalem et dimidium castronem

Summa librate: - XLVIII mutones

Et sic debet: - LXXII mutones

Item: - I novellum

Et: - III canales et dimidium castronem

Respondet in computo sequenti.

53

Vinum:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu per annum in vindemiis anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo, a personis in locis et villagiis in computo precedenti particulariter nominatis et descriptis

- VI modia, III sestaria, tercium, quartum, dimidium quartum unius sestarii vini ad parvam mensuram Auguste

Et:

- XXXII modia, VIII sestaria, I eminam, I quartanam et dimidiamvini ad magnam mensuram Auguste

Recepit ab eisdem ibidem pro eodem et eodem termino vindemiarum anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono

- VI modia, III sestaria, tercium, quartum, dimidium quartum unius sestarii vini ad parvam mensuram Auguste

Et:

- XXXII modia, VIII sestaria, I eminam, I quartanam et dimidiam vini ad magnam mensuram Auguste

Recepit ab eisdem ibidem pro eodem et eodem termino vindemiarum anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo

- VI modia, III sestaria, tercium, quartum, dimidium quartum unius sestarii vini ad parvam mensuram Auguste

Et:

- XXXII modia, VIII sestaria, I eminam, I quartanam et dimidiam vini ad magnam mensuram Auguste

Recepit ab eisdem ibidem pro eodem et eodem termino vindemiarum anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo

- VI modia, III sestaria, tercium, quartum, dimidium quartum unius sestarii vini ad parvam mensuram Auguste

Et:

- XXXII modia, VIII sestaria, I eminam, I quartanam et dimidiam vini ad magnam mensuram Auguste

De octo sestariis vini redditus annui, olim debitis per Vuillermum de Cella de Quarto, naturalem quondam, una cum quatuor denariis servicii pro quodam feudo vocato de Plantatis, quod solet esse vinea, quam dictus Vuillermus tenebat, que vinea dimissa fuit ad colendam per dictum Vuillermum qui postea dictam vineam extraxit, deinde remansit dictum feudum vacuum et eciam vacavit per mortem dicti Vuillermi, nichil computat in vino quia dictum [XXXVIII] feudum, post iam dicta, per dictum castellanum fuit albergatum Petro Bruneti de Tharanteysia, habitatori Quarti, pro quatuor sestariis siliginis de reddito per annum et uno denario servicii, de quibus tam supra quam infra in suis titulis computat, sine aliquibus introgiis inde datis, nec fiat hic ulterius mencio.

Novus redditus:

Recepit a personis infrascriptis que plus reperta fuerunt deberi de redditu per annum in dicta castellania quam fuerit computatum in computo precedenti quia dictus castellanus nundum fuerat de infrascriptis informatus: et primo a Petro Bruneti de Tharanteysia, pro duabus partibus, et Guillermo Vyon de Tharanteysia, habitatoribus Quarti, pro tercia parte, causam habentibus Ysabelle, Margarite et Mariete, sororum filiarum quondam Petri de Choz supra Quartum, pro quadam pecia vinee sita apud Quartum loco dicto in Plantatis, pro certo censu vini per annum, tradita ad feudum per dominum Henricum dominum de Quarto quondam et in augmentum alterius feudi quod ab eodem domino de Quarto quondam tenebat Johannodus de Choz, avus

dictarum filiarum, cum quibusdam aliis hominibus de Quarto, qui Johannodus de Choz et Petrus eius filius dum vixerunt eidem domino de Quarto pro parte quam tenebant ex dicta pecia vinee consueverant singulis annis solvere octo sestaria vini per annum, dictisque Johannodo et Petro, viam universe carnis ingressis, relictis ex dicto Petro de Choz predictis sororibus filiabus suis in pupulari etate constitutis, dictam peciam vinee intrare renitentibus eciam tutore earundem ob honus⁸⁸ redditus vini annualis predicti, predictam peciam vinee vacuam et vacentem absque solucione dicti census annui, dimiserunt. Quapropter dictus dominus de Quarto quondam, ob contumaciam dictarum filiarum, licet in pupillari etate existencium, fuit, more consuetudinis patrie, contra ipsas de omnibus feudis suis, que ab ipso dicti Johannodus et Petrus de Choz tenebant, processu ordinario precedente reuestitus, pretextu cuius reuestiture ipse dominus de Quarto feuda sua intravit et ex illis tradidit certas res et possessiones ad feudum videlicet Eymeriodo Raspalliot de Gencea supra Quartum pro certo reddito siliginis de quo supra fit mencio, quasquidem res predicti Petrus et Guillelmus mediantibus dictarum filiarum in etate pubertatis existencium in iudicio coram dicto castellano a dicto Eymeriodo pecierunt sibi deliberari debere albergamento inde per dictum dominum de Quarto facto eidem non obstante tandem tamen transactione inter partes predictas coram dicto castellano interveniente, dicti Petrus et Guillelmus dictas res intraverunt et tenuerunt pro rata predicta. Quibus omnibus sic factis, dictus castellanus, informatus de jure domini supra dictis octo sestariis vini per Johannem Gontereti notarium, procuratorem et commissarium domini super recepcione extentarum in Valle Augusta, dictos Petrum et Guillelmum ad solucionem dicti vini cohegit⁸⁹ domino faciendam a tempore transactionis inite citra recepte per dictum Johannem Gonteretum notarium, anno et die superius in titulo frumenti declaratis, ultra pecuniam de qua pro eodem infra computat in vindemiis anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono

- VIII sestaria vini

Recepit ab eisdem pro eodem et eodem termino vindemiarum anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo - VIII sestaria vini

Recepit ab eisdem pro eodem et eodem termino vindemiarum anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo - VIII sestaria vini

54

⁸⁸ Lire *onus*.

⁸⁹ Lire *coegit*.

Recepit a Johanne Montillyon de Villa supra Nuns, parrochie Quarti, de reddito per annum obmisso intrari in computo precedenti, quia ad noticiam dicti castellani nondum ut dicit devenerat, et computat pro vindemiis anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo septimo, pro quo fuit obmissum computari in computo precedenti

- dimidiam quartanam vini

Recepit ab eodem pro eodem termino vindemiarum anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo - dimidiam quartanam vini

Recepit ab eodem pro eodem et eodem termino vindemiarum anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono

- dimidiam quartanam vini

Recepit ab eodem pro eodem et eodem termino vindemiarum anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo - dimidiam quartanam vini

Recepit ab eodem pro eodem et eodem termino vindemiarum anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo

- dimidiam quartanam vini

Recepit ab Anthonio Palmerii, filio Aymonis Palmerii quondam, pro albergamento sibi per dominum <facto> de vineis infra specificis scriptis, cum pratis in titulo feni declaratis, pro tanto de novo reddito in vino per annum, ultra pecuniam annualem de qua infra in suis titulis computat, sine aliquibus introgiis inde datis; et primo pro quadam pecia vinee cum vacolo jacentibus in parrochia Sancti Christofori, loco dicto vinea de Laroveri, cuius fines dicuntur esse de prima parte res confratrie Sancti Spiritus de Porta Sancti Ursi, de secunda comba de Valle Locherety, de tertia res Jaquimini de Valle Maiori de [XXXIX] Quarto, clerici, de quarta res liberorum quondam Girardi de Visiran, salvo iure quod Jaquiminus de Valle Maiori predictus solitus est et habere debet ibidem pro quadam topia per eundem Jaquiminum ex dicta pecia vinee extrahenda, facienda, habenda, godenda et manutenenda, de quinta res predicti Jaquimini de Valle Maiori, de sexta res Jaquimini Adde de Parlea, de septima res Aymoneti et Vuillermeti de Pontono, fratrum, de octava res Johannis de Veyny, cum tribus diebus, videlicet ab aurora usque ad occasum solis, ex aqua unius doczoni ferrati de rivo predicto vocato de Preposito, habenda et percipienda annis singulis, videlicet in quolibet mense junii, julii et augusti, unam diem ad dicti Anthonii requisicionem. Item pro quadam pecia vinee jacente supra Villam Francam, subtus montem de Rola, loco ubi dicitur Constanci, cuius fines dicuntur esse de prima parte via publica, de secunda res illorum de Chessan, de tertia mons predictus, de quarta res Petri Avoyat

de Luynt. Item unam peciam vinee jacentem supra Villam Francham, loco dicto Magna Vinea domini, cuius fines dicuntur esse de prima parte via publica tendens ad castrum Quarti, de secunda via tendens ad Syran, de tercia res Johannis Theobalde de Villa Francha, de quarta res filii quondam Hugonodi Martineti de Grossier et Richardi generi quondam Petri Martini, de quinta res Hugoneti et Petri de Siran, fratrum, de sexta paschua, cum duobus jornalibus et dimidio aque rivi domini venientis de Villa supra Nuns, percipiendo et habendo anno quolibet in qualibet quindena, ab aurora usque ad occasum solis, et salvo quod dominus ex dicta aqua annis singulis habere debeat pro quadam pecia vinee, que dicuntur vinea de Crista, aquanda cum fuerit opportunum, una cum fundamentis, pertinenciis, exitibus, ingressibus, arboribus, appendenciis et cunctis bonis usibus rerum omnium supra confinatarum, ut per litteram domini de albergamento predicto, datam Aquiani die vicesima secunda mensis januarii, anno a nativitate Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo, quam ostendit in presenti computo et penes se retinet pro ipsa restituenda dicto Anthonio Palmerii, et computat pro vindemiis anno Domini millesimo CCC octuagesimo primo - V modia, VII sestaria vini

55

Decime:

Recepit manu Jaquimini de Clerjaz⁹⁰ de Augusta, collectoris decimarum domini que levantur in certis possessionibus existentibus a torrente Clausi Novi, inter Sarro et Augustam, usque ad civitatem Auguste, in quibus dominus percipit duas partes medietatis et reliquam terciam partem ipsius medietatis percipit dominus Jacobus Bonerii de Dovia, canonicus augustensis, et reliquam medietatem percipit dominus de Monte Joveto sic superius in frumento et siligine, in vindemiis anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo, et fit eidem similis iniunctio que supra in frumento et respondet minus de uno modio et quatuor sestariis vini quam in computo precedenti propter paucitatem vinorum que fuit ibidem dicto anno - III modia, VIII sestaria vini

Recepit manu Aymoneti Peccion, habitatoris Auguste, recollectoris eiusdem decime pro eodem in vindemiis anno Domini millesimo CCC LXX nono, et repondet plus ipso anno de undecim sestariis vini quam anno proxime precedenti - IIII modia, VII sestaria vini

⁹⁰ Dans les premiers comptes ce nom propre est suivi des mots: *dictus Clerges*.

Recepit manu eadem pro eadem decima in vindemiis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo, et respondet plus ipso anno de quinque sestariis vini quam anno proxime precedenti - V modia vini

Recepit manu eadem pro eadem decima in vindemiis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo, et respondet plus de duobus sestariis ipso anno quam anno proxime precedenti

- V modia, II sestaria vini

Recepit manu Hudrici de Perlea⁹¹ de exitu decime cuiusdam pecie vinee jacentis in parrochia Sancti Christofori loco dicto Fontanalles, que fuit Michaelis de Parlea quondam, in vindemiis anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo, nec inde plus recepit ut suo asserit iuramento

- I sestarium vini

Recepit manu eadem pro eodem et eodem termino vindemiarum anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, et respondet minus ipso anno de una quartana vini quam in anno proxime precedenti

- III quartanas vini

Recepit manu eadem pro eadem decima in vindemiis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo, et respondet plus ipso anno de una quartana quam anno proxime precedenti

- I sestarium vini

Recepit manu eadem pro eadem decima in vindemiis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo, et respondet plus de una quartana quam anno proxime precedenti

- V quartanas vini

De exitu decime vinearum de Rins, consistencium a Batigio,⁹² seu flumini vocato Butier, descendente de Stipulis usque ad locum dictum La Morina, et a dicto flumine Batigii descendente de Oyacia usque ad locum vocatum de Dealei, pro quo exitu fuit computatum in computo precedenti de uno sestario vini pro termino vindemiarum anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo septimo, nichil computat quia dicta decima reperta fuit in integrum pertinere preposito [XL] Auguste, cui dominus ipsam decimam remisit per eius litteras superius copiatas in frumento sub titulo decimarum.

Exitus vinearum:

Recepit de exitu trium peciarum vinee domini de Quarto, quarum una sita est supra Villam Francham, alia loco dicto in Constanci et alia loco dicto in Crista, continencium simul circa sexaginta una fossoriatas,

⁹¹ Parfois on trouve *Perlea* au lieu de *Parlea*.

⁹² Lire *Bautegio*.

in vindemiis anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo, nec inde plus recepit ut dicit, quia dicta vinea de Crista est sterilis

- II modia, IX sestaria vini

Recepit de exitu dictarum trium peciarum vinee in vindemiis anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, nec inde plus recepit ut dicit, et respondet minus ipso anno de tribus sestariis vini quam anno proxime precedenti propter paucitatem vinorum

- II modia, VI sestaria vini

Recepit de exitu dictarum trium peciarum vinee in vindemiis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo, nec inde plus recepit ut dicit, et respondet plus ipso anno de uno sestario quam in anno proxime precedenti

- II modia, VII sestaria vini

56 Recepit de exitu dicte pecie vinee vocate de Crista in vindemiis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo, nec inde plus recepit ut dicit quia dicta pecia vinee omnino vacat et facta est sterilis et etiam vacabat tempore domini Henrici domini de Quarto quondam, ut asserit Johannes Gontereti prius in computo, quia non debite collebatur, et de aliis duabus peciis vinee de Villa Francha et de Constanci, nichil computat in exitu quia albergate fuerunt per dominum cum quadam alia pecia vinee vocata de Rovoeria infrascripta sub certis annualibus pensionibus vini et pecunie, sine aliquibus introgiis, de quibus tam supra quam infra in suis titulis computat, ut per litteram domini de albergamento predicto superius designata in novo reddito vini

- I sestarium vini

Recepit de exitu vinee domini vocate de Rovorea, continentis circa viginti quatuor fossoriatas,⁹³ tradite per dictum castellanum ad medium vinum ibidem proveniens Bernardo de Segnyns et Andree Valleti de Cirisia, spacio trium annorum, die undecima mensis februarii anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo incohatorum,⁹⁴ et computat pro vindemiis anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo predicto, nec inde plus recepit ut dicit

- XVI sestaria vini

Recepit de exitu predictae vinee facte ad medium vinum ut supra, in vindemiis anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, et

⁹³ La phrase: *continentis circa viginti quatuor fossoriatas* est ajoutée dans la marge droite avec un signe de renvoi.

⁹⁴ Le mot *incohatorum* est ajoutée dans la marge gauche avec un signe de renvoi.

respondet minus ipso anno de quatuor sestariis vini quam in anno proxime precedenti, nec inde plus recepit ut dicit - I modium vini

Recepit de exitu dicte pecie vinee facte ad medium vinum ut supra, in vindemiis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo, et respondet plus de tribus sestariis vini quam anno proxime precedenti, nec plus habuit ut dicit - XV sestaria vini

De exitu dicte pecie vinee vocate de Rovorea, nichil computat pro anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo, quia albergata fuit Anthonio Palmerii cum aliis duabus peciis vinee supradictis, pro quibus eciam supra computat in novo reddito vini, ultra pecuniam tam pro dictis vineis quam pratis et aliis in littera dicti albergamenti contentis, de quibus eciam inferius in suo titulo computat.

Recepit manu Theobaldi de Christa, mistralis de Roysan, de exitu vinee domini vocate de Rins, in vindemiis anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo, quequidem vinea continet circa decem fossoriatas, et inde nichil plus recepit ut dicit quia dicta pecia vinee inutilis et quasi sterilis est et in loco remoto - V sestaria vini

Recepit manu eadem de exitu dicte vinee in vindemiis anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, et respondet minus de uno sestario vini quam in anno proxime precedenti, nec plus inde recepit ut dicit - IIII sestaria vini

Recepit manu eadem de exitu dicte vinee in vindemiis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo, et respondet plus de uno sestario vini quam in anno proxime precedenti, et inde nichil plus recepit ut dicit - V sestaria vini

Recepit manu eadem de exitu dicte vinee in vindemiis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo <primo>, et respondet minus de una emina vini quam in anno proxime precedenti, quia pro eodem nichil plus recepit ut dicit - IIII sestaria, eminam vini

57

Arragium:

Recepit a se ipso que debebat pro remanencia sui computi precedentis

- II modia aceti ad magnam mensuram

Summa, computatis quatuor quarteronis pro una quartana, duabus quartanis pro una emina, duabus eminis pro uno sestario et duodecim sestariis pro modio tam ad magnam quam parvam mensuras, et

computatis novem sestariis ad parvam mensuram pro octo sestariis ad magnam mensuram, quia sic equivalere dicuntur et computantur ut dicitur in computo precedenti,

- IX^{xx} modia, II sestaria et dimidium vini ad magnam mensuram
Auguste

Et: - II modia vini aceti

Opera castri:

Libravit manu Johannini Picteti de Burgondia, familiaris et clavigeri dicti castri de Quarto, ad expensas sexcies centum quater viginti et sexdecim hominum, tam lathomorum, carpentatorum quam aliorum operariorum, fustas cindencium in nemoribus domini, charreancium cum animalibus suis usque ad dictum castrum de Quarto dictas fustas cum calce domini que erat in parrochia de Roysano, arenam extrahencium ut supra charreancium, et portancium losas a loco de Ciran infra dictum castrum, predictaque [XLI] omnia cum aliis infra in libratis pecunie contentis implicancium, tam de roydis seu corvatis quam ad salarium, in refectione de novo et reparacione murorum et eddificii tecti turris et camere juxta dictam turrem castri de Quarto, que casu fortuito incendio cremata fuerunt et combusta mense februarii anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo, et allocantur eidem de mandato domini per eius litteram superius copiatam in libratis siliginis et per litteram testimonialis dicti Johannini Picteti de testimonio premissorum, in eisdem libratis siliginis redditam, ad predicta vacancium quasi per unam diem capiencium quolibet per diem unum quarteronum vini pro ipsorum expensis ultra alias expensas pro eodem sibi allocatas - III modia, VII sestaria et dimidium vini

Rivus Prepositi:

Libravit Bonifacio Champapont, custodi rivi domini vocati de Preposito, a loco principii dicti rivi, vocato La Morina, usque ad locum vocatum de Vallesuana subtus Roysan, quasi per unam leucam, per quod spacium custodire debet dictum rivum pro tanto de vino per annum, ultra siliginem, seraceum et pecuniam sibi pro eodem allocatos in suis locis et titulis. Et solvit eidem pretextu littere domini de mandato allocandi, copiatam⁹⁵ in libratis siliginis computi precedentis, item

⁹⁵ Lire copiate.

pretextu clausule contente in littera albergamenti facti per dominum Anthonio Palmerii de certis peciis terre vinearum et pratorum, in qua dominus convenit sibi pro eisdem manutenere dictum rivum sub certis modis et pactis superius in libratis siliginis plenius contentis, et per litteram publicam dicti Bonifacii de testimonio premissorum, datam die XXVII^{ma} mensis julii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, superius reddita in libratis siliginis pro anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo - I sestarium vini

Libravit eidem pro eodem et solvit eidem pro anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono per litteras, modis et similibus causis superius in libratis siliginis pro eodem scriptis,

- I sestarium vini

Libravit eidem pro eodem et eodem modo et solvit sibi pro anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo et per easdem litteras

- I sestarium vini

Libravit eidem pro eodem et eodem modo et solvit sibi pro anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo per iam dictas litteras

- I sestarium vini

Libravit ad expensas Johannis Galliardi de Valle Pellina, Martini de Arlio, Vuillermi Perrini, Vuillermi de Bocon, Anthonii de Chelion et Johannis Charles, operariorum vacancium quolibet ipsorum quatuor diebus in conducendo billionos a loco de Pravillar de Valle Pellina per aquam Bautegii usque ad grappatam factam apud Rins in aqua predicta pro arrestando dictos billionos, capiente quolibet ipsorum per diem unum quarteronum vini ultra panem, seraceum et pecuniam sibi pro eodem in suis titulis et locis allocatos, et allocantur eidem de mandato et per litteram superius redditos in librata siliginis - III eminas vini

58

Libravit manu Theobaldi, mistralis de Roysano, ad expensas quinquaginta operariorum faciencium grappatam apud Rins in aqua Bauthegii predicti pro dictis billionis arrestandis et ipsos billionos extra dictam aquam extrahencium, de roydis seu corvatis, capiencium ipsorum quolibet unum quarteronum vini per diem, ultra panem et seraceum sibi propter hec inferius in suis locis et titulis allocatos. Et allocantur eidem de mandato et per litteram supradictam in libratis siliginis declaratos - III sestaria, II quartanas vini

Libravit manu Jaquimini de Canali de Dovia, olim clavigeri domini Henrici domini de Quarto quondam, ad expensis mille centum et quinquaginta hominum operariorum, de roydis seu corvatis, vacancium quasi per unam diem in reparacione et reffeccione supradicti rivi domini voca-

ti de Preposito, tempore quadragesime et post Pascha anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, qui rivus propter ovale et inundaciones aquarum, in anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo superveniencium, destructus, ut premicitur, fuerat, capiente quolibet ipsorum per diem unum quarteronum vini, ultra panem, seraceum, et nuces sibi propter hec allocatos de mandato predicto simul et per litteram publicam dicti Jaquimini de Canali de testimonio premissorum, confessioneque et recepta, superius redditam in libratis siliginis - V modia, XI sestaria et dimidium, VI quarteronos vini

Libravit manu Petri Morelli, custodis dicti rivi Prepositi, ad expensas [XLIII] quatercentum quaterviginti et sexdecim hominum operariorum, de roydis seu corvatis, vacancium, ultra operarios supradictos, in reparacione dicti rivi Prepositi, eodem anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, tempore estatis iterato propter multitudinem pluviarum cumulati et destructi unde cessavit idem rivus spacio sex septimanarum, quasi per unam diem ad predicta, capiente quolibet⁹⁶ per diem unum quarteronum vini ut supra, ultra panem et seraceum sibi pro eodem datos. Et allocantur eidem de mandato et relatione quibus supra simul et per litteram publicam dicti Petri Morelli superius redditam in libratis siliginis - II modia, VII sestaria vini

Libravit manu dicti Petri Morelli ad expensas ducentorum quatuor operariorum, de roydis seu corvatis, vacancium quasi per unam diem, ultra alios operarios supradictos, et eos qui ad infrascripta tenentur in reparacione dicti rivi prepositi, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo, tempore quadragesime, capiente quolibet per diem unum quarteronum vini, ultra panem et nuces sibi pro eodem datos. Et allocantur eidem de mandato quo supra simul et per litteram publicam de testimonio et confessione premissorum superius redditam in libratis siliginis - I modium, I eminam et dimidiam vini

Libravit manu dicti Petri Morelli ad expensas sexcies viginti et octo hominum operariorum de roydis seu corvatis, tempore estatis anno predicto millesimo tercentesimo octuagesimo, vacancium in reparacione dicti rivi Prepositi qui, casu fortuito et ex obvalia fractus fuerat loco dicto Es Cuchetz, capiente quolibet unum quarteronum vini per diem, ultra panem et seraceum, et allocantur eidem de mandato quo supra simul et per litteram publicam dicti Petri Morelli de testimonio et confessione premissorum superius redditamin libratis siliginis

⁹⁶ Le mot *quolibet* est répété et effacé..

- VIII sestaria vini

Libravit manu dicti Petri Morelli ad expensas octies viginti et quindecim hominum operariorum de roydis su corvatis, <vacancium> quasi per unam diem in reparacione dicti rivi qui casu fortuito et ex obvalia fractus extiti eodem anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo et allocantur eidem de mandato quo supra et per litteram publicam de testimonio premissorum, confessione et recepta superius redditam in libratis siliginis - X sestaria, eminam, III quarteronos vini

Libravit manu dicti Petri Morelli, tempore estatis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo, ad espensas centum hominum operariorum de roydis seu corvatis, quasi per unam diem vacancium in reparacione dicti rivi facta loco dicto Supra Champapon, ubi fere nisi fuisset provisum dictus rivus ruptus fuisset et cum magnis sumptibus et laboribus reparari convenisset et in aliis pluribus et diversis locis dicti rivi indigentibus reparacione, capiencium quolibet per diem unum sestarium vini ut supra, et allocantur eidem de mandato quo supra et per litteram publicam de testimonio - VI sestaria, I quartanam vini

59

Libravit manu eadem, tempore estatis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo, ad expensas viginti hominum operariorum de roydis seu corvatis, vacancium quasi per unam diem dictum rivum Prepositi recuperando et concavando, qui propter multitudines pluviarum et inundaciones aquarum fuerat cumulatus et repletus, capiencium quolibet ut supra, ultra panem et seraceum, et allocantur eidem de mandato quo supra et per litteram publicam dicti Petri Morelli de testimonio premissorum, confessione et recepta superius redditam in librate siliginis - I sestarium, I quartanam vini

Libravit manu eadem tempore quadragesime anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, ad expensas centum et duodecim hominum operariorum de roydis seu corvatis, quasi per unam diem vacancium in reparacione dicti rivi, capiente quolibet ut supra, et allocantur eidem modis et causis superius in siligine declaratis

- VII sestaria vini

Libravit manu eadem post Pacha anno predicto millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, ad expensas duodecim hominum operariorum [XLIII] de roydis seu corvatis, vacancium quasi per unam diem in reparacione dicti rivi Prepositi propter pluvias et inundaciones aquarum destructi, capiente quolibet ut supra, et allocantur eidem de mandato modisque et causis supra in libratis siliginis declaratis

- III quartanas vini

Libravit manu eadem mense augusti anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, ad expensas quadraginta hominum operariorum de roydys seu corvatis, vacancium quasi per unam diem in reparacione dicti rivi in pluribus et diversis locis ipsius destructi mense et anno predictis, capiente quolibet ut supra, et allocantur eidem de mandato quo supra et per litteram publicam superius redditam in siligine
- II sestaria et dimidiam vini

Reparacio rivi fratris Boudini:

Libravit manu Jaquimini de Canali de Dovia tempore quadragesime anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, ad expensas ducentum et octo hominum operariorum de roydys seu corvatis, vacancium quasi per unam diem in reparacione rivi vocati fratris Boudini, qui propter inundaciones aquarum in diversis locis ruptus fuerat et destructus, mense novembris anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo, capiente quolibet per diem unum quarteronum vini ut alii suprascripti, et allocantur eidem de mandato, modis et causis superius in libratibus siliginis lacius declaratis

- I modium, I sestarium vini

- 60** Libravit Gothofredo dicto Vagniour, famulo et custodi grangie domini vocate de Ryns, pro salario suo et expensis unius anni incepti die festi beati Martini yemalis anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo septimo et finiti eodem festo anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo, quibus die et anno dictus castellanus tradidit ad censam seu firmam prata dicti loci de Ryns, quare ulterius non solvit, et allocantur eidem de mandato quo supra simul et per litteram publicam dicti Gotoffredi de confessione et recepta superius redditam in libratibus siliginis, ultra siliginem, seraceum et pecuniam sibi pro eodem allocatos
- VI sestaria vini

Opera vinearum:

Libravit manu Johanni Fileri, manderii de Quarto, ad expensas triginta duorum hominum manuoperariorum de roydys seu corvatis, vindemiancium vineas domini de Constanci, de Villa Francha et de Crista, vindemiamque dictarum vinearum cum suis animalibus portancium ad tinas domini infra castrum de Quarto, vinumque ex dictis tinis extrahencium et infra dolia domini reponencium, ad que vacaverunt quasi per unam diem, capiente quolibet per diem unum quarteronum vini ut alii suprascripti, ultra panem et seraceum sibi pro eodem datos, et

allocantur eidem de mandato quo supra et per litteram publicam supradicti Johannis Fileri de testimonio premissorum confessioneque et recepta superius redditam in prima librata siliginis - II sestaria vini

Libravit manu Theobaldi, mistralis de Roysan, ad expensas sex manuoperariorum de roydīs seu corvatis, vindemiancium vinea domini de Rins in anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo et vindemiam ipsius vinee ad tinam domini infra castrum domini de Quarto portancium, ad que vacaverunt quasi per unam diem, capiente quolibet per diem unum quarteronum vini ut supra, et allocantur eidem de mandato causis et modis superius in libratīs siliginis declaratis

- I quartanam et dimidiam vini

Opera vinearum de Constanci, de Villa Franca et de Crista, anni millesimo tercentesimo septuagesimo nono:

Libravit ad expensas Johannis Vincent de Morens, dicti Seyns Reyson, rectoris vinearum domini de Constanci, de Villa Franca et de Crista, factas dictas vineas custodiendo, in ipsis laborando et operarios ponendo et ordinando in anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, facto pacto cum ipso more solito et ut in computo precedenti, ultra siliginem, seraceum et pecuniam datos pro eodem in suis titulis intratos, et allocantur eidem de mandato quo supra simul et per litteram publicam dicti Johannis Vincent de testimonio premissorum confessioneque et recepta superius redditam in libratīs siliginis, videlicet pro annis Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono et octuagesimo, ad rationem octo sestariarum vini per annum

- XVI sestaria vini

Libravit manu Hugonini Grillion de Burgondia, habitatoris et manderii Quarti, ad expensas ducentorum quinquaginta sex hominum operariorum de roydīs seu corvatis, putancium palos et perticas colligencium, portancium, plantancium, ligancium, fodencium, ebrotancium, aquancium, sarculancium, mondificancium vineas domini de Contanci, de Villa Franca et de Crista in anno Domini millesimo [XLVIII] tercentesimo septuagesimo nono in ipsisque vineis suprascripta implicancium eodem anno, ad que vacaverunt quasi per unam diem, capiente quolibet per diem unum quarteronum vini ut supradicti, et allocantur eidem de mandato modisque et causis superius in libratīs siliginis declaratis

- XVI sestaria vini

61

Opera vinearum anno millesimo tercentesimo octuagesimo:

Libravit manu supradicti Hugonini Grillion ad expensas duodecies viginti et quatuor hominum operariorum operancium, collencium et preparancium dictas vineas modo in particula proxime precedenti declarato, ipsasque vindemiancium in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo, vacancium ad predicta quasi per unam diem, capiente quolibet ipsorum ut supra, et allocantur eidem de mandato quo supra et per litteram publicam dicti Hugonini superius redditam in libratis siliginis - XV sestaria, I quartanam vini

Opera vinee de Ryns de anno millesimo tercentesimo septuagesimo nono:

Libravit manu Theobaldi de Crista, mistralis de Roysano, ad expensas triginta trium hominum manuoperariorum de roydis seu corvatis, dictas vineas de Rins putancium, fodencium, ebrotancium et vindemiancium vineas domini de Rins in anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, vacancium ad predicta quasi per unam diem, capiente quolibet ut supra, et allocantur eidem de mandato, modis et causis superius in libratis siliginis plenius declaratis

- II sestaria, I quarteronum vini

octuagesimo:

Libravit manu dicti Theobaldi, mistralis, ad expensas triginta trium hominum manuoperariorum de roydis seu curvatis, dictas vineas domini de Ryns putancium, fodencium, ebrotancium, fodencium,⁹⁷ ligancium et vindemiantibus in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo, ad que vacaverunt quasi per unam diem, capiente quolibet ut supra, et allocantur eidem de mandato modis et causis superius declaratis in libratis siliginis

- II sestaria, I quarteronum vini

octuagesimo primo:

Libravit manu dicti Theobaldi, mistralis, ad expensas decemnovem hominum operariorum de roydis seu corvatis, quasi per unam diem putantibus, propagancium, fodencium, ligancium, ebrotancium⁹⁸ et vindemiancium dictas vineas domini de Ryns in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo, capiente quolibet ut supra, et allocantur eidem de mandato modis et formis superius declaratis in libratis siliginis

- I sestarium, III quarteronos vini

⁹⁷ Répété.

⁹⁸ Le mot *ebrotancium* est effacé.

octuagesimo secundo:

Libravit manu eadem ad expensas decemnovem hominum operariorum de roydīs seu corvatis, quasi per unam diem vacancium in putacione, propagacione, fodendo, ligando, ebrotando et esfoilliando dictam vineam domini de Ryns in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, et allocantur eidem de mandato modis et formis superius declaratis in libratis siliginis - I sestarium, III quarteronos vini

Opera terre de Rins de anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono:

Libravit manu supradicti Theobaldi, mistralis, ad expensas sexaginta quinque hominum manuoperariorum de roydīs seu corvatis, arancium ter cum bobus, retochiantibus,⁹⁹ seminantibus avenam in septem sestariatis terre domini de Ryns et ipsam avenam metentibus, recolligentibus, flagellantibus et mondificantibus in anno Domini millesimo CCC septuagesimo nono, vacancium ad idem quasi per unam diem, capiente quolibet unum quarteronum vini ut alii supradicti, et allocantur eidem de mandato, modis et formis in libratis siliginis plenius declaratis - IIII sestaria, I quarteronum vini

Libravit manu eadem ad expensas duodecim hominum quasi per unam diem vacancium, de roydīs seu corvatis, in cultivando, arando ter cum bobus et seminantibus¹⁰⁰ frumentum in quinque sestariis et una eminata terre domini de Ryns supradicte in anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, vacantibus¹⁰¹ ad predicta quasi per unam diem, capiente quolibet ut supra, et allocantur eidem de mandato, modis et formis supradictis in libratis siliginis - I sestarium vini

62 Libravit manu eadem ad expensas viginti octo hominum manuoperariorum de roydīs seu corvatis, quasi per unam diem rigancium una vice frumentum in predictis quinque sestariatis et una eminata terre, seminancium ipsumque frumentum recolligencium, flagellancium et mondificancium ipso anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo, capiencium quolibet ut supra, et allocantur eidem de mandato, modisque et formis superius in libratis siliginis plenius declaratis - I sestarium, III quartanas vini

⁹⁹ Lire *retochiancium* etc.

¹⁰⁰ Lire *seminancium*.

¹⁰¹ Lire *vacancium*.

Libravit manu eadem ad expensas quindecim hominum manu [XLV] perariorum de roydys seu corvatis, cultivancium duas seycuriatas terre predictae de Ryns bina vice anno Domini millesimo CCCXXX, et in ipsis seminantibus¹⁰² pisa cisera, ipsa sarculancium, extrahencium, colligencium et reponencium cum suis animalibus, ad que vacaverunt diversis temporibus quasi per unam diem, capiencium quolibet ut supra, et allocantur eidem de mandato modisque et formis superius plenius declaratis in libratis siliginis - III quartanas, III quarteronos vini

Libravit manu eadem ad expensas duodecim hominum operariorum de roydys seu corvatis, collencium trina vice unam modiatam terre predictae de Rins et in ipsa seminancium, cum bobus suis, frumentum anno quo supra millesimo tercentesimo octuagesimo, quasi per unam diem, capiente quolibet ut supra, et allocantur eidem de mandato modisque et formis superius lacius contentis in libratis siliginis - III quarteronos vini

Libravit manu eadem ad expensas quinquaginta unius hominum operariorum, de roydys seu corvatis, aquancium una vice frumentum ut premititur seminatum, ipsum metencium et reponencium, quasi per unam diem, in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo, capiencium quolibet ut supra, et allocantur eidem de mandato modisque et formis superius in libratis siliginis descriptis

- II sestaria, III quarteronos vini

Libravit manu eadem ad expensas decem novem hominum operariorum, de roydys seu corvatis, cultivancium et mundificancium du gramon quinque sestariatas predictae <terre> de Rins, in quibus seminatum fuit frumentum de quo supra computat anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo, quasi per unam diem, et allocantur sibi de mandato modisque, formis et racionibus superius in libratis siliginis declaratis

- I sestarium, III quarteronos vini

Libravit manu eadem ad expensas viginti quatuor hominum operariorum, de roydys seu corvatis, metencium, colligencium et reponencium frumentum ut supra seminatum, in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, quasi per unam diem, capiente quolibet ut supra, et allocantur eidem de mandato quo supra per litteram publicam dicti mistralis de testimonio premissorum superius redditam in libratis siliginis

- I sestarium et dimidium vini

¹⁰² Lire *seminancium*.

Rivus de Ryns:

Libravit manu Theobaldi de Crista, mistralis de Roysan, ad expensas viginti quatuor hominum operariorum de roydys seu corvatis, reparancium et refficiencium rivum pratorum domini vocatorum de Rins, in anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo: - III eminas vini. Item, manu eadem, ad expensas viginti octo operariorum vacancium in reparacione dicti rivi quasi per unam diem, de roydys seu corvatis, in anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, quo anno propter inundaciones aquarum fuit bis destructus: - III eminas, I quartanam vini. Item manu eiusdem mistralis ad expensas quatuordecim hominum operariorum de roydys seu corvatis, refficiencium et reparancium dictum rivum de Ryns in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo: - III quartanas et dimidiam vini. Item manu eadem ad expensas undecim operariorum de roydys seu corvatis, refficiencium et reparancium dictum rivum in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo, ad que vacaverunt quasi per unam diem, capiente quolibet ut supra: - I eminam, III quarteronos vini. Et allocantur eidem de mandato et modis quibus supra

- III sestaria, eminam, I quartanam vini

[XLVI] Libravit manu Hugonini Borgoignon et Johannis Vidondo, manderiorum, ad expensas tresdecim hominum operariorum de roydys seu corvatis, vacancium quasi per unam diem recolligendo et levando fenum decimarum pratorum domini de Stanno et herbagiorum domino debitorum a Maladeria usque ad Pontem Lapideum, in anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, capiente quolibet per diem unum quarteronum vini ut alii supra: - III quartanas, I quarteronum vini. Item manu eadem ad expensas quatuordecim hominum de roydys seu corvatis, predictas decimas et herbagia colligencium quasi per unam diem in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo, capiente quolibet ut supra: - III quartanas et dimidiam vini. Item manu eadem ad expensas duodecim hominum de roydys seu corvatis, quasi per unam diem dictas decimas et herbagia domini in locis predictis colligencium quasi per unam diem, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo, capiente quolibet ut supra: - III quartanas vini. Item manu eadem ad expensas tresdecim hominum de roydys seu corvatis, quasi per unam diem vacancium recolligendo dictas decimas et herbagia in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, capiente quolibet ut supra: - III quartanas, I quarteronum vini. Et allocantur eidem de mandato, modis et formis in libratis siliginis declaratis

- III sestaria, I quartanam vini

Opera fontis:

Libravit manu Hugonini Grillion, manderii Quarti, ad expensas viginti duorum hominum operariorum, de roydys seu corvatis, vacancium quasi per unam diem cindendo bornellos in nemore domini supra Quartum et illos aducendo ad castrum de Quarto pro reparacione bornellorum dicti castrum fienda, in anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, capiencium quolibet ut supra: - I sestarium, I quartanam et dimidiam <vini>. Item ad expensas, decem octo hominum de roydys seu corvatis, vacancium quasi per unam diem cindendo bornellos ut supra ad idem in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo: - I sestarium, dimidiam quartanam vini. Item, manu eadem, ad expensas quatuordecim hominum operariorum de roydys seu corvatis quasi per unam diem vacancium ad predicta pro eodem, in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo: - III quartanas et dimidiam vini. Et allocantur eidem de mandato, modis et formis superius in libratibus siliginis plenius declaratis

- III sestaria, I quartanam et dimidiam vini

Libravit manu Johannis dicti Cuas de Dovia, porterii castrum de Quarto, ad expensas viginti octo hominum operariorum de roydys seu corvatis, vacancium quasi per unam diem perforando bornellos novos, ipsosque implicancium, et alios veteres fontis Quarti reparancium, in anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, capiencium quolibet ut supra: - I sestarium, emnam, I quartanam vini. Item manu eadem ad expensas viginti duorum hominum operariorum de roydys seu corvatis, vacancium quasi per unam diem bornellos novos perforando pro eodem: - I sestarium, I quartanam et dimidiam vini. Item et manu eadem ad expensas viginti quinque hominum operariorum de roydys seu corvatis, quasi per unam diem vacancium ad predicta pro eodem, in anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo primo, capiencium ut supra: - III eminas, I quarteronum vini. Et allocantur eidem de mandato, modis et formis superius in libratibus siliginis declaratis

- III sestaria, emnam, III quarteronos vini

Libravit manu Hugonini, manderii de Quarto, ad expensas viginti quatuor hominum operariorum de roydys seu corvatis, vacancium quasi per unam diem aducendo undecim planchias de nemore de Effra in castrum Quarti ad opus pontis porte dicti castrum refficiendi, quia pons qui

ibidem prius factus fuit destructus et putrefactus, ad que vacaverunt quasi per unam diem, capiente quolibet ut supra: - III quartanas vini. Item manu eadem ad expensas sex operariorum de roydys seu corvatis, dictum pontem quasi per unam diem vacancium in reparacione dicti pontis in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo, capiente quolibet ut supra: - III quartanas et dimidiam vini. [XLVII] Item manu eadem ad expensas duodecim operariorum, quorum sex fuerunt reysiatores reysiantes fustam et ipsam implicantes in refectione magni pontis de Quarto supra torrentem, et alii sex iuverunt dictos reysiatores ad refficiendum dictum pontem, vacancium ad predicta quasi per unam diem, capiente quolibet carpentatore unum quarteronem et dimidium vini, et quolibet alio homine unum quarteronum vini tantum: - III quartanas, III quarteronos vini. Item et ad expensas viginti duorum hominum operariorum de roydys seu corvatis, apportancium lapides iuxta dictum pontem ad faciendum unum murum subtus dictum pontem pro fortificatione ipsius pontis, qui murus nundum est factum, vacancium ad predicta quasi per unam diem, capiente quolibet unum quarteronum vini ut supra: - I sestarium, I quartanam et dimidiam vini. Et allocantur eidem de mandato, causis et modis superius in libratis sili-ginis declaratis - III sestaria, I quartanam, III quarteronos vini

65

Libravit manu Theobaldi de Crista, mistralis de Roysano, ad expensas vigintiseptem hominum operariorum de roydys seu corvatis, vacancium quasi per unam diem in reparacione chivronorum tecti grangie domini vocate de Rins, quia chivroni dicte grangie pro maiori parte alter ab altero separati erant, in anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, capiente quolibet ut supra: - III eminas, III quarteronos vini. Item ad expensas triginta septem operariorum de roydys seu corvatis, serviencium Girardo Borgoignion de Villa Francha in reparacione tectorum tam castri de Quarto quam grangie domini vocate de Rovoyria, in anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, quam eciam in medietate tecti grangie domini vocate de Rins, et in tecto orrei seu granerii domini de Roysan, in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, ministrando eidem carpentatori supra dictis tectis necessaria in reparacione ipsorum, vacancium ad predicta quasi per unam diem, capiente quolibet ut superius dictum est. Quorumquidem hominum, tresdecim ex ipsis librati fuerunt manu dicti mistralis, et residui expensis dicti castellani: - II sestaria, I quartanam, I quarteronum vini. Item ad

expensis duodecim carpentatorum et sex manuoperariorum de roydis seu corvatis, ressiantium et reparantium orreum seu granerium domini de Roysan in anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo secundo, capiencium quolibet carpentatore unum quarteronum et dimidium vini et quolibet alio manuoperario unum quarteronum vini ut supra, vacancium ad predicta quasi per unam diem: - I sestarium vini. Et allocantur eidem de mandato, causis et modis superius declaratis in libratis siliginis - V sestaria et dimidium vini

Libravit ad expensas tresdecim operariorum de roydis seu corvatis, aducencium cum suis asinis decem octo milliaria cindulorum seu tavailionorum peyssie per ipsum emptorem a Jaquimino Borrón de Valle Pellina ut supra in libratis siliginis et infra in libratis pecunie, a dicto loco Vallispelline apud Quartum, Rovoeriam, Roysan et apud Rins, ad que vacaverunt quasi per unam diem, capiente quolibet ut supra et allocantur eidem de mandato, causis et formis superius in libratis siliginis plenius declaratis - III quartanas, I quarteronum vinim

Libravit manu Johannis Vidondo, mistralis Quarti, et Hugonini, manderii dicti loci, ad expensas sexcies viginti decemseptem hominum operariorum de roydis seu corvatis, faciencium et cindencium ligna in insulis domini de Quarto, de quibus in recepta computat ut infra, vacancium ad predicta quasi per unam diem, capiente quolibet ut alii operarii supradicti, et allocantur eidem de mandato, modis et causis superius in libratis siliginis descriptis

- VIII sestaria et dimidium, I quarteronum vini

Libravit ad expensas hospicii domini, factas Auguste in mense novembris anno subscripto, manu Petri Vicini, clerici et thesaurarii¹⁰³ expensarum hospicii domini, qui de ipsis nisi computaverit domino computare debet, ut per litteram domini de testimonio pre[XLVIII] missorum confessioneque et recepta, datam Auguste die XXIII novembris, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo, sub sigillo domini cum sigillo dicti Petri Vicini superius redditam in libratis siliginis - XLII sestaria vini

66 Libravit ad expensas quatuor hominum et sex mulierum operariorum de roydis seu corvatis colligencium nuces arborum domini de Quarto et de Ryns, in anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo, vacancium quasi per unam diem, capiencium quolibet tam homine quam

¹⁰³ Dans la marge gauche: *Petrus Vicini*.

muliere unum quarteronum vini per diem, et allocantur eidem de mandato et relazione quibus supra in libratis siliginis

- II quartanas et dimidiam vini

Libravit ad expensas trium hominum et quinque mulierum de roydys seu corvatis, vacancium quasi per unam diem in succuciendo et recolligendo nuces arborum domini dicti loci de Quarto et de Ryns,¹⁰⁴ capientibus ut supra in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo, et allocantur eidem ut supra de eisdem mandato et relazione

- I eminam vini

Libravit tribus hominibus et quinque mulieribus de roydys seu corvatis, vacantibus quasi per unam diem colligendo nuces arborum domini loci predicti de Quarto et de Ryns,¹⁰⁵ capientibus ut supra in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo, et allocantur eidem de mandato et relazione quibus supra in libratis siliginis

- I eminam vini

Deducuntur eidem de preysia dicte castellanie anni Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primi, que per prutredinem¹⁰⁶ consumpta fuerunt penes ipsum a casu per litteram domine de mandato deducendi, cuius tenor talis est:

“Bona de Borbonio, Sabaudie comitissa, dilectis nostris magistris et receptoribus computorum carissimi domini nostri comitis, salutem. Mandamus vobis quatenus dilecto nostro Hugoni Roda de Chamberiaco, castellano Quarti, sex modia vini ex quantitate vini annuali per eum computare solita de preysia anni Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo, que per putredinem consumpta fuerunt, penes ipsum a casu de ipsius castellani primo computo deducatis et detrahatis sine difficultate quacumque. Datum Rippaillie, die XVIII mensis Augusti anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, per dominam, presente domino Aymone de Chalant. Micheletus de Corso”.
Quam litteram reddit

- VI modia vini

Libravit ex vendicione sibi facta nomine et vice domine per dominum Aymonem de Chalant, militem, consiliarium et magistrum hospicii domine, ut infra in vendicionibus in fine presenti computi

- XLII modia, IIII sestaria, I eminam vini

¹⁰⁴ Les mots *et de Ryns* sont effacés.

¹⁰⁵ Les mots *et de Ryns* sont effacés.

¹⁰⁶ Lire *putredinem*.

- XL modia, I sestarium vini, in dorso¹⁰⁷

Summa librate:

- C XIX modia, IX sestaria et dimidium vini ad magnam mensuram

Et sic debet:

- LXXIII modia, III sestaria, III quartanes¹⁰⁸ et dimidiam vini

Et: - II modia vini aceti

Respondet in computo sequenti.

67

Fenum:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de marescalcia per annum circa festum beati Johannis Baptiste, anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, a personis, locis et villagiis in computo precedenti specificice et particulariter nominatis et descriptis - XXXIIII fassos et XII^{um} unius fassi feni teysiati

Recepit ab eisdem ibidem pro eodem et eodem termino festi beati Johannis Baptiste anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo

- XXXIIII fassos et XII^{um} unius fassi feni teysiati

Recepit ab eisdem ibidem pro eodem et eodem termino festi beati Johannis Baptiste anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo

- XXXIIII fassos et XII^{um} unius fassi feni teysiati

Recepit ab eisdem ibidem pro eodem et eodem termino festi beati Johannis Baptiste anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo

- XXXIIII fassos et XII^{um} unius fassi feni teysiati

Recepit manu Aymoneti Peccion de et pro exitu decimarum que levantur in certis possessionibus existentibus a torrente Clausi Novi, inter Sarro et Augustam, usque ad civitatem Auguste, in quibus dominus percipit duas partes medietatis et reliquam terciam partem ipsius medietatis percipit dominus Jacobus Bonerii de Dovia, canonicus augustensis, reliquam vero medietatem percipit dominus de Monte Joveto, sicut superius dicitur in frumento, siligine et vino in anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, respondet plus de quinque fassis feni quam in computo precedenti, et fit eidem similis iniunctio que supra in frumento, siligine et vino - XIX fassos feni

Recepit manu eadem pro exitu eiusdem decime in anno [XLIX] Domini millesimo tercentesimo octuagesimo, et respondet minus de

¹⁰⁷ Dans la marge gauche: *vide dorsum*.

¹⁰⁸ Lire *quartanas*.

duobus fassis feni quam in anno proxime precedenti, nec inde plus
recepit ut suo asserit iuramento - XVII fassos feni

Recepit manu eadem de exitu dicte decime in anno Domini
millesimo tercentesimo octuagesimo primo, et respondet plus ipso anno
de tribus fassis feni quam anno proxime precedenti - XX fassos feni

Recepit manu eadem de exitu dicte decime in anno Domini
millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, et inde nichil plus recepit
ut suo asserit iuramento - XX fassos feni

Recepit de exitu decimarum pratorum vocatorum de Stanno, sitorum
subtus Sanctum Christoforum, domino pertinencium ex causa
permutacionis facte per predecessores domini de Quarto quondam cum
curato tunc Sancti Christofori, ut in computo precedenti in quo dicto
castellano fuit iniunctum quod in presenti computo veniet de dicta
permutacione informare paratus, cuius iniunctionis vigore apportavit
instrumentum permutacionis tenoris subsequens:

- 68** “Anno Domini millesimo CCC vicesimo nono, indicione duodecima,
die prima mensis junii, Auguste, in capitulo Augustensi Sancte Marie,
presentibus testibus vocatis et rogatis domino Rinaldo, capellano Quarti,
domino Petro, prebendario Sancti Augustini, et Bonifacio de Valle
Pellina, clerico, notum sit omnibus quod per permutacionem et
cambium fecerunt sibi vicissim ex nunc et imperpetuum inter potentem
virum dominum Jacobum, dominum de Quarto, militem, ex una parte, et
dominum Humbertum, curatum ecclesie Sancti Christofori, nomine suo
et ecclesie sue predicte et successorum eius, ex altera, de rebus et
possessionibus infrascriptis, videlicet quod idem dominus de Quarto,
nomine suo et heredum successorumque suorum, in permutacione rerum
infrascriptarum, dedit, tradidit et concessit sicut melius potuit, sine
fraude, dicto domino Humberto, curato dicte ecclesie Sancti Christofori
recipienti suo nomine et dicte eius ecclesie et rectorum eius qui pro
tempore fuerunt, illud quod est et reperire poterit de novali in vinea
dicte ecclesie supra ipsam ecclesiam sita, et illud novale quod est ibidem
in eadem possessione a via de Revoria usque ad pedem muscatelli et
usque ad fondum combe, salvis arboribus presentibus que restant cuius
sunt ad prius, item et triginta solidos et octo operarios annuales in
quibus tenetur dicta ecclesia Sancti Christofori erga dictum dominum de
Quarto pro aqua rivi Magni Rivi, retenta condicione quod si rivus
predictus remaneret ita quod ipsa ecclesia habere non possit suam
aquam, quod ipsa ecclesia et eius rector omni anno percipiant
quadraginta solidos super clausum de Stanno dicti domini de Quarto, eo

recepto eciam quod si ovale evenerit in ipso rivo, quod rectores dicte ecclesie juvare se debent in rivo restaurando pro rata aliorum secundum quod habent de aqua; et versa vice idem dominus Humbertus, curatus dicte ecclesie Sancti Christofori, nomine suo et dicte sue ecclesie et rectorum ipsius, ex nunc et imperpetuum dedit, tradidit et concessit sicut melius poterit, sine fraude, ipsi domino de Quarto et suis heredibus et eorum causam habentibus imperpetuum, in permutacione et scambio predictarum rerum, primo totam decimam tocuis clausi de Stanno quod habet ibidem dictus dominus de Quarto in feno, blado et aliis quibuscumque que percipere posset ibidem dicta ecclesia racione decimacione, item tres sestariatas cum eminata terre quas infra dictum clausum habere dicitur dicta ecclesia, promictens idem dominus de Quarto nomine suo et quo supra et dictus curatus nomine suo et quo supra firmiter contra omnes personas et ab omnibus personis quilibet eam a se promissam et concessam ut supra sibi vicissim garentire, deffendere et manutenere imperpetuum, recipientibus ut supra pro duodecim denariis servicii omni anno in Sancto Stephano sibi vicissim huic inde faciendis et pro duobus solidis tocuis placiti quando acciderit sine plus capere, devestiando se quilibet ipsorum de re a se permutata sibi permutatam possessionem ceperit corporalem quam accipiendi et de cetero retinendi sibi ...¹⁰⁹ licenciam omnimodam tradiderunt et concesserunt, que constitucio pro vera tradicionem habeatur, predicta autem omnia et singula laudavit, grantavit, ratificavit et confirmavit venerabilis vir Guillelmus de Quarto, archidiaconus Auguste, preterea ad requisicionem et mandatum prefati curati, predicta omnia et singula laudaverunt, grantaverunt et confirmaverunt imperpetuum et non contravenire promiserunt reverendus in Christo Pater dominus Nycolaus,¹¹⁰ Dei gratia episcopus augustensis, nec non eciam capitulum ecclesie Sancte Marie, ad hoc specialiter convocatum, in cuius rei testimonium sigilla sua una cum sigillo prefati domini de Quarto et dicti curati Sancti Christofori duxerunt presentibus movenda ad hoc et propter hoc quod de predictis maioris roboris obtineant firmitatem, renunciando huic et inde omni excepcioni, doli, mali, metus et instrumento condicionis sine causa vel ob causam non secutam ac eciam

¹⁰⁹ Illisible.

¹¹⁰ Nicholas II de Bersatoribus de Pignerol (Turin), évêque d'Aoste, neveu de Nicholas I, fut consacré le 22 septembre 1327 et mourut en 1361. Il aménagea dans l'évêché une chapelle en l'honneur de Saint Thomas, archevêque de Cantorbéry.

excepcioni pronunciacionis et concessionis ac promissionis non factarum et omni iuri canonico et civili. Et inde iussum fuit michi notario fieri et tradi duo publica instrumenta unius tenoris dicenda et melioranda semel et plures consilio sapientis. Egoque Aymo Parmerii de Balma, notarius publicus imperiali auctoritate, scripsi fideliter et signavi.

Nos quoque vero Nycolaus, Dei gratia episcopus Augustensis, ad requisicionem dicti curati, in testimonio premissorum presens instrumentum sigilli nostri duximus munimine roborari”.

69 Quod quidem instrumentum exhibet in presenti computo et penes se retinet pro ipso restituendo dicto curato Sancti Christofori, et computat pro termino festi beati Johannis Baptiste, anno Domini millesimo [L] tercentesimo septuagesimo nono, et respondet plus de novem fassis feni quam in computo precedenti - XXIII fassos feni

Recepit de et pro exitu dicte decime circa festum nativitatis beati Johannis Baptiste anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo, et respondet minus de uno fasso feni quam in anno proxime precedenti, nec inde plus recepit ut suo asserit iuramento - XXIII fassos feni

Recepit de et pro exitu dicte decime circa festum nativitatis beati Johannis Baptiste, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo, et respondet minus de uno fasso feni quam in anno proxime precedenti, nec inde plus recepit ut suo asserit iuramento

- XXII fassos feni

Recepit de exitu dicte decime circa festum nativitatis beati Johannis Baptiste anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, et respondet plus de uno fasso feni quam in anno proxime precedenti, nec inde plus recepit ut suo asserit iuramento - XXIII fassos feni

De exitu decime pratorum de Ryns nichil computat quia dominus ipsam remisit preposito Auguste, ut supra in frumento et siligine.

Herbagia:

Recepit manu Johannis Vidondo, habitatoris Quarti, de et pro herbagio seu exitu herbagiorum que levantur a Ponte Lapideo usque prope Maladeriam Quarti, in certis pratis inter dictos confines existentibus, ultra alia herbagia debita per nonnullos cives et burgenses Auguste, redacta ad pecuniam de qua computat inferius in <titulo>

denariis¹¹¹ census, et quia in computo precedenti eidem fuerat iniunctum quod in presenti computo declararet modum levandi dicta herbagia, nomina debencium et prata supra et in quibus levantur, tociusque negotii veritatem, dicit quod hoc facere non potuit quia regithie dicti loci Quarti recipiuntur per Johannem Gontereti notarium, procuratorem et receptorem extentarum domini in Valle Augusta, que tamen nundum sunt complete, quare iterato iniungitur eidem quod dictas extentas compleri et terminari procuret, taliter quod in suo computo sequenti predicta omnia ad plenum valeat computare et de eisdem particulariter informare. Et computat pro termino festi nativitatis beati Johannis Baptiste anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, nec inde plus recepit ut dicit, et respondet minus de dimidio fasso feni quam

70

Recepit manu eadem pro eodem exitu herbagiorum in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo, nec inde plus recepit ut dicit, et fit eidem¹¹² similis iniunctio que supra proxime

- IX fassos et dimidium feni

Recepit manu eadem pro eodem exitu herbagiorum in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo, nec inde plus recepit ut asserit, et fit eidem¹¹³ similis iniunctio que supra

- IX fassos et dimidium feni

Recepit manu eadem pro eodem exitu herbagiorum in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, nec inde plus recepit ut suo asserit iuramento, et fit eidem¹¹⁴ similis iniunctio que supra proxime

- IX fassos et dimidium feni

Herbe pratorum:

De exitu primi feni prati domini vocati Olles,¹¹⁵ siti subtus et inter Sanctum Christoforum et Quartum, quod pratum dominus Henricus, dominus de Quarto quondam, una cum quibusdam terris contiguas aquisitis per eum a nonnullis agricolis tradidit ad censam seu firmam per sex annos, inceptos anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo quinto, circa festum Omnium Sanctorum, Jaquimino de Canali de Dovia, burgensi de Porta Sancti Ursi, et Jaquimino dicto Brigant de Effra,

¹¹¹ Lire *denariorum*.

¹¹² Dans la marge gauche: *idem*.

¹¹³ Dans la marge gauche: *idem*.

¹¹⁴ Dans la marge gauche: *idem*.

¹¹⁵ Lire *Ollees*.

sub condicionibus et pactis habitis inter partes, quod ipsi Jaquiminus de Canali et Jaquiminus Brigant teneantur et debeant murgerios, boyssonos et aliquas alias occupaciones¹¹⁶ existentes in predictis accensatis tollere et remove, dictum pratum tenere clausum et bene adaquatum per dictum tempus pro primo feno parato in dicto prato in parvis muellis, et dicti Jaquiminus et Jaquiminus debent percipere recorsum et aliam herbam postea sequentem et crescentem in prato, et sub aliis pactis contentis in instrumento recepto per Johannem de Gontereto notarium, non computat in feno pro anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono et octuagesimo quia [LI] pro ipsis duobus annis inferius computabit in firmis pecunie ad rationem viginti quatuor florenis boni ponderis de firma per annum duobus annis supradictis.

De exitu dicte pecie prati vocati de Ollees nichil computat in feno pro annis Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo et octuagesimo secundo quia dominus dictam peciam prati cum certis aliis infrascriptis peciis prati et aliis peciis terre et vinearum, de quibus superius fit expressa mencio, albergantur Anthonio, filio Aymonis Palmerii quondam, pro certis usagiis annualibus de quibus inferius in denariis census plenius mencio habetur, ubi littera dicti albergamenti de verbo ad verbum est copiata, data Aquiani die vicesima sexta mensis januarii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo, quam ostendit in presente computo et penes se retinet pro ipsa restituenda dicti Anthonii Palmerii. In quaquidem littera inter cetera continentur clausule que secuntur:

- 71 “Et primo unam peciam prati jacentem in parrochia Sancti Christofori loco dicto La Rovoeri, cum domicilio, curtibus, placiis et orto retro domicilium sito, cuius tocius pecie confines dicuntur esse de prima parte, secunda, tertia et quarta via publica. Item unam peciam prati jacentem ibidem, que peciam vocatur Pratum deis Pomers, cuius confines dicuntur esse de prima parte via publica, de secunda via publica de comba, de tertia via que dicitur Castellania, de quarta res Jaquemodi de Blavy, de quinta res Parvi Aymoneti de Grangia de Segnins, ...¹¹⁷ de quarta via publica, de quinta res Jaquemeti Gorrac de

¹¹⁶ Obstacles.

¹¹⁷ Le scribe semble avoir ici oublié une autre *peciam prati* qui figure dans le acte d'inféodation suivant : *Item unam peciam prati jacentem ibidem que dicitur Pratum de Palacio, cuius confines dicuntur esse de prima parte via publica, de secunda comba, de tertia res Aymoneti de Grangia de Segnins, de quarta via publica, de quinta res Jaquemeti Gorrac de Soreley.*

Sorelay. Item unam peciam prati jacentem ibidem subtus domicilium, cuius confines dicuntur esse de prima parte via publica, de secunda res predicti Jaquemeti Gorracz, de tercia res predicti Aymoneti de Grangia, de quarta res Johannis de Grangia de Segnins, de quinta comba, cum aqua unius bornelli ferrandi ad equaliorum bornellorum ibidem per dominos Quarti quondam haberi solitum in uno ex bornellis ibidem existentibus de rivo videlicet vocato de Preposito, habenda et percipienda annis singulis toto tempore, die noctuque, incipiendo quam cito dictus rivus trahitur et tenendo prout supra usque ad festum beati Michaelis, ita et taliter quod aqua predicta dicto Anthonio et suis, sumptibus nostris, reddatur citra magnum Larvotz de Porroczan rivi predicti a parte de Segnins, eo salvo quod idem Anthonius et sui, annis singulis, in reparacione dicti rivi sumptuare debeat duodecim homines operarios expensis ipsius Anthonii et suorum, qui duodecim homines producentur custodi rivi predicti et si forte ovale in dicto rivo eveniret aliquo tempore infuturum, ipse Anthonius et sui, in quolibet ovali in eodem rivo accidente, teneantur et debeantur se iuvare pro dicto rivo refficiendo de viginti quinque hominibus operatoribus, sumptibus Anthonii antedicti, qui eciam dicto custodi producentur prout supra. Item unam peciam prati et terre jacentem in parrochia Sancti Christofori, loco ubi dicitur Ollees, cuius confines dicuntur esse de prima parte via publica, de secunda res confratrie Sancti Spiritus de Sancto Christoforo, de tercia res que fuerunt de la Raymondieri, de quarta res Anthonii de la Martina de Balma Quarti, de quinta res Nycoleti Oddonis de Segnins, de sexta res que fuerunt Johannis et Anthonii de Canali de Quarto, de septima res illorum de Yrisan, de octava strata publica, de nona thorrens de Bagnieres, cum aqua rivi vocati de fratre Boudino habenda et percipienda annis singulis, qualibet ebdomada tribus diebus et duabus noctibus tempore rivi predicti currentis, iure tamen domus et conventus Sancti Ursi Auguste in aqua dicti rivi reservato, dictus vero Anthonius et sui teneantur se iuvare annis singulis, eorum sumptibus, in reparacione et custodia dicti rivi prout et quemadmodum tenentes prata claustrum de Stanno facere et iuvare sunt soliti in eisdem, videlicet pro rata pecie prati et terre de Ollees antedictae, rata eciam dictorum pratorum de Stanno computatis, et si forte casus ovalis in dicto rivo aliquo tempore eveniret, videlicet propter ruynam de Bagnieres, ipse Anthonius et sui, cum dictus casus eveniret, teneantur et debeant sumptuare, pro dicto ovali re [LII] parando, viginti quinque operadores qui familiaribus nostris procurentur

residuum vero reparacionis dicti ovalis, quod dicti vigintiquinque operatores una die reparare non possent, nos illud facere debeamus”.

72

In quaquidem littera albergamenti plures alie clausule, contractus, pacta et convenciones, prout infra in titulo denarii census lacius apparet, continentur.

De exitu prati domini vocati de Ryns, continentis circa decem septem seyturatas, nichil computat in feno pro annis Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, octuagesimo, octuagesimo primo et octuagesimo secundo, quia dictus castellanus ipsum pratum tradidit ad firmam predictis quatuor annis Petro Morelli de Rivo, Theobaldo, mistrali de Roysan, et Girardo dicto Vagniour de Rins, pro decem septem florenis auri boni ponderis de firma per annum, solvendis quolibet dictorum quatuor annorum in festo beati Stephani, de quibus inferius in firmis pecunie computat.

De exitu cuiusdam pecie prati siti ad Lunyczan, parrochie de Roysano, continentis circa unam seyturatam et dimidiam, nichil computat in feno pro annis Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, octuagesimo et octuagesimo primo quia dictus castellanus ipsam peciam prati eisdem tribus annis tradidit ad firmam Theobaldo, mistrali de Roysan, pro uno floreno auri boni ponderis de firma quolibet dictorum trium annorum solvendis in festo beati Stephani yemalis, de quibus infra in titulo firmarum pecunie ad plenum computabit.

De exitu eiusdem pecie prati nichil computat pro anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, quia dictus castellanus ipsam peciam prati cum quadam pecia terre ibidem contigua, que longo tempore vivente domino de Quarto propter sterilitatem ipsius terre permanserit vacua, et quod casale ibidem existente¹¹⁸ albergavit et in feudum perpetuo tradidit Theobaldo, mistrali de Roysan, pro duobus modiis siliginis de reddito per annum, solvendis singulis annis in festo beati Michaelis, de quibus primo computare debet pro termino festi beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio in suo computo sequenti et non ante, ex pacto facto per dictum castellanum cum dicto Theobaldo, de quoquidem albergamento recepit instrumentum publicum Johannes Gontereti notarium sub anno Domini

¹¹⁸ Dans la marge gauche: *Computat de isto [...] in computo sequenti in titulo firmarum pro anno Millesimo tercentesimo septuagesimo X secundo.*

millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, mense aprilis, ut idem Johannes Gontereti prius in computo testificatur.

Recepit a Petro Bruneti de Tharantesia, dicto Chol, habitatore Quarti, pro exitu seu firma cuiusdam pecie prati et gerbi, seu olim vocate de Plantatis, site prope Quartum, quod solet esse vinea sicut superius in vino, quam peciam prati dictus Petrus coluit ad medium fenum in anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono et inde nichil plus recepit ut dicit - I fassum feni

Recepit ab eodem pro eodem et eodem modo in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo et nichil plus recepit ut dicit

- I fassum feni

De firma seu exitu dicte pecie prati nichil computat in feno pro annis Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo et tercentesimo octuagesimo secundo quia dictus castellanus ipsam peciam prati albergavit et ad feudum perpetuo tradidit dicto Petro Bruneti de Tharantesia, dicto Chol, habitatori Quarti, prout supra in receptis siliginis plenius continetur.

De exitu pratorum domini vocatorum de Revoyra, sitorum supra Sanctum Christoforum in pluribus peciis, nichil computat in feno quia de ipso computat infra in firmis pecunie pro annis Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono et tercentesimo octuagesimo. Et pro annis Domini millesimo CCC octuagesimo primo et tercentesimo octuagesimo secundo nichil computat quia albergata fuerunt per dominum Anthonio Palmerii, prout supra et infra plenius continetur.

73

Summa, computatis singulis quinque fassis feni non teysiatis pro tribus fassis teysiatis, ut in computo precedenti

- II^C VIII fassi feni communes

Et: - VI^{XX} XVI fassi et tercius unius fassi feni teysiati

De quibus libravit ad expensas sexcies viginti asinorum apportancium quasi per unam diem calcem et arenam necessarias in reparacione [LIII] turris et camere castri domini Quarti, igne crematarum casu fortuito ut supra in libratis siliginis, reparatarum manu Johannis Picteti, factoris et familiaris dicti castellani in anno Domini millesimo CCCXXVIII, capientibus singulis octo animalibus, asininis vel equinis, unum fassum feni per diem more solito, prout retulit Johannes Gontereti, procurator et receptor extentarum domini in Valle Augusta prius in computo, et allocantur eidem presens et alie infrascripte librate de man-

dato domini Aymonis de Chalant, militis, et Anthonii Barberii, supradictorum magistrorum et auditorum computorum domini

- XV fassos feni cursibiles

Libravit feno dato quaterviginti et sexdecim animalibus equinis et asininis de roydīs seu corvatis, vacantibus quasi per unam diem aducendo losas a loco de Ciran apud castrum de Quarto pro dictis turre et camera domini predicti castri coperiendis, capientibus singulis octo animalibus unum fassum feni per diem ut supra, et allocantur eidem de mandato et relazione quibus supra, anno predicto - XII fassos feni cursibiles

Libravit manu Johannis Fileri, manderii Quarti, ad expensas sex asinorum de roydīs seu corvatis, apportancium vindemias vinearum domini supradictorum a dictis vineis ad castrum domini de Quarto, vacancium ad predicta tribus diebus, capiencium singulis octo unum fassum feni per diem ut supra, et allocantur eidem de mandato et relazione quibus supra, in vindemiis anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo

- II fassos et quartum unius fassi feni

Libravit manu Hugonini, manderii Quarti, ad expensas sex asinorum, de roydīs seu corvatis, apportancium vindemias de vineis domini supradictis ad castrum domini Quarti, vacancium ad predicta quatuor diebus, in anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, capiencibus¹¹⁹ ut supra, et allocantur eidem de mandato et relazione quibus supra

- III fassos feni

Libravit manu eiusdem Hugonini, manderii Quarti, ad expensas quinque asinorum vindemias dictarum vinearum ut supra apportancium in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo, vacancium ad premissa quatuor diebus, capiencibus¹²⁰ ut alii supradicti, et allocantur eidem de mandato et relazione quibus in particuli proxime precedentibus

- II fassos et dimidium feni

Libravit manu Theobaldi de Crista, mistralis de Roysan, in anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, feno dato VII paribus boum¹²¹ collentibus trina vice septem sestariatas terre apud Ryns in quibus fuerat seminata avena, de roydīs seu corvatis, capiente quolibet pari boum seu aratrorum terciam partem unius fassi feni per diem, prout retulit Johannes Gontereti, procurator domini in Valle

¹¹⁹ Lire *capiencium*.

¹²⁰ Lire *capiencium*.

¹²¹ Les mots *feno dato VII paribus boum* sont ajoutés dans la marge droite avec un signe de renvoi.

- 74 Augusta prius in computo, et allocantur eidem de mandato quorum supra - VII fassos feni
- Libravit manu eiusdem mistralis anno predicto millesimo tercentesimo septuagesimo nono, ad expensas quinque aratrorum seu quinque parium boum collencium trina vice quinque sestariatas et eminatam terre de Ryns, seminatam ipso anno frumento, capiente quolibet pari boum ut supra, et allocantur eidem de mandato et relatione predictis
- V fassos feni
- Libravit manu eiusdem mistralis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo, ad expensas duorum aratrorum seu duorum parium boum collencium una vice duas sestariatas terre domini de Ryns, in quibus fuerunt seminata pisa cisera de quibus supra computat, et allocantur eidem de mandato et relatione quibus supra modoque superius declarato - unum fassum et tercium unius fassi feni
- Libravit manu eiusdem mistralis anno predicto millesimo tercentesimo octuagesimo, ad expensas sex aratrorum, seu sex parium boum, arancium et collencium trina vice unam modiatam terre domini de Ryns, in qua seminatum fuit frumentum de quo supra computat, et allocantur eidem de mandato, relatione et modo superius declaratis
- VI fassos feni
- Libravit manu eiusdem mistralis ad expensas quinque aratrorum, seu parium boum, arancium et collencium trina vice quinque sestariatas terre predictae domini vocatae de Ryns, in quibus seminatum fuit frumentum de quo supra computat, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo, et allocantur eidem de mandato relato et modo superius iam expressis - V fassos feni
- Libravit ad expensas quadraginta octo asinorum apportancium decem octo milliaria tavaillionorum seu cindulorum grossorum de Valle Pellina, tam apud Quartum [LIIII] <et> Rovoeriam quam apud Ryns et Roysan pro coperturis tectorum domificiorum domini dictorum locorum, in anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, de roydīs seu corvatis, capientibus singulis octo asinis unum fassum feni ut supra, et allocantur eidem de mandato, relatione et modis quibus prius
- VI fassos feni
- Libravit ad expensas hospicii domini, factas Auguste in mense novembris anno subscripto manu videlicet Petri Vicini, clerici et

thesaurarii hospicii domini,¹²² qui de ipsis nisi computaverit domino computare debebit, ut per litteram domini de testimonio premissorum mandatoque allocandi, datam Auguste die XXIII menses novembris anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo, sub sigillo domini cum sigillo dicti Petri Vicini superius redditam in libratis frumenti

- CXXXV fassos feni

Libravit ex vendicione sibi facta per dominum Aymonetum de Chalant, militem, consiliarium et magistrum hospicii domine, ut infra in vendicionibus in fine presentis computi - XXXVIII fassos feni teysiati

75

Summa librate:

- II^C fassi feni et duodecim unius fassi feni communes

Et: - XXXVIII fassi et tercius unius fassi feni teysiati

Et sic debet:

- VII fassos, II tercios, I quartum unius fassi feni communes

Et: - CII fassos et tercium unius fassi feni teysiati

Respondet in computo sequenti.

Pallee:

Idem reddit computum quod recepit de et pro exitu decimarum certarum terrarum et possessionum existencium a torrente Clausi Novi usque ad civitatem Auguste, videlicet manu Aymoneti Peccion, et levantur per modum superius declaratum in frumento, siligine, vino et feno. Et fit eidem similis iniunctio que supra in frumento et siligine, et respondet plus de uno fasso pallearum quam in computo precedenti

- VI fassos pallearum

Recepit manu eadem pro eisdem decimis et eodem modo anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo, et respondet plus de uno fasso pallearum quam anno proxime precedenti - VII fassos pallearum

Recepit manu eadem pro eisdem decimis et eodem modo anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo, et respondet plus de uno fasso pallearum quam anno proxime precedenti

- VIII fassos pallearum

Recepit manu eadem pro eisdem decimis et eodem modo anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, et respondet

¹²² Dans la marge gauche: *Petrus Vicini*.

minus de uno fasso pallearum quam anno proxime precedenti nec inde plus recepit ut suo asserit juramento - VII fassos pallearum

Recepit de exitu pallearum terrarum domini de Rins in messibus anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, et respondet plus de quatuor fassis pallearum quam in computo precedenti

- XIII fassos pallearum

Recepit de et pro exitu dictarum terrarum in messibus anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo, et respondet minus de septem fassis pallearum quam anno proxime precedenti, nec inde plus recepit ut suo asserit juramento - VII fassos pallearum

Recepit de et pro exitu dictarum terrarum in messibus anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo, et respondet plus de octo fassis pallearum quam anno proxime precedenti, - XV fassos pallearum

Recepit de et pro exitu dictarum terrarum in messibus anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, et respondet minus de octo fassis pallearum quam in computo precedenti, nec inde plus recepit ut suo asserit juramento - VII fassos pallearum

De exitu decime terrarum de Rins, nichil computat quia dominus dictam decimam remisit omnino domino preposito Auguste ad quem pleno iure dicitur pertinere occasionibus et modis superius in frumento et siligine plenius declaratis.

Summa: - LXXI fassos pallearum

Respondet in computo sequenti.

76

Cera:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu seu servicio per annum in parrochiis, villis, villagiis et locis aliis a personis in computo precedenti particulariter et specificè declaratis, in festo beati Stephani Prothomartiris, crastino festi nativitatibus Domini incipiente currere anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono - LXII libras, tercium et quartum unius libre cere

Recepit ab eisdem ibidem pro eodem et eodem termino festi beati Stephani crastini festi nativitatibus Domini, incipiente currere anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo

- LXII libras, tercium et quartum unius libre cere

Recepit ab eisdem ibidem pro eodem et eodem termino festi beati Stephani crastini festi nativitatis Domini, incipiente currere anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo

- LXII libras, tercium et quartum unius libre cere

[LV] Recepit ibidem ab eisdem pro eodem et eodem termino festi beati Stephani crastini festi nativitatis Domini, incipiente currere anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo

- LXXII libras, tercium et quartum unius libre cere

Exitus examinum apium comandarum:

Recepit ab Eymerico de Raspalliis de Gencea, parrochie Quarti, pro exitu medietatis octo examinum apium que tenebat a domino ad medium exitum in anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, nec inde plus recepit quia castellanus et dictus Eymeriodus dicta examina apium dimiserunt quia inutilia erant et ipsa occiderunt pro melle et cera habendis ipso anno, quare de ipsis ulterium non computabitur et inde nichil plus recepit ut suo asserit iuramento, ultra mel de quo infra computat

- V libras cere

Recepit ab Hugoneto de Fonte¹²³ supra Nuns pro exitu medietatis dictorum quatuor examinum apium per ipsum captorum et que tenebat a domino ad medium, in anno Domini millesimo¹²⁴ tercentesimo septuagesimo nono, et eodem anno reddidit quatuor examina apium que restabant sibi de hiis que tenebat a domino et que tradita fuerunt ad comandam post modum Johanni Vidondo de Quarto ad medium custodienda, nec inde plus recepit dicto anno ut dicit

- V libras cere

Recepit a dicto Johanne Vidondo de Quarto pro exitu medietatis dictorum quatuor examinum apium que tenet a domino ad cogniendam¹²⁵ in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo, nec inde plus recepit ipso anno ut dicit ultra mel de quo infra computat

- II libras cere

Recepit ab eodem pro eodem exitu in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo, nec inde plus recepit quia ursus ipsas apes dicto anno dissipavit et pro maiori parte subvertit ut dicit

- I libram cere

¹²³ Les mots *de Fonte* répétés sont effacés.

¹²⁴ Le mot *millesimo* est répété.

¹²⁵ Lire *comandam*.

Recepit de exitu octo examinum apium per ipsum captorum in anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo de sexdecim examinibus apium domini existentibus in curtili domini de Quarto, et sic non remanserunt ibidem dicto anno nisi dumtaxat alia octo examina apium pro futuro tempore, ultra mel de quo infra computat

- VIII libras cere

Recepit de exitu quatuordecim examinum apium ibidem supraventorum ultra alia octo ibidem in dicto curtili existencia et restancia in anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, nec inde plus recepit ut dicit

- X libras cere

77

Recepit de exitu dictorum examinum apium in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo ultra ea que ipso anno per ursum fuerunt destructa et nichil plus recepit ipso anno et suo asserit iuramento, et non restaverunt ipso anno nisi dumtaxat quinque examina apium ut dicit

- IIII libras cere

Recepit de exitu dictorum examinum apium in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo, nec inde plus recepit ut dicit ultra mel de quo infra pro eodem computat

- V libras cere

Recepit ab Aymoneto Darivo¹²⁶ pro medietate unius examinis apium per ipsum inventi in anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, nec inde plus recepit ut dicit

- dimidiam libram cere

Recepit a Johanne Mugnerii de Effra pro medietate unius examinis apium per ipsum inventi in anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, nec inde plus recepit ut dicit

- I quartum unius libre cere

De una libra cere debita de servicio per annum per Johannem filium Hugonodi de Basso Molendino, burgensis Auguste prope Portam Sancti Ursi, ut in quodam instrumento publico assignacionis et recognicionis factarum per dictum Hugonodum, patrem eiusdem Johannis, receptum per Aymonetum Parmerii notarium quondam, series cuius talis est:

“Anno Domini millesimo CCCLIII, indicione sexta, die octava marcii, in Porta Sancti Ursi retro ecclesiam Sancti Laurencii, presentibus testibus Johanne Betaz et Lacabaz de Holomont, habitatoribus in Porta Sancti Ursi, Hugonodus du Bax Molin, iuratus ad sancta Dei evvangelia, confessus fuit et publice recognovit se tenere, nomine suo et Johannis eius filii, in feudum a dominis de Quarto et de feudo eorum recognovit, non obstante quibuscumque chertis vel aliis

¹²⁶ Lire *De Rivo*.

documentis inde confectis, unam domum in dicto loco de Porta Sancti Ursi que fuit quondam Vuillermeti Jorio et in qua morabatur, cum curtis et pertinenciis suis. Fines sunt: primo strata, de secunda res et domus que erant dicti Vuillermeti, que dicitur Domus de Cella, de tercia res quondam Aymonis Callier et eius filii seu exitus, de quarta [LVI] ...¹²⁷ pro qua facit et facere iuratus promisit perpetue dictis dominis de Quarto unam libram cere annuatim de servicio et duas libras cere de placito et unam fidelitatem melius, salvo comiti, sine plus capere; quam fidelitatem idem Hugonodus debet et promisit deservire vel facere usque quod Johannes eius filius fuerit in etate quod illam reddat, promittens inde iurare et passare chartam per alodium de dicta domo et pertinenciis in dictos dominos ad eorum requisicionem et ipsi teneantur ei constare in feudum ut supra pro dicto usagio, sine plus capere ad eius requisicionem similiter, sine fraude, per annum. Ibidem dictus Eymericus, archidiaconus Auguste condominus de Quarto, predicta confirmavit et ut supra pro se et eius fratre recepit et promisit ipsum Hugonodum intrare in omnibus tamquam eius hominem, salvo contra dominum comitem. Fiant plura instrumenta. Ego Johannes Petri Gontereti de Augusta, clericus auctoritate imperiali notarius publicus, hanc cartam de prothocollis Aymoneti Parmer de Balma, notarium publicum quondam, scribique levavi feci prout in eis inveni non cancellatum, manu Johannis de Cornillione, tharantsiensis dyocesis clerici notarii publici, auctoritate michi concessa per dominum de Quarto, et inde me subscripsi fideliterque signavi ad opus dicti Hugonodi”.

- 78** Quod instrumentum ostendit et penes se retinet pro ipso restituendo dicto Johanni, filio prefati Hugonodi. Non computat hic in cera quia pro ipsa recuperavit quinque solidos monete Auguste per annum, de quibus tam in precedenti quam presenti computis computat, licet dictus Johannes neque eius predictus pater quondam domino de Quarto non teneretur in aliquo nisi dumtaxat in dicta libra cere per annum, prout Johannes Gontereti, procurator et receptor extentarum domini in Valle Augusta, prius in computo testificatur. Et cum de dicta libra cere computabit in recepta, sibi deducuntur in denariis census dicti quinque solidi monete Auguste, pro quolibet anno quo de ipsa libra cere computabit.

¹²⁷ La phrase est cachée par la couture des deux pachemins.

Arragium:

Recepit a se ipso quas debebat pro remanencia sui computi precedentis - LXII libras, tercium, I quartum unius libre cere

Summa, incluso arragio:

- III quintalia, LIII libre, II partes unius libre cere ad pondus Auguste
De quibus libravit Petro de Lompnis, apothecario et receptori cerarum et specierum domini, recipienti pro domino, et qui de ipsis domino computare debet ut per confessionem¹²⁸ ipsius Petri factam in presenti computo de recepta, videlicet manu Ardiczoni de Bosio: I quintale, III libras cere ad pondus Chamberiaci, et aliunde manu eiusdem Petri de Lompnis: sepcies viginti quindecim libre cere ad idem pondus - II quintalia, LVIII libras cere ad pondus Chamberiaci

Summa librate:

- II quintalia, LVIII libre cere ad pondus Chamberiaci

Et sic, computatis singulis tresdecim unciis pro una libra ad pondus Auguste, singulisque sexdecim libris ad pondus Auguste pro tresdecim libris ad pondus Chamberiaci, factisque deductionibus huic inde, dictus castellanus debet:

- XXIX libras, VI uncias et terciam partem unius uncie cere ad pondus Chamberiaci

Respondet in computo sequenti.

Mel:

Idem reddit computum quod recepit de exitu examinum seu ruchiarum apium supra proxime declaratarum per tempus de quo computat, et nichil plus recepit ut suo asserit iuramento-V quartanas mellis

Summa: -V quartane mellis

Respondet in computo sequenti.

Piper de placito:

De duabus libris piperis, debitis per priorem Sancti Ursi de placito, quando contingit evenire, pro feudo quod a domino tenet ad tantum in pipere, ultra pecuniam per ipsum pro eodem debitam, ut in dorso computi precedentis, non computat quia casus dicti placiti non evenit per tempus de quo computat ut dicit.

¹²⁸ Dans la marge gauche: *Petrus de Lompnis*.

Lingue boum:

Idem reddit computum quod recepit de linguis boum et vacarum occisorum in macello Ville Franche per tempus de quo computat, et levatur lingua de quolibet bove et vaca occisis in dicto macello Ville Franche causa vendendi minutum, secundum formam franchisesie dicti loci, de qua franchisesia docet per intrumentum publicum domini Jacobi domini de Quarto, militis quondam, concessionis dicte franchisesie, receptum per Aymonem Parmerii de Balma notarium sub anno Domini millesimo CCCXXVII, indicione decima, die prima mensis februarii, in quoquidem instrumento franchisesie inter cetera continetur sequens clausola:

“Statuit et ordinavit quod teneantur reddere eidem domino de Quarto, vel eius mandato, linguas boum et vacharum quas ibi interficiunt causa vendendi in minuto”.

Et inde plus non recepit suo iuramento ut dicit - I linguam bovis
[LVII]

Summa: - I lingua bovis

Respondet in computo sequenti.

Sal:

De exitu leyde salis que levatur apud Villam Francham in duabus nundenis que tenentur ibidem die martis propinquo festo beatorum Philippi et Jacobi et die festi apostolorum Symonis et Jude, videlicet a quolibet vendente sal in dictis nundenis una ambrata¹²⁹ seu manata salis, non computat¹³⁰ pro dictis terminis annorum millesimo tercentesimo septuagesimo nono, octuagesimo, octuagesimo primo et octuagesimo secundo, non computat in sale quia dictus castellanus ipsam leydam salis tradidit ad firmam pecunie cum alia leyda infra in firmis pecunie; nec levatur dicta leyda alias quam supra fuerit declaratum cum alias, nisi ex consuetudine, in scriptis de premissis informari non possit.

Tibie porci:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu seu servicio per annum in festo beati Stephani prothomartiris, crastino

¹²⁹ Probablement pour *ambata* ou *ambostata* = une poignée.

¹³⁰ Les mots *non computat* sont effacés.

die festi nativitatis Domini, incipiente currere anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, ab Anthonio Palmerii de Quarto, alias Balma - II tibias porci

Recepit ab eodem pro eodem et eodem termino festi beati Stephani yemalis, crastino festi nativitatis Domini, incipiente currere millesimo tercentesimo octuagesimo - II tibias porci

Recepit ab eodem pro eodem et eodem termino festi beati Stephani yemalis, crastino festi nativitatis Domini, incipiente currere millesimo tercentesimo octuagesimo primo - II tibias porci

Recepit ab eodem pro eodem et eodem termino festi beati Stephani yemalis, crastino festi nativitatis Domini, incipiente currere anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo - II tibias porci

Summa: - VIII tibie porci

De quibus libravit ex vendicione sibi facta per dominum Aymonem de Chalant, militem, consiliarium et magistrum hospicii domine, ut supra in vendicionibus in fine presenti computi - II tibias porci

Summa: - II tibie porci

Et sic debet: - VI tibias porci

Respondet in computo sequenti.

80

Membrum vache:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu per annum in festo beati Stephani prothomartiris, crastino festi nativitatis Domini, incipiente currere anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, a Jaquemeto Sallerii de Roysano, Petro Domengii, Jacobo Morelli et consortibus eorum, omnibus de Roysano, parrochie dicti loci - I quarterium vache

Recepit ab eisdem pro eodem et eodem termino festi beati Stephani crastino festi nativitatis Domini, incipiente currere anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo - I quarterium vache

Recepit ab eisdem pro eodem et eodem termino festi beati Stephani yemalis, incipiente currere anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo - I quarterium vache

Recepit ab eisdem pro eodem et eodem termino festi beati Stephani yemalis, crastino festi nativitatis Domini, incipiente currere anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo

	- I quarterium vache
Summa:	- IIII quarteria vache
De quibus libravit in vendicione sibi facta per dominum Aymonem de Chalant, militem, consiliarium et magistrum hospicii domine, ut infra in vendicionibus in fine presentis computi	- I quarterium vache
Summa librate:	- I quarterium vache
Et sic debet:	- III quarteria vache
Respondet in computo sequenti.	

Pedagium piscium et allecum:

Idem reddit computum quod recepit per manum Jaquimini de Canali de Dovia, burgensis Porte Sancti Ursi, de et pro pedagio seu exitu pedagii vocati de Augusta, domino pertinentis racione castris de Quarto, per tempus de quo computat. Et levantur, pretextu dicti pedagii, pro quolibet milliari allecum que portantur tendendo ad partes Auguste per Montem Jovis¹³¹ seu per montem de Ferreys,¹³² quadraginta alleca,¹³³ pro singulis viginti quinque de palees seu de ferrees, una pecia earundem, et pro singulis tresdecim turturibus seu troytes,¹³⁴ una pecia earundem, exceptis civibus Auguste et burgensibus Porte Sancti Ursi Auguste, qui dictum pedagium tantummodo debent per modum superius declaratum, de et pro similibus piscibus et allecibus emptis per eos et apportatis ab aqua vocata de Pissibachi, que est inter Sanctum Mauricium agaunensem et Martigniacum, tendendo ab eadem aqua versus partes Auguste. Pro ceteris vero similibus piscibus et allecibus, [LVIII] emptis per eos ultra dictam aquam de Pissibachi in partibus Sancti Mauricii et Vuaudi,¹³⁵ non debent pedagium predictum nisi venderent pisces et alleca¹³⁶ predictos intra limites et portarentur per emptores extra limites dyocesis Auguste, quo casu super portu credi debet corporalibus iuramentis emptorum. Et computat de exitu dicti pedagii pro uno anno, finito die decima exclusive mensis septembris anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, nec inde plus

¹³¹ Grand-Saint-Bernard.

¹³² Col Ferret.

¹³³ Lire *allecia*.

¹³⁴ Truites.

¹³⁵ Vaud.

¹³⁶ Lire *allecia*.

recepit ut dicit, et respondet plus de uno milliari allecum et minus de uno turture quam in computo precedenti - VI^C alleca

Et: - II turtures

Recepit de et pro exitu dicti pedagii manu dicti Jaquimini de Canali de Dovia de Porta Sancti Ursi, et computat pro uno anno, finito die decima mensis septembris anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo, et respondet plus de quatercentum allecibus et nullis turturibus, quia nulli transierunt ibidem infra dictum tempus, nec inde plus recepit ut dicit - M alleca

Recepit de et pro exitu dicti pedagii manu eadem levati, et computat pro uno anno, finito die decima mensis septembris anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo, et respondet plus de ducentis allecibus quam anno proxime precedenti et nullos turtures, neque aliquid plus pro eodem recepit ut dicit - XII^C alleca

81 Recepit manu eadem de et pro exitu dicti pedagii unius anni, finiti die decima exclusive mensis septembris anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, et respondet plus de tercentis allecibus quam anno proxime precedenti et nullos turtures, neque aliquid plus ipso anno recepit ut dicit. Et iniungitur eidem quod in computo sequenti declaret numerum milliarium allecum et aliorum piscium ibidem transeuncium ut modus levandi dictum pedagium clarius videatur et in eodem plenius inseratur - XV^C alleca

Summa: - IIII^M III^C alleca

Et - II turtures

De quibus libravit fratribus minoribus Auguste que domina sibi graciose donavit in helemosinam semel, ut per litteram domine de donatione predicta cum mandato allocandi, datam Aquiani die decima mensis marcii, quam reddit clausam, et per litteram publicam fratris Raymondini de Villa, gardiani conventus fratrum minorum Auguste de confessione et recepta, datam die XVII mensis junii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo, quam reddit manu Johannis Gontereti notarii scriptam et signatam - II^C alleca

Libravit in vendicione sibi facta per dominum Aymonem de Chalant, militem, consiliarium et magistrum hospicii domine, ut infra in vendicionibus in fine presentis computi - V^C alleca

Summa librate: - VII^C alleca

Et sic debet: - III^M VI^C alleca

Et: - II turtures
Respondet in computo sequenti.

Venaciones:

Idem reddit computum quod recepit de et pro venacionibus animalium silvestrum vocatorum boc estaynt,¹³⁷ captorum per tempus de quo supra computat in locis et modis inferius declaratis. Et levantur de quolibet animali predictorum, capto in parrochia Vallispelline a loco dicto le Cors de Bruson usque ad fondum vallis Oyacie, ab uno latere, et a dicto loco Les Cors de Arpiczon usque ad fondum predictum dicte vallis, ab alio latere, per totam dictam vallem, quarterius dexter¹³⁸ anterior cum tresdecim costis et cornu destrum dumtaxat de dictis animalibus, etatis novem annorum et ultra, quoniam de ceteris etatis minoris novem annorum nichil capit dominus ut dicit castellanus, et quod etates dictorum animalium ad cornua cognoscuntur et quod dicti quarterius et cornu debiti reddi debent apud Vallem Pellinam per captos ipsorum animalium, ut dicit et dicitur in computo precedenti - XXVIII quarterios
Et - XXVIII cornua de boc esteint

Forisseca:

Recepit que reperta fuerunt per ipsum castellanum apud Vallepellinam, et que dominus de Quarto quondam ibidem habebat, sue mortis tempore ut dicit, de quibus etiam [LIX] idem castellanus computasset in computo precedenti si de ipsis informatus finisset, sed nundum fuerat ut dicit super eisdem informatus
- IX duodenas cornuum de boc estaynt

Arragium:

Recepit a se ipse que debebat pro remanencia sui computi precedenti
- IX cornua de boc estaynt

Summa: - XII duodene, I cornua de boc estaynt

Et: - XXVIII quarterii

Respondet in computo sequenti.

¹³⁷ *Boc estaynt*: bouquetins.

¹³⁸ *Lire dexter*.

Postes:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu per annum circa festum nativitatis beati Johannis Baptiste, anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, a Martino Fabri de Ysoloni, parrochie Sancti Bartholomei supra Nuns, pro reysia sita supra Yssolony, eidem albergata pro tanto de redditu per annum ut in computo precedenti, qui postes esse debent longitudinis octo pedum et lalitudinis infra duas lineas unius pedis, ut dicit idem castellanus et Johannes Gontereti, procurator domini in Valle Augusta prius in computo

- VI duodenas et dimidiam postium

Recepit ab eodem ibidem pro eodem et eodem termino festi beati Johannis Baptise, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo

- VI duodenas et dimidiam postium

Recepit ab eodem ibidem pro eodem et eodem termino festi nativitatis beati Johannis Baptise, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo

- VI duodenas et dimidiam postium

Recepit ab eodem ibidem pro eodem et eodem termino festi nativitatis beati Johannis Baptise, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo

- VI duodenas et dimidiam postium

Arragium:

Recepit ab eodem pro eodem et eodem termino festi nativitatis beati Johannis Baptise, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, de quibus per errorem inadveniente et oblium eius obmissum fuit computari in computo precedenti

- VI postes

Recepit a se ipso quas debebat pro remanencia sui computi precedentis

- VI duodenas postium

Summa, inclusis arragiis: - XXXII duodene et dimidia postium
Respondet in computo sequenti.

Royde seu corvate:

De roydis seu corvatis debitis in dictis castellaniis de Quarto et de Oyacia per homines habitantes et focum facientes in mandamentis ipsorum locorum multis et diversis formis, temporibus et modis, ut dicitur in computo precedenti in quo dicto castellano fuit iniunctum quod in presenti computo declararet tempus et modum quibus dicte royde debentur, pretextu cuius iniunctionis dicit idem castellanus quod

debentes et facientes illas¹³⁹ roydas seu corvatas, nichil pro ipsis domino solvere debent annualiter preterquam ire ad illas cum sibi per familiares domini notificatur, et quando non veniunt tenentur erga dominum in banno trium solidorum et dimidii ad misericordiam domini pro qualibet die qua non veniunt mandati; dicit etiam quod quidam sunt qui dictas roydas non debent prout et quemadmodum supradicti eo quia sibi per dominum de Quarto quondam fuerunt limitate et restitute ac etiam terminate ad certas res faciendas et per certa tempora quorundam feudorum royde que a dicto domino tenent, alii vero sunt qui diversimode illas facere consueverunt videlicet quidam ex ipsis plus et alii minus quam supradicti, secundum mores et consuetudines in locis et villagiis usitatis. Et quia de nominibus personarum dictas corvatas debencium et modum seu formam qualiter ipsa debent ad presens declaracionem seu informacionem facere non potest eo quia extente domini supradicte nundum facte nec complete, fit sibi similis iniunctio que supra in frumento.

83

Ferra equorum:

De ferris equorum debitis de servicio per nonnullis nobiles quociens imperator romanus transivit per Vallem Augustam pro feudis quos tenent a domino castri de Quarto, nichil computat quia casus non evenit per tempus de quo computat ut dicit, et equorum ferrorum numerum et nomina debencium, cum de presenti declarare nesciat,¹⁴⁰ similiter et feudum declaret in computo sequenti.

Feuda equorum:

De feudis equorum seu equis quos acomodare et ministrare debent nobiles homines infrascripti, videlicet liberi Peroneti Beriez de Grangia de Valle Pellina, Petrus et Petrus fratres, filii Aymonis de Grangia de Valle Pellina quondam, et consueverunt dominis de Quarto quociens dominus comes mandat dominum de Quarto venire cum armis causa serviendi et reddendi cavalcatam dumtaxat semel in anno per unum mensem tantum, sub certis modis et formis in Valle Augusta in talibus usitatis, [LX] pro quibus quidem equis acomodandis et ministrandis dicto domino de Quarto, ipso casu adveniente, tenent dicti nobiles certas

¹³⁹ Le mot *illas* répété est effacé.

¹⁴⁰ Dans la marge gauche: *vide*.

res et possessiones ab eodem in feudum nobile ut dicit dictus castellanus, nichil computat quia dictus casus non evenit per tempus de quo computat et inde nichil recepit ut dicit de feudis equorum seu equis quos acomodare et ministrare debent nobiles homines infrascripti, temporibus et modis supra proxime <de>claratis pro certis rebus et possessionibus quas tenent a domino de Quarto in feudum nobile videlicet liberi Perre-rii de Cluselina, liberi Nicholeti de Vachary de Stipulis, non computat eo quia dictus casus non evenit et inde nichil recepit ut dicit.

De feudo quod tenet Perrerius Suarny de Prato de Valle Pellina, pro quo acomodare et ministrare debet temporibus et modis supra declaratis quando dictus casus evenit, medietatem unius equi dumtaxat pro certis rebus et possessionibus quas tenet a domino de Quarto, non computat quia dictus casus non evenit per tempus de quo computat, et inde nicil recepit ut dicit.

De feudo quod tenet Petrus Amedei, condominus de Bocza, pro quo acomodare et ministrare debet, temporibus et modis superius declaratis, quando dictus casus evenit certam partem unius equi dumtaxat pro certis rebus et possessionibus quas tenet a domino de Quarto, et dicit dictus castellanus quod feudum pro quibus alie partes dicti equi deberi possent tenet dominus de Quarto ad manus eius et declarare nescit in presenti computo dictus castellanus pro qua parte dicti equi idem Petrus teneatur quia extente domini nundum sunt complete ut dicit, iniungitur sibi¹⁴¹ quod in suo sequenti computo ipsam partem nominet et declaret sic quod in eodem describatur, nichil computat quia dictus casus per tempus de quo computat non evenit et inde nichil recepit ut dicit.

84

Denarii census:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania tam de redditu quam servicio per annum a personis in locis, villis, et parrochiis in computo precedenti particulariter et specificè nominatis et descriptis, de summis tercentum quaterviginti quatuordecim librarum, tresdecim solidorum et unius denarii monete Auguste, ad XXVI solidos pro floreno vetere, et viginti novem solidorum, septem denariorum oboli januensium, quorum decem denarii valent quindecim denarii viennenses ad XXVI, deductis de ipsis septem libris cursibilis et uno denario servicii dudum debitis per Aymonem Parmerii ex albergamento sibi facto per vi-

¹⁴¹ Dans la marge gauche: *vide*.

rum venerabilem potentem dominum Vuilliermum, condominum de Quarto, archidiaconum Auguste, pro se et dominis Emerico et Henrico eius nepotibus, dominis de Quarto quondam, de furno Porte Sancti Ursi, qui tunc esse dicebantur ipsorum dominorum una cum domicilio, orto seu fossato, exitibus, appendenciis et cunctibus bonis usibus, instrumento publico dicti albergamenti cum ratificationibus dictorum Emerici et Henrici, condominorum de Quarto, recepto per Johannem de Perrono notarium, anno Domini millesimo tercentesimo vigesimo nono, indictione septima, die XXVI mensis julii, quod ostendit annexum quibusdam aliis litteris et instrumentis maxime inferius designatis, deductis eciam sexdecim solidis viennensibus monete Auguste ad XXVI predictos, dudum debitis per prenominatum Aymonem Parmerii quondam pro et super preconia, seu vulgaliter “la cria”, tocuis civitatis Auguste et burgi de Porta Sancti Ursi cum suis iuribus, dreyturis, godimentis, pertinentiis et cunctis bonis usibus universis sibi Aymoneto¹⁴² Parmerii infeudatis seu albergatis per virum nobilem et potentem dominum Henricum dominum de Quarto, militem quondam, pro tanto de censu per annum, instrumento super hoc recepto per Petrum de Champecz notarium, sub anno Domini millesimo tercentesimo quadragesimo nono, indictione secunda, die XXIII mensis octobris, quod ut supra annexum ostendit, quequidem crida seu preconia, furnus, domus cum orto seu fossato, dicti domini de Quarto quondam tenebant in feudum a domino, et quia dictus Aymonetus Parmerii de premissis non fuit per dominum investitus, fuerunt predictae crida, domus, furnus et ortus pretextu dicti albergamenti, infeudacionis et alienacionis ut premittitur sine laude domini factarum, et esse debuerunt, tam de iure quam consuetudine Vallis Auguste, domino commisse et excheyte, de quibus septem libris, sexdecim solidis et uno denario particulariter computavit in computo precedenti eodem titulo in parrochia Sancti Laurentii Auguste,¹⁴³ deinde vero dominus ad humilem supplicacionem pro parte Anthonii, filii et heredis Aymonis Parmerii supradicti quondam, domino facta, volens [LXI] cum dicto Anthonio super premissis misericorditer agere, dicti Anthonii precibus benigniter inclinatus, dictas concessionem et excheytam et totum ius commissionis et excheyte domino competens et debitum in crida, furno, domo et orto fossato predictis, quacumque occasione vel causa, pro pre-

¹⁴² On trouve indifféremment *Aymonem* et *Aymonetum*.

¹⁴³ La phrase à partir de « de quibus » est ajoutée dans la marge droite avec un signe de renvoi.

terito tempore usque ad diem subscriptam, eidem Anthonio et suis remisit penitus et quictavit, et ea omnia dicto Anthonio Parmerii pro se et suis albergavit et in albergamentum et emphiteusim perpetuam dedit et concessit cum omnibus et singulis emolumentis, iuribus, privilegiis et pertinentiis suis, pro quindecim florenis auri boni ponderis de servicio per annum, solventibus singulis annis perpetuo in festo beati Andree apostoli, inclusis in dictis quindecim florenis septem libris, sexdecim solidis et uno denario viennensibus ad XXVI, ad quas et quos res ut supra albergate pridem de censu seu servicio annuatim tenebantur et de quibus quindecim florenis idem castellanus infra computat in recepta, nec plus inde tenetur dictus Anthonius pro premissis albergatis quovismodo solvere nisi dumtaxat dictos quindecim florenos, ut per litteram domini de remissione, quictacione et albergamento predictis, datam in domo episcopali Auguste die XV mensis novembris anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, series cuius sequitur in hec verba:

- 85** “Nos Amedeus comes Sabaudie notum fieri volumus tenore presentium universis quod cum dilectus fidelis noster dominus Henricus dominus de Quarto quondam teneret a nobis in feudum et de feudo nostro ligio cridam civitatis nostra Auguste et Porte Sancti Ursi civitatis predictae, item et furnum dicte Porte Sancti Ursi cum domo et orto seu fossato ibidem situs, ipseque dominus Henricus ea omnia tradidit et concessit Aymoneto Parmerii quondam sub certis convencionibus in hiis annexis instrumentis et litteris declaratis sine nostris laudemio, licencia vel consensu, gentesque nostre pro nobis ea omnia dicerent nobis esse commissa et excheyta et nobis pertinere debere velut finire nostri laudemio sic translata, tandem Anthonius Parmerii, filius et heres dicti Aymoneti burgensisque dicte Porte Sancti Ursi, fecit nobis humiliter supplicari ut apud eum super hiis agere misericorditer dignaremur, nos eiusdem Anthonii precibus in hac parte benigniter inclinati, omnem commissionem et excheytam iusque tocus commissionis et excheyte nobis competentis et debite in crida, furno, domo, orto seu fossato predictis quacumque racione vel causa pro tempore preterito usque ad diem presentem eidem Anthonio pro se et suis remittimus penitus et quictamus, eaque omnia eidem Anthonio et suis de novo albergamus et in albergamentum et emphiteusim perpetuam damus et ea cedimus cum omnibus et singulis emolumentis, iuribus, privilegiis et aliis ad ea pertinentibus et competentibus quovismodo, iuxta tenorem dictorum instrumentorum presentibus annexorum ita quod ea omnia ipse Anthonius et sui perpetuo successores possint et valeant dare, vendere, permutare et alio

quovismodo et titulo transmittere et alienare pro sue libito voluntatis, salvo iure feudi directi domini, et servicii quindecim florenorum auri boni ponderis per annum quos dictus Anthonius et sui perpetuo successores nobis et nostris solvere et satisfacere debeant perpetuo in festo beati Andree apostoli, ipsumque Anthonium presentem et recipientem pro se et suis heredibus et successoribus quibuscumque de predictis crida, furno, domo et orto seu fossato et aliis omnibus pertinentibus ad eadem pro nobis et nostris per tradicionem presencium realiter revestimus et retinemus ad habendum, tenendum perpetuo possidendum et quicquid sibi et suis perpetuo placuerit faciendum volentes, et percipientes expresse quod omnes clerici et layci omnisque status et conditionis existant in dicto furno quoqueri¹⁴⁴ soliti, quoquant et quoquere debeant et coquere compellantur, secundum modum actenus usitatum, non quod propter a Ponte de Piera ultra coquere arceantur nisi de ipsorum ibidem degencium processerit beneplacito voluntatis, mandantes harum serie baillivo procuratori Vallis Auguste castellanisque Breisognie et Quarti ac ceteris officariis presentibus et futuris, vel eorum locumtenentibus, quatenus remissionem, donacionem et concessionem nostras presentes teneant, accendant firmiter et observent, in nullo contrafaciant vel opponant sed dictum Anthonium in predictorum possessionem pacifficam manuteneant et deffendant eum et suos, furno, crida, domo, orto seu fossato et singulis ad ea pertinentibus uti et gaudere pacifice faciant et promittant ut in ipsis litteris et instrumentis describitur, sine impedimento aut contradicione quacumque, nichilque a dicto Anthonio aliud quam dictos quindecim florenos ab inde petant vel exigant quovismodo, sed ad predicta dicto Anthonio manuteneant et deffendant contra omnes, nostris propriis sumptibus et expensis. Datum in domo episcopali Auguste, die XV mensis novembris, anno Domini millesimo millesimo tercentesimo septuagesimo nono. Per dominum presente domino cancellario, redditur litteram portitori. Johannes Ravaysii”.

- 86** Quam litteram ostendit in presenti computo annexam instrumentis supradictis et quibusdam aliis litteris, et deductis de eisdem tresdecim solidis, duobus denariis obolo viennensibus ad XXVI, qui per errorem et inadvertenciam sunt scripti bis in titulo denarii census apud Porroczan debitis per certas personas et feudatarios ibidem specificè bis nominatos et descriptos in rotulis XLVII et XLVIII in undecim particulis ascendentibus ad dictos sexdecim solidos, duos denarios, obolum, et

¹⁴⁴ Lire *coqueri*.

eciam quasi similes particule ibidem scripte sunt in tricesimo octavo rotulo dicti computi in decem particulis ascendentibus ad tresdecim solidos, octo denarios obolo dicte monete que remanere debent et alie deducere ut supra. Item, deductis sex solidis eiusdem monete inclusis in supradicta summa denarii census quos receperat a Johannodo de Roveyn et consortibus suis de Roveyn pro pascuis de Rins sibi per dominum de Quarto quondam accensatis ad certum tempus, quod declarare nescivit in computo precedenti, et illud eciam in presenti ignorare declarat, de quibus infra computat in titulo firmarum de quibus particulariter computavit in computo precedenti eodem titulo denarii census apud Roysan in XXXVII rotulo dicti computi¹⁴⁵. Et deducuntur eidem presens et alie suprascripte particule et imperpetuum pro deductis habeantur, de mandato domini Aymonis de Chalant, militem, et Anthonii Barberii, magistrorum computorum facto in presenti computo et computat pro termino festi beati Stephani yemalis anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, nec declarat quid seu quantum debetur ibidem de servicio et quantum de reddito, licet hoc eidem in computo precedenti fuerit iniunctum, quia regithie et extente domini per quos idem declarari debet, nundum sunt recepte, ut dicit, quare iniungitur eidem iterato quod diligenter excitet [LXII] et commoveat Johannem de Gontereto,¹⁴⁶ procuratorem et receptorem extentarum domini in Valle Augusta, ad recipiendum et complendum dictas extentas, taliter quod predicta in suo computo sequenti declarentur et specificentur, de ipsisque in eodem particulariter computetur. Et redditus, usagia et tributa in dicta castellania tam in bladis, victualibus, denariis quam quibuscumque aliis debita perquirat diligenter, taliter quod de ipsis in suo sequenti computo plenius valeat respondere et pro domino sufficiencius computare. Item deductis quinquaginta novem solidis, novem denariis monete cursibilis Auguste suprascripte, debitis de auxilio annis alternis per certas personas in septem particulis computi precedentis sub titulo supradicto denarii census, specificice et particulariter declaratis et descriptis, apud Boczam et Cerisey, de quibus infra in titulo

¹⁴⁵ La phrase à partir de « in rotulis XLVII et XLVIII » est ajoutée dans la marge droite avec un signe de renvoi.

¹⁴⁶ Dans la marge droite: *Item deductis novem denariis dicte monete debitis per Bernardum de Blavy de Bocza de reddito seu servicio uno anno et alio anno decem octo denariis, de quibus infra computat ad partem, de quibus particulariter computavit in computo precedenti in parrochia Sancti Remigii apud Boczam et Cerisey pro annis M tercentesimo septuagesimo XVIII de dictis novem denariis.*

auxilii computat. Item deductis triginta solidis dicte monete debitis de auxilio annis alternis per Dominicum Reynerii de Avysio, domicellum, contentis in supradicta firma denarii census computi precedentis apud Moriacium, de quibus eciam infra computat in titulo auxilii cum aliis ad partem. Item deductis duodecim denariis monete Auguste predicte de firma sex solidorum, quinque denariorum dicte monete debitorum per Jaquemetum¹⁴⁷ de Decima de Olomon, de quibus computavit in computo precedenti licet non debeat nisi dumtaxat quinque solidos et quinque denarios dicte monete, ut dictus Johannes Gontereti, procurator et receptor extentarum domini in Valle Augusta, testificatur dictum Petrum de Decima plus non debere in pecunia ultra bladum et ceram, de quibus supra computat, et per instrumentum publicum recognicionis dicti Petri de Decima, receptum per dictum Johannem Gontereti notarium sub anno Domini millesimo tercentesimo sexagesimo tercio, indicione prima, die septima mensis februarii, quod ostendit in protocollo ipsis Johannis Gontereti scriptum, in quo dumtaxat confessus fuit se debere pro rebus quas tunc tenebat a domino, item et per aliud publicum instrumentum albergamenti, dicto Petro de Decima facti per virum nobilem et potentem dominum Henricum dominum de Quarto quondam, post recognicionem et confessionem dicti Petri superius designatam, receptum per Johannem Gontereti notarium supradictum sub anno Domini millesimo tercentesimo sexagesimo octavo, quod instrumentum ostendit et pro quo albergamento debet idem Petrus per annum duodecim denarios dicte monete Auguste, nec reperitur per extentas vel alio modo quovis per ipsum plus deberi, ut dictus Johannes Gontereti, procurator et receptor extentarum domini prius in computo testificatur, sed per inadvertenciam et errore scriptoris fuerunt dicti duodecim denarii minus scripti in computo precedenti. Item deducto uno denario dicte monete de firma undecim solidorum, octo denariorum eorundem, debitorum per Petrum Put de Villafrancha, de quibus dictus castellanus computavit in suo computo precedenti, de quibus idem castellanus Quarti non receperat preter undecim solidos et septem denarios quia denarius restans per dictum Petrum Put debetur pro pasqueragio ultra pontem Durie infra castellaniam Breissognie, qui de ipso domino computare debebit. Item et deductis tribus denariis monete supradicte de firma duorum solidorum, sex denariorum supradicte monete, de quibus computavit in recepta computi precedentis facta a Martino Reymondi Amiceys pro

¹⁴⁷ Lire *Petrum*, comme il résulte évident par la suite.

aqua vinearum de Villafranca, licet non reperiatur per ispum Martinum deberi nisi dumtaxat duos solidos, tres denarios supradicte monete per extentas nec alias, ut fidem facit per notam instrumenti confessionis et recognicionis dicti Martini Reymondi, recepti per supradictum Johannem Gontereti notarium sub anno Domini millesimo tercentesimo sexagesimo quinto, indicione tercia, die XIII mensis february, quam ostendit in protocollo dicti notarii scriptam. Et deducuntur eidem supradicte quantitates de mandato quorum supra, que deductiones ascendunt ad summam tresdecim librarum, septem solidorum, unius denarii dicte monete Auguste,¹⁴⁸ et additis duodecim denariis dicte monete, repertis plus deberi aliunde per eundem Martinum quam fuerit computatum in computo precedenti, quia nondum ad dicti castellani noticiam pervenerant ut dicit

- III^C III^{XX} I libras, VI solidos, XI denarios obolo ad XXVI

Et:

- XXIX solidos, VII denarios obolo januenses ad X pro XV predictorum

Recepit ab eisdem pro eodem et eodem termino festi beati Stephani prothomartiris, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo, factis deductionibus et addicione supradictis

- III^C III^{XX} I libras, VI solidos, XI denarios obolo ad XXVI

Et:

- XXIX solidos, VII denarios obolo januenses ad X pro XV predictorum

Recepit ab eisdem pro eodem et eodem termino festi beati Stephani, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo, factis deductionibus et addicione supra proxime declaratis

- III^C III^{XX} I libras, VI solidos, XI denarios obolo ad XXVI

Et:

- XXIX solidos, VII denarios obolo januenses ad X pro XV predictorum

Recepit ab eisdem pro eodem et eodem termino festi beati Stephani, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo,

- III^C III^{XX} I libras, VI solidos, XI denarios obolo ad XXVI

[LXIII] Et:

¹⁴⁸ La phrase depuis « que deduciones » est ajoutée dans la marge droite avec un signe de renvoi.

- XXIX solidos, VII denarios obolo januenses ad X pro XV predictorum

- VIII solidos ad XXVI, in dorso

- VII libras, XVI solidos, I denarium ad XXVI¹⁴⁹

87 Recepit a supradicto Martino Reymondi Amiceys de quibus obmiserat computare in suo computo precedenti quia ipsos ut dicit ignorabat, pro termino festi beati Stephani anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo - XII denarios viennenses ad XXVII

Recepit a supradicto Anthonio Parmerii pro remissione commissionis, excheyte et albergamento de novo sibi factis per dominum de crida seu preconia civitatis Auguste et Porte Sancti Ursi, furno dicte porte Sancti Ursi, domo et orto seu fossato ibidem sitis pro tanto de servicio per annum, incluso antiquo servicio pro predictis dari et deberi solito, ut per litteram domini de remissione, quictacione dicte excheyte et albergamento supradictis, datam in domo episcopali Auguste die XV mensis novembris anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, que superius est copiata in principio presentis tituli denarii census, et computat pro termino festi beati Andree anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono

- XV florenos auri boni ponderis veteres

Recepit ab eodem pro eodem et eodem termino festi beati Andree anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo

- XV florenos auri boni ponderis veteres

Recepit ab eodem pro eodem et eodem termino festi beati Andree anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo

- XV florenos auri boni ponderis veteres

Recepit a supradicto Anthonio Parmerii pro albergamento sibi facto per dominum de pratis, terris, vineis, domibus et grangiis inferius specificè declaratis, sitis apud Revoyriam, Ollees et supra Villam Francham, pro sexaginta uno franchis auri boni ponderis, aut moneta cursibili in Valle Augusta, ad valorem pro quolibet franco ad electionem dicti Anthonii et suorum, decem solidis eiusdem monete de censu annuatim in festo beati Stephani yemalis, quinque modiis et octo sestariis boni vini puri, rubei, bulliti et receptibilis de vino vinearum predictarum, vel de consimili si ibidem non cresceret, de redditu annuatim tempore vindemiarum, duobus solidis monete predictæ de servicio annuatim in festo predicto et quatuor solidis placiti quando

¹⁴⁹ Dans la marge gauche: *vide dorsum*.

contingerit,¹⁵⁰ ut per litteram domini de albergamento predicto, datam Aquiani, die vicesima sexta mensis januarii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo, cuiusquidem littere domini tenor sequitur in hec verba:

88 “In nomine Domini amen. Nos Amedeus, comes Sabaudie, dux Chablasii et Auguste et in Ytalia marchio et princeps, notum facimus tenore presencium universis quod nos, nostra et nostrorum in hac parte evidenti utilitate pensata, habitaque super hiis deliberacione matura cum reverendo in Christo Patre et domino nostro Jacobo, Dei et postolice sedis gratia episcopus augustensis, amico nostro carissimo, et Hugone Garnerii, castellano nostro Quarti, quibus infrascriptum negocium et eius examen, an nostro comodo et utilitati cederet vel econtra providimus commictendo, qui nobis communi consensu per eorum patentes litteras consilium prebuerunt quod res et possessiones inferius particulariter designatis traderemus Anthonio Palmerii, filio Aymoneti Parmerii¹⁵¹ quondam, tamquam illi a quo maius commodum habere et percipere possumus, factis cridis in talibus opportunis, pro nobis et nostris heredibus et successoribus perpetuo albergamus et in albergamentum seu emphyteusim perpetuam damus, tradimus, cedimus, transferimus et mandamus prenominato Anthonio, recipienti pro se et suis heredibus utriusque sexus successoribus universis et cui dare voluerit perpetue et successive, res et possessiones inferius particulariter declaratas, sub servicio, census, placitis et usagiis aliis ac pactis et condicionibus infrascriptis: et primo unam peciam prati jacentem in parrochia Sancti Christofori loco dicto La Ravoyri, cum domicilio, curtilibus, plateis et orto retro domicilium sito, cuius tocius pecie confines dicuntur esse de prima parte, secunda, tertia et quarta via publica. Item unam peciam prati jacentem ibidem, que pecia vocatur Pratum deys Pomers, cuius confines dicuntur esse de prima parte via publica, de secunda via publica de comba, de tertia via que dicitur Castellania, de quarta res Jaquemodi de Blavy, de quinta res Parvi Aymoneti de Soreley. Item unam peciam prati jacentem ibidem que dicitur Pratum de Palacio, cuius confines dicuntur esse de prima parte via publica, de secunda comba, de tertia res Aymoneti de Grangia de Segnins, de quarta via publica, de quinta res Jaquemeti Gorraz de Soreley. Item unam peciam prati jacentem ibidem subtus domicilium,

¹⁵⁰ Dans la marge gauche: *vide placitum*.

¹⁵¹ On trouve indifféremment *Palmerii* ou *Parmerii*.

cuius confines dicuntur esse de prima parte via publica, de secunda res predicti Jaquemeti Gorraz, de tercia res predicti Aymoneti de Grangia, de quarta res Johannis de Grangia de Segnins, de quinta comba, cum aqua unius bornelli ferrandi ad equalitatem aliorum bornellorum ibidem per dominos de Quarto quondam haberi solitorum in uno ex bornellis ibidem existentibus de rivo videlicet vocato de Preposito, habenda et percipienda annis singulis toto tempore die noctuque incipiendo quam cito dictus rivus trahitur et tenendo prout supra [LXIII] usque ad festum beati Michaelis, ita et taliter quod aqua predicta dicto Anthonio et suis, sumptibus nostris, reddatur citra magnum Larvocz de Porroczan rivi predicti a parte de Segnins, eo salvo quod idem Anthonius et sui, annis singulis, in reparacione dicti rivi sumptuare debeat duodecim homines operarios expensis ipsius Anthonii et suorum, qui duodecim homines producentur custodi rivi predicti et si forte ovale in dicto rivo eveniret aliquo tempore infuturum, ipse Anthonius et sui, in quolibet ovali in eodem rivo accidente, teneantur et debeantur se iuvare pro dicto rivo refficiendo de vigintiquinque hominibus operatoribus, sumptibus Anthonii antedicti, qui eciam dicto custodi producentur prout supra.

Item unam peciam prati et terre jacentem in parrochia Sancti Christofori, loco ubi dicitur Olees, cuius confines dicuntur esse de prima parte via publica, de secunda res <confratrie> Sancti Spiritus de Sancto Christoforo, de tercia res que fuerunt de la Raymondieri, de quarta res Anthonii de la Martina de Balma Quarti, de quinta res Nycolini Oddonis de Segnins, de sexta res que fuerunt Johannis et Anthonii de Quarto, de septima res illorum de Yrisan, de octava strata publica, de nona torrens de Bagnieres, cum aqua rivi vocati de fratre Baudino habenda et percipienda annis singulis, qualibet ebdomada tribus diebus et duabus noctibus tempore rivi predicti currentis, iure tamen domus et conventus Sancti Ursi Auguste in aqua dicti rivi reservato, dictus vero Anthonius et sui teneantur se iuvare, eorum sumptibus, annis singulis in reparacione et custodia dicti rivi prout et quemadmodum tenentes prata claustris de Stanno facere et iuvare sunt soliti in eisdem, videlicet pro rata pecie prati et terre de Ollees antedictae, rata eciam dictorum pratorum de Stanno computatis, et si forte casus ovalis in dicto rivo aliquo tempore eveniret, videlicet propter ruynam de Bagnieres, ipse Anthonius et sui, cum dictus casus eveniret, teneantur et debeant sumptuare, pro dicto ovali reparando, vigintiquinque operadores qui familiaribus nostris debite procurantur residuum vero reparacionis dicti ovalis, quod dicti viginti quinque operadores una die reparare non possent, nos illud facere

debeamus. Acto et in pactum deducto solemniter et expresse quod si que tempore in futurum rivus predictus de fratre Baudino elargaretur,¹⁵² quod ipse Anthonius et sui omnia perinde facienda pro rata trium dierum et duarum noctium facere et supportare teneantur. Item unam peciam vinee cum vacole jacentem in parrochia Sancti Christofori, loco dicto vinea de La Rovoeri, cuius fines dicitur esse de prima parte res confratrie Sancti Spiritus de Porta Sancti Ursi, de secunda comba de Valle Locherety, de tertia res Jaquimini de Vallemaiori de Quarto, clerici, de quarta res liberorum quondam Girardi de Visiran, salvo iure quod Jaquiminus de Valle Maiori, clericus predictus, solutus est et habere debet ibidem pro quadam topiam per eundem Jaquiminum ex dicta pecia vinee nostra extrahenda, facienda, habenda, godenda et manutenenda, de quinta res predicti Jaquimini de Vallemaiori, de sexta res Jaquimini Adde de Parlea, de septima res Aymoneti et Vuillermeti de Pontono, fratrum, de octava res Johannis de Veyny, cum tribus diebus, videlicet ab aurora usque ad occasum solis, ex aqua unius deconi¹⁵³ ferrati de rivo predicto vocato de Preposito, habenda et percipienda singulis annis, videlicet in quolibet mense junii, julii et augusti, unam diem ad dicti Anthonii requisicionem. Item unam peciam vinee jacentem supra Villam Francam, subtus montem de Rola, loco ubi dicitur Constanci, cuius fines dicuntur esse de prima parte via publica, de secunda res illorum de Chessan, de tertia mons predictus, de quarta res Petri Avoyat de Luynt. Item unam peciam vinee jacentem supra Villam Francham, loco dicto Magna Vinea domini, cuius fines dicuntur esse de prima parte via publica tendens ad castrum Quarti, de secunda via tendens ad Siran, de tertia res Johannis Theobalde de Villa Francha, de quarta res filii condam Hugonodi Martineti de Grossier et Richardi generi quondam Petri Martineti, de quinta res Hugoneti et Petri de Siran, fratrum, de sexta pascua, cum duobus jornalibus et dimidio aque rivi domini venientis de Villa supra Nuns, percipiendo et habendo anno quolibet in qualibet quindena, ab aurora usque ad occasum solis, eo salvo quod nos dictus comes ex dicta aqua annis singulis habere debeamus pro quadam pecia vinee, que dicuntur vinea de Crista, aquanda cum fuerit opportunum, una cum fundamentis, pertinenciis, exitibus, ingressibus, egressibus, arboribus, appendenciis et cunctis bonis usibus rerum omnium supra confinatarum. Et fuit actum et

¹⁵² *Sic.*

¹⁵³ Lire *doczoni*.

conventum inter nos et dictum Anthonium quod idem Anthonius et sui heredes predicti totum fenum pratorum predictorum quod haberent venale annis singulis, presentare debeant nostro castellano Quarti ad opus nostri et successorum nostrorum ante quam alicui alteri vendentur, illudque eidem castellano dimictere precio competenti, ad evidenciam atque dictum duorum proborum hominum expertorum, et itaque, facta presentacione predicta, ipse castellanus infra tres ebdomadas prosequentes pro parte nostra pactum de ipso feno cum dicto Anthonio vel suis facere teneatur et illud retinere prout supra, aliter ipse Anthonius et sui dicto feno alibi suam possint facere voluntatem. Item actum et conventum extitit ut supra quod dictus Anthonius dictas res et bona sibi ut supra albergatas et albergata tenere debeat perpetuo dictas et ea nullo tempore dimittere, cedere vel quictare quominus ipse et sui successores predicti ad solucionem dictorum serviciorum non sint imperpetuum obligati, et pro predictis autem omnibus possessionibus et rebus se predictus Anthonius Parmer pro se et suis heredibus quibuscumque nobis ac successoribus nostris perpetuo dare et solvere promisit, pepigit et convenit in castellani nostri de Quarto presentis et futuri manibus, singulis annis perpetuo, sexaginta unum franchos auri boni ponderis aut monetam cursibilem in Valle Augusta ad [LXV] valorem pro quolibet franco ad electionem dicti Anthonii et suorum, decem solidos eiusdem monete de censu annuatim in festo beati Stephani yemalis, quinque modia et octo sestaria boni vini puri rubei bulliti et receptibilis de vino vinearum predictarum, vel de consimili si ibidem non cresceret, de redditu annuatim tempore vindemiarum, duos solidos monete predicte de servicio annuatim in festo predicto et quatuor solidos placiti quando acciderit sine eoque plus proinde capere debeamus, laudibus et vendis in terra Quarti supra feudis nostris habere solitis in predictis ad opus nostri et successorum nostrorum perpetuo reservatis. Promicentes nos comes predictus, pro nobis et nostris ut supra, prenominato Anthonio et suis, serie presencium, bona fide nostra sub nostrorum obligacione bonorum quorumcumque, presens albergamentum seu concessionem in emphitheusi, pacta, convenciones et omnia et singula supra et infrascripta rata, grata, firma et irrenunciabilia habere perpetuo et tenere et nunquam contra per nos vel alium facere vel venire nec contrafacere vel venire volenti in aliquo consentire aut prebere consilium, auxilium vel favorem quinymo si quisquam ipsi Anthonio vel suis dictis heredibus supra hiis causam vel questionem moveret, aut eos alter molestaret racione albergamenti

presentis dictum Anthonium et suos successores predictos in rebus et bonis sibi ut superius albergatis, manutenere et deffendere, gayrentire et disbrigare ab omnibus et contra omnes in iudicio et extra, nostris sumptibus et expensis, in nosque succipere omnis litis et questionis et eam persequi usque ad finem quociescumque super hiis eas moveri contigit contra ipsum, sibique et suis refficere et reservare omnia dampna, constamenta, missiones et sumptus que, quos et quas fieri proinde contingerit in futurum. Et versa vice dictus Anthonius pro se et suis ut supra stipulans et recipiens, pro nobis et successoribus nostris, promisit corporaliter et iuravit ad evvangelia Dei sancta, sub obligacione rerum et bonorum predictorum quorumcumque, dictas res, possessiones et bona sibi ut superius albergata in statu valido et fertili manutenere continue, sic quod serviciorum et usagiorum quantitas supradicta nobis annis singulis integraliter solvi possit dictaque servicia et usagia nobis perpetuo solvere, terminis superius adnotatis, in manibus castellani nostri predicti, qui nobis de eis plene computare debet. Mandantes tenore presencium magistris et receptoribus computorum nostrorum quatenus castellanum nostrum de Quarto non cogant vel compellant nobis ulterius computare de exitibus pratorum, vinearum et aliarum possessionum predictarum, sed dictos redditus ex nunc imperpetuum in suis primo et sequentibus singulis computis allocent integre et perfecte, cui castellano harum tenore mandamus expresse quatenus dictum Anthonium in reale et vacuam possessionem rerum et bonorum predictorum seu quasi ponat, constituat et inducat, inductamque et positam manuteneat, tueat et deffendat ac gayrenciam sibi et suis ferat et faciat contra omnes in iudicio et ex nostris sumptibus et expensis. Datum Aquiani, die vicesima sexta mensis januarii, anno a nativitate Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo. Per dominum, presentibus dominis G.¹⁵⁴ Destres, cancelario, et Johanni Mistral. Redditur littera portitori. Anthonius de Croso”.

- 89** Quam litteram ostendit et retinet pro ipsa restituenda supradicto Anthonio Palmerii, et computat de dictis serviciis et censu pro termino festi beati Stephani yemalis, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo - XII solidos monete Auguste ad XXVI
Et: - LXI franchos auri boni ponderis
Recepit a Perrerio et Michelodo Bridon de Oyacia repertos perippos plus deberi per annum quam fuit in computo precedenti computatum in

¹⁵⁴ *Girardus.*

festo beati Stephani anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo, pro quo obmissum fuit computari in computo precedenti quia de ipsas nondum fuerat informatus

- IIII solidos, VI denarios dicte monete Auguste ad XXVI

Recepit ab eisdem pro eodem et computat pro terminis festorum beati Stephani annorum Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, octuagesimo, octuagesimo primo et octuagesimo secundo ad rationem ditorum quatuor solidorum, sex denariorum per annum

- XVIII solidos monete Auguste

Recepit a Johanne dicto Calliour de Valle Pellina, nomine dicte La Davynieri, repertos per ipsam plus deberi per annum quam fuerit in computo precedenti computatum in festo beati Stephani yemalis anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo pro quo computasse¹⁵⁵ debuisset in computo precedenti sed de ipsis nondum fuerat informatus ut dicit

- VI denarios monete Auguste

Recepit ab eodem quo supra nomine pro eodem et computat de ipsis pro terminis festi beati Stephani yemalis annorum Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, octuagesimo, octuagesimo primo et octuagesimo secundo ad rationem ditorum sex denariorum per annum

- II solidos supradicte monete Auguste

[LXVI] Recepit a Johanne dicto Nepote de Chellion de Valle Pellina repertos plus deberi per annum per eundem quam fuerit in computo precedenti computatum quia nondum ad eius noticiam pervenerat ut dicit, et computat pro termino festi beati Stephani yemalis anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo pro quo debuisset computasse in computo precedenti

- XII denarios monete Auguste

Recepit ab eodem pro eodem et computat pro terminis festorum beati Stephani yemalis annorum Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, octuagesimo, octuagesimo primo et octuagesimo secundo ad rationem ditorum duodecim denariorum per annum

- IIII solidos monete Auguste

Recepit a Johannodo Tollat de Valle Pellina repertos plus deberi per eundem per annum quam fuerit computatum in computo precedenti, ultra alia usagia per ipsum debita ut in computo precedenti in festo beati Stephani yemalis anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo pro quo debuisset computasse in computo precedenti, sed de ipsis nondum fuerat informatus ut dicit

- X solidos monete Auguste

¹⁵⁵ Lire *computare*.

Recepit ab eodem pro eodem et computat de ipsis pro terminis festi beati Stephani yemalis annorum Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, octuagesimo, octuagesimo primo et octuagesimo secundo pro quolibet dictorum annorum ad rationem dictorum decem solidorum per annum - XL solidos monete Auguste

90 Recepit a Johanne et Johannodo Sirard de Dovya, fratribus, plus repertos deberi per ipsum singulis annis quam fuerit computatum in computo precedenti quia ad noticiam dicti castellani nundum pervenerat ut dicit in festo beati Stephani yemalis anno Domini millesimo CCCLXVIII, pro quo computasse debuisset in computo precedenti, ultra quatuor solidos¹⁵⁶ monete Auguste debitos per eosdem de auxilio per annum, de quibus infra computat

- III solidos, I denarium monete Auguste

Recepit ab eisdem pro eodem et computat pro terminis festi beati Stephani yemalis anno<rum> Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, octuagesimo, octuagesimo primo et octuagesimo secundo ad rationem dictorum trium solidorum et unius denarii servicii pro quolibet dictorum quinque¹⁵⁷ annorum

- XII solidos, IIII denarios monete Auguste

Recepit a Jaquimino Torumberti de Segnins plus repertos deberi per ipsum singulis annis quam fuerit computatum in computo precedenti in festo beati Stephani yemalis anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo pro quo debuisset computasse in computo precedenti, sed nundum erat de ipsis informatus ut dicit

- VIII solidos, IIII denarios monete Auguste

Recepit ab eodem pro eodem et computat pro terminis festi beati Stephani annorum Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, octuagesimo, octuagesimo primo et octuagesimo secundo pro quolibet dictorum quatuor annorum ad rationem octo solidorum, quatuor denariorum predictorum per annum ut supra

- XXXIII solidos, IIII denarios monete Auguste

Recepit a liberis Jaquemeti Joli de Segnins plus repertos deberi per ipsos singulis annis quam fuerit in computo precedenti computatum in festo beati Stephani anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo pro quo debuisset computasse in computo precedenti, sed nundum erat de eisdem ut dicit informatus

¹⁵⁶ Dans la marge gauche: *Vide auxilium*.

¹⁵⁷ Lire *quatuor*.

- VIII solidos, IIII denarios monete Auguste

Recepit ab eisdem liberis pro eodem et computat pro terminis festi beati Stephani anno<rum> Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, octuagesimo, octuagesimo primo et octuagesimo secundo ad rationem dicatorum octo solidorum, quatuor denariorum per annum
- XXXIII solidos, IIII denarios monete Auguste

Recepit a Berthodo de La Rey de Quarto plus repertos per ipsum deberi quam fuerit in computo precedenti computatum pro feudo de Ayeci supra Quartum, singulis annis, in festo beati Stephani anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo pro quo de ipsis debuisset computasse in computo precedenti, sed ad eius noticiam nundum pervenerant ut dicit
- XII denarios monete Auguste

Recepit ab eodem pro eodem et computat de ipsis pro terminis festi beati Stephani annorum Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, octuagesimo, octuagesimo primo et octuagesimo secundo ad rationem dicatorum duodecim denariorum per annum

- IIII solidos monete Auguste

Recepit a liberis Jaquemeti Corna quondam repertos ut supra per ipsum plus deberi per annum quam fuerit pro eodem computatum in computo precedenti in festo beati Stephani anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo pro quo debuisset computasse in computo precedenti, sed de ipsis nundum fuerat informatus ut dicit

- XII denarios monete Auguste

Recepit ab eisdem pro eodem et computat de ipsis pro terminis festi beati Stephani yemalis annorum Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, octuagesimo, octuagesimo primo et octuagesimo secundo ad rationem dicatorum duodecim denariorum per annum

- IIII solidos dicte monete Auguste

91 [LXVII] Recepit a Parvo Laurencio de Bressognia, repertos plus deberi per ipsum singulis annis quam fuerit computatum in computo precedenti in festo beati Stephani yemalis, anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo pro quo debuisset computasse in computo precedenti, sed de ipsis nundum fuerat informatum

- II denarios monete Auguste

Recepit ab eodem pro eodem et computat pro terminis festi beati Stephani yemalis annorum Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, octuagesimo, octuagesimo primo et octuagesimo secundo ad rationem dicatorum duodecim denariorum pro quolibet dicatorum annorum
- VIII denarios monete Auguste

Recepit a Johanne dicto Corbo de Bocza repertos deberi per ipsum singulis annis plus quam fuerit computatum in computo precedenti in festo beati Stephani anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo pro quo debuisset computasse in computo precedenti, sed de ipsis nundum fuerat informatus ut dicit - III denarios monete Auguste

Recepit ab eodem pro eodem et computat pro terminis festi beati Stephani yemalis annorum Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, octuagesimo, octuagesimo primo et octuagesimo secundo ad rationem dictorum trium denariorum pro quolibet dictorum annorum

- XII denarios monete Auguste

Recepit a Peronino Pollier de Bocza repertos deberi per eundem singulis annis pro eodem plus quam fuerit computatum in computo precedenti in festo beati Stephani anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo pro quo debuisset computasse in computo precedenti, sed de ipsis nundum fuerat informatus ut dicit

- II solidos, VI denarios monete Auguste

Recepit ab eodem pro eodem et computat pro terminis festi beati Stephani yemalis annorum Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, octuagesimo, octuagesimo primo et octuagesimo secundo ad rationem dictorum duorum solidorum, sex denariorum per annum

- X solidos supradicte monete Auguste

Recepit a Johanne Bigay de Valle de Bocza¹⁵⁸ repertos per ipsum plus deberi de auxilio annis alternis quam fuerit computatum in computo precedenti, quia nundum ad eius noticiam devenerant, in festo beati Stephani yemalis anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo pro quo debuisset computasse in suo computo precedenti

- VIII solidos monete Auguste

Recepit ab eodem pro eodem et computat pro terminis festi beati Stephani yemalis annorum Domini millesimo tercentesimo octuagesimo et octuagesimo secundo, et reliquis annis intermediis nichil computat quia debentur annis alternis

- XVI solidos monete Auguste

Recepit a Reynardo, naturali de Quarto, repertos plus deberi per ipsum singulis annis quam fuerit in computo precedenti computatum in festo beati Stephani yemalis anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo pro quo debuisset computasse in computo precedenti, sed de ipsis nundum fuerat informatus ut dicit

- XII denarios monete Auguste

¹⁵⁸ Dans la marge gauche: *auxilium annis alternis*.

Recepit ab eodem pro eodem et computat de ipsis pro terminis festi beati Stephani yemalis annorum Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, octuagesimo, octuagesimo primo et octuagesimo secundo ad rationem dictorum duodecim denariorum per annum

- IIII solidos monete Auguste

92 *Novus redditus:*

Recepit a Jaquimino, dicto Borron, de Valle Pellina et Jaquimino Dyaquo<no> de eodem loco, pro situ seu sedimine duorum molendinorum et uno baptigii seu baptitorii sitis in loco de Valle Pellina ubi alias fuerant edificata, una cum rippagiis, aquis molentibus consuetis, cuilibet ipsorum pro medietate et suis perpetuo successoribus sibi albergatis per dictum castellanum una secum discretis viris Mermeto Rouget, secretario domini, et Bartholomeo de Mota, tunc procuratore domini in Valle Augusta, pro viginti duobus sestariis siliginis de redditu per annum in festo beati Stephani, ratione dictorum molendinorum, et pro tanto de servicio per annum, cum suo placito quando contingerit, ratione dicti baptitorii, prout supra in siligine plenius continetur, et computat pro termino festi beati Stephani yemalis anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono

- II solidos viennenses monete Auguste

Recepit ab eisdem pro eodem, eodem termino festi beati [LXVIII] Stephani yemalis, anno<rum> Domini millesimo tercentesimo octuagesimo, octuagesimo primo et octuagesimo secundo ad rationem dictorum duorum solidorum per annum - VI solidos monete Auguste

Recepit a Jaquemeto Enfantays de Valle Pellina pro rebus et bonis que dudum fuerunt Anthonii filii Vulliencii Gonterii de Valle Pellina, domino pertinentibus ex quadam compositione per ipsum Anthonium factam cum domino supra certis delictis per ipsum Anthonium perpetratis, eidem Jaquemeto Enfantays albergatis per dictum castellanum, assistente sibi Mermeto Rougeti,¹⁵⁹ secretario domini, pro tanto de novo redditu per annum, quia prius movebantur de feudo nobili equino domini quod dictus Jaquemetus deservire non poterat, et pro quinquaginta florenis auri boni ponderis veteribus de introgiis per dictum Mermetum Rougeti, ut dictus castellanus asserit, habitis et receptis, de quibus idem Mermetus nisi computaverit domino computare debebit, et computat pro termino festi beati Stephani yemalis anno Domini M tercentesimo septuagesimo octavo

¹⁵⁹ Dans la marge gauche: *Mermetus Rougeti*.

- V solidos viennenses monete Auguste

Recepit ab eodem pro eodem, eodem termino festi beati Stephani yemalis, annorum Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, octuagesimo, octuagesimo primo et octuagesimo secundo, ad rationem dictorum quinque solidorum monete Auguste pro quolibet dictorum annorum

- XX solidos monete Auguste

Recepit a Johannodo di Neyves de Porroczan pro confectione seu levacione cuiusdam rivi per dictum Johannodum fienda in torrente de Porroczan supra Neyva in pede des Verneis seu in pede rerum Jaquemeti Morelli, ducendo ipsum rivum a dicto torrente de Porroczan usque in summon¹⁶⁰ rerum dicti Johannodi dumtaxat aquandarum, sibi perpetuo albergata per dictum castellanum pro tanto de servicio per annum, et pro decem florenis auri boni ponderis veteribus de introgiis de quibus infra computat, instrumento inde recepto per Johannem Gontereti notarium sub anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, die decimaquarta januarii, ut idem Johannes Gontereti prius in computo testificatur, et computat pro termino festi beati Stephani yemalis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo

- V solidos monete Auguste

Recepit ab eodem pro eodem et eodem termino festi beati Stephani annorum Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo et octuagesimo secundo, ad rationem dictorum quinque solidorum per annum

- X solidos monete Auguste

93 Recepit a Jaquemodo de Orseriis, nepote Jaquimini de Avisio, pro albergamento sibi facto per dominum tractatu dicti Jaquimini de Avisio de quadam turri domini, vocata domus domini de Quarto Porte Santi Ursi, pro tanto sine introgiis, de quoquidem albergamento dicit idem castellanus quod dictus Jaquemodus habet litteras domini de albergamento quas apportare obmisit, sed iniungitur ei quod in computo sequenti apportet dictam litteram albergamenti taliter quod modus ipsius in eodem computo plenius inseratur et declaretur, et computat pro terminis festi beati Andree apostoli anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo

- VIII florenos auri boni ponderis veteres

Recepit ab Alisia de Arlio de Valle Pellina repertum deberi per eandem annis alternis in festo beati Stephani yemalis plus quam fuerit computatum in computo precedenti, quia non fuerat adhuc ut dicit de

¹⁶⁰ Lecture douteuse.

ipsis informatus, et computat pro dicto termino festi beati Stephani yemalis anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo

- I denarium monete Auguste

Recepit ab eadem Alesia pro eodem et eodem termino festi beati Stephani yemalis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo, et pro anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono nichil computat quia de ipso supra computat pro anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo

- I denarium monete Auguste

Recepit ab eadem Alesia pro eodem et eodem termino festi beati Stephani yemalis anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo secundo, et pro anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo dicto termino nichil computat quia debetur alternatum, et de ipso supra computavit pro anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo

- I denarium monete Auguste

De quatuor denariis annui servicii qui debentur per Vuillermum de Cella de Quarto, naturalem quondam, una cum octo sestariis vini de redditu, pro quodam feudo vocato de Plantatis, quod solet esse vinea, nichil computat nec de cetero computabitur de eisdem quia dictum feudum post longam vacationem eiusdem, per dictum castellanum albergatum fuit Petro Bruneti de Tharantaysia, habitatori Quarti, pro quatuor sestariis siliginis de redditu per annum, de quibus supra computat prout eciam supra in titulo siliginis plenius declaratur, nec fiat hic ulterius de presenti particula in computis sequentibus mencio.

De tribus solidis annui servicii quos debebat Peronetus de Vachereci de Quarto quondam, pro quodam novali, seu terra, albergato de pascuis comunibus sitis in montanea supra Quartum, nichil computat quia dictum novale vacat et diu vacavit, nec reperire potuit ut dicit qui dictum novale seu terram in albergamentum recipere voluerit, licet bonam diligenciam quam potuit fecerit ut dicit, et sibi iniunctum fuerit in dicto precedenti computo hoc facere, quare iniungitur eidem iterato quod bonam diligenciam faciat predicta albergandi utiliori modo quo poterit pro domino.

De duobus solidis, octo denariis annui servicii dudum debitis [LXIX] per dictum Peronetum de Vachereri pro quadam posa aque de rivo de verney supra Morgona, que fuit Valleti de Prato Rotondo ut in computo precedenti, nichil computat hic quia Eymeriodus de Raspallies tenet dictam aquam et solvit pro ipsa duos solidos monete Auguste, et pro restantibus octo denariis de summa predicta solvit Jaquemetus

Corna duodecim denarios per annum, de quibus supra computat in recepta, quare de presenti memoriali ulterius non facit mencio.

94 De quatuor denariis servicii debiti per Matheum de Villafranca pro quadam pecia vacolli seu pascui comunis continente circa quatuor fossoriatas eidem albergata pro fienda vinea pro tanto de servicio per dominum Henricum dominum de Quarto quondam, et quos quatuor denarios dictus Matheus soluit quamdiu stetit in Villafranca quamvis dictam vineam non fecerit, non computat quia dictus Matheus, bannitus a terra domini, patriam absentavit, nec invenit qui dictam peciam vacolli albergare voluerit, licet supra hoc bonam diligenciam quam potuit fecerit ut dicit, et, prout in computo precedenti sibi fuit iniunctum, iterato iniungitur eidem quod dictam peciam albergari procuret cum effectu utiliori modo quo fieri poterit pro domino.

De duobus denariis quod dictus Matheus debebat pro teysiis sue domus site in Villafranca, que prout incendio posito ibidem tempore guerre quam habebat dominus de Quarto cum domino Ybleto de Chalant, ut dicitur in computo precedenti, non computat quia nondum fuit dicta domus rehedificata nullusque possideri eius casale nec movetur de feudo domini, ut dicit, quibus non obstantibus, sicut in computo precedenti sibi fuit iniunctum, iterato iniungitur eidem quod supra premissis tale remediare procuret quod de dictis duobus denariis ab inde domino valeat computare.

De decem solidis annui servicii, una cum tribus gallinis de redditu per annum, debitis per Jaquimum de Parlea pro quodam novali sito apud Parlea, quod dictus Henricus dominus de Quarto quondam albergavit Ade de Parlea, patri dicti Jaquimini quondam, nichil computat quia feudum pro quibus debentur repertum est fore de feudo nobili quod Petrus et Vioninus de Clusellina, domicelli fratres, tenent a domino de Quarto ad feudum equi nobile, quod adhuc tenent et deserviunt per modum contentum superius in titulo caponum, quare de presenti memoriali ulterius in sequentibus computis nulla fiat mencio.

Recepit a Peroneto dou Soudan, carpentatore, et Jaquimino de Canali de Dovia, habitatoribus Porte Sancti Ursi, pro quadam piscina sita apud Fontanelles, que solent esse Girodi, filii Magni Johannis de Dovia quondam, supra et pro qua debere et solvere solebat sex solidos infrascriptos, eisdem Peroneto et Jaquimino de novo tradita et albergata per dictum castellanum pro tanto de servicio per annum et retentis infrascriptis, et computat pro termino festi beati Stephani yemalis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo

- VI solidos monete Auguste

Recepit ab eisdem Peroneto et Jaquimino pro retentis dictorum sex solidorum terminorum festi beati Stephani yemalis annorum Domini millesimo tercentesimo septuagesmo octavo, septuagesmo nono, octuagesimo et octuagesimo primo, pro quibus nundum fuerat computatum

- XXIII solidos monete Auguste

De duobus solidis annui servicii debitis per Jaquemetum, dictum Diaqueno, de Valle Pellina pro molendino de Stanno, sito subtus Sanctum Christoforum, non computat quia vacat et diu vacavit nec potest reffici quia eyrile dicti molendini fieri non potest propter diluvium aque Durie, quo eyrile et molendina predicta periclitaverunt ut dicit et dicitur in computo precedenti, sed nichilominus iniungitur eidem prout in computo precedenti fuit iniunctum, quod dicta molendinum et stannum alberget utiliori modo quo fieri poterit pro domino.

De X solidis¹⁶¹ annui servicii debitis per Jaquiminum de Preil de Roysan, clericum quondam, pro quadam pecia terre sita apud Roysan, non computat quia dicta pecia vacat et diu vacavit pre et post mortem dicti Jaquimini, quare eciam non invenit qui pro tanto servicio voluerit eam recipere, neque eciam pro minori servicio sine introgio albergare, licet super hoc bonam dilidenciam quam potuit fecerit ut asserit. Nichilominus iniungitur eidem quod dictam peciam terre alberget utiliori modoquo poterit pro domino taliter quod de et pro ipso valeat in suo sequenti computo computare.

95 De duobus solidis annui servicii quos debebant quidam ex hominibus domini episcopi Auguste, commorantibus apud Cogniz, mandamenti et iuridicionis dicti domini episcopi, pro quibusdam pascuis sitis en Los Lores, mandamenti Breyssoigni, et in montanea de Marris, mandamenti Quarti, non computat quia diu est¹⁶² in eorum solucione [LXX] cessaverunt neque ad ea pascua venerunt et eciam nundum potuit informari de nominibus debencium, quare iniungitur eidem quod de premissis diligencius se informet taliter quod de ipsis veniat in computo sequenti plenarie informatus aut alias de ipsis computare debite paratus.

De sexaginta solidis annui redditus debitis per communitatem parrochie Sancti Christofori pro quibusdam pasqueragiis et brotellis seu brolliis sitis subtus Sanctum Christoforum, prope Duriam, pro tanto datis dicte communitati per dominum Henricum dominum de Quarto

¹⁶¹ Le mot *solidis* répété est effacé.

¹⁶² Les mots *quia diu est* répétés sont effacés.

quondam, ad certum tempus ut dicitur in computo precedenti iam diu lapsum, non computat quia dicta pasqueragia sunt inutilia propter inundacionem aque Durie, nec restavit ibidem aliquid ad destruendum, de quo aliquod commodi haberi possit ut dicit, iniungitur tamen sibi quod, si quid in predictis fuerit utilitatis, in eo bannum iuxta formam consuetudinibus Vallis Auguste apponat ad eo quod, si dicti sexaginta solidi non solvantur ut supra, de bannis bestiarum ibidem repertarum computet in computo sequenti.

Recepit a Jacobo Colombe, Petro Pentecostes, Vuillermo de Cella, Remigio de Rovorey, Petro de Blanchiflour, Vuillermeto de Mallio, Andrea Sponso, Vuillermo Cognien, Gaspardo de Crestella, Vuillermo de Brissognia, Johanne de Balma, pro se et fratribus suis, Petro Martine, Johanne Imperatricis, Rocigniodo Bartholomeo de Perola, pro hospicio filii sui de Pra, Hugoneto de Tyebant, domino Reynaldo, capellano ad eius vitam, et ab aliis hominibus de Quarto qui ad infrascripta voluerint usagiare pro omnibus et singulis broilliis sitis subtus Quartum, cum arboribus, espinis et borcziis nunc et imperpetuum existentibus ibidem, sibi albergatis per nobilem et potentem virum dominum Henricum dominum de Quarto militem quondam, pro tanto de reddito seu censu per annum, uno denario servicii et duobus denariis placiti¹⁶³ quando contingerit evenire, et pro decem florenis de introgiis per dictum dominum de Quarto quondam habitis et receptis, ut per instrumentum publicum dicti albergamenti factum, repertum et signatum per Aymonem Parmerii notarium quondam, sub anno Domini millesimo tercentesimo sexagesimo, indicione decima tercia, die veneris post Pascha, quod instrumentum ostendit pro ipso restituendo dictis personis, in quo instrumento eciam plura pacta et convenciones alie continentur, et computat pro termino festi beati Stephani yemalis anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo pro quo computasse debuisset in computo precedenti, sed de ipsis nundum fuerat informatus ut dicit

- LX solidos, I denarium monete Auguste

Recepit ab eisdem pro eodem et eodem termino festi beati Stephani yemalis annorum Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, octuagesimo, octuagesimo primo et octuagesimo secundo, ad racionem dictorum sexaginta solidorum, unius denarii monete predictae per annum

- XII libras, IIII denarios monete Auguste

¹⁶³ Dans la marge gauche: *Vide placitum.*

Remissio siliginis ad pecuniam pro anno millesimo tercentesimo septuagesimo nono:

Recepit a personis inferius particulariter nominatis debentibus de redditu per annum, cum quibusdam aliis personis, quantitates siliginis infrascriptas pro vineis et territorio vinearum de Ryns, parrochie de Roysano, que quantitates siliginis eisdem personis fuerunt remisse et taxate ad rationem sex solidorum, octo denariorum bone monete cursibilis Auguste pro quolibet sestario, casu quo solverent quarta die festi nativitatis Domini dumtaxat et non alias, per virum nobilem et potentem dominum Henricum dominum de Quarto quondam, instrumento publico recepto per Aymonem Parmerii notarium sub anno Domini millesimo tercentesimo quadragesimo septimo, indicione decima quinta, die lune ante festum beati Martini, superius in deductionibus siliginis declarato, prout infra, et primo a Jaquemeto Magni Johannis de Blavy, pro uno sestario, tribus eminalibus siliginis per ipsum debitis in anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, sibi remisit ipso anno ad rationem predictorum sex solidorum, octo denariorum pro sestario

96

- VII solidos, VI denarios monete Auguste
Recepit a Berthodo, forestarii de Blavy pro tribus sestariis et tribus quartanis siliginis per ipsum debitis ut supra eisdem anno et termino, modo superius declarato - XXV solidos monete Auguste

Recepit a Johanne Byonat de Blavy pro uno sestario et tribus quartanis siliginis per ipsum debitis ut supra et sibi remisit anno et termino superius declaratis

- XI solidos, VIII denarios monete Auguste

Recepit ab Hudricus Benedicte pro Einardo de Blavy quondam, debente ut supra quatuor sestariis, tribus quartanis siliginis remissa sibi ad rationem predictam, eisdem anno et termino

- XXXI solidos, VIII denarios monete Auguste

Recepit ab eodem Hudrico pro una emina siliginis per ipsum debita ut supra aliunde, remissa sibi ad rationem supradictam eisdem anno et termino

- III solidos, III denarios monete Auguste

Recepit a Jaquemeto Saller pro quatuordecim eminalibus siliginis per ipsum debitis ut supra et sibi remisit ad rationem supradictam eisdem anno et termino

- III solidos, X denarios et duas partes unius denarii monete Auguste

Recepta pecunie pro siligine in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo:

Recepit a personis inferius particulariter nominatis debentibus quantitates siliginis subscriptas remissas eisdem ad rationem et per modum superius descriptis, et primo a Jaquemeto Saller et a dictis Vagniours de Ryns, debentibus unum sestarium, [LXXI] quatuor eminalia siliginis de redditu per annum, remissis sibi ad rationem supradictam pro anno Domini millesimo CCCMXXX

- VII solidos, IX denarios et tercium unius denarii monete Auguste

Recepit a Johanne Bionat, debente per annum ut supra unum sestarium, tres quartanas siliginis, remissas eidem ad rationem supradictam pro anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo

- XI solidos, VIII denarios dicte monete

Recepit a filio Girardi Piteti, debente per annum ut supra unum sestarium, quatuor eminalia siliginis, remissa eidem ad rationem supradictam pro anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo

- VII solidos, IX denarios et tercium unius denarii monete predictae

Recepit ab Hudrico Benedicte de Blavy, debente per annum quinque sestaria, unam quartanam siliginis remissis eidem ad rationem predictam anno quo supra millesimo tercentesimo octuagesimo

- XXXV denarios monete predictae

Recepit a Jaquemeto Magni Johannis de Blavy, debente per annum unum sestarium siliginis ut supra remisso eidem ad rationem predictam anno predicto

- VI solidos, VIII denarios dicte monete

Recepit a Johannodo de Preil, debente per annum unum sestarium, tres quartanas siliginis ut supra remissis eidem ad rationem predictam anno quo supra

- XI solidos, VIII denarios dicte monete

Recepit a Jaquemeto Bestent pro Johannodo Brunodi de Blavy, debente per annum unum sestarium et tres quartanas siliginis ut supra remissis eidem ad rationem predictam pro anno predicto millesimo tercentesimo octuagesimo

- XI solidos, VIII denarios dicte monete

Recepit a Jaquemeto Magni Johannis de Blavy, debente per annum unum sestarium siliginis ut supra, remisso eidem ad rationem predictam pro anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo

- VI solidos, VIII denarios dicte monete

Summa:

- M V^C LXXIII libere, XVII solidi, X denarii, I tercius unius denarii monete Auguste ad XXVI

- CXVIII solidi, VI denarii januenses, ad X pro XV predictorum

- LIII floreni auri boni ponderis veteres

Et: - LXI franchi auri

Auxilia:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de auxilio per annum a Johanne et Johannodo Siratz¹⁶⁴ de Dovia, fratribus, in festo beati Stephani anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo pro quo computasse debuisset in suo computo precedenti sed de ipsis nundum fuerat informatus ut dicit - IIII solidos monete Auguste

Recepit ab eisdem pro eodem et eodem termino festi beati Stephani yemalis anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, octuagesimo, octuagesimo primo et octuagesimo secundo ad rationem dictorum quatuor solidorum pro quolibet dictorum quatuor annuorum

- XVI solidos dicte monete

Recepit a personis in septem particulis computi precedentis specificice et nominatim descriptis sub titulo denarii census, in locis de Bocza et Cirisei, de auxilio per ipsas annis alternis debito, ultra alia auxilia annualia ibidem et sub eodem titulo contenta in festo beati Stephani anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo, et in computo precedenti de ipsis computavit pro anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo particulariter ut supra

- LIX solidos, IX denarios monete Auguste

Recepit ab eisdem pro eodem et eodem termino festi beati Stephani yemalis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, et pro anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo superius computavit

- LIX solidos, IX denarios monete Auguste

Recepit a Dominico Reynerii de Avisio, domicello, de auxilio per ipsum annis alternis debito, ut in computo precedenti sub titulo denarii census apud Moriacium continetur, in festo beati Stephani yemalis, incipiente currere anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo, et pro anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo computavit in computo precedenti ut dictum est supra

Recepit ab eodem pro eodem et eodem termino festi beati Stephani yemalis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo secundo, et pro eodem termino festi beati Stephani anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo superius computat ut supra, et iniungitur eidem¹⁶⁵ quod auxilia et alia tributa in dicta castellania

¹⁶⁴ Aussi *Sirard*.

¹⁶⁵ Dans la marge gauche: *vide*.

domino debita et pertinencia diligenter perquirat, regithiasque et extentas domini ibidem per Joahnnem Gontereti, procuratorem domini et receptorem extentarum in Valle Augusta, recepi et compleri faciat sic et taliter quod de ipsis valeat in suo sequenti computo plenius computare et de premissis omnibus clarius informare- XXX solidos monete Auguste

98

Summa: - IX libre, XIX solidi, VI denarii monete Auguste

[LXXII]

Firme:

Idem reddit computum quod recepit a Dominico Chiriaci¹⁶⁶ de Augusta pro firma mistralie mandamentorum Quarti et Oyacie unius anni finiti die secunda mensis augusti, anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, quam tenere debebat ut dicit pro tanto de firma per annum spacio duorum annorum, supradictis die et anno finitorum, que firma vacavit a dicta die secunda mensis Augusti anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono usque ad festum beati Michaelis anno eodem, pro eo quia dictus Dominicus dictas mistralias tenere volebat sub simili censa seu firma per annum ultra voluntatem et consensum dicti castellani qui pro firma dictarum mistraliarum plus reperiebat ut infra, propter quod supra premissis dicti castellanus et Dominicus apud Rippalliam litigaverunt coram domino et eius consilio per tempus supradictum quo dicta firma vacavit racione dicte litis, ut dicit et suo asserit iuramentum

- VIII florenos auri boni ponderis veteres

Recepit a Jaquemeto Cleva de Dovia pro firma mistralie mandamenti Quarti, pro qua supra simul computat cum mistralia Oyacie infrascripta, unius anni finiti in festo beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo, et pro firma mistralie Oyacie infra computat ad partem

- XII florenos auri veteres

Recepit ab eodem pro eadem firma unius anni finiti in festo beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo, et inde nichil plus recepit ut dicit, propter quod iniungitur eidem quod dictam firmam, una cum aliis infrascriptis,¹⁶⁷ modis, locis et temporibus debitis et consuetis, cridari faciat et plus offerenti tradat, taliter quod de ipsis valeat utilius pro domino respondere - XII florenos auri veteres

¹⁶⁶ Lire: *Chiryety*, comme dans les comptes précédents.

¹⁶⁷ Dans la marge gauche: *vide*.

Recepit a Johanne Valeti de Cirisia de Dovia, pro firma mistralie mandamenti Oyacie unius anni finiti in festo beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo - X florenos auri veteres

Recepit ab eodem pro eadem firma unius anni finiti in festo beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo nec inde plus recepit ut dicit, quare fit eidem similis iniunctio que supra

- X florenos auri veteres

Recepit a Guillermo Guillonis de Sancto Germano, vallis Ysere, habitatore Auguste, notario, pro firma clericature curie mandamenti Quarti et Oyacie, unius anni finiti die secunda mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono ut in computo precedenti, nec inde plus recepit ut dicit - VI florenos auri veteres

Recepit a Johanne Gontereti, notario et procuratore domini in Valle Augusta, pro firma clericature predictae unius anni finiti die undecima mensis novembris anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo, et respondet de dicta firma plus propter mutacionem termini temporis

- XXIII florenos auri veteres

Recepit ab eodem pro eadem firma unius anni finiti die undecima mensis novembris anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo, nec inde plus habere potuit ut dicit, quare iniungitur eidem castellano¹⁶⁸ quod dictam firmam cridari faciat debite modo consueto et plus offerenti tradat taliter quod de ipsa valeat in suo sequenti computo computare

- XXIII florenos auri veteres

Recepit a Johanne dicto Vidondo, manderio Quarti, pro firma dicte manderie unius anni finiti die secunda mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, ut in computo precedenti

- II florenos auri veteres

Recepit ab Hugonino Bergoignonis, dicto Grillion, habitatore Quarti, pro eadem firma unius anni finiti die secunda mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo, nec inde plus recepit ut dicit - II florenos auri boni ponderis veteres

99 Recepit ab eodem pro eadem firma unius anni finiti die secunda mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo, et, facta diligencia quam potuit, non invenitur qui inde plus dare voluerit ut asserit suo iuramento, propter quod iniungitur eidem quod

¹⁶⁸ Dans la marge gauche: *vide*.

dictam firmam credari faciat et plus offerenti tradat quod de ipsa valeat in sequenti computo utilius pro domino computare

- II florenos auri veteres

[LXXIII] Recepit ab eodem pro eadem firma unius anni finiti ut supra anno millesimo tercentesimo octuagesimo secundo

- II florenos auri veteres

Recepit a Johanne Fileri pro firma manderie Sancti Christofori et de Porroczan unius anni finiti die secunda mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, ut in computo precedenti

- II florenos auri veteres

Recepit a Johanne Vidondo, habitatore Quarti, pro firma dicte manderie unius anni finiti die secunda mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nec inde plus recepit ut dicit

- II florenos auri veteres

Recepit ab eodem pro eadem firma unius anni finiti die secunda mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo et nichil plus proinde habere potuit licet bonam diligenciam quam potuit fecerit ut dicit, propter quod iniungitur eidem¹⁶⁹ quod dictam firmam credari faciat modis et formis in aliis supradictis declaratis

- II florenos auri veteres

Recepit ab eodem pro eadem firma unius anni finiti die secunda mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo

- II florenos auri veteres

Recepit Johanne Godio seniore pro firma manderie Vallispelline unius anni finiti die secunda mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, ut in computo precedenti

- XX solidos viennenses monete Auguste

Recepit a Johanne de Prato Basso pro eadem firma unius anni finiti die secunda mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo, nec inde plus recepit ut dicit

- XX solidos viennenses monete Auguste

Recepit ab eodem Johanne pro eadem firma unius anni finiti die secunda mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo, nec inde plus recepit ut asserit

- XX solidos viennenses monete Auguste

Recepit a Johanne Galliardi pro eadem firma unius anni finiti die secunda mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo

¹⁶⁹ Dans la marge gauche: *vide*.

octuagesimo secundo, nec inde plus recepit ut suo asserit iuramento, quare fit eidem similis iniunctio¹⁷⁰ que supra

- XX solidos viennenses monete Auguste

Recepit a Johanne, filio quondam Martini de Prato Basso, pro firma manderie de Dovia unius anni finiti die secunda mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, ut in computo precedenti

- dimidium florenum auri veterem

Recepit a Johanne de Prato Basso pro eadem firma unius anni finiti die secunda mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo, nec inde plus recepit ut dicit

- dimidium florenum auri veterem

Recepit a ab eodem pro eodem et eadem firma unius anni finiti die secunda mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo, et plus inde nichil recepit ut dicit

- dimidium florenum auri veterem

Recepit a Johanne Galliardi pro eadem firma unius anni finiti die secunda mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo nec inde plus habere potuit licet bonam diligenciam quam facere potuit super hoc fecerit ut dicit, et suo asserit iuramento, propter quod iniungitur eidem¹⁷¹ quod dictam firmam cridari faciat modo superius declarato

- dimidium florenum auri veterem

Recepit a Vuillermo Breton de Stipulis pro firma manderie de Bocza unius anni finiti die secunda mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, ut in computo precedenti

- dimidium florenum auri veterem

Recepit a Jaquemeto Hugonodi de Cerisei pro firma mistralie dicti loci de Bocza, licet superius nominetur manderia, unius anni finiti die secunda mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo, nec inde plus recepit ut dicit

- dimidium florenum auri veterem

100 Recepit ab eodem Jaquemeto pro eadem firma unius anni finiti die secunda mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo, nec inde plus recepit ut dicit

- dimidium florenum auri veterem

Recepit ab eodem pro eadem firma unius anni finiti die secunda mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo

¹⁷⁰ Dans la marge gauche: *vide*.

¹⁷¹ Dans la marge gauche: *vide*.

secundo, nec inde plus recepit ut suo asserit iuramento, quare fit eidem¹⁷² similis iniunctio que supra - dimidium florenum auri veterem

Recepit a Johanne Vidondo supradicto pro firma leyde nundinarum Ville Franchie que tenentur ibidem bis in anno, scilicet die martis propinquore festo apostolorum Philippi et Jacobi, et die festi apostolorum Simonis et Jude, unius anni finiti die secunda mensis augusti, anno Domini millesimo CCLXX nono, que leyda levatur per formam franchesiarum eidem Ville Franche concessarum per virum nobilem et potentem dominum Jacobum de Quarto, militem quondam, instrumento recepto per Aymonem Parmerii de Balma notarium quondam, sub anno Domini millesimo CCCXXVII indicione decima, die prima mensis februarii, in quoquidem instrumento concessionis dictarum franchesiarum, inter cetera, continetur clausula supradictis tenoris:

“Statuit et ordinavit quod vendentes in dicto loco aliquas bestias [LXXIII] vivas, solvere <debeant> leydam domino vel suo nuncio, videlicet: pro equo et equa - quatuor denarios; pro bove, vaca, asino et asina - duos denarios; pro ove, mutone, castrono, capra et porco - unum obolum, exceptis habitatoribus dicti loci, clericis et nobiles personis qui de ipsa leyda sunt immunes, et si quis in fraudem extra ipsos terminos venderet vel emeret, in decem solidos condempnetur”.

Quarum franchesiarum notam ostendit in quodam parvo quaternullo¹⁷³ papiri scriptam, et computat de dicta firma pro termino et anno supradictis, inclusis manatis salis que levantur ibidem, et est diminuita dicta firma ipso anno de triginta sex solidis monete Auguste quia, facta diligencia quam facere potuit, non invenit qui plus inde dare voluerit, ut suo asserit iuramento, nec inde aliquas drolias recepit

- VI libras monete Auguste

Recepit ab eodem pro eadem firma unius anni finiti die secunda mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nec inde plus habere potuit ut dicit

- VI libras monete Auguste

Recepit ab eodem pro eadem firma unius anni finiti die secunda mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo, nec plus inde recepit ut dicit

- VI libras monete Auguste

Recepit ab eodem pro eadem firma unius anni finiti die secunda mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo

¹⁷² Dans la marge gauche: *vide*.

¹⁷³ Petit cahier.

secundo, et inde nichil plus habere potuit, ut suo asserit iuramentum, quare iniungitur eidem¹⁷⁴ quod dictam firmam cridari faciat et plus offerenti tradat, taliter quod de ipsa valeat in suo sequenti computo utilius pro domino computare aut alias sufficiencius de cridis et diligencia informare - VI libras monete Auguste

De firma banni vini quod venditur in Villafrancha a die prima mensis augusti, annis singulis, usque ad diem festi Assumpcionis beate Marie inclusive eiusdem mensis, domino pertinentis ibidem iuxta formam franchesiarum predictarum, in quibus inter alia continetur talis clausula:

“Statuit et ordinavit quod nemo vendidit ibidem in minuto vinum a prima die mensis augusti usque ad festum Assumpcionis beate Marie per totam die, nisi idem dominus de Quarto vel eius mandatus, et qui contra fecerit, bannum sexaginta solidorum incurrat”.

101 Nichil computat quia nichil pro eodem recepit eo quod non invenit qui dictum bannum ad firmam recipere voluerit, maxime quia dicta Villa Francha periit incendio ibidem posito durante guerra quam habebat cum domino de Quarto quondam dominus Ybletus de Chaland, et nundum est bene reffecta, ut dicit et eciam dicitur in computo precedenti, sed nichilominus fit ei similis iniunctio que supra proxime.

De firma ponderis domini de Villa Francha quod levatur pro singulis rebus que ponderantur ibidem ad grossum pondum domini unius denarii monete cursibilis domini Auguste, ut dicit, et prout eciam retulit Johannes Gontereti, procurator domini in Valle Augusta, prius in computo, nichil computat quia non invenit qui de dicto pondere seu ipsius firma quicquam dare seu ponderare voluerit per tempus de quo computat ut dicit, nichilominus fit ei similis iniunctio que in aliis firmis et particulis suprascriptis.

Recepit a Bernardo Valery de Signins¹⁷⁵ et Andrea, filio quondam Valleti de Cirisia de Dovia, pro firma pratorum domini vocatorum de Revoyria, in pluribus peciis, continencium circa triginta quinque seyturias, eisdem Bernardo et Andree tradita per dictum castellanum spacio trium annorum die undecima mensis februarii anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo incohatorum, ad rationem triginta unius solidi monete cursibilis Auguste pro qualibet seyturiata durantibus dictis tribus annis, instrumento inde recepto per Guillermmu Guillionis notarium, sub anno Domini millesimo tercentesimo

¹⁷⁴ Dans la marge gauche: *vide*.

¹⁷⁵ Lire *Segnins*.

septuagesimo octavo, indicione prima, die undecima mensis februarii, cuius copiam reddit manu dicti notarii signatam, continentem quedam alia pacta et censam certarum vinearum, et computat pro anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono et pro secundo dictorum trium annorum firme supradicte

- LIII libras, V solidos monete Auguste

Recepit ab eisdem pro eadem firma dictorum pratorum et computat pro anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo et pro tercio et ultimo dictorum trium annorum per formam tradicionis dicte firme superius declaratam

- LIII libras, V solidos monete Auguste

De firma dictorum pratorum nichil computat hic pro annis Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo et octuagesimo secundo, licet cadat in tempore presentis computi, quia albergata fuerunt per dominum, cum quibusdam aliis rebus, Anthonio Palmerii de Balma, per litteram domini de dicto albergamento datam die XXVI mensis januarii anno Domini [LXXV] millesimo tercentesimo octuagesimo primo superius copiatam in titulo denariorum census, propter quod hic ulterius de presenti firma non fiat mencio.

102

Recepit a Jaquimino de Canali de Dovia pro firma primi feni prati domini de Olees, et relictum fenum sibi pertinet, et pertinere debet modo superius declarato in titulo frumenti et exitus pratorum in anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, sibi tradita iterato per dictum castellanum

- XXXIII florenos auri veteres

Recepit ab eisdem pro eadem firma in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo et pro sequentibus annis nichil computat hic quia dictum pratium albergatum fuit per dominum Anthonio Parmerii, ut in dicta littera domini de dicto albergamento superius designata in denarii census copiata continetur

- XXXIII florenos auri veteres

Recepit a Petro Morelli, Theobaldo de Crista, mistrali de Roysan, et dicto Vagniour pro firma pratorum domini de Ryns, inclusis fructibus arborum in eisdem existencium, sibi tradita per dictum castellanum in anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono pro tanto, et solvunt pro dicta firma in festo nativitatis Domini, ut dicit, et computat de dicta firma pro termino festi nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono

- XVII florenos auri veteres

Recepit ab eisdem pro eadem firma simili modo tradita et computat pro termino festi nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo octuagesimo

- XVII florenos auri veteres

Recepit ab eisdem pro eadem firma sibi tradita ut supra et computat pro termino festi nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo

- XVII florenos auri veteres

Recepit ab eisdem pro eadem firma sibi tradita per eundem castellanum ut prius, et computat pro termino festi nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, nec inde plus recepit, ut suo asserit iuramento, propter quod iniungitur eidem¹⁷⁶ quod dictam firmam cridari faciat et plus offerenti tradat, taliter quod de ipsa valeat in suo sequenti computo utilius pro domino computare aut alias sufficienter respondere

- XVII florenos auri veteres

Recepit a supradicto Theobaldo de Crista pro firma prati domini de Lumiczan sibi tradita per dictum castellanum, solvenda in festo nativitatis Domini, et computat pro dicto termino festi nativitatis Domini anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono

- I florenum auri veterem

Recepit ab eodem pro eadem firma et computat pro termino festi nativitatis Domini anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo

- I florenum auri veterem

Recepit ab eodem pro eadem firma et computat pro termino festi nativitatis Domini anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo

- I florenum auri veterem

Recepit ab eodem pro eadem firma et computat pro termino festi nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, nec inde plus hebere potuit ut suo asserit iuramento, quare iniungitur eidem¹⁷⁷ quod dictam firmam cridari faciat et plus offerenti tradat, taliter quod in suo sequenti computo valeat utilius pro domino computare

- I florenum auri veterem

Vide dorsum: -XXIII solidos monete Auguste in dorso

Summa: - VI^{XX} XVII libre, XIII solidos monete Auguste

Et: -II^C XLVI floreni auri boni ponderis veteres

¹⁷⁶ Dans la marge gauche: *vide*.

¹⁷⁷ Dans la marge gauche: *vide*.

Teysie domorum:

De teysiis domorum Ville Franche nichil computat hic eo quod includuntur in denarii census, prout et de quibus ut supra computat, maxime quia supra domibus Ville predictae, quando casus adveniet, dominus percipit in eisdem laudes et vendas, ut dicit et dicitur in computo precedenti.

Introgia:

Idem reddit computum quod recepit a Johannodo de Neyva de Porroczan pro introgio cuiusdam feudi levacionis unius rivi sibi albergati per dictum castellanum pro tanto de introgiis et pro quinque solidis de servicio de quibus supra computat sub titulo denarii census.

Recepit a Jaquimino de Molendinis de Synczo supra Sarrum et Bonifacio eius nepote pro certa parte aque rivi de Villa supra Sarrum, domino commissa ob mortem domini de Quarto, sibi albergata per dictum castellanum et commissarium domini, ut asserit in hac parte, deputatum pro tanto de introgiis et pro XVII solidis, VI denariis monete cursibilis Auguste de servicio per annum, de quibus castellanus de Sarro,¹⁷⁸ penes quem dicta res albergata est, domino computare debet, instrumento recepto per Johannem Gontereti notarium, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo, indicione tertia, die XX mensis aprilis

- X libras monete Auguste

Et: - IIII florenos auri boni ponderis veteres

Recepit ab Aymoneto de Petris Grossis, de Tora supra Sarrum, pro quodam feudo sito in Tora, quod fuit Jaquimini Perrini quondam et Johannis de Tora, domino commisso ob mortem dicti Jaquimini, sibi albergato per dictum castellanum, commissarium ad hoc per dominum deputatum, pro tanto de introgio et pro novem solidis dicte monete de servicio, de quibus castellanus Sarri¹⁷⁹ domino computare debet quia dictum feudum est erga dictum castellanum de Sarro, instrumento recepto per Johannem [LXXVI] Gontereti notarium sub anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo, indicione tertia, die vicesima mensis junii

- II florenos auri boni ponderis veteres

Recepit a personis inferius particulariter nominatis pro certa parte aque rivi de Riveyrie supra Charvenczo, descendens a loco dicto La Dueys inferius, domino commissa ob mortem domini de Quarto

¹⁷⁸ Dans la marge gauche: *Castellanus de Sarro*.

¹⁷⁹ Dans la marge gauche: *Castellanus de Sarro*.

quondam, eisdem personis albergata per ipsum castellanum, commissarium domini predictum, sub serviciis et introgiis inferius specificè declaratis, instrumentis proinde receptis per Johannem Gontereti notarium sub anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, indicione quinta, diversis diebus, de serviciis vere inferius declaratis computare debebit castellanus Breissognie,¹⁸⁰ penes quem dictum feudum remanet: et primo a Nycoletto de Ruppe de Augusta pro parte in dicta aqua sibi contingente, pro tantode introgio et pro uno quarterono piperis de reddito per annum, de quo castellanus Breissognie predictus domino computare debebit

104

Recepit a Vyonino de Chessera pro eodem albergamento sibi facto pro tanto de introgiis et pro uno quarterono piperis de quo castellanus Breissognie computare debebit

- II florenos auri veteres

- II florenos auri veteres

Recepit ab Anthonio Bichier pro simili albergamento sibi facto pro tanto de introgio et pro tribus quarteronis piperis per annum de quo dictus castellanus Breissognie domino computare debebit in duabus particulis

- VI florenos auri veteres

Recepit ab Henrico de Empallian pro simili albergamento sibi facto in duabus particulis pro tanto de introgiis et pro tribus quarteronis cum dimidio piperis de quibus dictus castellanus Breissognie domino computare debebit

- III florenos auri veteres

Recepit a Johanne, filio Johannis Moczet, pro feudo Sancti Ursi adaquando pro simili albergamento sibi facto pro tanto de introgiis et pro uno quarterono et dimidio piperis per annum in duabus particulis, de quibus dictus castellanus Breissognie domino computare debebit

- III florenos auri veteres

Recepit a Johanne Bonerii, habitatore Auguste, macellario, pro simili albergamento sibi facto pro tanto de introgiis et pro dimidio quarterono piperis, de quo castellanus Breissognie domino computare debebit

- I florenum auri veterem

Recepit ab Hugoneto Palliet pro simili albergamento sibi facto pro tanto de introgiis et pro uno quarterono piperis de quo castellanus Breissognie domino computabit

- III florenos auri veteres

Recepit a Leonardo Coci de Augusta pro simili albergamento sibi facto pro tanto de introgiis et pro uno quarterono piperis per annum, de quo castellanus Breissognie domino computare debebit

¹⁸⁰ Dans la marge gauche: *Castellanus Breissognie*.

- I florenum et dimidium veterem

Recepit a Katherina, relicta Johannis Betayz de Fellina, pro quadam pecia prati et baragii de novali jacente prope torrentem de Fellina et Duriam, domino commissa ob mortem domini de Quarto quondam, sibi albergata pro tanto de introgiis et pro quinquaginta solidis monete cursibilis Auguste de servicio per annum, instrumento recepto per Johannem Gontereti notarium sub anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, indicione quinta, die decimaquinta junii, et de quo servicio castellanus Breissognie domino computare debet

- XII libras monete Auguste

Summa: - XXII libre monete Auguste

Et: - XXXIX floreni et dimidium auri boni ponderis veteres

105

[LXXVII]

Laudes et vende:

Idem reddit computum quod recepit a Johanne de Ferreria de Ayacia et Perrino Nycholini de Biona, pro quadam infeudacione per dictum Johannem dicto Peronino facta anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo, die XXIX mensis decembris, pro triginta solidis introgiiorum

- IIII solidos, IX denarios obolo pictavenses monete Auguste

Recepit a Martino, filio Petri Porter, et Jaquimino, filio Johannis Rodulphi de Pollen, pro quadam infeudacione per dictum Martinum dicto Jaquimino facta de quadam pecia vinee, jacente in Villa Franca, que dicitur vinea Bonerii, pro sex florenis introgiiorum

- XXVI solidos dicte monete

Recepit a Jaquemeto Bestendon de Dovia, et Alexia eius uxore, et Perrino Nycholini de Biona et Petro, filio quondam Johannis Bestent de Biona, pro quadam infeudacione quam dicti coniuges dictis Perrino et Petro <fecerunt> de tercia parte cuiusdam pecie prati jacentis en Pra Fonthier, anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo, die XV mensis maii pro quadraginta libris de introgiis

- VI libras, VIII solidos, IIII denarios dicte monete

Recepit a liberis Jaquemeti Marqueti et liberis Vullermi Duc de Aviso pro quadam infeudacione facta per dictos liberos Marqueti dictis liberis Vulliermi Duc de quadam pecia prati jacente apud Puvil, anno

Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo, die XVII mensis maii, pro quindecim florenis de introgiis - LXV solidos dicte monete

Recepit a Johanne Mermodi de Stagno, Alexia eius uxore et Johannodo Tollat de Valle Pellina pro quadam infeudacione per dictos coniuges dicto Johannodo facta de medio jornalique aque rivi Prepositi, pro septem florenis de introgiis ad XXVI solidos pro floreno

- XXVIII solidos, II denarios obolo pictavenses dicte monete

Recepit ab Adam dou Chyvaley et Petro dou Verney pro quadam infeudacione per dictum Adam dicto Petro facta de medietate unius pecie terre jacentis ad Poroczan, loco dicto Planet, et medietate unius pecie terre ibidem jacente, loco dicto Les Meyeres, anno Domini MCCC septuagesimo octavo, die penultima mensis maii, pro duobus florenis de introgiis

- VIII solidos, VIII denarios dicte monete

Recepit ab eodem Adam et Johannodo de Orto de Porczan pro quadam infeudacione per dictum Adam dicto Johannodo facta de medietate unius pecie prati jacentis ad Porczan, loco dicto Perier, et de medietate alterius pecie terre jacentis in Champally, anno et die quibus supra, pro duobus florenis de introgiis

- VIII solidos, VIII denarios dicte monete

Recepit a Johanne Perole et Dominico Bremenczonis de Charvenczo pro quadam infeudacione per dictum Johannem dicto Dominico facta de quibusdam rebus jacentibus verso Charvenczo, anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo septimo die tercia mensis junii, pro viginti florenis de introgiis

- IIII libre, VI solidos, VIII denarios

Recepit a dicto Johanne Perole, Johanne et Nycolao de Pra pro quadam vendicione facta per dictum Johannem dictis fratribus de quatuor sestariis vini annualibus, anno et die quibus supra, pro duodecim libris monete Auguste

- XXXVIII solidos, VI denarios

Recepit ab eisdem Johanne Perole et Johanne et Nycolao fratribus pro quadam vendicione per dictum Johannem dictis fratribus facta de duobus solidis, septem denariis et quatuor eminalibus siliginis annualibus, anno et die quibus supra pro duobus florenis

- VIII solidos, VIII denarios

Recepit ab Eymeriodo Raspalliot et Petro eius genero pro affiliacione per dictum Eymeriodum dicto Petro facta anno predicto die octava januarii, pro quadraginta libris de introgiis

- VI libras, VIII solidos, IIII denarios

Recepit a Berthodo, forestarii de Blavy et Johanne Benedicte eiusdem loci pro infeudacione per dictum Berthodum eidem Johanni

- facta de quibusdam rebus jacentibus in Blavy, anno et die quibus supra,
pro viginti tribus libris de introgiis - LXIII solidos, IX denarios obolo
- 106** Recepit a Johannodo Tollat et Johanne Camper [LXXVIII] de
Graczano pro quadam infeudacione dicto Johannodo facta per dictum
Johannem et eius uxorem de omnibus rebus dictis coniugibus
pertinentibus a ponte de Pont Pulliast superius, anno Domini millesimo
tercentesimo septuagesimo nono, die XVI mensis januarii pro quatuor
libris de introgiis - XII solidos, X denarios
- Recepit a Johanne de Frasinea¹⁸¹ de Olomont et Johanne Benedicte
de Blavy pro infeudacione facta per dictum Johannem Benedicte et eius
uxorem de quibusdam rebus et possessionibus jacentibus in Olomont,
anno quo supra die secunda februarii, pro XX solidis de introgiis
- III solidos, II denarios obolo
- Recepit a Vulliermeto, filio Clementis dou Closyz de Agacia, et eius
fratribus, Jaquemino Agnetis de Janio et Vullermeto, filio Johannis
Bernard de Janio, pro vendicione facta per dictos Jaquiminum et eius
uxorem, nec non dictum Vulliermetum Bernard, dictis fratribus dou
Closyz de quibusdam rebus jacentibus in Agacia, anno quo supra, die
tercia mensis februarii, pro quindecim libris
- XLVIII solidos, VI denarios obolo
- Recepit a Stephanino de Crestono de Olomont et Johanne de Glaciers
pro quadam infeudacione facta per dictum Stephaninum dicto Johanni
de quadam pecia prati jacente in Olomont, loco dicto Martineys in
Lycodier,¹⁸² anno quo supra die XII februarii, pro quatuor libris de
introgiis - XVII solidos, III denarios
- Recepit a Nycodo de Crestono de Olomont et Jaquemeto, genero dou
Chauch¹⁸³ pro quadam infeudacione per dictum Jaquemetum eidem
Nycodo facta de quadam pecia terre et vacoli jacentem in Olomont, loco
dicto Es Colleres, anno quo supra die ultima februarii, pro viginti solidis
de introgiis - III solidos, II denarios obolo
- 107** Recepit ab Aymoneto Sartore de Villa Franca pro vendicione sibi
facta per Marietam, filiam quondam Peroneti Vullienci de Villa Franca
de medietate cuiusdam domus jacentem in dicta Villa Franca, prope
domum de la Voyata, anno quo supra, die Sancti Georgii, pro quatuor
floreis - XVII solidos, III denarios

¹⁸¹ Aussi *Fraxinea* e *Frassinea*.

¹⁸² Lecture douteuse.

¹⁸³ Chaussod.

Recepit a Johanne Perole, Johanne et Nycolao eius nepotibus pro quadam vendicione per dictum Johannem dictis fratribus facta anno quo supra, die XXI maii, de duobus sestariis vini annualibus cum decem novem denariis servicii annualibus, pro sex libris et decem solidis introgiurum - XX solidos, X denarios pictavenses

Recepit a dictis Johanne et Nycolao, fratribus, pro quadam infeudacione per ipsos facta liberis Jaquemeti Marqueti de quibusdam rebus jacentibus ad Ciran, anno et die quibus supra, pro quadraginta solidis introgiurum - VI solidos, V denarios

Recepit ab Adan dou Chivaley et Johannodo de Orto de Porzan pro quadam infeudacione per dictum Adan eidem Johannodo facta de rebus suis de Porzan, anno quo supra, pro XX^{ti} libris introgiurum - LXVIII solidos, II denarios

Recepit a Johannodo Tavernyn de Olomont pro quadam infeudacione sibi facta per Johannem Jaquimini Cerdonis de Valle Pellina de rebuis suis apud Vallepellinam jacentibus, anno quo supra die XIII novembris, pro viginti tribus libris et octo solidis de introgiis

- LXXV solidos

Recepit a Vincencio Vorpo et Amedeo Malliet de Agacia pro quadam infeudacione per dictum Vincencium eidem Amedeo facta de medietate alpis et pratorum de Chameyn, anno quo supra, die XXVIII novembris, pro quinque florenis introgiurum

- XXI solidos, VIII denarios

Recepit a Peroneto Chacho de Dovia et Johannodo filio quondam Johannis Sirat¹⁸⁴ pro infeudacione facta per dictum Peronetum, et Leonardam eius uxorem, eidem Johannodo de quadam pecia prati et terre jacente in Dovia in Croso, anno et die quibus supra, pro decem libris de introgiis

- XXXII solidos, II denarios

Recepit a Johannodo Baravay de Olomont pro infeudacione sibi facta per Martinum de Glacier, eiusdem loci, de quarta parte cuiusdam domus jacentis in Olomont in Porchyery, anno quo supra die XXXV mensis decembris pro decem septem solidis de introgiis

- II solidos, VI denarios obolo pictavenses

108 [LXXVIII] Idem reddit computum quod recepit a Jaquemeto Tricardi de Olomont pro rebus quas Vuillermeta eius uxor habebat in parrochia de Valle Pellina eidem venditis precio XXXIII librarum

- CV solidos, X denarios obolo monete

¹⁸⁴ Aussi *Siratz* e *Sirard*.

Recepit a Jaquemino de Junel et Johanne Maria de Effra pro quarta parte decime de Effra eidem albergata seu infeudata pro sex libris et decem solidis de introgio - XX solidos, X denarios pictavenses

Recepit ab Aymoneto de Arnio et Mermeto Saltore¹⁸⁵ de Villa Francha pro quadam domo sita in Villa Francha, eidem albergata seu infeudata per dictum Aymonetum eidem Mermeto pro decem florenis de introgiis - XLIII solidos, III denarios

Recepit a Vincencio Vulpo¹⁸⁶ de Agacia et Aymoneto, filio quondam Gotoffredi dou Cerniour de Porroczan, pro quinta parte alpis Nove eidem albergata seu infeudata per dictum Vincencium Vurpo pro LX solidis de introgiis - IX solidos, VII denarios obolo

Recepit a Nycholeto de Ponte de Olomont et Johanne de Glaciers de Olomont pro infeudacione per dictum Nycholetum eidem Johanni facta de quibusdam rebus jacentibus in Olomont, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo die XIII mensis marcii, pro centum solidis de introgiis - XVI solidos, obolum

Recepit a Johanne Brocardi de Erisan,¹⁸⁷ de parrochia Sancti Christofori, Johanne de Cirisia, habitatoribus in Alen, pro infeudacione facta per dictum Johannem Brocardi eidem Johanni de Cirisia de quadam domo jacente apud Erisan, anno quo supra die XX marcii, pro quadraginta solidis de introgiis - IX solidos, VII denarios obolo

Recepit a Johannodo Chavaler pro vendicione sibi facta per Philipone eius consanguinei de rebus feudalibus domini, anno quo supra die prima mensis aprilis, precio viginti unius libre - LXVII solidos, III denarios obolo

Recepit a Johanne Vidondo et Anthonio de Canali de Quarto pro infeudacione facta per dictum Johannem eidem Anthonio ad opus filiorum Francisci Colombe de quodam passagio aque, anno quo supra die XIX mensis aprilis, precio unius floreni - III solidos, III denarios

Recepit a Vulliermeto Caller de ultra Cristam et Perreta des Gis Testore, habitatore in Villa Francha, pro infeudacione per dictum Vulliermetum eidem Perrete facta de quadam domo jacente in Villa Franca, anno quo supra die XII mensis maii, pro quatuor florenis introgiurum - XVII solidos, III denarios

¹⁸⁵ Lire *Sartore*.

¹⁸⁶ Lire *Vorpo*.

¹⁸⁷ Lire *Yrisan*.

Recepit a Johannodo de Olignian et Parvo Aymoneto de Soreley pro infeudacione per dictum Johannodum eidem Aymoneto facta de quadam pecia terre jacente in parrochia Sancti Christofori, loco dicto Pyssynery, anno quo supra die XXVIII mensis maii, pro duodecim solidis de introgiis - XXIII denarios

Recepit a Perrerio Suarni de Valle Pellina, Johanne eius nepote et Jaquemeto Cleva de Valle Pellina pro infeudacione per ipsos Petrum et Johannem dicto Jaquemeto facta de quadam alpe jacente ad Bruson, anno quo supra die XXVIII julii, pro duobus florenis de introgiis - VIII solidos, VIII denarios

Recepit a Johanne, filio Johannis Siran de Dovia, pro infeudacione sibi facta per Johannetam, filiam Henrici de Cleva, de rebus feudalibus domini, anno¹⁸⁸ quo supra die XXIX julii, pro tribus florenis auri de introgiis - XIII solidos monete Auguste

Recepit ab Aymonodo, naturali de Arnyo, Johanne et Nycholao de Pra pro vendicione per dictum Aymonodum, et Johannetam eius uxorem, dictis fratribus facta de quinquaginta libris casei et duobus solidis servicii annualibus, anno quo supra die XXIII augusti, pro viginti libris de quibus medietas tangit feudum domini tantum - XXXII solidos, I denarium

Recepit a Johanne Vidondo et Hugonino Borgoygnion, habitatoribus Quarti, pro infeudacione per dictum Johannem eidem Hugonino facta de quodam passagio aque, anno quo supra die XVII septembris, pro uno floreno introgiorum - III solidos, III denarios

110 [LXXX] Recepit a Jaquimino Diaquono de Valle Pellina et Johanne Charles de Olomont pro infeudacione per dictum Diaquono eidem Johanni facta de quadam pecia prati jacente in exertis des Glaciers, anno quo supra die XXII octobris, pro sexdecim libris introgiorum - LI solidos, III denarios

Recepit a Johanne Broczodi et Petro Brocardi, parrochie Sancti Christofori, pro infeudacione per dictum Johannem eidem Petro facta de quodam stabulo, anno quo supra die sexta novembris, pro sexaginta solidis de introgiis - IX solidos, VII denarios obolo

Recepit a Jaquemeto Enfantaez et Johanne dicto Valet, genero Cuchelin, pro infeudacione facta per dictum Jaquemetum eidem Johanni de quadam pecia prati jacente in Plan Palet, anno quo supra die decima decembris, pro duobus solidis de introgiis - VIII solidos, VIII denarios

¹⁸⁸ Le mot *anno* répété est effacé.

Recepit a Petro Morelli pro infeudacione sibi per Vyoninum de Closelina de feudo domini, anno quo supra die XIX decembris, pro LXVIII libris introgiurum - X libras, XVIII solidos, II denarios

Recepit a Petro et Guillermo de Chou et Eymeriodo Raspalliot pro infeudacione facta eidem per dictos Petrum et Guillerum de uno sestario siliginis, uno quarterono ordei, duobus solidis servicii annualibus et duobus solidis auxilii, anno quo supra die XXI decembris, pro centum solidis de introgiis - XVII solidos, obolum

Recepit a Petro Avoyat de Luint de Bressognia et Aymoneto de Arlio de Villa Franca pro infeudacione eidem Aymoneto per dictum Petrum et eius uxorem facta de quadam pecia vinee jacente supra Villam Francam subtus Montem de Rola, anno quo supra die XXVII decembris, pro quatuor florenis cum dimidio de introgiis - XIX solidos, VI denarios

Recepit a Johanne, filio Stephaneti Lestey de Dalliou, et Vuillermo eius fratre, pro vendicione per dictum Johannem eidem Vuillermo facta de jure dicti Johannis quod habet in alpe de Pyssinolly, anno quo supra die XXIX decembris, pro duobus florenis de introgiis

- VIII solidos, VIII denarios

Recepit a dictis Johanne et Vuillermo pro infeudacione per dictum Johannem eidem Vuillermo facta de franchisesia et porcione quas idem Johannes habet in Fontana Viellan, anno et die quibus supra, pro decem solidis de introgiis - XIX denarios pictavenses

Recepit a Johanne Eymerici de Bagnierast de Agacia et Vionino Pontallyon pro infeudacione facta per dictum Vioninum eidem Johanni de quadam pecia prati jacente in Valle Pellina, loco dicto Barma, pro quatuor decem libris de introgiis, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo, die XI februarii - XLIII solidos, XI denarios

Recepit ab Andrea Valeti de Cirisia et eius fatribus et Petro naturali Laure Gonterii, civi Auguste, pro cesione eidem Petro per dictos fratres facta de quadam pecia vinee et terre jacente ou Lo, subtus Senyns, anno quo supra die XVI marcii pro quatuor florenis

- XVII solidos, III denarios

Recepit ab Andrea Morelli de Roisan et Johannodo de Chamular pro infeudacione eidem Johannodo per dictum Andream <facta> de quadam pecia terre jacente ad Roisan, loco dicto in Champez, anno quo supra die XVIII mensis marcii, pro duobus florenis de introgiis

- VIII solidos, VIII denarios

Recepit a Johanne de Glaciers de Olomont pro infeudacione sibi facta per Perrerium Suarni de quadam pecia terre et prati jacente in

Bruson supra Vallepellinam, anno quo supra die XIX marcii, pro X solidis de introgiis - XIX denarios pictavenses

Recepit a Johanne Vidondo et Petro Valerii de Segnins pro infeudacione eidem Petro per dictum Johannem facta de tercia parte aque unius doczoni rivi Prepositi, anno quo supra die X junii, pro tribus florenis de introgiis - XIII solidos

Recepit a Jaquimino Baravay de Olomont pro cessione sibi facta per Francesiam, filiam Jaquemeti Bescharra quondam, de quadam pecia prati jacente in Pravillar, anno quo supra die XVII junii, pro decem libris - XXXII solidos, I denarium

Recepit a Johanne Suarni de Valle Pellina et Petro, fabro, habitatore ibidem, pro infeudacione per dictum Johannem eidem Petro facta de quadam pecia terre jacente in Bruson, anno quo supra die XXIX julii, pro duobus florenis de introgiis - VIII solidos, VIII denarios

Recepit a Petro Avoyat de Luint de Bressonia et Johanne Sartore de Amanches in Normandia, habitatore in Villa Franca, pro infeudacione per dictum Petrum et Johannetam eius uxorem, dicto Johanni facta de quadam domo seu casali jacente in Villa Francha in pede ville, anno quo supra die octava mensis augusti, pro quinque florenis de introgiis

- XXI solidos, VIII denarios

111 [LXXXI] Recepit a predicto Petro Avoyat et Johanne Sartore pro infeudacione per dictum Petrum et eius uxorem predicto Johanni facta de quadam pecia vinee jacente supra Villam Francham, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo, die octava mensis augusti, pro quatuor florenis cum dimidio de introgiis

- XIX solidos, VI denarios

Recepit a Johanne Jacobi de Quarto et Hugonino Bergoignon, manderio, pro infeudacione per dictum Johannem eidem Hugonino facta de quodam rivo et transitu aque in Prato Josel, anno quo supra die decima octava augusti, pro quinquaginta quatuor solidis de introgio

- VIII solidos, VIII denarios

Recepit a Peronodo de Morgona et Johanne Magnin, habitatoribus Quarti, pro infeudacione per dictum Peronodum eidem Johanni facta de duabus peciis terre jacentibus supra Valero, supra Ruam Sancyrons,¹⁸⁹ anno quo supra die XIII septembris pro decem solidis de introgiis

- XIX denarios pictavenses

¹⁸⁹ Lecture douteuse.

Recepit a Bartholomeo, filio Petri Tarida, habitatore ad Soreley, et Peronino de Parlea pro infeudacione per dictum Bartholomeum eidem Peronino facta de quadam domo jacente ad Veny, anno quo supra die quinta novembris, pro quinque florenis januensibus de introgio

-XVI solidos, VIII denarios

Recepit a Jaquemeto, filio Johannis Marione de Morgona, et eius fratre pro infeudacione eisdem fratribus per Peronodum de Morgona facta de pluribus possessionibus jacentibus ad Morgona et circumstanciis, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, die vicesima quinta mensis januarii, pro triginta libris de introgiis

- IIII libras, XVI solidos, III denarios

Recepit a Johanne Vidondo et Vulliermo de Tullia pro infeudacione per dictum Johannem eidem Vulliermo facta de una pecia terre jacente subtus et extra muros Ville Franche, anno quo supra die prima mensis februarii, pro viginti octo solidis de introgiis

- IIII solidos, V denarios obolo pictavenses

Recepit a Johanne, filio Johannodi de Lacuan de Olomont, et Johanne Perrerii de Voce de Olomont pro infeudacione per dictum Johannem Johannodi eidem Johanni Perrerii facta de quibusdam novalibus domini, anno et die quibus supra, pro viginti solidis de introgiis

- III solidos, II denarios obolo

Recepit a liberis Peroneti Beriez,¹⁹⁰ Picodo et Nicholino de Frasineta, fratribus, pro infeudacione per dicto liberos dictis fratribus facta de feudo de Frasineta, anno quo supra de mense februarii, pro viginti libris de introgiis

- LXIII solidos, IIII denarios

112 Recepit a dictis liberis de Beriez et Johanne de Crestono de Olomont pro vendicione sibi per dictos liberos facta de uno seraceo annuali, anno et die quibus supra, pro quindecim libris

- XLVIII solidos, I denarium obolo

Recepit a Jaquemeto Enfantez et Michaele Cap de Roisan pro infeudacione per dictum Jaquemetum eidem Michaeli Cap facta, anno et die quibus supra, de quadam pecia vinee jacente ad Ryns, pro uno floreno de introgiis

- IIII solidos, IIII denarios

Recepit a Jaquemeto de Cleva de Somon pro quadam quictacione sibi facta per Michaellem de Cleva de quibusdam rebus jacentibus in parrochia de Valle Pellina, pro quatuor florenis, anno quo supra die prima aprilis, de quibus sexta pars est de feudo domini

¹⁹⁰ Lire *Beriaz*.

- II solidos, X denarios obolo pictavenses

De laudibus et vendis debitis per Anthonium Palmerii, Johannem Marqueti et Vincencium lo Vorpo pro duabus peciis prati jacentibus in Rovoyrie dictis Johanni Marqueti et Vincencio predicto lo Vorpo per dictum Anthonium Palmerii infeudata seu albergata, non computat quia precium dictarum rerum ignorat [LXXXII] quare iniungitur sibi quod in computo sequenti veniat plenius informatus et de ipsis computare paratus.

Summa: - CII libre, I solidus, XI denarii obolo monete Auguste

Aqua rivi Prepositi vendita ultra aquam accensatam:

Idem reddit computum quod recepit manu Petri Morelli de Rivo, administratoris et dispensatoris aque rivi domini vocati de Preposito, de et pro aqua rivi predicti per dictum Petrum pluribus et diversis personis anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo vendita ultra aquam accensatam seu traditam ad servicium de quo supra computat in titulo denarii census, nec inde plus recepit ut dicit

- IX libre monete cursibilis Auguste

Recepit manu supradicti Petri Morelli de Rivo pro eodem in anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono et respondet minus ipso anno quam anno proxime precedenti, propter diluvia et destructionem dicti rivi qui pro maiori parte ipso anno vacavit, de centum solidis monete Auguste

- IIII libras monete predictae

Recepit manu supradicti Petri pro eodem in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo et respondet plus de centum solidis monete quam anno proxime precedenti

- IX libre monete predictae

Recepit manu predicti Petri Morelli de Rivo in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo et respondet plus ipso anno quam anno proxime precedenti de sexaginta solidis monete Auguste

- XII libre monete predictae

Summa: - XXXIIII libre monete Auguste

113

Pasqueragium montis de Durand:

Idem reddit computum quod recepit pro pasqueragio montis vocati de Durand per manum Johannis dicti Charles, de Olomont, et eius socii, pastorum dicti montis, et levatur dictum pasqueragium a festo nativitatis beati Johannis, vel circa, usque ad festum beati Michaelis, de singulis

bestiis que mictuntur ad dictum montem ad pascendum ibidem et impinguendum juxta arbitrium pastorum ibidem ordinatorum et tempus quo dicta animalia pascunt ibidem, ut dicit, et computat pro anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono et respondet minus de decem octo libris, quatuordecim solidis, octo denariis monete quam in computo precedenti, nec inde plus habuit ut dicit

- XIII libras, XIX solidos III denarios monete Auguste

Recepit pro eodem pasqueragio in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo et levatur dictum pasqueragium per modum et formam superius declaratos, et respondet plus de decem septem solidis et duobus denariis monete Auguste quam anno proxime precedenti

- XV libras, XVI solidos, VI denarios dicte monete

Recepit pro dicto pasqueragio in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo et levatur dictum pasqueragium modo et forma superius declaratis, et respondet plus de sexdecim libris, quindecim solidis et sex denariis monete Auguste quam anno proxime precedenti, et inde nichil plus habuit ut dicit

- XXXII libras, XII solidos monete predictae

Summa: - LXIII libre, VII solidi, V denarii monete Auguste

114

[LXXXIII]

Banna concordata:

Idem reddit computum quod recepit a Stephanino Arbaneis de Dovia inculpato cepisse quandam falcem dicto Cueyny, teotonico

- VI florenos auri boni ponderis veteres

Recepit a Jaquimino dicto Czurro de Valle Pellina quia inculpabatur deportasse et sibi appropriasse de lignis rippagii aque Bauteгии pertinentis Johanni Galiardi de Valle Pellina sub bannis ibidem appositis vivente domino de Quarto quondam et dicta banna inde incurrisse

- IIII florenos et dimidium boni ponderis veteres

Recepit a Johanne Boner, olim famulo Coquiliodi, inculpato Eymeriodum Raspaliot in brachio percussisse, domino de Quarto vivente

- III quartos unius floreni boni ponderis veteres

Recepit a Jacobo de Pertuys de Agacia inculpato cepisse quandam falcem Jacobo theotonico in vita domini de Quarto

- VI florenos auri boni ponderis veteres

Recepit a Reymondo duz Glarey de Valle Pellina inculpato quam plurima banna imposita super bonis quondam Johannis dou Glarey de Valle Pellina incurrisse, domino de Quarto vivente

- III florenos auri veteres

Recepit a Johanne Nicoleti Biatricis de Olomont inculpato posuisse de aqua in vino per eundem domino Jacobo de Cirisia de Dovia, capellano, bannumque incurrisse inducendo aquam per viam publicam

- XI florenos auri veteres

Et: - VI solidos, IX denarios monete Auguste

Recepit a Jaquimino lo Porroczan de Janyo, inculpato cindisse de geniperis in emeriso¹⁹¹ de Dovia existente in banno

- XXII solidos, VI denarios monete Auguste

Recepit a Michaele Cole de Janio eadem causa

- XXII solidos, VI denarios dicte monete

Recepit a Vullienco Biter¹⁹² de Janyo eadem causa

- XXII solidos, VI denarios dicte monete

Recepit a Jaquemeto, Johanne et Vulliermo Arbaneys de Dovia, fratribus, inculpatis quasdam fustas nemoris nigri, signatas signo domini de Quarto quondam, sine licencia domini deportasse

- IIII libras, X solidos dicte monete

Recepit a Bonifacio Boner de Olomont, inculpato cidisse excessive partem cuiusdam nemoris dicti Bonifacii et quorundam consortium suorum, pluraque banna super hoc imposita, domino de Quarto vivente, incurrisse

- III florenos et dimidium auri veteres

Recepit a Jaquimino Turumberti de Segnyns inculpato cepisse de feno in Rovoeria domini de Quarto et ipso domino vivente

- LXXI solidos, VI denarios monete Auguste

Recepit a Johanne filio Jaquimini de Crista de Roisan, commorante cum Perrino de Avilie, inculpato cepisse apud Ryns tres billionos nemoris nigri qui fuerunt domini de Quarto quondam

- III florenos, III quartos unius floreni veteris

115 Recepit a Pupuno, filio Laurenceti de Bressonia, inculpato celasse leydam domini in Villa Franca [LXXXIII] per eum debitam cuiusdam bestie bovine

- XXX solidos, VI denarios monete Auguste

Recepit a Petro et Aymonino de Decima de Olomont, fratribus, inculpatis percussisse Vurbertum de Bau de Olomont

¹⁹¹ Lecture douteuse.

¹⁹² Lecture douteuse. Plus loin ou trovera *Breer*.

- I florenum et dimidium veterem

Recepit a Johanne, genero quondam Aymoneti de Ponte Lapideo, inculpato verba iniuriosa dixisse in iudicio dicto Baraily fabro

- III quartos unius floreni veteris

Recepit a Jaquemeto Corna de Morgona quia filius suus inculpabatur percussisse uxorem Peroneti, filii quondam Valini de Morgona

- I florenum et dimidium veterem

Recepit a Johanne Brocardi de Yrisan, parrochie Sancti Christofori, inculpato quendam mus montanum¹⁹³ domesticum curati de Sancto Christoforo in domum ipsius Johannis reperisse et penes se tacite retenuisse

- III florenos auri veteres

Recepit a Johanne de Grangia de Segnyns, inculpato refutasse indebite et oviasse quibusdam bannis domini voce preconia in ecclesia de Sancto Christoforo per familiarem domini impositis

- I florenum et dimidium veterem

Recepit a Johanne Richarde de Bagneres, inculpato cepisse de feno domini de Quarto in pratis de Olees, ipso domino vivente

- VIII florenos auri boni ponderis veteres

Et: - VI solidos, IX denarios monete Auguste

Recepit manu Martini de Butie, civis Auguste notarii, solventis et concordantis pro quodam homine de inter Montem Jovis, qui in pascuis domini montis de Durant inculpato ad bestias suas damnum intulisse, pro emendacione dicti dampni

- I florenum et dimidium boni ponderis veterem

Recepit a Vulliermo dou Chayno de Segnyns, inculpato quam plura banna commisisse imposita supra habentibus de bonis quondam Nicoleti naturalis dou Visey de Olomont defuncti, domino de Quarto vivente

- IIII florenos et dimidium veteres

Recepit a Johanne, filio quondam Johannis Grossi de Olomont, quia inculpabatur deportasse de feno cuiusdam pecie prati dicte la Martynyery de Olomont

- LX solidos, IX denarios monete Auguste

¹⁹³ Dans les registres de la paroisse de Valtournenche, dans l'acte de décès du notaire André Aymonod du 30 octobre 1664, on trouve l'expression *mus montaneorum* signifiant *marmottes* ("improvisa morte, efflavit animam in cavernis murium montaneorum et post sex dies inventum corpus et visitatum, deportatum fuit ad ecclesiam" - frappé de mort subite, il rendit l'âme près des cavernes des marmottes et, six jours après, sont corps, ayant été trouvé et examiné, fut porté à l'église).

Recepit a Theobaldo de Macyno quia inculpabatur intrasse indebite bona quondam Anthonii dou Bioley de Agacia quondam ad manus domini redacta

- XI florenos, III partes unius floreni auri boni ponderis veteris

Recepit ab Eymerico Cullia¹⁹⁴ de Porta Sancti Ursi, notario, inculpato recepisse quondam instrumentum testamenti Anthonii duz Bioley, tunc ut dicunt insensati

- III florenos et dimidium auri boni ponderis veteres

Recepit a Johanne Robini de Dallion, inculpato verberasse quandam vacham que erat Johannis Stephaneti de Dallion

- LX solidos, IX denarios monete Auguste

Recepit a Jaquimino Aymonodi Grivel de Bocza, inculpato plurima banna commisisse, imposita per mistralem domini apud Boczam, dum videlicet dominium¹⁹⁵ quondam domini Francisci de Bocza, canonici Auguste quondam, nunc tenet Petrus Amedei de Bocza, nobilis, eius nepos, ad manus domini existebat

- XLV solidos monete Auguste

Recepit a Jaquemeto Albe de Bocza inculpato quoddam parvum debitum a quodam Lacz parve quantitatis bis idem recuperasse

- I florenum et dimidium boni ponderis veterem

Recepit a Jaquimino Turumberti de Segnyns pro dicto Grilion, filio suo, inculpato quendam rivum erbale Vullermeti Rodulphi de Segnyns vi fregisse

- XVIII solidos monete Auguste

Recepit a Johanne Alesone de Crestalla, inculpato cepisse et deportasse quedam instrumenta a domo Gaspardi de Crestalla et eius filii, post eorum obitum, existencia in aresto domini et sub sigillo eiusdem, quibusdam aliis sibi ad hec assistentibus

- IX florenos auri boni ponderis veteres

Recepit a Petro Bisochy de Crestalla pro eadem causa

- IX florenos auri boni ponderis veteres

Recepit ab Andrea de Crestalla pro eadem causa

- VII florenos et dimidium veteres

Recepit a Vulliermo de Porliod de Villa supra Nuns, inculpato carcerem privatum fecisse ducendo, [LXXXV] ponendo et firmando duos pauperes de Valle Seysie mendicantes et firmando in domo ipsius Vulliermi apud Villa supra Nuns

- IIII florenos et dimidium auri

¹⁹⁴ Lire *Cullier*.

¹⁹⁵ Lecture douteuse.

Recepit a Johanne Cirisey de Dovia, habitatore in Allen, inculpato citasse coram domino officario curie Auguste Bertam de Ladret mandamenti Quarti, parrochie de Roisan, de casu civili

- VII solidos, VI denarios monete Auguste

Recepit a Johanne dicto Matafan, parrochie de Roisan, inculpato furtive cepisse Philippono de Chamvillar de Roisan quendam arborem verne, fregisseque quendam saixinam¹⁹⁶ sibi factam

I florenum et dimidium boni ponderis veterem

Recepit a Marieta dicta Fina, uxore Vuillermi Martoneys de Runa, inculpata se in iudicio coram dicto castellano inviase de quodam instrumento falso contra Jaquemetum Morelli deRivo

- III florenos, III quartos unius floreni veteris

Recepit a Guidono Gotrosi, cive Auguste, quia inculpabatur violenter carnaliter cognovisse Vulliermetam, uxorem Vullienci de Villa supra Nuns

- XVIII florenos, tres partes unius floreni veteris

Recepit a Perrino Nicolini de Byona de Agacia et Petro Bestend eiusdem loci, inculpatis commisisse in emendo certam terram ab uxore Jaquemeti Bestendon de Dovia, filia quondam Murisodi de Bagnyes

- I florenum et dimidium veterem

Recepit a Theobaldo de Tholess de Valle Pellina quia inculpabatur incidere fecisse indebite de quodam nemore sito in circumstanciis nemorum de Valle Pellina, loco ubi dicitur Tyripel, domino pertinente, de illoque dedisse ad cidendum Nycoletto de Cruce de Augusta, notario, in certa quantitate plantarum sine licencia domini

- III florenos veteres

Recepit a Vulliermeto Caller de ultra Cristam Quarti, inculpato quedam ligna ad quantitatem circa trium somatarum bis idem vendidisse

- III quartos unius floreni veteris

Recepit a quodam mercatore de Valleseyzie quia duxit in iudicio coram dicto castellano Joly de Tora, habitorem Auguste, cerdoni, quod mentiebatur

- IX solidos, IX denarios monete Auguste

Recepit a Johanne Galiard de Valle Pellina quia appellavit Dogominam,¹⁹⁷ uxorem Raymondi du Glarey de Valle Pellina, in iudicio de maleficio, quod non potuit verificare

- III quartos unius floreni veteris

Recepit a Johanne Margarite de Bocza pro bannis per eum spretis

¹⁹⁶ *Saisie*.

¹⁹⁷ Lecture douteuse.

- 118** - XXX solidos monete Auguste
 Receptit a Leonardo de Dallion, inculpato cidisse de nemore Boscheti
 de Dovia, vivente domino de Quarto quondam
 - I florenum et dimidium veterem
 Receptit a Jaquimino Robini de Dallion eadem causa
 - I florenum et dimidium veterem
 Receptit ab Albone de Dallion eadem causa
 - III quartos unius floreni veteris
 Receptit a Johannodo Sirart de Dovia eadem causa
 - III quartos unius floreni veteris
 Receptit a Johanne fratre dicti Johannodi Sirart eadem causa
 - III quartos unius floreni veteris
 Receptit a Johanne Jaquerii de Toles de Valle Pellina, inculpato se
 degerasse coram dicto castellano - I florenum et dimidium veterem
 Receptit a Brunodo Grumelli de Agacia inculpato quasdam bestias
 extra stabulum Amedei de Tholess duxisse et quasdam plantas nemoris
 de la Serva cidisse - I florenum et dimidium veterem
 Receptit a Martino de Dallion inculpato adulterium commisisse
 - III quartos unius floreni
 Receptit a Coleto Cerdonis de Valle Pellina eadem causa
 - III quartos unius floreni
 Receptit a Johanne Rosseti de Olomont eadem causa
 - III quartos unius floreni
 Receptit a Peronodo de Villa de Roisan eadem causa
 - III quartos unius floreni
 Receptit a Jaquimino Girardi Piteti de Roisan eadem causa
 - III quartos unius floreni
 Receptit a Jaquemeto Tarida de Dovia inculpato vulnerasse apud
 Doviam Yoto de Gressoney ad sanguinis effusionem
 - VII solidos, VI denarios monete Auguste
 Receptit a Martino Valerii de Segnyns inculpato dixisse verba de
 famulis domini in dedecusque ipsorum cedencia¹⁹⁸ - VI florenos veteres
 Receptit a Johannodo de Balma Quarti, dicto dou Moral, inculpato
 cidisse de biolis insule Quarti pro circulis faciendis
 - III quartos unius floreni veteris
 Receptit a Reynaldo de Villa de Roisan inculpato se degerasse
 testimonium perhibendo pro Peroneto de Villa de Roisan

¹⁹⁸ Lecture douteuse.

- 119 [LXXXVI] Receptit a Jaquimino de Macyno de Roisan per manum
Johannis Bionat, eius generi pro dicto Jaquimino concordante et sol-
vente, quia idem Jaquiminus inculpabatur cepisse et deportasse de lignis
rippagii domini - III florenos, III quartos unius floreni veteris
- Receptit a Clemente Braydy de Agacia, inculpato deportasse unam
plantam nemoris sub signo Vuillermi Joyour de Oyacia et alias fustas ac
moellas stacie¹⁹⁹ ad manus domini positas et ipsius signo signatas
- III florenos veteres
- Receptit a Johanne dicto Marya de Effra quia peccit in iudicio coram
dicto castellano quoddam debitum octo librarum monete Auguste a
Jaquimino de Junello, licet de eo foret solutum illud bis idem recuperare
nitendo ab eodem - XXX solidos monete Auguste
- Receptit a Johanne Thora, cerdone, habitatore Auguste, pro banno per
eum commisso in nundinis Ville Franche videlicet portando gladium
magnum ultra mensuram cum rigore famulis domini respondendo
- XXX solidos monete Auguste
- Receptit ab Albone de Dallion inculpato pignora levasse a quodam
pastore dicti Viller supra possessionibus seu pascuis du Albonis pro
dampno bestiarum - I florenum et dimidium auri januensem
- Receptit ab Aymone de Dallion pro bannis per eum incursis ex eo
quod longo tempore distulit solvere dicto castellano dictum florenum in
quo idem Aymo domino de Quarto quondam tenebatur, et banna fuerunt
imposita voce preconia de solvendo - III quartos unius floreni veteris
- Receptit a Vullienco Breer de Janio, inculpato cidisse certam
quantitatem plantarum in nemore dou Visey
- I florenum et dimidium veterem
- Receptit a Johannodo Boner de Dovia inculpato de nescientiam
commisisse in Jaquemetum de Condemina de Dovia de cisione foliorum
unius populi albi et cuiusdam salicis dicto Jaquemeto pertinentibus,
seque inde degerasse - LX solidos monete Auguste
- Receptit a Johanne de Berio de Olomont inculpato banna commisisse
in tendendo ...²⁰⁰ communitatis de Olomont sub ...²⁰¹ imposito
- I florenum et dimidium veterem

120

¹⁹⁹ Barre, piquet.

²⁰⁰ Illisible

²⁰¹ Illisible.

Recepit a Jaquimino Vagniour de Prabax de Dovia pro bannis per eum spretis et quadam concordia cum dicto castellano facta super quodam examine seu ruschia²⁰² apium per dictum Jaquiminum repertum apud Ryns supra quodam quercu et apud Doviam deportasse sine licentia dicti castellani, valore dicti examinis incluso

- IX florenos auri boni ponderis veteres

Recepit a Petro Giriata, habitatore ad Segnins, inculpato effusionem sanguinis in Johannem dictum Pan, famulum Uldrici de Segnins, domino de Quarto vivente, bannaque incurrisse eo quo non ivit ad chariam hipporum

- XLIII solidos, IX denarios monete Auguste

Recepit a Johanne Brocardi de Yrisan pro concordia per eum facta pro dampno dato per asinum suum in prato domini ad la Ravoyry

- XV solidos monete Auguste

Recepit a Petro Georgii de Pasquieron inculpato manus violenter imponere credidisse in personam dicti castellani propter que dictus Petrus per dictum castellanum fuit in carceribus Quarti mancipatus a quibus, dum incendium ignis in turri Quarti fuit, ipse Petrus fugam fecit et terram Quarti absentavit

- XI florenos auri boni ponderis veteres

Et:

- VI solidos, IX denarios monete Auguste

Recepit ab Uldrico Testore habitatore in Villa Francha pro adulterio per eum commisso

- III quartos unius januensis

Recepit a Johanne Mellnyat de Valle Pellina inculpato extrahisse quendam terminem seu metam inter res dicti Johannis et res Johannis Coquilliod de Avillie, existentem apud Avilie, seque in inquisicione inde facta periurasse

- XIX florenos et dimidium veteres

Recepit a Johanne dicto Coquilliod de Avilie inculpato [LXXXVII] eiusdem terminis terminem extracti ut supra et periurium in inquisicione inde facta commisisse

- XVIII florenos veteres

Recepit a Johanne et Francisco Visiran, fratribus, inculpatis cepisse de aqua rivi domini dicti de fratre Boudino

- III florenos veteres

Recepit a Johanne Boissonete²⁰³ de Sancto Christoforo quia fregit quandam saisinam sibi per familiarem domini ad instanciam mistralis confratrie Sancti Spiritus de Porta Sancti Ursi Auguste

- III quartos unius floreni veteris

²⁰² Ruches.

²⁰³ Lecture douteuse.

Recepit a Jaquiminum Adde de Parlea pro bannis per eum spretis quia distulit cavere certo temporis spacio in curia²⁰⁴ domini de hoc quod agere haberet domino supra quodam exitu seu platea iacente ad Parlea

- III florenos et III quartos unius floreni veteris

121 Recepit a Petro Voudan de Segnins, inculpato et accusato per foresterium domini cidisse decem octo plantas biolarum in nemore domini supra Roisan - XXX solidos monete Auguste

Recepit a Johanne Clerico de Parlea eiusdem criminis inculpato

- I florenum veterem

Recepit ab Uldrico de Parlea inculpato crimine predicto, videlicet duarum biolarum - III solidos, IX denarios monete Auguste

Recepit a Joahne de Grangia de Segnins inculpato ex dictis biolis cidisse pro ligonibus cidisse²⁰⁵ - XXX solidos monete Auguste

Recepit a Petro Valerii de Segnins accusato per foresterium duas biolas ibidem cidisse - IIII solidos, VI denarios dicte monete

Recepit ab Aymoneto de Grangia de Segnins accusato per foresterium ex dictis biolis cidisse videlicet quindecim plantas et eciam de ligonibus ibidem cidisse - XIX solidos monete Auguste

Recepit a Johanne Nicoleti de Segnins accusato per foresterium ex dictis biolis pro ligonibus cidisse

- XI solidos, VI denarios monete Auguste

Recepit a Martino Voudane de Segnins eiusdem criminis accusato

- III quartos unius floreni

Recepit a Johanne dicto Coquilliod de Avilie accusato de sex biolis ut supra per foresterium - X solidos, II denarios monete predictae

Recepit a Johanne Bruneti de Blavy de una planta dicti nemoris accusato - II solidos, III denarios dicte monete

Recepit a Johanne, genero dou Iver de Blavy, accusato de una planta dicti nemoris - II solidos, III denarios dicte monete

Recepit a Theobaldo de Cluselina accusato de octo plantis dicti nemoris - XII solidos dicte monete

Recepit a Girardo Piteti de Roisan, accusato de quatuor plantis dicti nemoris - IIII solidos, VI denarios dicte monete

Recepit a Jaquimino filio dicti Girardi de duabus plantis dicti nemoris accusato - IIII solidos, VI denarios dicte monete

Recepit a Perrerio Pupuni de una planta dicti nemoris accusato

²⁰⁴ Lecture douteuse.

²⁰⁵ Répété.

Recepit a Johanne filio Jaquimini de Crista de Roisan, commorante apud Avilie, eiusdem criminis inculpato - LXXV solidos dicte monete

Recepit a Vullienco Perrerii Odeer de Dovia inculpato de quodam termino seu meta tracto inter res suas et Johanneti de Cleva de Dovia

- III florenos veteres

Recepit a Johanne de Crestono de Olomont quia petiit in iudicio coram dicto castellano solvi a Nicoletto de Pontibus de Olomont quondam seraceum redditus, licet alias per dictum Nicoletum sibi solutum fuisset, dictumque servitium sic bis idem recuperare nitendo

- LXXV solidos monete Auguste

Recepit a Johanne dicto Bonet, famulo olim Aymoneti de Arnyo, inculpato manus violenter in personam Hugonini manderii Quarti imposuisse licet foret in ...²⁰⁶

- XXX solidos dicte monete

Recepit a Vulliermo du Chayno de Segnins inculpato indebite cepisse de aqua rivi domini vocati de Preposito

-XXX solidos monete predicte

Recepit a Johanne dicto Bergoygnion, habitatore in Burgo Varnerio Auguste pro bannis per eum spretis

- XXV solidos, VI denarios monete predicte

Recepit a Johanne Arbaney de Dovia accusato per foresterium cidisse unam plantam nemoris Boscheti de Dovia

- V solidos, VI denarios monete predicte

Recepit a Jaquiminio Robini de Dallion accusato per foresterium de duabus plantis dicti nemoris

- XXI solidos, VI denarios monete predicte

Recepit a Johannodo Boner de Dovia per foresterium accusato de tribus plantis nemoris dou Visey - IIII solidos, VI denarios dicte monete

Recepit a Vulliermo Arbaney de Dovia pro filio suo per foresterium accusato de duabus plantis dicti nemoris

- IIII solidos, VI denarios dicte monete

Recepit a Johannodo Sirardi de Dovia de una planta dicti nemoris dou Visey per foresterium accusato

- II solidos, IIII denarios dicte monete

Recepit a Johanne, genero Jaquimini de Prabon, accusato per foresterium de una planta dicti nemoris dou Visey

- II solidos, IIII denarios dicte monete

²⁰⁶ Illisible.

Receptit a Vulliermo Lestey de Dallion per foresterium accusato de una planta nemoris Boscheti de Dovia

- X solidos, VI denarios dicte monete

Receptit ab Albone de Dallion per foresterium de una planta dicti nemoris Boscheti accusato - VII solidos, VI denarios dicte monete

Receptit a Martino, filio Jaquimini Robini de Dallion, accusato per foresterium de duabus plantis nemoris dou Visey

- IIII solidos, VI denarios dicte monete

Receptit a Johanne, fratre dicti Martini, accusato per foresterium de duabus plantis dicti nemoris - IIII solidos, VI denarios dicte monete

Receptit a Johanne de Chastellaz de Dovia inculpato de investituram commisisse in plantando quasdam arbores super territorio Jaquemeti Ursi de Dovia - VII solidos, VI denarios dicte monete

124 Receptit a Johanne Cattel de Dallion accusato per foresterium de una planta nemoris Boscheti predicti - XV solidos monete predictae

Receptit a Francisco dou Vynyer de Oyacia per foresterium accusato cidisse duodecem²⁰⁷ plantas in plano nemore de Oyacia

- IIII quartos unius floreni veteris

Receptit ab eodem inculpato indebite usuffruisse aqua exeunte a charrerria²⁰⁸ stanni de Oyacia - XV solidos monete predictae

Receptit a Johanne Barmeyn de Oyacia accusato per foresterium de duodecem plantis predicti plani nemoris de Oyacia et de una alia planta alterius nemoris - XXX solidos dicte monete

[LXXXIX] Receptit a Vulliermeto Leger de Oyacia accusato de una planta nemoris plani - II solidos, IIII denarios monete predictae

Receptit a Petro de Canali de Oyacia accusato per foresterium de sex plantis dicti nemoris plani - X solidos, VI denarios monete predictae

Receptit a Vulliermo Joyour de Oyacia accusato per foresterium de duabus plantis dicti nemoris - III solidos, IX denarios dicte monete

Receptit a Johanne du Visinal de Oyacia accusato per foresterium plures plantas in nemore banni cidisse - XXI solidos dicte monete

Receptit ab Amedeo de Toles de Valle Pellina accusato per foresterium de duabus plantis nemoris de Valle Pellina

- IIII solidos, VI denarios dicte monete

Receptit a Perrerio de Prato de Valle Pellina accusato per foresterium cidisse VII plantas in nemore de Valle Pellina

²⁰⁷ Lire *duodecim*.

²⁰⁸ Lecture douteuse.

- XV solidos, IX denarios dicte monete
Recepit ab Anthonio, filio Johannis de Chelion de Valle Pellina, accusato per foresterium de certa quantitate plantarum nemoris de Valle Pellina - XLV solidos dicte monete
Recepit a Jaquemeto de Cleva de Valle Pellina inculpato plura banna sibi imposita commisisse et videlicet supra facto questionis inter ipsum Jaquemetum ex una parte et Johannem Mellnyat de Valle Pellina ex altera, coram dicto castellano orte tam pro quibusdam rivis erbalibus et quadam ruyna existentibus versus Cleyvam de Valle Pellina, seque in inquisicione ad denunciacionem dicti Johannis facta degerasse - XV libre monete predictae
Recepit a Johanne filio Nicodi de Crestono de Olomont accusato per foresterium de una planta nemoris de Visey - II solidos, IIII denarios monete predictae
Recepit a Petro, filio quondam Vullienci de Bau de Olomont, accusato per foresterium de quatuor plantis nemoris de Glacier - LX solidos dicte monete
Recepit a Jaquemeto, filio Theobaldi Rosseti de Olomont, accusato per foresterium de una planta dicti nemoris de Glacier - XV solidos dicte monete
125 Recepit a Leonardo de Pedeville de Olomont accusato per foresterium de una planta nemoris de By et una planta nemoris du Visey -XXII solidos, VI denarios dicte monete
Recepit a Johannodo Bal de Olomont accusato per foresterium de una planta dicti nemoris dou Visey - II solidos, IIII denarios monete predictae
Recepit a Johanne dicto Leysson de Olomont accusato de una planta dicti nemoris - II solidos, IIII denarios monete predictae
Recepit a Johanne Cognien de Olomont per foresterium accusato de una planta dicti nemoris - II solidos, IIII denarios monete predictae
Recepit a Stephanino de Crestono de Olomont per foresterium de una planta dicti nemoris accusato - V solidos, IX denarios dicte monete
Recepit a Johanne de Crestono de Olomont accusato per foresterium de una planta dicti nemoris - II solidos, IIII denarios dicte monete
Recepit a Umberto, filio quondam Vincencii de Bau de Olomont, accusato de duabus plantis nemoris de By et inculpato interfecisse unam vacham Jaquimini Baravay de Olomont eiusdemque Jaquimini bestias depascuasse - I florenum et dimidium boni ponderis veterem

Recepit a Sartore de Dallion, filio Leonardi de Dallion, quia se clamavit castellano predicto seu eius mistrali videlicet de Rolino de Dallion et Michaele de Cola de Janyo super aqua de Dallion, quam clamam visitare non valuit - XI solidos, III denarios monete predictae

Recepit a Petro Pledon de Valle Pellina pro banno per uxorem suam commisso in extrahendo bestias ipsius Petri de stabulo Johannis Galiardi de Valle Pellina in dampno captas - XV solidos monete predictae

Recepit ab Hugoneto de Fonte de Villa supra Nuns inculpato fregisse rivum domini de Villa supra Nuns - I florenum et dimidium veterem

Recepit ab uxore Vulliermi Valerii de Gillio de Villa supra Nuns eiusdem criminis rivi inculpata - XLV solidos dicte monete

Recepit a Johanne de Furno de Effra inculpato dicti criminis
- XXX solidos dicte monete

Recepit a Vulliermo de Porlio de Villa supra Nuns eiusdem criminis rivi inculpato - XXX solidos dicte monete

Recepit a Johanne de Fontee de Villa supra Nuns eiusdem [IIII^{XX} X] criminis inculpato - III florenos auri veteres

Recepit a Brunodo Mugner de Effra eiusdem criminis rivi inculpato
- I florenum et dimidium veterem

Recepit a Petro Juvenis de Villa supra Nuns eiusdem criminis inculpato - XXX solidos monete predictae

Recepit a Petro Pomat de Villa supra Nuns eiusdem criminis inculpato - III quartos unius floreni veteris

Recepit a Petro Johannis eiusdem loci eiusdem criminis rivi inculpato
- XI solidos, III denarios monete predictae

Recepit a Stephano Bonat eiusdem loci eiusdem criminis inculpato
- XXX solidos dicte monete

Recepit a Johanne Montillion eiusdem loci dicti criminis inculpato
- XL solidos dicte monete

Recepit a Vulliermo de Curiis eiusdem loci et dicti criminis rivi inculpato - VII solidos, VI denarios dicte monete

Recepit a Bertholeto de Villa supra Nuns eiusdem criminis inculpato
- XI solidos, III denarios dicte monete

Recepit a Petro Vulliermete de Aviso eiusdem criminis inculpato
- III quartos unius floreni veteris

Recepit a Johanne Perole de Charvenczo eiusdem criminis inculpato
- XL solidos dicte monete

Recepit ab Aymoneto Nerni de Villa supra Nuns dicti criminis inculpato - III quartos unius floreni veteris

Recepit ab Hugoneto de Vignyuel, Valichono de Vignyuel, Francisco de Vignyuel, Johannodo de Vignyuel, Johanne Parisot, Girardo de Orto nominibus suis et Petri de Noz et Anthonii de Vignyuel criminis dicti rivi inculpatis - LX solidos, IX denarios monete predictae

Recepit a Jaquimino de Mallio de Quarto inculpato cepisse indebite aquam Anthonii Periner de rivo Prepositi

- XXII solidos, VI denarios monete predictae

126 Recepit a Johanne dicto Via, cerdone, burgense de Villa Francha, inculpato Girardum Bergoignion de dicta Villa, ibidem per mistralem domini pro suis demeritis detentum, vi eidem mistrali abstulisse

- IX florenos auri boni ponderis veteres

Recepit a Petro Pud²⁰⁹ de dicta Villa inculpato auxilium predicto Johanni Via in crimine predicto prebuisse - VI florenos veteres

Recepit a Richardo Borgognion de dicta Villa crimine dicti Petri Pud inculpato - LX solidos dicte monete

Recepit a Mermeto Sartore de dicta Villa eiusdem criminis inculpato - LX solidos dicte monete

Recepit a Petro Jaquemeti Marqueti ex dicto crimine inculpato - XXX solidos monete predictae

Recepit a Petro Georgii de Pasquieron eiusdem criminis inculpato - XXX solidos dicte monete

Recepit a Girardo Borgognion, habitatore in Villa Francha, inculpato in dictam Villam Francham vulnerasse in cruce Anthonium dictum Rial de Tharentasia, commorantem in Sancto Marcello, usque ad maximam sanguinis effusionem - LXXV solidos dicte monete

Recepit a Perrodo dou Verney²¹⁰ de Fenicio inculpato temerarie bannum imposuisse Mermeto Sartori in Villa Franca absque eo quod ipse Perrodus foret familiaris domini in mandamento Quarti

- III quartos unius floreni januensis

Recepit a Micheleto de Reyna, commorante in Villa Francha, inculpato rissam fecisse infra dictam Villam in quadam taberna gladium suum magnum evaginando²¹¹ adversus quosdam alios, banna eciam proinde incurrendo - IIII libras, X solidos monete predictae

²⁰⁹ Lire *Put.*

²¹⁰ Lecture douteuse.

²¹¹ Lire *evaginando* = dégainer.

Recepit a Johanne Sartore, dicto Nepote, de Villa Franca inculpato dolum commisisse erga Jaquemetum Cleva, mistralem Quarti, in tradendo eidem unum meyerium pro puro vino

- III quartos unius floreni veteris

Recepit a Johanne de Crestono de Olomont obligato pro Jaquemeto filio suo qui inculpabatur verberasse et vulnerasse Jaquemetum Triolon de Olomont

- III florenos veteres

Recepit a dicto Soleyr de Valleseysie, habitatore Fenicii, inculpato cepisse de nocte in nundinis Ville Franche quedam bona dicte Melnyata

- LX solidos, IX denarios monete Auguste

Recepit ab Umberto dou Bau de Olomont inculpato rissam habuisse cum Jaquemino dicto Vagnyour de Prabas de Dovia ipsum Jaquiminum de malificio²¹² appellasse

- III florenos, III quartos unius floreni veteris

127 Recepit a Bertoleto et Rolanda de Plantata de Nuns inculpatis oves suas ducere fecisse in insulas domini subtus Villam [IIII^{XX} XI] Francham

- LX solidos dicte monete

Recepit a Jaquemeto Charoton de Villa Franca inculpato deportasse quosdam tisonos existentes in via ante domum Vulliermi de Tulia, burgensis dicte Ville, sine consensu dicti Vulliermi

- LX solidos, IX denarios monete predictae

Recepit a Turumberto habitatore in Burgo de Varnerio Auguste, inculpato indebite cepisse de aqua rivi Prepositi

- XXX solidos dicte monete

Recepit a Bernardo du Planney de Bocza, inculpato de quodam termino seu meta tracto apud lo Planney inter res dicti Bernardi et res Johannis Corbo de eodem loco in quodam lyniono²¹³ terre

- VI florenos veteres

Recepit a Vulliermo de Tulia, burgense de Villa Franca, inculpato verberasse Jaquemetam uxorem Aymoneti de Vayry infra dictam Villam et illam ipsam Jaquemetam ducendo in domo dicti Vulliermi, carnaliter eam cognoscenda

- IX florenos veteres

Recepit a Jaquimino Brigand de Cort inculpato indebite cepisse aquam de rivo Prepositi Anthonio Parmer pertinente

- LX solidos, IX denarios dicte monete

²¹² Lecture douteuse.

²¹³ Lecture douteuse.

Recepit a Guidone Bosonis de Sancto Remegio inculpato verba iniurosa dixisse Jaquemeto de Cirisey, mistrali domini apud Boczam

- XLV solidos monete predictae

Recepit a Georgio Theotonico de valle Oyacie inculpato depascuisse bestias alpium Nove in valle Oyacie de pascuis de Orens

- XLV solidos dicte monete

Recepit a Johanne filio quondam Bolion Theotonico eiusdem criminis inculpato

- XXII solidos, VI denarios monete predictae

Recepit a Yanio Theotonico eiusdem criminis inculpato

- XXVIII solidos dicte monete

Recepit a Vulliermeto Violet de Bocza inculpato verberasse Bonifacium Ramusii de Bocza

- I florenum et dimidium veterem

Recepit a Clemente Braydy de Oyacia accusato per foresterium certam plantarum nemoris quantitatem cidisse illamque deportasse sub signo domini, inculpatoque banna proinde imposita eidem de ...²¹⁴ parendo in curia domini incurrisse

- IIII florenos et dimidium veteres

Recepit a Petro, filio naturali quondam Martini de Campis, parrochia de Neynda in Vallesio, vocato bastardo de Fey, inculpato decepisse dictam la Voudana de Oyacia, antiquam et viduam, infingendo se esse fratrem Bartholomeum ablatum ab eadem, recipiendo²¹⁵ quam plures quam simplices incolas mandamenti Oyacie in faciendo se vaticinatorem de rebus predictis, monetam proinde tacite ab ipsis recipiendo fraudasse

- IIII florenos auri boni ponderis veteres

Recepit ab uxore Johannis dicti Mellnyat de Valle Pellina, Nicolino de Glacier de Olomont, concordantibus pro quodam filio dicti Johannis Mellnyat puero et fatuo, inculpato traxisse quendam terminum seu metam apud Valleepellinam infra quandam peciam prati jacentem in Valle Pellina in prato des Gonters, inter res dicti Mellnyat et res Ansermini Chavaler de Valle Pellina

- LX solidos, IX denarios monete predictae

Recepit a Petro, filio quondam Johannodi Eymerici de Aviso, parrochie Quarti, qui negavit in iudicio, coram dicto castellano, Aymonodo naturali de Arnyo certam florenorum quantitatem sibi per dictum Aymonodum petitam, pro qua negatione in duplo domino tenebatur idem Petrus

- III florenos veteres

²¹⁴ Illisible.

²¹⁵ Lire *deciendo*?

Recepit a Vulliermeto Violet de Bocza quia inculpabatur verba iniuriosa dixisse Jaquemeto de Cirisey, mistrali de Boza pro domino

- III quartos unius floreni veteris

128 Recepit a Johanne de Furno de Crestella concordante et solvente pro filio quondam Bartholomei de Mandez, famulo suo, quia inculpabatur verberasse filium Aymoneti de Chesso - XLV solidos dicte monete

Recepit a Perrino dou Batiour, habitatore Auguste, inculpato depascuisse bestias illorum de Segnins de vacolis seu crestis dou Lo²¹⁶ prope Boessea - XXX solidos dicte monete

Recepit a Jaquemeto Ruffini de Sancto Eugendo, inculpato cidisse et cidere fecisse et exportare per se, Colerium eius fratrem ac filium Thome, [IIII^{XX} XII] marronis de Sancto Eugendo, nec non alios suos familiares et nuncios, pro quibus concordavit, certas quantitates plantarum nemoris domini apud Cirisey versus Boczam, licet in parte forent signo domini signate per foresterium

- XV florenos auri boni ponderis veteres

Recepit a Petro, genero Remegii de Fonteil, inculpato banna incurrisse ex eo quod suum lyntal non presentaverat mistrali Quarti pro examinando aliud tempore statuito²¹⁷ illoque sic usitasse

- LX solidos, IX denarios monete Auguste

Recepit a Jaquimino de Gorra de Bocza et Peronino Pellicier de Bocza, solventibus nomine hominum communitatum de Bocza pro bannis minutis nemorum de Bocza - XXX solidos monete predictae

Summa:

- VIII^{XX} VIII libre, IX solidi, VIII denarii monete Auguste

- III^C XIX floreni et dimidius auri boni ponderis veteres

Et: - III januenses auri

129

Banna condemnata:

Idem reddit computum quod recepit a Jaquimino Baravay de Olomont, mandamenti de Quarto, condemnato sentencialiter per dictum castellanum, consilio consuetudinariorum patrie, in quaterviginti quatuor libris monete Auguste eo quia idem compdemnatus inculpabatur, vivente quondam domino Henrico domino de Quarto, viginti octo plantas fusteas nemoris de By incidisse, in quo nemore est

²¹⁶ Loup.

²¹⁷ Mots illisibles.

bannum sexaginta solidorum monete predicte pro singula planta, remissa sibi medietate dicte condempnacionis per dominum de gratia speciali, quia est homo domini, ut per litteram domini de remissione predicta, datam Auguste die XXI novembris anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo, quam reddit dicte sue supplicacioni annexam

- XLII libras monete Auguste

Recepit a Jaquimino Turumberti de Segnyns, solvente pro Johanne filio suo, dicto Grillion, per dictum castellanum consilio consuetudinariorum sentencialiter condempnato pro periurio et penis spretis, mittigatis²¹⁸ dictis penis et periurio per dictum castellanum ad tantum

- X ducatos auri

Summa bannorum condempnatorum, deducta parte castellani capientis duos solidos in qualibet libra, ut in computo precedenti:

- XXXVII libre, XVI solidi monete Auguste

Et:

- IX ducatos auri

Banna minuta:

De bannis minutis nichil computat quia includuntur in firmis mistraliarum et in bannis concordatis de quibus supra computat ut dicit.

Advoerie:

Idem reddit computum quod recepit a Petro Pleydon de Valle Pellina pro advoeria seu tutela liberorum quondam Johannis Brocardi de Somon de Valle Pellina eidem Petro per dictum castellanum pro tanto semel

- IIII florenos auri boni ponderis veteres

Recepit a Johanne Galliardi de Valle Pellina pro avoeria seu tutela liberorum quondam Johannis du Glarey de Valle Pellina, eidem Johanne Galliardi concessa per dictum castellanum pro tanto semel

- IIII florenos auri boni ponderis veteres

Recepit a Jaquimino Bonete de Janio de Dovia pro advoeria seu tutela liberorum quondam Perrini Carlo de Dovia, sibi concessa per dictum castellanum die quarta inclusive februarii, anno Domini millesimo CCC octuagesimo, pro tanto semel et pro duobus solidis monete Auguste durante dicta tutela, de quibus subscriber²¹⁹ computat

- IIII florenos auri boni ponderis veteres

²¹⁸ Lire *mitigatis*.

²¹⁹ *Sic*.

Vide novam advoeriam:

Recepit a dicto Jaquimino Bonete de Janio de Dovia pro²²⁰ advoeria seu tutela liberorum quondam Perrini de Carlo de Dovia, sibi concessa per dictum castellanum die quarta mensis februarii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo, pro tanto per annum durante dicta advoeria, et quatuor florenis semel de quibus supra computat, et computat de ipsis pro termino festi beati Stephani yemalis, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo - II solidos monete Auguste

Recepit ab eodem pro eodem et eodem termino festi beati Stephani yemalis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo

- II solidos monete Auguste

Recepit a Jaquemeto deis Raspaillies pro advoeria seu tutela Thomasseti, filii quondam Jaquimini Girardi de Ollignian, parrochie Quarti, sibi concessa per dictum [IIII^{XX} XIII] castellanum die decimaquinta mensis marcii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo pro tanto per annum durante dicta advoeria seu tutela, et computat pro termino festi beati Stephani yemalis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo

- I obulum auri boni ponderis

Summa: - IIII solidi monete Auguste

- XII floreni auri boni ponderis veteres

Et: - I obulum auri boni ponderis

Exitus sigilli:

Idem reddit computum quod recepit de et pro exitu sigilli Quarti a Jaquemeto Turumberti de Segnins pro sigillo cuiusdam processus cause inter dictum Jaquimum actorem, ex una parte, et Petrum dou Giriata, habitatorem de Segnins et Utillionam uxorem suam, reos, ex altera, coram dicto castellano ventilate - X solidos monete Auguste

Recepit a predicto Petro et Utilliona pro sigillo similis processus pro parte dictorum coniugum reorum - X solidos monete predictae

Recepit a dicto Jaquimino Turumberti pro sigillo littere sentencie late pro dicto Jaquimino supra dicto processu - XII solidos monete predictae

²²⁰ Le mot *pro* est répété et effacé.

Recepit a supradictis coniugibus pro sigillo copie dicte sentencie
contra ipsos late ut supra - XII solidos monete predicte

Recepit a Margarona, uxore Johannis Parrole, parrochie Quarti, pro
sigillo processus cause coram dicto castellano inter dictam Margaritam
atricem, ex una parte, et Perretum de Prato de Valle Pellina,
diffensorem, ex altera, ventilate - XII solidos monete predicte

Recepit a dicto Perrerio de Prato pro sigillo similis processus
predicto - XII solidos monete predicte

Recepit a dicta Margarona pro sigillo sentencie late supra dicto
processu per dictum castellanum pro dicta Margarona
- XII solidos monete predicte

Recepit ab eodem Perrerio pro sigillo similis sentencie
- XII solidos monete predicte

Recepit a Gonterio de Roveyn, habitatore Auguste, pro sigillo littere
cure trium filiarum quondam Martini de Stabulo, date eidem Gonterio
per dictum castellanum, nec inde plus aliquid recepit quia nichil
superest in hereditate dictarum filiarum ultra ipsarum victum et vestitum
- IIII solidos monete predicte

Recepit ab eodem Gonterio, curatore predicto, pro sigillo cuiusdam
littere promissionis judicialis per Johannem Nycoleti Beatricis de
Olomont facte de expediendo et deliberando eisdem filiabus jura et res
eisdem competentes, que idem Johannes penes se detinebat

- IIII solidos monete predicte

131 Recepit a Johanne Johannini de Stabulo et Johanneta eius uxore pro
sigillo processus cuiusdam cause coram dicto castellano inter dictos
coniuges actores, ex una parte, et Bartholomeum, filium quondam
Jaquimini de Stabulo, parrochie Sancti Christofori, deffensorem, ex alia,
ventilate - VI solidos dicte monete

Recepit a dicto Bartholomeo pro sigillo similis processus
-VI solidos dicte monete

Recepit a dicto Bartholomeo pro sigillo sentencie per dictum
castellanum pro parte dicti Bartholomei late- VI solidos eiusdem monete

Recepit a supradictis coniugibus pro sigillo copie supradicte
sentencie - VI solidos eiusdem monete

Recepit a Petro Georgii de Pasquieron pro sigillo cure Petri filii
quondam Andree de Chessan eidem Petro per dictum castellanum date,
quo ad regimen bonorum dicti Petri de Chessan et ad illa in iudicio et
extra petenda, et inde nichil plus habuit nec habere potuit ut dicit propter

paucitatem valoris hereditatis dicti Petri de Chessan et eius actenta
paupertate - IIII solidos dicte monete

Recepit ab Andrea Cabaiz pro sigillo cuiusdam processus cause
coram dicto castellano inter Johannem Parrole, parrochie Quarti,
actorem, ex una parte, et dictum Andream deffensorem ex alia, ventilate
- IIII solidos dicte monete

Recepit pro sigillo sentencie late pro dicto Andrea contra dictum
Johannem Parrole - VI solidos dicte monete

Recepit a Vuillermeto de la Nycoda de Bocza pro sigillo cuiusdam
littere levacionis manus domini et deseysive per dictum castellanum
eidem Vuillermetum factarum de et super bonis mobilibus Petri
quondam, fratris dicti Vulliermeti, ad manus domini positus et seysitis
occasione supradicta per ipsum castellanum, quod ipse Petrus in vita sua
dicebatur contractus usurarios exercuisse, quod tamen [IIII^{XX} XIII] **[IIII^{XX} XIII]**
minime in verum per ipsum castellanum reperiri potuit

-VI solidos monete predicte

Recepit a dicto Vuillermeto pro sigillo cuiusdam littere levacionis
manus domini et deseysive per ipsum castellanum eidem Vuillermeto
causam habenti Jaquemeti deis Blanches de Bocza, defuncti, factarum
fieri bonis mobilibus dicti Jaquemeti ad manus domini redactis quia
dictus Jaquemetus tempore vite sue contractus usurarios dicebatur
exercuisse, licet probari non potuerit - VI solidos dicte monete

Recepit a Gregorio, filio quondam Hugonodi Butodi de Bucza²²¹
quia dictus Hugonodus sue vite temporibus inculpabatur contractus
usurarios exercuisse quod tamen minime reperiri pro vero potuit ut dicit

- VI solidos dicte monete

Recepit a Johanne de Orto de Porczan pro sigillo littere cuiusdam
concordie inter dictum Johannem et Truchetum Parisot super
confectione cuiusdam domus seu stabuli apud Porczan per dictum
Johannem faciendi in presencia dicti castellani facte, super quibus
questio erat inter dictas partes - II solidos dicte monete

Recepit a Petro Colon de Roysan pro sigillo cure Johannis, filii
quondam Aymoneti de Campis de Roysan, per dictum castellanum
eidem Petro date pro tanto semel

- IIII florenos auri boni ponderis veteres

Summa: - VII libre, XVIII solidi monete Auguste

²²¹ Lire *Bocza*.

Et: - VIII floreni auri boni ponderis veteres

Cheyserie:

Idem redit computum quod recepit a personis inferius nominatis de cheseriis seu excheytis domino pertinentibus in pluribus et diversis hominibus mandamenti Quarti et Oyacie tenentibus quedam antiqua feuda que vocantur feuda cheyserie, de et pro quibus cheseriis et eorum feudo dominus de Quarto percipere et levare consuevit et capit, quando casus evenit prout infra, videlicet quando homo tenens aliquid de dicto feudo moritur, terciam partem omnium bonorum mobilium ipsius hominis defuncti, quecumque sint et ubicumque reperiantur. Et simili modo si aliquis aliis a predictis talibus hominibus cheseriis aliquid acquirat de dicto feudo cheserie, quando moritur possidendo quidquid de predicto feudo, dominus capit terciam partem omnium bonorum mobilium ipsius defuncti quecumque sint et ubicumque, vigore nature feudi antedicti, dum tamen appareat quod per dominum de Quarto vel per alium eius nomine fuerit intimatum et ostensum dicto tali acquirenti per publicum instrumentum quod res acquisita per eum esset et moveretur de feudo predicto cheserie. Si tamen, factis intimacione et ostensione predictis prout supra, dictus acquisite rem cheserie predictam incontinenti fineret et relinqueret a predicta cheseria et ipsius oneribus et servitutibus penitus illico liberatur, si vero, post intimacionem et ostensionem predictas, dictam rem predictus emptor statim non dimitteret et relinqueret taliter quod inde posset constare sufficienter, remaneret astrictus et obligatus oneribus et servitutibus feudi cheserie per modum et formam superius declaratos. Circa cuius feudi cheserie formam et naturam, talis ordo servatus fuit et adhuc observatur quod quicumque tenens feudum, et feudatarius existens, dicte cheserie potest et est eis licitum quictare et finire domino directo dictum feudum; qua finacione facta, statim levatur ad opus domini Quarti tercia pars bonorum omnium mobilium dicti talis quictantis, per modum et propter cheseriam antedictos. Qua cheseria seu tercia parte bonorum mobilium predicti quictantis ut supra levata, quictans huiusmodi fit liber penitus a predictis dum tamen ad feudum iterum non rediret quoniam, si rediret, ut prius teneretur, ut dicitur in computo precedenti. Et primo manu Theobaldi Mistralis de Roysan de et pro cheseria seu excheyta tercie partis bonorum mobilium Johannodi Brunodi de Blavy quondam, ultra duo sestaria siliginis a Johanne, filio

dicti Johannodi sibi venditis pro tanto, nec inde plus recepit ut suo
asserit juramento quia pauper et miserabilis persona erat

- XVIII solidos monete Auguste

Recepit a Jaquimino Bonete de Janyo de Dovia, tutore liberorum
quondam Perrini Carlo de Dovia, de et pro cheseria seu excheyta tercię
partis bonorum mobilium dicti quondam Perrini domino pertinencium et
eidem Jaquimino ad tantum generose per dictum castellanum
quictatorum per manus Johannis Valleti de Cirisia de Dovia, mistralis de
Valle Pellina, Petri Gorraz de Dovia, Jaquemeti Cleyva de Dovia et
Jaquimini de Crosivi²²² de Dovia, dicto castellano ad predicta nec non in
visione dictorum bonorum assistente, nec inde plus recepit ut dicit

- IX libras dicte monete

133

Recepit a Vulliermino Arbaneyz de Dovia, tutore liberorum [IIII^{XX}
XV] quondam Stephanini Arbaneyz, fratris sui, de et pro cheseria seu
excheyta tercię partis bonorum mobilium dicti quondam Stephanini
domino pertinencium et eidem Vulliermino ad tantum graciose per
ipsum castellanum quictatorum per manus Jaquimini de Canali de
Dovia, Jaquemeti Lenfantayz²²³ de Valle Pellina, Jaquemeti de Cleyva
de Dovia et Johannis Valleti de Cerisia de Dovia, mistralis de Valle
Pellina, dictis bonis per dictum castellanum prius visis et diligenter
examinatis, nec inde plus habere potuit ut asserit suo juramento

- X libras monete predictę

Recepit a Vyonino, filio quondam Petri Pomat de Villa supra Nuns,
parrochie Quarti, de et pro cheseria seu excheyta tercię partis bonorum
mobilium dicti quondam Petri domino pertinencium, et eidem Vyonino
ad tantum graciose per dictum castellanum quictatorum, facta prius
visione de bonis predictis in presencia et per manus Jaquemeti Cleyva
de Dovia, mistralis Quarti, Johannis Vidondo et Hugonini Bergoignon,
manderiorum domini, Aymoneti Nerni de Villa supra Nuns, Johannis de
Orto de Porczan, Hugoneti de Fonte, Johannis Parrole et Vuillermi
Valerii de Villa supra Nuns, ultra frumentum et siliginem de quibus
supra computavit

- IX libras, XV solidos dicte monete

Recepit per manus domini Berthodi, prioris Sancti Ursi Auguste, de
et super cheseria seu excheyta tercię partis bonorum mobilium Girardi
Piteti de Roysano domino pertinencium, quia ipse Gerardus se et bona

²²² Lire *Croysivi*.

²²³ Lire *Enfantayz*.

sua in prebendarium dederit domini Sancti Ursi, ubi in hospitali deffunctus est - XI libre, X solidos dicte monete

De cheseria seu excheyta tercię partis bonorum mobilium Jaquimini, filii dicti Girardi <Piteti> quondam, jam in vita dicti Girardi ab eodem separati sique bona mobilia ipsum Jaquimum habere contingat, non computat quia bona dicti Jaquimini mobilia nundum scire potuit neque ab ipso quicumque recepit ut dicit, sed illud perquirat diligenter²²⁴ ut, dictis bonis repertis, de parte domino in eis contingere computet in computo sequenti vel alias plenius declaret.

De cheseria seu excheyta tercię partis bonorum mobilium quondam Parvi Johannis de Blavy domino pertinentis, non computat quia nundum fuit de valore dictorum bonorum mobilium informatus, sed de ipsis se informabit²²⁵ et de ipsis in suo sequenti computo computabit.

De cheseria seu excheyta tercię partis bonorum mobilium quondam Johannis Hugoneti de Bocza domino pertinentis pro parte et in parte Petro Amedei, condomino de Bocza, nec non Johanni et Petro fratribus, filiis quondam Henrici de Bocza, nobilis, non computat hic quia nichil ab eodem recepit eo quod non est declarata pars pertinens domino ut dicit, quare partes ipsas declarari faciat ut de jure domini computet in computo sequenti.

Summa dictarum cheyseriarum:

- XLI libre, III solidi monete Auguste

134

[III^{XX} XVI]

Placita debita ob mortem domini de Quarto quondam:

Idem reddit computum quod recepit de placitis debitis ob mortem domini de Quarto quondam per personas inferius particulariter nominatas et descriptas et de quibus computasse debuisset in computo precedenti sed de ipsis nundum informatus erat ut dicit, et computat de ipsis, pretextu iniunctionum sibi factarum in computo precedenti, quas alias que inferius continentur ad prius declarare non potest eo quod recognitiones et extente pro iure domini ibidem non sunt complete, propter quod iniungitur sibi quod ipsas extentas, quanto citius poterit, instet et cum effectu procuret erga Johannem Gontereti, procuratorem domini in Valle Augusta et receptorem earundem, dictas extentas terminari et

²²⁴ Dans la marge gauche: *vide*.

²²⁵ Dans la marge gauche: *vide*.

compleri, taliter quod de supra et infrascriptis veniat in computo sequenti, per extentas vel extractum earundem, plenarie informatus et de ipsis computare paratus.

Et primo ab Anthonio Palmerii de Quarto, tutore et tutorio nomine Mathei, filii quondam Perrini naturalis de Quarto, nobilis, pro feudo nobili ad tantum taxato - C solidos monete Auguste

Recepit a Johanne Archerii de Gignioz, nobili, pro placito debito per eundem modo predicto pro feudo nobili ad tantum tassato

- XX solidos monete predite

Recepit ab Anthonio Mus²²⁶ de Amavilla pro placito per eundem debito modo predicto pro feudo nobili ad tantum taxato

- XX solidos monete predictae

Recepit a Reynaldo, naturali de Quarto, nobili, debente duodecim denarios de servicio per annum, a quo levatur duplum de placito et ultra quarta pars dicti placiti pro domina et quinta pars eiusdem placiti pro mistrali, quia sic est levare solitum adveniente tempore placiti debiti ut in computo precedenti

- II solidos, X denarios, quartum et decimum unius denarii dicte monete

Recepit a Johanne Vulliermete de Oyacia, debente sex solidos, septem denarios de servicio pro quondam Aymonodo deys Ryns de Oyacia pro placito per eum debito quod levatur ut supra

- XIX solidos, I denarium et decimum unius denarii dicte monete

Recepit a Theobaldo de Macino pro quondam Anthonio dou Bioley de Oyacia debente quinque solidos, duos denarios de servicio pro placito per eundem debito quod levatur ut supra

- XIII solidos, XI denarios obolo, quintum et decimum unius denarii dicte monete

Recepit a Vulliermeto, Johanne et Amedeo Malliez, fratribus de Oyacia, debentibus duos solidos de servicio proplacito per eos debito quod levatur ut supra

- VIII solidos, quintum et decimum unius denarii dicte monete

Recepit a Jaquimino Baravay de Olomont, Martino Baravay, Johannodo, Jaquimino Triolon et consortibus suis, debentibus septem solidos pro placito per eosdem debito quod levatur ut supra

- XX solidos, III denarios obolo et decimum unius denarii dicte monete

²²⁶ Lecture douteuse.

- 135** Receptit a liberis Johannis Grossi de Olomont debente²²⁷ tres solidos de servicio pro placito per eos debito quod levatur ut supra
- VIII solidos, VIII denarios, quintum duorum denariorum dicte monete
- Receptit a Nycodo de Crestono de Olomont pro Nicoletto, naturali de Crestono quondam, debente sex solidos de servicio pro placito per eum debito quod levatur ut supra
- XVII solidos, III denarios obolo, quintum et decimum unius denarii dicte monete
- Receptit a Vionino Pontelion de Valle Pellina, debente quinque solidos de servicio pro placito per eum debito quod levatur ut supra
- XIII solidos, VI denarios dicte monete
- Receptit ab Aymoneto Jaquemeti Bescharra et nepote de Chelion pro dicto quondam Jaquemeto, debentibus duodecim solidos, quatuor denarios de servicio pro placito per eos debito quod levatur ut supra
- XXXV solidos, IX denarios et quintum unius denarii
- Receptit a Farcone Mygnet pro dictis les Richarz de Somon, debente septem solidos de servicio pro placito per eum debito quod levatur ut supra
- XX solidos, III denarios obolo et decimum unius denarii
- [IIII^{XX} XVII]** Receptit a Petro Gorraiz de Dovia, debente quinque solidos de servicio pro Les Mocez²²⁸ pro placito per eum debito quod levatur ut supra
- XIII solidos, VI denarios
- Receptit a Jaquimino de Canali de Dovia, debente quatuor solidos de servicio pro placito per eum debito quod levatur ut supra
- XI solidos, VII denarios et quintum unius denarii
- Receptit a dicto Lo Buat de Allen, debente quinque solidos de servicio pro placito per eum debito quod levatur ut supra
- XIII solidos, VI denarios
- Receptit a Jaquemeto Duc de Dovia, debente quatuor solidos de servicio pro placito per eum debito et quod levatur ut supra
- X solidos, VII denarios et quintum unius denarii
- Receptit a Martino de Croesyvy pro quondam Albonino de Alero, debente duodecim denarios de servicio pro placito per eum debito et quod levatur ut supra
- II solidos, X denarios obolo, quintum et decimum unius denarii

²²⁷ Lire *debentibus*.

²²⁸ Lire *Mochet*.

Recepit a Jaquemeto Saller de Roisan, debente duodecim denarios de servicio per eum debito et quod levatur ut supra

- II solidos, X denarios obolo, quintum et decimum unius denarii

Recepit a dictis Les Vagnours de Ryns, debentibus tres solidos de servicio pro placito per eos debito et quod levatur ut supra

- VIII solidos, VIII denarios et quintum duorum denariorum

Recepit a Johanne, nepote dou Garaton de Roisan, debente duos solidos, novem denarios de servicio pro placito per eum debito quod levatur ut supra - VII solidos, XI denarios obolo et quintum unius denarii

Recepit a Johanne Lombardet de Roisan, debente quinque solidos de servicio pro placito per eum debito et quod levatur ut supra

- XIII solidos, VI denarios

136 Recepit ab Andrea Morelli de Rivo et Guigona de Campis de Roisan, debentibus tres solidos, quatuor denarios de servicio pro placito per eosdem debito et quod levatur ut supra

- X solidos, I denarium obolo, quintum et decimum unius denarii

Recepit a Johanne Bionat de Blavy, debente quindecim denarios de servicio pro placito per eum debito et quod levatur ut supra

- III solidos, VII denarios obolo

Recepit a Jaquimino Papet de Porrozan, debente sex denarios de servicio pro placito per eum debito et <quod> levatur ut supra

- XVII denarios et quintum duorum denariorum

Recepit a Parvo Aymoneto de Soreley et Perrodo Viser de Sancto Christoforo, debentibus quinque solidos, quatuor denarios de servicio pro placito per eos debito et quod levatur ut supra

- XV solidos, V denarios obolo, quintum et decimum unius denarii

Recepit a filio Peronodi dou Mayour de Sancto Christoforo, debente pro lo Michot quinque solidos, novem denarios de servicio pro placito per eum debito et quod levatur ut supra

- XVI solidos, VIII denarios et decimum unius denarii

Recepit a Johanne Alexone de Crestalla et consortibus suis, debentibus sex solidos, sex denarios de servicio pro erbagiis pro placito per eos debito et quod levatur ut supra

- XVIII solidos, X denarios et quintum unius denarii

Recepit a filio Johannis Poner de ultra Cristam de Puvyl, debente septem solidos de servicio pro placito per eum debito et quod levatur ut supra - XX solidos, III denarios obolo et decimum unius denarii

Recepit a liberis Martini de Junel de Effra, debentibus sex solidos, quinque denarios de servicio pro placito per eos debito quod levatur ut supra - XVIII solidos, VII denarios, quintum et decimum unius denarii

Recepit a Jacodo Domengie de Yssologny, parrochie Sancti Bartholomei, debente novem solidos, sex denarios de servicio pro placito per eum debito et quod levatur ut supra

- XXVII solidos, VI denarios obolo et decimum unius denarii

Recepit a curato de Bressognia debente duodecim denarios de servicio pro placito per eum debito et quod levatur ut supra

- II solidos, X denarios obolo et quintum et decimum unius denarii

Recepit a liberis Vulliermi de Bressognia, quondam clerici, debentibus viginti tres denarios de servicio pro placito per eos debito quod levatur ut supra

- V solidos, X denarios obolo et quintum unius denarii

Recepit a Remegio Rolerii de Cuschypaschy de Boza, et consortibus suis, debentibus octo solidos de servicio pro placito per eos debito ad tantum taxato

- XVI solidos monete Auguste

137

Recepit a Peronino Polier de Boza, debente duos solidos, sex denarios de servicio pro placito per eum debito ad tantum taxato

- V solidos monete predictae

Recepit ab Andrea Cabaiz de Porta Sancti Ursi, debente octo solidos de servicio pro placito per eum debito, et quod placitum levatur ut superius declaratum est

- XXIII solidos, II denarios et quintum duorum denariorum

Recepit a Johanne Surpicii de Ponte Arcus [IIII^{XX} XVIII] Auguste, debente tresdecim solidos de servicio per eum debito quia octo solidi sunt sine plus capere et residuum levatur ut supra

- XX solidos, VI denarios

Placita debita ob mortem tenementariorum:

Recepit a Jaquemeto, filio quondam Theobaldi Rosseti de Olomont, debente decem solidos, novem denarios de servicio pro placito ob mortem dicti Theobaldi debito et levatur dictum placitum ut supra

- XXXI solidos, II denarios obolo

Recepit a filio quondam Johannodi Rosseti de Olomont, debente quinque solidos, octo denarios de servicio pro placito per eum ob mortem dicti Johannis debito, et levatur ut supra

- XVI solidos, V denarios et quintum unius denarii

Recepit a Blanchodo de Voce de Olomont et Nycoletto de Voce de Olomont pro placito ob mortem Johannodi Gadot de Olomont debito, debente duos solidos, sex denarios de servicio, et levatur ut supra

- VII solidos, III denarios

Recepit a Johanne Perrerii de Voce de Olomont pro placito ob mortem dicti Perrerii debito, debente tres solidos, quatuor denarios obolo de servicio, quod levatur ut supra

- IX solidos, X denarios et sextum unius denarii

Recepit a Columbo de Berio de Olomont et Jaquemeto Torrant eiusdem loci pro placito ob mortem Colerii de Berio, debente octo solidos, quatuor denarios de servicio, et levatur dictum placitum ut supra

- XXVIII solidos, II denarios

Recepit a Petro de Decima de Olomont pro placito debito ob mortem Jaquemeti sui patris, debente sex solidos, quinque denarios in duabus parcellis de servicio et levatur ut supra

- XVIII solidos, VII denarios pictavenses

Recepit a liberis Johannis Jaquerii de Toles de Valle Pellina quondam, debente tres solidos, novem denarios de servicio pro placito ob mortem dicti Johannis debito, et levatur ut supra

- X solidos, X denarios obolo

Recepit a Petro Pleydon de Valle Pellina, tutore liberorum quondam Johannis Brocardi de Somon, debente octo solidos, tres denarios de servicio pro placito ob mortem dicti Johannis debito, et levatur ut supra

- XXIII solidos, X denarios et decimum unius denarii

Recepit a Johanne Galiardi de Valle Pellina, tutore filiarum quondam Johannis dou Glarey de Valle Pellina, debente duos solidos, sex denarios pro placito ob mortem dicti Johannis debito, et levatur ut supra

- VII solidos, III denarios

Recepit a Vulliermeta, uxore Johannis Arbaneys de Dovia, sorore Vioneti Pontellion de Valle Pellina quondam, pro placito debito ob mortem dicti Vioneti, debente sex solidos, sex denarios de servicio in tribus parcellis, et levatur dictum placitum ut supra

- XVIII solidos, X denarios et quintum unius denarii

138 Recepit ab eadem, debente duodecim denarios de servicio pro placito per eam debito ad tantum taxato - X solidos monete Auguste

Recepit a liberis quondam Peroneti dicti Beriaz de Grangia de Valle Pellina pro pro placito debito ob mortem dicti Peroneti pro parte sua placiti feudi nobilis - C VIII solidos dicte monete

Recepit ab eisdem pro eodem placito de triginta quinque solidos de servicio pro rivo debitis, ad tantum taxato - XII solidos monete predictae

Recepit ab eisdem pro eodem placito de quatuor solidis, tribus denariis de servicio debitis, et levatur dictum placitum ut supra

- XII solidos, III denarios, II tercios, I quartum unius denarii dicte monete

Recepit a liberis Jaquemodi de Somon de Valle Pellina quondam, debente duodecim denarios de servicio pro placito debito ob mortem dicti Jaquemodi, et levatur dictum placitum ut supra

- II solidos, X denarios, tercium, dimidium quartum unius denarii dicte monete

Recepit a Vulliermo Arbaneyis de Dovia, tutore liberorum Stephani Arbaneyis fratris sui, pro placito debito ob mortem dicti Stephani, debente unum denarium de servicio, et levatur dictum placitum ut supra

- II denarios obolo et quintum duorum denariorum

Recepit a liberis Johannis Pollier de Dovia quondam, pro placito debito ob mortem dicti Johannis, debente [IIII^{xx} XIX] duodecim denarios de servicio et levatur predictum placitum ut supra

- II solidos, II denarios obolo, quintum et decimum unius denarii

Recepit a Vullienco, filio quondam Johannis Perrerii Odeer de Dovia pro placito debito ob mortem dicti Johannis, debente duodecim solidos, unum denarium de servicio et levatur dictum ut supra

- XXXV solidos obolo dicte monete

Recepit a Petro Columbi de Roisan, curatore Johannis filii quondam Aymoneti de Campis pro quondam Guigona de Campis, debente viginti unum denarios de servicio pro placito debito et levatur ut supra

- V solidos obolo et quintum duorum denariorum

Recepit a filio quondam Parvi Johannis de Blavy pro placito debito ob mortem dicti sui patris, debente tres solidos, octo denarios de servicio et levatur ut supra

- X solidos, III denarios obolo et quintum unius denarii

Recepit a Johanne filio quondam Johannodi Brunodi de Blavy pro placito debito ob mortem dicti Johannodi, debente octo denarios de servicio et levatur ut supra - XXIII denarios et quintum unius denarii

Recepit a liberis Johannodi de Neyva de Porrozan pro placito debito ob mortem dicti Johannodi eorum patris, debentibus viginti solidos pro rivo Prepositi et levatur dictum placitum ut supra

- LXIII solidos, VIII denarios et quintum unius denarii

Recepit ab eisdem pro eodem placito de quinque solidis de servicio et levatur ut supra - XIII solidos, VI denarios

Recepit a liberis Petri de Charrery de Yrisan quondam pro placito debito ob mortem dicti Petri, debentibus sex denarios de servicio pro Stanno, et levatur dictum placitum ut supra

- XVII denarios et quintum duorum denariorum

Recepit a Johanne filio quondam Henriodi de Chandony pro placito debito ob mortem dicti Henriodi, debente unum denarium de servicio et levatur predictum placitum ut supra

- II denarios obolo et quintum duorum denariorum

Recepit a Vincencio de Roncheto de Quarto pro placito debito ob mortem Eymerici de Roncheto de Quarto, debente tres solidos in tribus parcellis et levatur ut supra

- VIII solidos, VIII denarios et quintum duorum denariorum

139 Recepit a dicto Vincencio pro eodem placito ex alia parte debito et ad tantum taxato - X solidos monete Auguste

Recepit ab eodem Vincencio pro dicto placito pro novem denariis de servicio ad tantum dicto placito taxato - XVIII denarios dicte monete

Recepit ab eodem pro placito pro duobus solidis, sex denariis debitis de servicio pro rivo ad tantum taxato - VI denarios dicte monete

Recepit a filio quondam Berthodi de Larey de Quarto pro placito debito ob mortem dicti Berthodi, debente duodecem denarios de servicio et levatur predictum placitum ut supra

- II solidos, X denarios obolo, quintum et decimum unius denarii

Recepit a filio quondam Jaquemeti Corna de Morgona pro placito debito ob mortem dicti Jaquemeti, debente quinque solidos, novem denarios obolo de servicio in pluribus parcellis, et levatur predictum placitum ut supra - XVI solidos, IX denarios obolo

Recepit ab Aymoneto de Arnyo, clerico, tutore liberorum quondam Aymoneti de Arnyo, nepotis sui, diviso dicto servicio ab aliis consortibus pro placito debito per ipsum et levatur ut supra

- VI solidos, VIII denarios, tercium, dimidium quartum unius denarii

Recepit a liberis Vulliermi Ducis de Avisio pro placito debito ob mortem dicti Vulliermi, debente octo solidos, decem denarios de servicio et levatur predictum placitum ut supra

- XXV solidos, VII denarios et quintum duorum denariorum

Recepit a Vionino, filio quondam Petri Pomat de Villa Supra Nuns, pro placito ob mortem dicti Petri, debente quatuor solidos de servicio et levatur ut supra - XI solidos, VII denarios et quintum unius denarii

Recepit a Johanne dou Closiz de Oyacia pro placito debito ob mortem Johannodi de Olygnan ad naturale suum debente placitum ad mensuram dupla pro parte dictum Johannodum [C] contingente ultra consortes suos, et levatur dictum placitum ut supra

- LIII solidos dicte monete

Recepit ab eodem Johanne pro placito debito per eundem Johannodum debente novem solidos, quinque denarios obolo de servicio, et levantur ut supra

- XXVII solidos, V denarios et sextum unius denarii

Recepit ab eodem Johanne pro placito debito per dictum Johannodum debente duodecim solidos de servicio ad tantum taxato

- II solidos monete Auguste

Recepit a Vulliermeto Chanal de Nuns pro placito debito ob mortem Bertodi fratris sui, debente tres denarios de servicio pro quarta parte duodecim denariorum de servicio levata cum tribus fratribus dicti Berthodi, et levatur dictum placitum ut supra

- VIII denarios obolo et quintum unius denarii

Recepit a Petro, filio Johannis de Orto de Porczan pro placito debito ob mortem Raymondi Galiardi de Villa Franca, debente tres solidos, tres denarios de servicio pro aqua vinearum ville predicte et levatur ut supra

- IX solidos, V denarios et decimum unius denarii

Recepit a filio quondam Johannis Theobalde de dicta Villa pro placito debito ob mortem dicti sui patris debente decem octo denarios de servicio pro aqua vinearum dicte Ville et levatur ut supra

- IIII solidos, IIII denarios et quintum unius denarii

Recepit a Parvo Johanne de Lanser habitatore in Villa Franca pro placito debito ob mortem Raymondi Cerdonis de Villa Franca, debente sex solidos, novem denarios de servicio et levatur ut supra

- XIX solidos, VI denarios obolo et quintum duorum denariorum

140 Recepit a Johanne Joane de Bressognia et Johannodo de Prato de Bressognia pro placito debito ob mortem Aymonodi Micheleti de Bressognia, debente sex solidos, sex denarios de servicio pro aqua vinearum predicte Ville et pro terra Trucheti clerici, et levatur ut supra

- XVIII solidos, X denarios et quintum unius denarii

Recepit a dicta La Roncherys, relicta Anthonii Asinan pro placito debito ob mortem dicti Anthonii, debente unum denarium de servicio et levatur ut supra - II denarios obolo et quintum duorum denariorum

Recepit a Vulliermeto de La Nicoda de Boza pro placito debito ob mortem Jaquemeti deis Blanches de Boza, debente unum denarium de servicio ad tantum taxato - II denarios monete Auguste

Recepit ab eodem Vulliermeto pro placito debito ob mortem Petri fratris sui, debente quatuor denarios de servicio ad tantum taxato - VIII denarios monete predictae

Recepit a liberos Hugonodi Butodi de Boza, debente viginti denarios de servicio ad tantum taxato - III solidos, IIII denarios monete predictae

Recepit a Jaquimino de Cuschipaschi de Boza, tutor liberorum quondam Johannis Hugoneti de Cuschipaschi, de placito debito ob mortem dicti Johannis, debente unum denarium de servicio ad tantum taxato - II denarios monete predictae

Recepit ab eodem et pro eodem placito debito ob mortem dicti Johannis, debente duos denarios de servicio pro Stephano Roberti, patre ipsius uxoris, ad tantum taxato - IIII denarios monete predictae

Recepit a Johanne, filio quondam Johannis Vulliermi de Boza pro placito debito ob mortem dicti sui patris advocerii aliorum consortium suorum - C solidos monete predictae

Recepit ab eodem pro placito dicti Johannis patris, debente sex solidos de servicio ad tantum taxato - VI solidos monete predictae

Recepit ab eodem Johanne pro placito predicto pro duodecim denariis de servicio ad tantum taxato²²⁹ - II solidos monete predictae

Summa dictorum placitorum: - XL solidi monete predictae, in dorso
- LXXI libre, VII solidi, VIII denarii obolo monete Auguste

[CI] *Donaciones prothocollorum:*

De donacionibus prothocollorum nichil computat quia pauci notarii sunt infra mandamentum Quarti residui et nulli mortui sunt ibidem per tempus de quo computat ut dicit.

Excheyte usurariorum:

Idem reddit computat quod recepit a Johanne Camperio de Graczano, herede Johannis dicti Machifer, famuli et pastoris domini prioris Sancti Benigni Auguste, fratris uxoris dicti Johannis Camperii, quia dictus Johannes Machifer quondam sue vite temporibus

²²⁹ Dans la marge gauche: XII libre, IX solidi, IX denarii et sextus unius denarii. Vide dorsum.

inculpabatur contractus usurarios exercuisse, qui Johannis Machifer infra mandamentum Oyacie decessit nec privilegio franchiesiarum terre Quarti gaudebat licet de dicto mandamento Oyacie oriundus²³⁰ esset, quia dictus Johannes Machifer quondam in solucione onerum dictarum franchiesiarum contribuere recusavit quando per dominum fuerunt confirmate, remisso sibi jure, domino in bonis dicti Johannis Machifer competente, pro tanto

- XXI florenos et dimidium auri boni ponderis veteres

141

Excheyte:

Idem reddit computum quod recepit de et pro bonis mobilibus quondam Johannis dicti deys Martineis de Sancto Stephano, de La Flachiri deis Chavanes²³¹ in Breysia, lungdunensis dyocesis, famuli Johannodi de Chamvylliar²³² de Roysan, mandamenti Quarti, qui Johannes naturalis erat ut dicebat, in furchis mandamenti Quarti propter eius demerita suspensi et morti traditi, quia de illicito coictu natus erat nec franchiesiis gaudebat, bona mobilia ipsius generali consuetudine patrie Vallis Auguste, domino pervenerunt, videlicet manu Johannis Lombardet de Roysano, in quibus eidem ex mutuo tenebatur dictus Johannes Lombardacz

- IIII januenses auri

Recepit per manus Peroneti de Villa de Roysan quos a dicto Johanne deys Martineys mutuo receperat et in eisdem sibi tenenbatur

- XXVI solidos monete Auguste

Et: -II januenses auri

Recepit manu Petri Put de Villafranca, sartoris,²³³ et Anthonio Parmerii de Quarto, de et pro bonis mobilibus Johannis dicti Espina, filii quondam dicti Mongin de Espina, Metensis dyocesis,²³⁴ qui in mandamento Quarti predicto pro suis demeritis fuit caput amputatum et bona mobilia ipsius domino commissa quia nullus heres seu agnatus ex ipso non comparuit nec comparere curavit - VI florenos auri parvi ponderis

Summa: - XXVI solidi monete Auguste

²³⁰ Lire *oriundus*.

²³¹ *Fléchères*, *Flacheres* en 1298, *Flacheria* en 1390, *Flachiri* en 1401, *Fleschère* en 1567, aujourd'hui *Fareins*, arrondissement de Bourg-en-Bresse, dans l'Ain.

²³² Champvillair.

²³³ Le mot *sartoris* est effacé.

²³⁴ Diocèse de Metz.

Et: - VI floreni
- VI januenses auri

Inventa:

Idem reddit computum quod recepit a Reymondo de Balma Quarti pro una ove novella, reperta in parrochia Quarti, in anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, vendite²³⁵ pro tanto Hugonino manderio Quarti per dictum castellanum

- IIII solidos monete Auguste

Recepit ab eodem Hugonino, manderio Quarti, de et pro precio duorum capriolorum vocatorum bimays, repertorum in dicta castellania in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo sibi venditorum per dictum castellanum pro tanto- VI solidos monete Auguste

Summa: - X solidi monete Auguste

Dona et auxilium:

Idem reddit computum quod recepit ab hominibus et subditis domini de Quarto, quos dicti homines domino gracie concesserunt et donaverunt semel in auxilium reparacionis domificiorum castri domini de Quarto, igne casu fortuito crematorum in anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo circa carnisprevium, de quibus eciam superius mencio habetur in libratris siliginis operum castri

- XXI januenses et ducatos

Summa: - XXI januenses auri

142

Decime agnorum:

Idem reddit computum quod recepit a pluribus et diversis personis de et pro precio viginti agnorum lanatorum,²³⁶ die jovis sancta anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, pro decima agnorum debita domino ibidem per annum et levatur ut supra quolibet agno precio trium solidorum, sex denariorum monete cursibilis Auguste

- IIII libras, IIII solidos monete Auguste

²³⁵ Lire vendita.

²³⁶ Bêtes à laine.

Hugues Garnier (1378 - 1382)

Recepit a Johanne de Prabas pro firma decime dictorum agnorum termini diei jovis sancte anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo, nec inde plus habere potuit propter obviale dictarum bestiarum quod ibidem fuit dicto anno ut dicit. Et rendet minus de XXIII solidis quam anno proxime precedenti

- LX solidos dicte monete

[CII] Recepit a Mermodo de Oyacia pro firma dicte decime agnorum que levantur ut supra die jovis sancta anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo, et respondet plus de viginti solidis monete Auguste quam anno proxime precedenti

- IIII libras monete Auguste

Recepit a supredicto Mermodo de Oyacia pro firma dicte decime agnorum que levantur ut supra die jovis sancta anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, nec inde plus habere potuit ut dicit, iniungitur tamen sibi quam dictam firmam decime agnorum cridari faciat et plus offerenti tradat taliter quod de ipsis valeat in suo computo sequenti utilius pro domino computare

- IIII libras monete Auguste

Summa: - XV libre, IIII solidi monete Auguste

Vendiciones lignorum:

Idem reddit computum quod recepit de et pro precio lignorum per ipsum cidii factorum in tachiam pecunie, ut inferius in libratis in anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo septimo de summa tercentum vigintiquatuor teysiis lignorum libratis ad expensas hospicii domini, factas Auguste manu Petri Vicini, per litteram domini de testimonio premissorum, datam Auguste die XV novembris anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, superius redditam in libratis caponum, et deductis eciam duabus teysiis lignorum datis per dictum castellanum Petro de Crista, habitatori Auguste, quia primo imposuit precium dictis lignis, videlicet pro pecio ducentarum sexaginta duarum teysiarum lignorum restancium de summa predicta, venditarum tam dicto Petro de Crista, priori Sancti Ursi, preposito Auguste, quam eciam pluribus aliis, qualibet teysia precio sexdecim solidorum monete Auguste

- II^c IX libras, VII solidos monete Auguste

Recepit de summa octies viginti decem septem teysiarum lignorum per ipsum cidii factorum, videlicet LXXVI teysie de roydys seu corvatis et centum una teysia in tachiam ad pecuniam, ut infra in libratis pecunie,

in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo, deductis de ipsis sepcies viginti teysiis lignorum de quibus pro parte facti fuerunt carbones ad opus magistri Galterii de Senna, magistri arquimie, sibi ministratis de mandato domini ut dixit, item deductis quindecim teysie lignorum quas idem castellanus libravit et portari fecit Augustam in domum episcopalem pro paratu domini ibidem facto in mense octobris anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo, item decem teysiis lignorum datis et concessis per dominum eidem castellano de gracia speciali per litteram domini de testimonio premissorum, datam Auguste die XXVII mensis octobris anno domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo quam reddit, et deductis eciam decem teysiis lignorum traditis per ipsum domino Eymerico de Moriacio, canonico Auguste, pretextu donacionis sibi facte per dominum per eius litteram de donacione predicta, datam Auguste die XXVIII novembris anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo, quam eciam reddit, et restantes due teysie lignorum ex quantitate suprascripta fuerunt vendite per dictum castellanum qualibet teysia sexdecim solidis monete

- XXXII solidos monete Auguste

Recepit de et pro precio viginti quinque teysiarum lignorum quercus, quas idem castellanus cidit fecerat in nemore domini de Ryns ad tachiam pecunie, ut infra in libratibus, pro faciendis carbones ad opus supradicti magistri Galterii, magistri arquimie, que tunc non fuerunt consumpte quia cessavit operari de mandato domini, vendita qualibet teysia duodecim solidis monete Auguste, quia dicta ligna erant brevia pro carbonibus fiendis et portus ipsorum distabat- XV libras monete Auguste

Summa: - II^c XXVI libre, IIII solidi monete Auguste

143

Forisseca:

Idem reddit computum quod recepit a Johanne Jacobi de Quarto, quos debebat Petro Penthecostes de terra Quarti, scilicet in exoneracionem maioris quantitatis in qua dictus Petrus Pentecostes domino de Quarto quondam tenebatur

- XI florenos auri boni ponderis veteres

Recepit a Johanne dicto Lievra, de terra de Cly, in quibus Vulliermo de Cella de Quarto, naturali quondam, cuius bona mobilia ad dominum de Quarto quondam pervenerunt, quia naturalis erat et non gaudebat libertatibus terre Quarti

- XXXIIII solidos monete Auguste

Recepit de et pro certis bonis mobilibus Petri Georgiy de Pasquieron qui propter eius maleficia terram domini de Quarto absentaverat ut supra in bannis concordatis, videlicet pro precio quatuor parvorum porcorum lactancium simul venditorum pro tanto et ad tantum taxatorum per Anthonium Parmerii, Berthodum Chivalerii de Nuns, Dominicum de Chiriaci et Johannem Vidondo in foro publico

- VIII libras monete Auguste

Recepit a Jaquemeto de Blanchés de Bocza, debente predicto domino de Quarto quondam quantitatem subscriptam pro quadam concordia per ipsum facta cum domino de Quarto quondam super certis delictis per dictum Jaquemetum perpetratis vivente dicto domino de Quarto quondam

- XII florenos auri veteres

[CIII] Recepit ab Hugonino Tarida de Dovia pro precio trium parvarum trabium brevis existencium in Vallepellina, quas dominus de Quarto quondam fecerat cuidam et preparari venditarum pro tanto, manu Jaquemeti Infantaz de Vallepellina - dimidium florenum auri veterem

Recepit a Petro de Chelion de Vallepellina pro medietate unius examinis apium per ipsum inventi, sibi vendita per dictum castellanum pro tanto, et alia medietas dicto Petro pertinebat

- V solidos monete Auguste

Recepit a Johanne Gontereti de Augusta, clerico, pro precio unius arboris castanee que pridem vendita fuerat per Andream Sponsi de Quarto domino Henrico domino de Quarto quondam, ramis et minutis lignis exceptis, pro tanto

- I florenum auri veterem

Recepit a dicto Johanne Gontereti pro precio duarum arborum castanearum pridem eidem domino de Quarto venditarum per dictum Lo Callier de ultra Cristam et Lo Chastagnian, de eodem loco, ultra ramas et minuta ligna, pro tanto

- XXVI solidos monete Auguste

Recepit ab eodem Johanne Gontereti pro quadam albore²³⁷ nuce eradicata apud Ryns per boream in pratis domini sibi vendita pro tanto

- dimidium florenum auri veterem

Recepit ab Ansermino Chanal de Vallepellina, in quibus domino de Quarto quondam tenebatur pro remanencia sui computi, eorumque²³⁸ pro dicto domino quondam receperat

- XXV florenos et dimidium auri boni ponderis veteres

²³⁷ Lire arbore.

²³⁸ Lecture douteuse.

Recepit a Martino de Butie, notario, pro precio sex parvarum peciarum arboris plantis castanee, cisarum tempore domini de Quarto quondam, existencium subtus castrum Quarti in prato vocato Pra Josel, qualibet pecia octo solidis monete predictae

- XLVIII solidos monete Auguste

Recepit ab eodem Martino pro precio quadraginta quatuor asinatarum lapidum, crete, alias de grea, quos dominus de Quarto habebat apud Castrum Argenteum domo Gontardas, sibi venditorum pro tanto

- IX solidos monete Auguste

Recepit a Theodolo de Chansamin,²³⁹ habitatore Auguste pro precio minorum lignorum in covellis per ipsum Theodolum in dicta insula congregatis de caudis grossorum lignorum de quibus supra computat, sibi venditorum simul pro tanto

- IIII libras, X solidos monete Auguste

Recepit a Johanne Julian de Vallepellina pro remissione cuiusdam concordie per ipsum dudum facte cum domino Henrico domino de Quarto quondam de non faciendo mansionem extra dominium de Quarto sibi facta pro tanto

- VI florenos auri boni ponderis veteres

144 Recepit ab Eymerico de Roncheto de Quarto pro remissione concordie et obligacionis per ipsum Eymericum erga dictum dominum de Quarto quondam factarum de faciendo suam ipsam mansionem infra mandamentum Quarti, sibi facta per dictum castellanum pro tanto

- X florenos auri boni ponderis veteres

Recepit a Jaquimino Borrón de Vallepellina in quibus dicto domino de Quarto quondam tenebatur pro remanencia cuiusdam sui computi

- XXV libras, XVIII solidos monete Auguste

Recepit a Jaquimino Clerico de Meysata in quibus dicto domino de Quarto quondam tenebantur pro remanencia sui computi eorum, que pro eodem receperat

- III januenses auri

Recepit a Jaquemeto Sallier de Roysano in quibus dicto domino de Quarto quondam tenebatur pro remanencia computi ut dicitur inter ipsos facti

- LIII solidos, VI denarios monete Auguste

Recepit a Petro, filio quondam Johannodi Emerici de Aviso, in quibus dicto domino de Quarto quondam tenebatur pro remanencia computi ut dicitur inter ipsos facti

- XXXVI solidos, VI denarios monete Auguste

²³⁹ Lecture douteuse.

Recepit ab Hugoneto, fabro de Foucigniaco,²⁴⁰ habitatore Auguste, pro precio unius incudis qui fuit dicti domini de Quarto quondam sibi venditi pro tanto - X florenos auri veteres

Recepit ab Anthonio Parmerii de Quarto pro precio unius torcularis qui fuit domini de Quarto quondam, infra castrum de Quarto existentis, sibi venditi pro tanto per dictum castellanum manu et consilio domini episcopi Auguste - VIII januenses auri

Recepit a Bernardo de Segnins precio unius mayt qui erat domini de Quarto quondam, apud Rovoyriam in grangia domini dicti loci, sibi Bernardo vendite pro tanto - I florenum auri boni ponderis veteres

Recepit ab Hugonino, manderio Quarti, pro una parva tineta que erat domini de Quarto quondam, in vinea domini supra Villam Francham existente, per dictum castellanum sibi vendita pro tanto

- XXX solidos monete Auguste

Recepit ab Aymoneto Marquisii,²⁴¹ cerdone burgensi Porte Sancti Ursi, pro precio trium modiorum calcis de calce domini Quarti quondam, que erat in domo de Quarto apud Ryns, sibi venditorum per dictum castellano manu Theobaldi mistralis de Roysan, quolibet modio precio viginti sex solidorum monete Auguste, quia est antiqua et in pulvere - septuaginta octo solidos monete Auguste

Recepit a Gulliermo de Palleno pro precio trium modiorum calcis ex calce domini de Ryns predicta, sibi vendita ut supra, quolibet modio precio viginti sex solidis dicte monete

- septuaginta octo solidos monete Auguste

Recepit a Crispino de Ponte pro precio unius modii dicte calcis [CIIII] sibi venditi ut supra pro tanto - XXVI solidos monete Auguste

Recepit ab Hugonodo de Bocza pro precio duorum sestariorum dicte calcis, sibi venditorum ut supra ad racionem supradicte

- VIII solidos, VIII denarios dicte monete

Recepit a Michaele de Bocza pro precio trium sestariorum dicte calcis sibi venditorum ut supra et ad racionem predictam

- XIII solidos monete predicte

Recepit a quodam homine de Stipulis manu Johannis Mugnerii de Ryns pro precio unius sestarii dicte calcis sibi venditi ut supra et ad dictam racionem - IIII solidos, IIII denarios dicte monete

²⁴⁰ Faucigny.

²⁴¹ Dans la marge gauche: *Calx vendita*.

Recepit a Rolino de Dallion pro precio duorum sestariorum calcis predictae, sibi venditorum ut supra et ad dictam rationem

- VIII solidos, VIII denarios monete predictae

Recepit a Nycoletto Pesclet pro precio duorum sestariorum calcis predictae sibi venditorum ut supra et ad dictam rationem

- VIII solidos, VIII denarios monete predictae

De certa quantitate pecunie, in qua Perrinus de Byona de Oyacia tenebatur domino Henrico domino de Quarto quondam, pro remanencia sui computi eorum, que pro et nomine domini de Quarto quondam receperat et libraverat, ut dictus castellanus et Johannes Gonetereti, procurator domini in Valle Augusta, certifficati fuerunt, non computat quia de dicta quantitate ad presens non est informatus ut dicit, quare iniungitur eidem quod et super eadem taliter se informet quod in suo sequenti computo de ipsa valeat in recepta computare et de eadem clarius informare.

145 De quantitate pecunie in qua Jaquiminus de Molendino supradicto domino Henrico domino de Quarto quondam tenebatur pro remanencia sui computi receptorum et libratarum per ipsum Jaquiminum pro et nomine dicti domini de Quarto quondam factarum, ut predicti castellanus et procurator domini Vallis Auguste presentes in computo refferunt, non computat quia de quantitate per eundem Jaquiminum debita nondum sufficienter ut dicit fuit informatus, nec non ipsam quantitatem specificice et determinate scire potuit, quare iniungitur eidem²⁴² quod tam super premissis, quam aliis quibuscumque domino in dicta castellania debitis et competentibus, diligenter se informet ipsaque omnia et singula viriliter²⁴³ exigat et recuperet ut de ipsis sicut prius perquisitis, inventis et recuperatis, valeat in suo sequenti computo clarius et plenius specificice et particulariter informare de eisdemque in recepta plenius computare.

Summa dicte forissece:

- LXI libre, VI solidi, IIII denarii monete Auguste

- LXXVII floreni et dimidiis auri boni ponderis veteres

Et:

- XI januenses auri

²⁴² Dans la marge gauche: *vide*.

²⁴³ Lire *utiliter*.

Summa tocius recepte huius computi cum forissecas:

- II^M V^C LXXIII libre, IX solidi, X denarii et tercius unius denarii monete Auguste ad XXVI

- C XVIII solidi, VI denarii januenses ad X solidos pro XV predictorum Auguste

- VI floreni auri parvi ponderis

- VII^C LXXVII floreni auri boni ponderis veteres

- L januenses auri

- LXI franchi auri

Et:

- I obolus auri

De quibus libravit:

[CV]

Opera castri:

Libravit in operibus et reparacione castri et edificii domini de Quarto per tempus de quo computat ut supra personis, causis et modis inferius particulariter declaratis ultra opera facta in reparacione dicti castri de roydis su corvatis per homines et subdictos domini terre Quarti tam racione incendii castri fortuito, ibidem proventi anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo, quam aliis per tempus supradictum et prout eciam supra in libratibus siliginis, vini et seracei declaratur.

Et primo manu Johannini dicti Pitit, familiaris et factoris dicti castellani, Johanni, filio quondam Bartholomei Mugnier de Quarto, in empcione certe quantitatis losarum ab eodem habitarum tunc in quodam acervo seu muello existentibus, pro tanto habitarum et extimatarum per probos homines dicte castellanie pro coperiendis magna turri et camera domini dicti castri de Quarto: - X florenos auri boni ponderis veteres. Item, manu eadem, Peroneto Vallini de Morgona et quibusdam suis sociis in empcione certe alterius quantitatis losarum ad predicta implicatarum: - VI florenos auri boni ponderis veteres. Item, manu eadem, in empcione unius canalibus empte et implicate in tecto camere predicte: - I florenum auri boni ponderis veterem. Item Jaquimino de Canali de Dovia in empcione unius trabis castanee ad faciendum somerium in tecto dicte turris pro tanto: - I florenum auri boni ponderis veterem. Item in empcione et pro precio unius quintalis ferri, empti et implicati ad predicta in crochiis et aliis negociis ferreis ad predicta necessariis, inclusis facturis et operagiis factis ex dicto ferro: - IIII

florenos auri boni ponderis veteres. Item in salario magistrorum qui predicta implicaverunt in operagiis predictis faciendis, ultra alios operarios de roydis seu corvatis ad predicta et alia vacantibus, ut supra in libratis siliginis: - X florenos auri boni ponderis veteres. Item in locagio grossarum bestiarum extranearum vacancium et apportancium supradictas losas a loco de Ciran et aliis pluribus locis, pluribus et diversis diebus: - III florenos auri boni ponderis veteres. Item et in empcone cordarum pro predictis losis portandis et charreandis ut supra, emptarum pro tanto: - VI denarios grossos cursibiles. Et allocantur eidem per litteram domini de mandato allocandi, datam Chillionis die sexta mensis octobris anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo sub signeto domini superius redditam in libratis siliginis, et per litteram publicam testimonialem supradicti Johannini Piteti, receptam et signatam manu Johannis Gontereti, notarii publici, sub anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo die XVIII mensis decembris, ut supra redditam in libratis siliginis, ultra auxilium concessum per homines supradicte castellanie Quarti, de quo supra computat in recepta sub titulo auxilii, et allocantur eciam sibi prius et alie infrascripte librate, de mandato domini Aymonis de Chalant, militis, et Anthonii Barberii de [CVI] Chamberiaco, magistrorum computorum domini, recepto prius ab eodem castellano corporali iuramento quod presentem et subsequentes libratas fecit, solvit et expeditit pout inferius infra particulariter declaratur

- VI denarios grossos cursibiles

Et: - XXXV florenos auri boni ponderis veteres

146 Libravit in empcone carniū bovinarum emptarum pro expensis²⁴⁴ supradictorum magistrorum et aliorum operariorum vacancium in reparacione castri domini de Quarto supra dicti, et allocantur eidem de mandato quo supra et per litteram publicam supra proxime redditam

- VI florenos auri boni ponderis veteres

Libravit Bernardo, fabro habitatori in Porta Sancti Ursi, pro precio unius sere seu serraillie posite et implicate in hostio stuphe nove castri Quarti, item et pro quatuor sparris ferreis positis et implicatis in finestris dicte stuphe simul pro tanto: - VI solidos monete Auguste. Item eidem Bernardo pro opere seu factura tam viginti trium grossarum trochiarum ferratarum pro refformacione et retencione chivronorum tecti domus grangie domini apud Ryns, per eum factorum de ferro suo, quam virarum bornellorum castri Quarti de novo in certa quantitate

²⁴⁴ Les mots *pro expensis* répétés sont effacés.

factarum, in quibus viris confici eisdem implicate fuerunt sexaginta libre ferri, de ferro per ipsum castellanum empto a Jaquimino Geremie de Augusta, cuius precium in librata sequenti proxime allocatur: - VII libras monete Auguste. Et allocantur per litteram publicam dicti Bernardi fabri de testimonio et confessione de recepta, datam die secunda mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, manu Johannis Gontereti notarii signatam, quam reddit:

- VII libras, VI solidos monete Auguste

Libravit Jaquimino Jeremie civi Auguste mercatorum pro precio sexaginta librarum ferri emptorum ab eodem simul pro tanto, pro faciendo viras bornellorum dicti castri de Quarto: - XLV solidos monete Auguste. Item eidem Jaquemino pro precio quadraginta duorum milliariorum et dimidium clavinorum refforciatorum, emptorum ab eodem per dictum castellanum, quolibet milliario undecim solidis: - XXIII libras, VII solidos, VI denarios monete Auguste. Et allocantur per litteram publicam dicti Jaquimini Geremie de confessione et recepta cum testimonio premissorum, datam die secunda mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, manu Johannis Gontereti signatam, cum supra proxime dicta redditam

- XXV libras, XII solidos, VI denarios monete Auguste

Libravit manu Theobaldi de Crista de Roisan, mistralis dicti loci, in empcione et pro precio trochiarum ferratarum emptarum ad opus et pro necessitate orrei seu granerii domini de Roysan et in eodem implicatarum

- IX solidos monete Auguste

Libravit Girardo Bergoignon, habitatori in Villa Francha, carpentatori, pro suis salariis et expensis triginta septem jornatarum seu dietarum quibus vacavit recohoperiando tecta tam castri Quarti quam grangiarum domini in Rovoria et de Rins et orrei domini de Roysan, capiente sex solidos monete Auguste per diem, testificante ad predicta implicanda: XLII milliaria clavium cum dimidio et XVIII milliaria tavaillionorum, et allocantur per litteram dicti Girardi Borgoignon de testimonio confessioneque et recepta, datam die secunda mensis augusti, anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo septimo, manu Johannis Gontereti signatam, quam reddit

- XI libras, XII solidos monete Auguste

Libravit Johanni Rosseti, fabro habitatori Auguste, pro factura clavis orrei seu granerii de Cirisei apud Boczam et reparacione sere seu seraillie eiusdem granerii, manu Johannis Gontereti clerici:

- VI solidos monete Auguste.

147 Item, manu eadem, Martino, fabro de Sancto Vincencio habitatori Auguste, pro reparacione et factura dictarum sere et clavis quia iterum destructa fuerant: - VIII solidos monete Auguste, et allocantur de mandato quo supra - XIII solidos monete Auguste

Libravit Jaquimino Borron de Vallepellina pro factura decem octo milliarum tavaillionorum de pecie per dictum Jaquimum in nemore de Vallepellina factorum pro [CVII] tanto, pro reparacione tectorum castris Quarti, grangiarum de Rovoeria et de Rins et orrei de Roysan, facta supra, per dictum Girardum Borgoignon implicatorum, et allocantur per litteram publicam dicti Jaquimini de testimonio et confessione de recepta, datam die secunda mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, manu Johannis Gontereti signatam, quam reddit - XVIII libras monete Auguste

Libravit Gotoffredo Vagnior de Rins, famulo et custodi grangie domini vocate de Ryns, pro pensione sua unius anni incepti die festi beati Martini yemalis anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo septimo et finiti eodem festo anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo, quo festo dictus castellanus tradidit ad censum prata et terras domini dicti loci de Rins, ut superius in firmis pecunie ultra seraceos, siliginis et vini superius in suis titulis propter hoc allocatur, et allocantur sibi de mandato quo supra simul et per litteram dicti Gotoffredi de confessione et recepta superius in libratis siliginis redditam - IIII florenos auri boni ponderis

Libravit Johanni Vincent de Moyrens, dicto Seyns Reyson, rectori vinearum domini de Constancy de Villa Francha et de Crista, pro suo salario sibi dari convento pro ipsas vineas custodiendo, in ipsis laborando et operarios ponendo et ordinando in anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, facto pacto cum ipso pro tanto per annum in pecunia more solito, ut in computo precedenti, ultra seraceos, vinum et siliginem sibi superius propter hoc allocatos, et allocantur de mandato quo supra et per litteram publicam dicti Johannis Vincent de testimonio premissorum et confessione de recepta, datam anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo, die XII januarii, superius in libratis siliginis reddita, et allocantur pretextu dicte littere pro duobus annis, videlicet per annum millesimo tercentesimo septuagesimo nono et octuagesimo, ad rationem trium florenorum auri boni ponderis per annum - VI florenos auri boni ponderis veteres

Libravit manu Petri Toperelli de Ponte Lapideo, traditos Johanni Filiery, manderio de Santo Cristoforo, pro reparacione quorundam seu

plurimorum lignonum²⁴⁵ domini qui traduntur seu adcomodantur hominibus operantibus ad roedum seu corvatam in vineis domini de Rovoeria et de supra Villam Francham in anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, per Vulliermum Fabri de Martineto, habitatore in Burgo Varnerio Auguste, reparatorum pro tanto, ut per litteram publicam dicti Petri Toperelli de confessione et recepta cum testimonio premissorum, datam die quinta mensis januarii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo, per Johannem de Gontereto notarium publicum signatam, quam reddit - XL solidos monete Auguste.

148

Opera rivi vocati de Preposito:

Libravit Petro Morelli de Rivo, administratori rivi domini vocati de Preposito, cui dantur sex libre monete Auguste de salario per annum, pro labore sustento per annum circa tegimen, custodiam et administracionem dicti rivi domini vocati de Preposito, et allocantur sibi pretextu littere dicti Petri Morelli de testimonio premissorum et confessione de recepta, date die ultima mensis decembris anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, manu Johannis Gontereti signatam, quam reddit, pro quatuor annis videlicet pro annis septuagesmo octavo, septuagesmo nono, octuagesimo et octuagesimo primo, ad rationem sex librarum pro quolibet

- XXIII libras monete Auguste

Libravit Bonifacio Champapont de Roysano, custodi rivi domini vocati de Preposito, a loco principii dicti rivi, vocato La Morina, usque ad locum vocatum de Valle Suana, subtus Roysan quasi per una leuca, capienti per custodiam dicti rivi sexaginta solidos monete Auguste per annum, ultra siliginem, vinum et seraceum sibi pro eodem in suis titulis allocatos de mandato quo supra, et per litteram publicam dicti Bonifacii de testimonio premissorum confessioneque et recepta, datam die XXVII mensis julii, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo superius redditam in libratis siliginis, manu Johannis Gontereti notarii signatam, et solvit eidem pro anno Domini millesimo tercentesimo septuagesmo octavo ad rationem predictam

- LX solidos monete Auguste

Libravit eidem Bonifacio pro eodem et eodem modo, et [CVIII] solvit sibi pro anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono,

²⁴⁵ Houes.

octuagesimo et octuagesimo primo ad rationem predictorum sexaginta solidis per annum, ultra siliginem, vinum et seraceum sibi ut premittitur allocatis in suis locis et titulis, et allocantur eidem de mandato et per litteram testimonialem dicti Bonifacii superius redditam et designatam pro dictis tribus annis - IX libras monete cursibilis Auguste

Reparacio rivi Prepositi:

Libravit in operibus et reparacione dicti rivi Prepositi prout infra particulariter declaratur, et primo manu Jaquimini de Canali de Dovia, Petri Morelli de Rivo, custodis et amministratoris dicti rivi Prepositi, et plurium aliorum proborum de Vallepellina, Johanni Charnin, Martino de Arlio, Vulliermo Perrini dou Glarei, Vulliermo, nepoti <de> Bocon, Anthonio de Cheylion et Johanni Charles, omnibus de Vallepellina, cindentibus in nemoribus domini de Vallepellina unum milliare billionorum, quorum medietas fuit longitudinis unius teysie et duorum pedum et reliqua medietas unius teysie et unius pedis, in anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, pro coperiendo dicto rivo in certis locis solitis et necessariis ad evitandum ruynas, ovalia et inundaciones aquarum, que dictum rivum destruxerant anno proxime precedenti millesimo tercentesimo septuagesimo octavo de mense novembris, in tachiam sibi datam pro tanto, ultra siliginem sibi datam pro eodem ut supra in libratis siliginis, ut per litteram publicam dictorum operariorum datam die sexta mensis januarii, supra in libratis siliginis redditam - XII libras monete cursibilis Auguste

Libravit Johanni Galliard de Vallepellina et predictis Martino de Arlio, Vulliermo Perrini dou Glarey, Vulliermo nepoti de Bocon, Anthonio de Cheylion et Johanni Charles, omnibus de Vallepellina, vacantibus quolibet ipsorum quatuor diebus in conducendo dictos billionos a loco de Pravillar de Vallepellina per aquam Bautegee usque ad grappatam de Roisan, factam apud Rins in aqua predicta pro arestando dictos billionos, capiente quolibet ipsorum per diem duos solidos monete Auguste, more solito, ultra siliginem, seraceum et vinum superius in suis titulis propter hoc allocatos, et allocantur eidem de mandato quo supra simul et per litteram publicam dictorum operariorum de testimonio premissorum et confessione de recepta, datam die VI januarii anno millesimo tercentesimo octuagesimo superius in libratis siliginis redditam - XLVIII solidos monete Auguste

Mons de Durand:

Libravit Johanni Charles de Holomont et eius socio, custodibus bestiarum qui fuerunt ad pasquerandum in monte de Durand, in anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, de cuius montis firma seu pasqueragio dictarum bestiarum superius in firmis²⁴⁶ pecunie computat in recepta, ultra siliginem superius in librata propter hoc allocatam, et allocantur de mandato quo supra et per litteram confessionis et recepte dicti Johannis Charles de confessione et recepta, datam die ultima mensis decembris anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, manu Johannis Gontereti signatam, quam reddit - VIII florenos et dimidium auri boni ponderes veteres

Libravit eisdem pro eodem et eodem modo in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo, et allocantur ut supra et per litteram publicam de confessione et recepta eorundem, datam die quarta mensis octobris anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo, cum littera proxime reddita redditam, ultra siliginem superius propter hoc allocatam - VIII florenos boni ponderes veteres

Libravit supradictis Johanni Charles et eius socio, cum quibus vacavit ipso anno Vuillencius filius Petri Gorraz de Dovia propter multitudinem bestiarum que ibidem fuerunt ipso anno millesimo tercentesimo octuagesimo primo, plus quam aliis, ultra siliginem sibi superius propter hoc in libratis allocatam, et allocatur de mandato quo supra et per litteram publicam dicti Johannis Charles et suorum sociorum, datam die III mensis octobris anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo, cum supradictis proxime redditis

- XI florenos auri boni ponderis veteres

Et: - XII solidos, VI denarios monete Auguste

Libravit Jaquimino dicto Cleriaz habitatori Auguste, pro suo salario unius anni finiti mense junii seu julii, anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, per quod tempus vacavit colligendo decimam domini quo levatur in certis possessionibus existentibus a torrente Clausi Novi, inter Sarrum et Augustam, usque ad communitas Auguste, per modum et formam declaratis superius in frumento, siligine, vino, feno et paleis in recepta, et allocatur ut supra et per litteram dicti Jaquimini de confessione et recepta, datam die penultima mensis

²⁴⁶ Les mots *in firmis* sont répétés.

septembris, anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, quam reddit - IIII florenos auri boni ponderis ad XXVI solidos

Libravit Aymoneto dicto Peccion, habitatori Auguste, pro eodem et [CIX] eisdem modo et causa pro uno anno finito de mense junii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo, et allocatur ut supra et per litteram publicam dicti Aymoneti de confessione et recepta, datam die VII januarii anno octuagesimo secundo, quam reddit continentem libratam duorum aliorum duorum²⁴⁷ annorum proxime sequencium cum quibusdam aliis libratibus pecunie - III florenos auri boni ponderis veteres

Libravit eidem pro eodem et eodem modo pro uno anno finito de mense junii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo, ut per litteram publicam confessionis et recepte supra proxime redditam

- III florenos auri boni ponderis veteres

Libravit eidem pro eodem et eodem modo pro uno anno finito de mense junii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, ut per litteram de receptione supra proxime redditam

- III florenos auri boni ponderis veteres

Libravit in empzione unius paris funium seu cordarum pro fenis et bladibus decimarum domini ligandis cum recolliguntur in anno septuagesimo nono emptis pro tanto: - III solidos monete Auguste. Item et pro salario sex hominum vacancium flagellando blada dicte decime in dicto anno millesimo tercentesimo septuagesimo nono, ultra flagellantes ad corvatam, quia tempus erat nimis festinosum propter pluvias: - XII solidos monete Auguste. Item eodem anno millesimo tercentesimo septuagesimo nono in empzione duarum pellium caprarum pro faciendo duos orros pro portando vina decime: - X solidos dicte monete. Item in empzione candelarum sipi²⁴⁸ pro illuminando cum recoligit et reponitur in doliis vinum decime domini ipso anno septuagesimo nono: - II solidos dicte monete. Item pro eodem et eodem modo in candelis sipi in anno octuagesimo: - II solidos dicte monete. Item in anno millesimo tercentesimo octuagesimo primo in empzione duarum pellium caprarum pro faciendo duos orros pro vinis decime domini portandis: - X solidos dicte monete. Item in empzione candelarum sipi pro illuminando ut supra: - II solidos dicte monete. Et allocantur per litteram publicam dicti Aymoneti Peccion, datam die VII januarii anno octuagesimo secundo

- XLI solidos monete Auguste

²⁴⁷ Biffé.

²⁴⁸ Suif.

Pensiones:

Libravit domino Jacobo de La Suera, capellano prebendario altaris Sancte Marie siti in ecclesia Sancti Ursi Auguste, percipienti racione dicti altaris singulis annis quinque sestaria, eminam siliginis, unum obolum servicii et unum denarium de placito quando contingerit pro et super quadam pecia prati superius in librata siliginis confinata, movente de feudo dicti altaris, ut per instrumentum publicum albergamenti facti Alexandro de Stablo de dicta pecia prati, datum duo decimo kalendas decembris anno millesimo tercentesimo primo, receptum per Martinum Clerici de Sala notarium publicum, superius in libratis siliginis de verbo ad verbum copiatum, ultra siliginis superius propter hoc allocate, et solvit eidem per terminus festi Sancti Michaelis annorum Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo, septuagesimo nono, octuagesimo, et octuagesimo primo pro quolibet unum obolum, ut per litteram dicti domini Jacobi prebendarii de testimonio confessioneque recepta superius in libratis siliginis redditam

- II denarios monete Auguste

Libravit domino Berthodo, priori Sancti Ursi Auguste, in quibus dominus eidem priori tam de servicio quam helemosina per annum tenetur, ultra capones et siliginem superius in suis titulis propter hoc allocatis, et quos dictus dominus de Quarto condam eidem priori annuatim debebat pro feudo quod ab ecclesia Sancti Ursi tenebat, ut in instrumento recognicionis domini Henrici domini de Quarto quondam, recepto per Martinum de Campolorenczali,²⁴⁹ sub anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo, indicione VIII die ultima mensis maii, superius in librata siliginis copiato, et solvit sibi pro annis millesimo tercentesimo septuagesimo octavo, septuagesimo nono; octuagesimo et octuagesimo primo ad racionem decem septem solidorum, unius denarii viennensis ad XXVI pro quolibet dictorum quatuor annorum, quamvis in dicto recognicionis instrumento dicatur quod solvitur diversis terminis, et allocantur per litteram domini superius in librata siliginis copiatam et per litteram publicam dicti

²⁴⁹ D'après l'*Extractus anniversariorum* de la Cathédrale d'Aoste, ce *Martinus de Campolorenczali* fut enseveli en la cathédrale, *ante capellaniam Sancti Sebastiani* (cf. O. ZANOLLI - L. COLLIARD, *Les obituaires d'Aoste*, in « Bibliothèque de l'Archivum Augustanum » X, Aoste 1980, p. 200).

domini prioris de confessione et recepta superius in librata avene redditam - LXVIII solidos, IIII denarios monete Auguste

Libravit sacriste ecclesie Sancti Ursi Augustensis quibus dominus Henricus, dominus de Quarto condam, in eius ultima voluntate dedit et legavit sexaginta unum solidos monete Auguste et solvit sibi pro sex annis seu preysiis, finitis de mense julii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, ut per litteram domine de mandato solvendi et expediendi cum mandato allocandi, habita dicti sacriste littera de recepta, data Rippaillie, die XVIII augusti [CX] anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo quam reddit una cum littera de confessione et recepta viri venerabilis et religiosi domini Anthonii de Rivo, sacriste dicti monasterii, data die tertia mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo

- XVIII libras, VI solidos monete Auguste

Libravit domino Eballo de Praly,²⁵⁰ canonico et distributori ecclesie beate Marie de Augusta, quos dominus de Quarto quondam eidem ecclesie debebat tam de servicio quam helemosina annuatim, ultra unum caponem, superius propter hoc allocatis, pro feudo quod ab eadem ecclesia tenebat, vocato de Establo, ut in quodam instrumento compositionis facte inter capitulum dicte ecclesie et dictum dominum de Quarto quondam superius in libratis caponum designato ubi certe res pro quibus debentur sunt descripte et confinate, et solvit sibi pro termino beati Stephani anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, et allocantur per litteram de confessione et recepta dicti domini Eballi supra in librata caponum reddita - XIX solidos monete Auguste

Libravit canonico Georgio de Bersatoribus, canonico et distributori ecclesie predicte, pro eodem et eodem modo et forma, pro termino festi beati Stephani anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo, ut per litteram publicam dicti domini Georgii cum supra proxime dicta redditam, et allocatur ut supra - XIX solidos monete Auguste

Libravit domino Petro de Roisano, canonico et distributori dicte ecclesie pro eodem et eisdem modo et forma, et solvit sibi pro termino festi beati Stephani anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo, ut per litteram cum supradicta redditam et inclusam

²⁵⁰ *Eballus de Praly* fut curé de Saint-Etienne de 1347 à 1383 (PIERRE-ETIENNE DUC, *Annuaire du Diocèse d'Aoste*, 1893, p. 27). Il légua un réfectoire simple au chœur et fut enseveli dans le tumule des chanoines (O. ZANOLLI -L. COLLIARD, *op. cit.*, BAA X, Aoste 1980, p. 173-174).

- XIX solidos monete Auguste
- 151** Libravit Georgio de Bersatoribus, canonico et mistrali reffectoriorum ecclesie beate Marie Auguste pro uno prandio seu reffectorio simplici per dominum Henricum de Quarto condam debito et fiendo capitulo dicte ecclesie, singulis annis, pro feudo quod ab eadem ecclesia et capitulo tenebat, ut in instrumento publico transacionis facte cum dicto capitulo per dictum dominum de Quarto condam, recepto per Aymonis Boveti²⁵¹ de Porta Sancti Ursi, notarium publicum, sub anno Domini millesimo tercentesimo sexagesimo septimo, indicione quinta, nonas aprilis, quod exhibet et sibi retinet ad eum dictis capitulo et ecclesie restituendis, et inter clausulas alias sequitur clausula que talis est: “Item confessus fuit eciam idem dominus de Quarto quod ipse tenet a dicto capitulo quoddam viridarium seu peciam prati qui jacet prope muros burgi de Porta Sancti Ursi, retro domum de Florelilii. Fines sunt de prima parte fossatum, de secunda res Sancti Ursi, de tertia res illorum de Crista, de quarta res Sancti Benignii, de quinta rippa, una cum fundamento et pertinenciis suis”. Pro quo viridario ipse facit et facere tenentur dicto capitulo annuatim unum reffectorium simplex et solvit sibi anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo, ut per litteram publicam dicti domini Georgii de confessione et recepta, datam die tertia mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, manu Johannis Gontereti signatam, quam reddit continentem confessionem trium libratarum proxime sequencium
- C solidos viennenses monete Augsute
- Libravit eidem Georgio de Bersatoribus, canonico et mistrali dicte ecclesie Beate Marie Auguste, pro eodem et eisdem modo et forma, et solvit sibi pro anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo, ut per litteram publicam confessionis et recepte supra proxime redditam
- C solidos viennenses monete Auguste
- Libravit eidem pro eodem et eodem modo in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo, ut per litteram de confessione supradictam
- C solidos viennenses monete Auguste
- Libravit eidem pro eodem et eodem modo pro anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, ut per litteram ipsius Georgii de confessione et recepta supradictam

²⁵¹ Descendant de la famille noble des Bovet de La Salle, dont sont issus plusieurs notaires dès la fin du XIII^e siècle (A. PESSON, *Deux précieux cartulaires des paroisses de Jovençan et Roisan*, in «Archivum Augustanum», VII, Aoste, 2007, p. 17-18).

- C solidos viennenses ad idem

Libravit Jaquimino Peronini des Alex de Effra, in quo dominus Henricus dominus de Quarto condam eidem Jaquimino tenebatur de censu per annum pro quadam pecia prati domini sita in pratis domini apud Olees que movetur de feudo dicti Jaquimini sub annua pensione novem eminalium siliginis sibi superius in titulo siliginis allocatorum et unius denarii servicii, solvendorum perpetuo singulis annis in festo beati Michaelis, ut in quodam instrumento publico vendicionis facte per Petrum et Johannem fratres, filios condam Colerii Alborum de Segnins de laude et consensu Jaquimini Peronini de Alex de Effra supradicto domino Henrico, domino de Quarto condam, recepto per Johannem Gontereti de Augusta, notarium publicum, sub anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo, die quinta mensis maii, superius in libratis siliginis de verbo ad verbum copiato, et allocatur sibi de mandato quo supra et per litteram [CXI] confessionis dicti Jaquimini receptam per Johannem Gontereti notarium anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, die XXV julii, superius in libratis siliginis redditam, et solvit sibi pro ceteris festorum beati Michaelis, anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo, septuagesmo nono, octuagesimo et octuagesimo primo, ad rationem unius denarii pro quolibet dictorum quatuor annorum - IIII denarios monete Auguste

Libravit Petro Vulliermete de Aviso, parrochie Quarti, in quibus dictus dominus Henricus, dominus de Quarto quondam, eidem Petro tenebatur annuatim pro quadam pecia prati sita in pratis domini apud Olees, ut in quodam instrumento publico, recepto per Johannem Gontereti notarium, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo, indicione septima, die XIII mensis januarii, superius in libratis siliginis de verbo ad verbum copiato, et allocavit sibi de mandato quo supra simul et per litteram dicti Petri Vulliermete de Aviso de confessione et recepta, datam die tertia mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, superius in librata siliginis redditam, videlicet pro terminis festi beati Michaelis annorum Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo, septuagesmo nono, octuagesimo et octuagesimo primo, pro quolibet dictorum quatuor annorum seu terminorum tres denarios ultra siliginem superius in suo titulo propter hoc allocatam - XII denarios monete Auguste

152 Libravit personis²⁵² inferius specificè nominatis pro prandiis datis et debitis eisdem singulis annis in crastinum nativitatìs Domini dum solvunt servicia debita per easdem, ut in protocollis extentarum domini de Quarto quondam, receptorum per Johannem Gontereti notarium, que protocolla dictus Johannes Gontereti prius in computo exhibuit, et capiunt dicte persone et solite sunt capere, sicut dicti castellanus et Johannes Gontereti asserunt, racione dictorum prandiorum sex denarios, excepto Coquilliod de Avilie, cui datur pro prandio tanto tres denarios, et si dicte persone non solverent dicta servicia debita per easdem eodem die vel alio die, si notificaretur eisdem dictum prandium ipsa vice non deberetur, ut dicti castellanus et Johannes Gontereti presenti in computo asserunt, et eciam dicitur in computo precedenti, et allocantur sibi pro festo beati Stephani, crastino nativitatìs Domini, incipiente currere millesimo tercentesimo septuagesimo nono, quarumquidem personarum nomina et prandia sequuntur prout infra. Et primo libravit Martineti²⁵³ de Cuschipaschi de Bocza: - I prandium. Johanni Bigay de Bocza: - I prandium. Johanni Castyn et Johanni Pastor de Sancto Eugendo: - I prandium. Perronino de Furno de Stipulis: - I prandium. Et Johanni Coquilliot de Avilie: - I prandium. Que prandia sunt numero quinque, que valent, computato quolibet dictorum priorum quatuor prandiorum sex denariis, et ultimo tribus denariis

- II solidos, III denarios monete Auguste

Libravit eisdem pro eodem et eisdem modo et forma, et allocantur sibi pro termino festi beati Stephani in crastinum festi nativitatìs Domini quo inceperunt currere anni millesimo tercentesimo octuagesimo

- II solidos, III denarios monete Auguste

Libravit eisdem personis pro eodem et eisdem modo et forma, et allocantur sibi pro termino festi beati Stephani in crastinum festi nativitatìs Domini quo inceperunt currere anni millesimo tercentesimo octuagesimo primo primo

- II solidos, III denarios monete Auguste

Libravit eisdem personis pro eodem et eisdem modo et forma, et solvit sibi pro termino festi beati Stephani in crastinum festi nativitatìs Domini quo inceperunt currere anni millesimo tercentesimo octuagesimo secundo

- II solidos, III denarios monete Auguste

Libravit personis in computo precedenti nominatis debentibus pro roedo per annum quinque modia, undecim sestaria, eminam, tres

²⁵² Dans la marge gauche: *Prandia*.

²⁵³ Lire *Martineto*.

quarteronos et tercium unius quarteroni vini ad parvam mensuram, quibus quando dictum vinum solvunt dari debet unum denarium pro quolibet sestario vini quod solvitur, ut in protocollis extentarum domini Henrici domini de Quarto condam, receptis per Johannem de Gontereto notarium publicum, que protocolla dictus Johannes de Gontereto prius in computo exhibuit, et allocantur de mandato quo supra pro dictis quatuor annis de quibus supra computat in recepta vini

- XXIII solidos, X denarios viennenses monete Auguste

Libravit Reynaudo, filio naturali domini Henrici domini de Quarto condam, quos dominus eidem gracie donavit percipiendos singulis annis quamdiu vitam duxerit naturalem, super redditibus castellanie Quarti, solvendos in festo nativitatis Domini, ut per litteram domini de mandato allocandi inpendenti sigillatam, cuius tenor talis est:

“Amedeus comes Sabaudie dilecto castellano nostro Quarti qui nunc est et pro tempore fuerit, vel eius locumtenenti, salutem. Ad supplicationem humilem nobis factam pro parte Reynaudi, filii naturalis domini Henrici de Quarto condam, ut idem Reynaudus vitam inhopem effugiat, eidem decem florenos auri [CXII] ad vitam ipsius naturalem annis singulis donamus gracie, quos super redditibus tui officii predicti, tenore presencium assignamus, tibi expresse precipiendo mandantes quatenus ipsos decem florenos auri eidem Reynaudo solvas et satisfacias annis singulis in festo nativitatis Domini, dum vixerit naturaliter sicut supra. Et nos ipsos decem florenos, habita ab eo in prima solucione cum copia presencium littera de recepta et in singulis aliis solucionibus dumtaxat littera de recepta, in tuo primo et sequentibus computis sine difficultate qualibet precipimus allocari. Datum Auguste, die XV novembris, anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono. Per dominum relacione dominorum capitanei Pedemoncium, cancellarii Sabaudie. Redditur litteram portitori. Johannes Ravais”.

153

Quam litteram exhibet et sibi retinet ad eam dicto Reynaudo restituendam, et allocantur sibi pro termino festi nativitatis Domini, incipiente currere millesimo tercentesimo octuagesimo, ut per litteram publicam dicti Reynaldi naturalis de confessione et recepta cum testimonio premissorum, datam die ultima mensis marcii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, quam reddit, continentem confessiones duas librataram proxime sequencium

- X florenos auri parvi ponderis

Libravit eidem Reynaldo pro eodem et eisdem modo et causa pro termino festi nativitatis Domini incipiente currere millesimo tercentesimo octuagesimo primo, ut per litteram superius proxime redditam
- X florenos auri parvi ponderis

Libravit eidem Reynaudo naturali pro eodem et eodem modo, et solvit sibi pro termino festi nativitatis Domini incipiente currere millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, ut per dictam litteram dicti Reynaldi de confessione et recepta - X florenos auri parvi ponderis

Libravit domino Johannino,²⁵⁴ curato ecclesie Quarti, celebranti et celebrare debenti tres missas in capella domini Ville Franche et alias tres missas celebranti in capella castri domini de Quarto, singulis ebdomadis ad honorem Dei, Beateque Marie Virginis gloriose et beatorum Anthonii et Nycolay sanctorum suorum, pretextu quorum percipit et percipere debet singulis annis viginti quinque libras cursibiles monete Auguste ex ordinacione domini et per eius litteram de mandato solvendi et allocandi, datam Rippolis die XX mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo, in computo precedenti de verbo ad verbum copiatam, et allocantur sibi pro tribus annis finitis die XX mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo ad racionem²⁵⁵ viginti quinque librarum pro quolibet dictorum trium annorum, ut per litteram publicam dicti Johannini de confessione et recepta, datam die XXIII mensis marcii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, manu Johannis Gontereti signatam, quam reddit

- LXXV libras monete Auguste

Libravit eidem domino Johannino pro eodem et eisdem modo et causa et solvit sibi pro uno anno finito die XX mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, ut per litteram dicti domini Johannini de confessione et recepta, datam die XXIII mensis marcii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio quam reddit manu Johannis Gontereti signatam

- XXV libras monete Auguste

Libravit Jaquimine Bonarda, servitrici filiarum de Quarto, quos domina eidem capiente gracie donavit tam pro suis expensis factis

²⁵⁴ Il s'agit de *Janin*, fils d'Aimon, seigneur de Doues. En 1374 il reconnaît tenir en fief de l'évêque d'Aoste la moitié d'une vigne à Bichères, au-dessus de Rumeiran. (P.-ETIENNE DUC, *Annuaire du Diocèse d'Aoste*, 1898, p. 39). Dans les comptes de 1377 il figure comme *Janinus*.

²⁵⁵ Les mots *ad racionem* sont effacés.

eundo Augustam et inde redeundo, quam aliis certis necessitatibus et oneribus per ipsam ibidem sustinendo, ut per litteram domine de mandato tradendi et expediendi cum mandato allocandi, datam Chillion die XXIII mensis februarii anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono quam reddit, una cum littera confessionis et recepte dicte Jaquemet Bonarda, datam die quinta mensis aprilis anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, manu Johannis Gontereti signatam
- XII florenos auri parvi ponderis

Libravit Andree Bellatruchi, thesauratio Sabaudie, recipienti pro domino et nomine domini,²⁵⁶ et qui Andreas de ipsis domino computare debebit, ut per litteram publicam ipsius Andree de testimonio confessioneque de recepta, datam die XXVI mensis februarii anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, sub sigillo ipsius Andree, quam reddit

- IIII libras grossorum turnensium monete Sabaudie

Libravit Andree Bellatruchi, consiliario domini, et in quibus domina eidem Andree tenebatur pro certis tractis et libratis per ipsum pro domina et nomine domine factis manu Johannis Gailliardi,²⁵⁷ thesaurarii hospicii domine, factarum²⁵⁸ qui [CXIII] de ipsis nisi computaverit computare debebit, ut per litteram domine de mandato solvendi et expediendi cum mandato allocandi, habita dicta littera cum littera de confessione et recepta dicti Andree, datam Rippaillie die X mensis novembris anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo, sub sigillo domine, quam reddit una cum littera confessionis et recepte dicti Andree, data die XXVIII mensis decembris anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, sub sigillo ipsius Andree

- II^C florenos auri parvi ponderis

Allocantur eidem quos solvit et libravit pro pensione hospicii domine, facta manu Anthonii Maillieti, clerici et thesaurarii hospicii domine,²⁵⁹ qui nisi computaverit de ipsis computare debebit, ut per litteram domine de testimonio cum mandato allocandi, datam Chillion, sub sigillo domine cum sigillo domini Rodulphi de Serravalle, thesaurario domine absente, die XII mensis marcii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo, quam litteram reddit

²⁵⁶ Dans la marge gauche: *Andreas Bellatruchi*.

²⁵⁷ Dans la marge gauche: *Johannes Gailliardi*.

²⁵⁸ Le mot *factarum* est effacé.

²⁵⁹ Dans la marge gauche: *Anthonius Maillieti*.

- XXII florenos regine
- XXXVIII florenos Alamagnie
- XXX florenos januenses
- Et:
- 154** Allocantur eidem quos solvit et libravit de assignacione per dominum Mermeto de Lausanna, dicto Albe, pro hospicio domine facta Petro Vicini, clerico domini,²⁶⁰ qui de ipsis domino computare debet, ut per litteram domini de testimonio cum mandato allocandi, datam Rippolis die XXIII marci anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono sub sigillo domini cum sigillo dicti Petri Vicini quam reddit - XIII libras, III solidos grossos turonenses
- Allocantur eidem quos et quas solvit et libravit ad expensas hospicii domini, factas Auguste a die octava inclusive mensis novembris usque ad diem XV sero exclusive eiusdem anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, manu Petri Vicini clerici domini, qui de ipsis domino computare debet, ultra muthones, pollaillia et ligna superius propter hoc allocata in suis titulis, ut per litteram domini de testimonio cum mandato allocandi, datam Auguste die XV novembris anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, sub sigillo domini cum sigillo dicti Petri Vicini²⁶¹ superius in libratibus caponum redditam. Et est sciendum quod in dicta littera dicitur quod dominus a dicto castellano habuit et recepit²⁶² manu Hugoneti de Arlo sex mantilia lini, continentes sex ulnas ad ulnam Auguste, de mantilibus repertis in dicto castro de Quarto post obitum domini de Quarto quondam, que etiam dicuntur contineri in inventario facto per dictum castellanum de bonis mobilibus dicti Domini de Quarto quondam in dicto castro repertis - LXIX libras, IX solidos, III denarios monete Auguste ad XXVII
- Libravit manu Girardi de Avena, commissario domini, Johanni Gailliardi, olim thesaurario hospicii domine, recipienti pro domino et qui de ipsis domino computavit in eius computo dicte thesaurarie finito die secunda exclusive mensis decembris anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo, ut in particulis infrascriptis videlicet manu dicti Girardi de Avena in centum undecim ducatis, duobus franchis, duobus florenis regine, tribus florenis Alamagnie, quinquaginta septem ambrosianis, ad sexdecim ambrosianos et duos denarios Lausanne pro

²⁶⁰ Dans la marge gauche: *Petrus Vicini*.

²⁶¹ Dans la marge gauche: *idem*.

²⁶² Dans la marge gauche: *vide pro domino mantilia habita pro domino a dicto castellano manu Hugoneti de Arlo*.

floreno vetere. Item in ducentis quinquaginta novem libris monete Auguste, ad XXVII solidos pro floreno vetere. Item in septem florenis et dimidio veteribus. Item in quater viginti tribus florenis veteribus et in centum florenis auri boni ponderis, ad sex florenos pro quinque franchos, de quibus habet duas litteras confessionis et recepte dicti Johannis Gailliardi et unam litteram de confessione dicti Girardi de Avena, quas reddit una cum copia littere confessionis dicti Girardi

- V^C XXXIX florenos, I denarium, I quartum grossi veteris

Libravit manu Thome de Montemaiori, familiaris domine, Johanni Gailliardi, olim thesaurario hospicii domine recipienti pro domino, et qui de ipsis domino computavit in suo computo dicte thesaurarie, finito die secunda exclusive mensis decembris anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo et de quibus habet litteram clausam domine de mandato tradendi et expediendi, quam reddit, et similiter litteram confessionis et recepte dicti Thome de Montemaiori in ducentis florenis auri boni ponderis veteribus

- XII denarios grossos turonenses

Et - C III^{XX} XII ducatos auri

Libravit Johanni Gailliardi, olim thesaurario hospicii domine [CXIII] recipienti pro domino in exoneracionem mille florenorum veterum per ipsum castellanum domine debitorum pro preyssia anni millesimo tercentesimo septuagesimo nono, et qui Johannes de ipsis domino computavit in suo computo dicte thesaurarie, finito die secunda exclusive mensis²⁶³ decembris anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo et de quibus habebat litteram domine de testimonio cum mandato allocandi, datam Rippaillie die IX mensis septembris anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo, quam reddit

- X libras, XII solidos, III denarios grossos

Libravit manu Petri Pugnii, familiaris domine, Johanni Gailliardi, thesaurario hospicii domine recipienti pro domino et qui Johannes domino computavit in suo computo dicte thesaurarie, finito die XXVIII exclusive mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo et de quibus habet litteram confessionis et recepte dicti Petri Pugnii, quam reddit una cum copia littere confessionis facte dicto Petro Pugnii

- L florenos auri boni ponderis veteres

Allocantur eidem quos solvit et libravit Johanni Gailliardi, thesaurario hospicii domine, et qui de ipsis domino computavit in suo computo dicte thesaurarie, finito die XXVIII exclusive mensis augusti

²⁶³ Le mot *mensis* répété est effacé.

anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo, et de quibus habet litteram domine de testimonio cum mandato allocandi, datam Aquiani die XXX mensis januarii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo, quam reddit

- III^C florenos auri boni ponderis veteres

Libravit Petro Burdeti in quibus domina eidem tenebatur pro responsione eidem facta per Peronetum Nathon de Taningio,²⁶⁴ cui in ipsis domina tenebatur ex empzione muthonum habitorum ad eodem, ut per litteram domine de testimonio mandatoque allocandi, habita littera confessionis et recepte dicti Petri Burdeti, data die ultima januarii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo, quam reddit una cum littera confessionis et recepte dicti Petri Burdeti, data die XXVII mensis decembris anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, et de quibus Johannes Gailliardi computavit in recepta in suo computo finito die XXVIII exclusive augusti anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo - C florenos auri boni ponderis veteres

155

Allocantur eidem quos solvit et libravit Peronodo Nathon de Taningio, cui in eis domina tenebatur pro remanencia precii certorum muthonum pro hospicio domine ab eodem habitorum et in papiris expensarum eius hospicii intratorum, ut per litteram domine de testimonio cum mandato allocandi, datam Aquiani die septima januarii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, quam reddit, et de quibus Johannes Gailliardi, olim thesaurarius expensarum hospicii domine, computavit in recepta in suo computo dicte thesaurarie, finito die VIII exclusive februarii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo - XII florenos auri boni ponderis veteres

Allocantur eidem quos solvit et libravit²⁶⁵ domino Aymoni de Chalant, domino Fenicii et Aymeville, pro finali solucione et integra satisfacione omnium et singulorum ...²⁶⁶ et liblatorum, per ipsum factorum pro domina et eius hospicio, a die vicesima septima mensis augusti inclusive anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono usque ad diem octavam mensis februarii exclusive anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, factas ...²⁶⁷ manu videlicet Johannis Gailliardi, thesaurario hospicii domine, ut per litteram

²⁶⁴ Tanninges est un petit village de la vallée du Giffre, dans le département de la Haute-Savoie, arondissement de Bonneville.

²⁶⁵ Dans la marge gauche: *Solucio domini Aymonis de Chalant.*

²⁶⁶ Les mots font défaut.

²⁶⁷ Illisible.

domine de testimonio et mandato allocandi, datam Aquiani die septima februarii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, sub sigillo domine et signeto dicti Johannis Gailliardi, quam reddit, et de quibus sexcies viginti florenis dictus Johannes Gailliardi computavit in recepta in suo computo, finito die VIII exclusive mensis februarii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo

- VI^{XX} florenos auri parvi ponderis

Allocantur eidem quos solvit et libravit ad expensas hospicii domini factas Auguste diebus XXVI octobris sero et XXVII eiusdem in prandio manu Petri Vicini, clerici domini,²⁶⁸ qui de ipsis domino computare debebit, ut per litteram domini de testimonio cum mandato allocandi, datam Auguste die XXVII octobris anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo, sub sigillo domini cum signeto dicti Petri Vicini, quam reddit

- IIII libras, XVI solidos monete Auguste, quorum viginti quatuor solidi valent duodecim solidos grossos seu XXVII solidos, unum florenum veterem

Libravit domino Aymoni de Chalant,²⁶⁹ domino Fenicii et Aymeville, quos idem dominus Aymo solvit et libravit pro domina Petro de Lompnis, apotecario hospicii domine, in exoneracione maiorum quantitatum sibi per dominam debite ex causa remanencie sui salarii de tempore quo Anthonius Maillieti, thesaurarius hospicii domine, existebat, ut de dicta maiori quantitate constat in parcellis redditis per <Anthonium> Maillieti, et de quibus centum florenis veteribus²⁷⁰ Anthonius Fabri, clericus expensarum hospicii domine, in recepta et librata computare debebit, ut per litteram domine de mandato tradendi ed expediendi cum mandato [CXV] allocandi, habita littera de recepta dicti domini Aymonis,²⁷¹ quam litteram reddit una cum littera confessionis et recepte dicti domini Aymonis, datam die XVIII mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, manu Johannis Gontereti signata

- C florenos auri boni ponderis veteres

²⁶⁸ Dans la marge gauche: *Petrus Vicini*.

²⁶⁹ Dans la marge gauche: *Exoneracio debiti Petri de Lompnis*.

²⁷⁰ Dans la marge gauche: *Anthonius Fabri*.

²⁷¹ Dans la marge droite avec un signe de renvoi: *datam Aquiani die VIII mensis februarii anno Domini M° CCC° LXXX secundo*.

Allocantur eidem quos solvit et libravit Anthonio Fabri,²⁷² recipienti pro domina et nomine domine, et qui Anthonius de ipsis domino computare debebit, ut per litteram domine de mandato allocandi super preysia anni octuagesimo primo cum testimonio premissorum, datam Aquiani die VIII mensis februarii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, sub sigillo domine cum signeto dicti Anthonii, quam reddit - VIII^{xx} florenos auri boni ponderis veteres

Libravit fratribus minoribus conventus civitatis Auguste quos domina eorum necessitatibus urgentibus eis in helemosinam donavit, ut per litteram domine de mandato tradendi et expediendi cum mandato allocandi, habita littera de recepta dictorum fratrum, data Aquiani die VII februarii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, quam reddit una cum littera confessionis et recepte religiosi viri fratris Girardi, guardiani conventus beati Francisci Auguste, data die VIII maii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, manu Johannis Gontereti signata - VI florenos auri parvi ponderis

Libravit ad expensas Johannis Gontereti, procuratoris domini in Valle Augusta, factas eundo de Augusta apud Chamberiacum pro negociis domini pro quibusdam Johannem de Curte, homines suos, ac Bartholomeum de Mota, tangentibus, qui Johannes de Curte et Petrus de Mota Chamberiaco venerant ad que dictus procurator vacavit spacio viginti dierum cum garcifero suo, inclusis suis arrestu et regressu, infra quod tempus idem procurator fuit certis diebus expensis hospicii domini, ut per litteram domini de testimonio premissorum mandatoque solvendi et allocandi, habita confessione de recepta, datam Rippolis die XX marcii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, quam reddit annexam supplicacioni dicti procuratoris in computo de recepta - VI florenos auri parvi ponderis

156

Libravit Petro de Carreria de Yrisan, parrochie Sancti Christofori, Anthonio de Balma Quarti, Laurencio Hugonodi Theobaldi de Quarto, Jaquemeto Richarde de Bagnieres, Girardo de Villa Francha, carpentatori, Jaquemeto filio Ansermodi Pelliparii de Villa Francha, Jaquimino de Mallio,²⁷³ Richardo de Villa Francha, Johanni Tripa de Bagnieres, Brunodo dicto Sayx, habitatori de Bagnieres, Vulliermeto Marquis de Villa Francha, Petro Pleydon de Vallepellina, Peroneto filio Valini de Morgona quondam, Johanni Malliet, habitatori de Pollen,

²⁷² Dans la marge gauche: *Anthonius Fabri*.

²⁷³ Maillod, hameau de Saint-Christophe.

Brunodo Rablo, Johanni Rodulphi et Petro Chastardi de Pollen, pro tachia prenominate personis data cindendi et faciendi tercentas et viginti quatuor teysias lignorum in insulis domini de Quarto suis sumptibus et expensis, ad rationem duorum solidorum, sex denariorum monete Auguste pro qualibet teysia, ut per litteram publicam supranominatorum de testimonio premissorum confessioneque et recepta, datam die XII mensis januarii anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, quam reddit manu Johannis Gontereti notarii signatam, de et pro quibus tercentis et viginti quatuor teysiis lignorum superius computat in recepta in vendicionibus lignorum, cum quibusdam aliis - XL libras, X solidos monete Auguste

Libravit Petro et Guillermo de Charanter, habitatoribus Quarti, dictis Chol, Johanni Tripa de Bagnieres, Anthonio de La Martina de Quarto et Jaquimino de Mallio de Quarto, pro tachia sibi data faciendi et cindendi centum et unam teysias lignorum in supradictis insulis domini de Quarto suis sumptibus et expensis ad rationem duorum solidorum, sex denariorum pro qualibet teysia, ut per litteram publicam de testimonio premissorum, datam die penultima mensis maii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo, quam reddit, manu Johannis Gontereti notarii signatam, et de quibus centum et una teysiis lignorum superius computat in titulo vendicionum lignorum cum quibusdam aliis

- XII libras, XII solidos, VI denarios monete Auguste

Libravit Jaquemeto du Glarey de Vallepellina, habitatori de Roysan, Jaquemeto Saller de Roysan, Jaquemeto Percyniur, Johanni Chomar, Johannodo de Ladret et Johannodo Preil de Roysan, pro tachia sibi data faciendi et cindendi viginti quinque teysias lignorum quercus in nemore domini de Ryns, suis sumptibus et expensis, ad rationem quinque solidorum monete Auguste pro qualibet Teysia, ut per litteram publicam supranominatorum de testimonio premissorum confessione et [CXVI] recepta, datam die septima mensis januarii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo, quam reddit manu Johannis Gontereti notarii signatam, de et pro quibus lignis superius computat in recepta sub titulo vendicionum nemorum - VI libras, V solidos monete Auguste

Deducuntur eidem quos dominus de gracia speciali remisit et quictavit et remisit²⁷⁴ Johanni dicto Vya, habitatori Ville Franche terre Quarti, de summa duodecim florenorum in quibus idem Johannes cum dicto castellano de Quarto composuerat, quia inculpabatur Girardum

²⁷⁴ Les mots *et remisit* sont effacés.

Bergoignion, habitatorem dicte ville, retinuisse, virtute franchisesie dicti loci, quando mistralis dicti loci prefatum Girardum ad castrum ducere volebat, actenta dicti Johannis paupertate, ut per litteram domini de quictacione et remissione predictis mandatoque nisi dumtaxat duas partes dicte concordie exigendi, datam Auguste die XVI mensis novembris anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quam reddit dicte sue supplicacioni annexam, et de quibus superius ad plenum computavit in titulo bannorum concordatorum, deducto jure dicti castellani - III florenos auri veteres

Allocantur eidem quos solvit et libravit pro domino et nomine domini Johanni de Balma, scuttifero domini, in quibus dominus sibi tenebatur pro remanencia cuiusdam sui corserii grisi pomelati, empti per dominum ab eodem precio centum franchorum, quem roncinum dominus donavit domino Guillermo de Estavaier, militi, et de residuo dicti precii fuit dicto Johanni satisfactum vice domini per bastardum de Balma, fratrem Francisci de Balma, dicti de Monte Ay...gio,²⁷⁵ ut per litteram domini de testimonio cum mandato allocandi, datam Taurini die prima junii anno Domini <millesimo> tercentesimo octuagesimo primo, quam reddit - XII florenos et dimidium auri parvi ponderis

Deducuntur eidem de summa cuiusdam concordie centum solidorum in quibus Girardus de Bergoignion composuerunt cum dicto castellano quia inculpabatur rixam habuisse cum Anthonio Asporis de Tharantasia, quos dominus de gratia speciali remisit de jure domino competente in eadem concordia ad supplicacionem dicti Girardi, et per litteram domini de remissione mandatoque dicto supplicanti deducendi, datam Auguste die XXIII mensis novembris anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo, quam reddit, et de qua compositione superius ad plenum computavit in recepta, detracta tamen parte dicti castellani

- XXX solidos monete Auguste

Deducuntur eidem quos dominus in helemosinam donavit et remisit Perrerio de Prato de Vallepellina de banno viginti unius solidorum quod idem Perrerius accusatus fuerat per forestarium domini de Quarto commisisse, quia ciderat septem plantas nemorum in nemore de banno seu alio, ut per litteram domini de dicta donacione mandatoque non compellendi ad computandum, datam Chamberiaco die XI mensis junii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, quam reddit et

²⁷⁵ Lecture douteuse.

de qua quantitate superius computavit in recepta bannorum concordatorum, deducta parte dicti castellani

- XV solidos, IX denarios monete Auguste

Libravit ad expensas sui ipsius factas modis, causis et rationibus inferius specificis declaratis, ut in particulis scriptis in duabus cedulis simul sutis, quarum tenor sequitur et talis est:

157

“Expensas infrascriptas petit Hugo Garnerii alias Roda, castellanus Quarti, sibi allocari per dominum, quos fecit pro negociis domini ut infra. Et primo in anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo, de mense octobris, fuit dictus castellanus iussus per dominum venire apud Villam Novam Chillionis pro arestando cum domino super quibusdam financiis per dictum castellanum ad opus provisionis domine hospicii respondendis, et movit de Chamberiaco cum domino eundo ad Villam Novam, et in regressu faciendo de Villa Nova, vacavit diebus VIII, IX et X octobris, quibus expendit²⁷⁶ cum duobus equis: - II solidos, VII denarios obolo grossos. Item dictus castellanus, anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono die IX mensis februarii, movit de Quarto cum duobus equis portando domino quasdam financias auri et pecunie, et transeundo montem columpne Jovis, quia ibi fuit gravis et diversus transitus a Quarto usque Chamberiacum, vacavit sex diebus, quibus expendit idem castellanus: - VII florenos parvi ponderis. Et cum idem castellanus fuit in Chamberiaco pro eundo et redeundo a Chamberiaco apud Chillionem, ubi erat domina, et a Chillioni apud Chamberiacum, causa dictarum financiarum portandarum, vacavit idem castellanus octo diebus, quibus expendit: - octo florenos parvi ponderis. Et quia domina noluit recipere illico tunc de dictis financiis nisi III^{XX} X pecias auri, sed recusavit a dicto castellano recipere alias financias [CXVII] pecunie, que erant circa quatuordecim viginti tres floreni parvi ponderis in moneta Sabaudie, ipse castellanus die XVI mensis marcii dictam pecunie quantitatem portavit domino apud Rippolas, ubi illam dominus recepit ab eodem castellano manu Petri Vicini, et vacavit quatuor diebus cum duobus equis eundo a Chamberiaco apud Rippolas, quibus expendit: - IIII florenos parvi ponderis. Die vero vigesima quarta marcii recessit idem castellanus cum duobus equis a Rippolis pro veniendo Quartum, et vacavit tribus diebus, quibus expendit: - III florenos. Item anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono die prima mensis junii, dictus castellanus et Johannes Gontereti de Augusta,

²⁷⁶ Lire *expendit*.

clericus extentarum domini, iverunt ad dominum cum tribus equis apud Rippalliam, tam pro informacionibus processuum factorum per dictum castellanum contra Bartholetum de Mondeiz, habitatorem in Villam supra Nuns mandamenti Quarti, domino faciendis et de ipsius mandato, ut patet per litteram domini, quam eciam pro informando dominum de facto domini prioris Sancti Ursi Auguste super commissione aquarum quas dominus Sancti Ursi tenebat in feudum a domino de Quarto quondam, et de quibus dictus prior, presentibus dictis castellano et Johanne, concordavit cum domino apud Chamberiacum ad certam florenorum quantitatem, et in eundo a Quarto usque Rippalliam vacaverunt tribus diebus, quibus expendit dictus castellanus ad expensas ipsius et dicti Johannis: - IIII florenos et dimidium parvi ponderis. Et pro expensis per eos factis in Thononi in tribus diebus quibus ibidem cum domino pro negociis predictis vacaverunt dicti castellanus et Johannes: - II florenos parvi ponderis. Die vero septima dicti mensis junii recesserunt dicti castellanus et Johannes Gontereti a Thonone cum tribus equis pro eundo Chamberiacum pro facto predicti prioris Sancti Ursi, et expendit idem castellanus in tribus diebus ad expensis ipsius et dicti Johannis: - IIII florenos et dimidium parvi ponderis. Et, facta concordia per dictum priorem cum domino in Chamberiaco, pro veniendo a Chamberiaco apud Quartum vacaverunt dicti castellanus et Johannes tribus diebus, quibus idem castellanus expendit ad expensas ipsius et dicti Johannis cum dictis tribus equis: - IIII florenos et dimidium parvi ponderis. Item castellanum predictum, anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono die XXI mensis julii, misit Johannem Gontereti predictum ad dominum cum uno equo apud Rippalliam pro informando dominum de facto commissionis quarundam aquarum commissarum apud Sarrum, et de facto Nicoleti de Cruce de Augusta, notarii, super quibusdam bannis per eum domino commissis pro incidendo certam quantitatem billionorum in nemore domini apud Vallempellinam, et eciam pro facto Bartholeti de Mondeiz suprascripti, qui Bartholetus et Nicholetus tunc cum domino, ad informacionem dicti Johannis, ad certas florenorum quantitates concordaverunt, et vacavit idem Johannes in eundo Rippalliam recedendo de Augusta quatuor diebus, quia tunc in illo itinere fuerunt inundaciones aquarum, et stetit idem Johannes, tam in Thonone pro negociis predictis et quam pro regressu suo faciendo versus Quartum, septem diebus, pro quibus undecim diebus suprascriptis libravit idem castellanus dicto Johanni ad expensas suas, inclusa ferratura dicti equi sui: - V florenos et dimidium parvi ponderis. Item dictus castellanus, anno quo

supra die IX septembris, ivit ad dominum cum duobus equis apud Rippolas et de mandato domini per litteram pro subsidio terre de Quarto, et vacavit idem castellanus pro eundo, moram cum domino in Rippolis faciendo, et redeundo Quartum, novem diebus, pro quibus expendit, ultra ea que sibi et equis suis in curia domini fuerunt librata: - VI florenos parvi ponderis. Item dictus castellanus anno et mense predictis de mandato domine, ut patet per litteram ipsius, ivit ad dominam apud Rippalliam una cum Johanne Gontereti predicto pro computando de financiis solutis et solvendis pro provisione hospicii domine, et expendit dictus castellanus ad expensas ipsius et dicti Johannis, cum tribus equis, in octo diebus quibus pro predictis vacaverunt eundo Rippalliam, ibidem manendo et redeundo: - XII florenos parvi ponderis.

Item le XXVI jour du moys de mars, l'an octuagesimo, je Hugue Rode me parti de Quart pour aler Eivians ver monsieur de Savoye pour parler a mondit seigneur de albergier les vignes et les pres de Quart a Anthoyne Parmier,²⁷⁷ et y ay mis tant en aler quant en retourner X jours, et hay despendu par jour I florin pp: - X florenos parvi ponderis.

Et allocantur eidem suprascripte particule per litteram domini de mandato allocandi quantum et prout illas et quaslibet viderentur rationabiles, datam Aquiani die vicesima marcii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo, quam reddit annexam [CXVIII] dictis particulis. Et allocantur eidem eciam de mandato Anthonii Barberii de Chamberiaco, magistri et auditoris computorum domini, visis tamen prius per ipsum Anthonium dictis particulis et diligenter examinatis, videlicet pro qualibet die qua vacavit ad predicta, cum duobus equis, novem denarios grossos, et ad eandem rationem pro qualibet die qua vacavit ut supra cum pluribus vel paucioribus equis

- LVI florenos, VI denarios obolo grossos turonenses parvi ponderis

158

Execuciones malefactorum:

Libravit ad expensas Johannis dicti deys Marthieis, de Sancto Stephano de la Flachieri in Breissia, in carceribus Quarti mancipati spacio sex dierum, deinde fuit pro suis demeritis laqueo suspensus cum quadam baca, anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, et allocantur eidem ad rationem duorum denariorum viennensium escutorum per diem, more solito, de mandato Anthonii Barberii, magistri et auditoris computorum domini

²⁷⁷ Ailleurs: *Anthonius Parmerii*.

- XII denarios viennenses escutorum

Libravit ad expensas Jaquemeti, filii quondam Perreti Andree de Polleyn, in carceribus Quarti spacio viginti unius dierum mancipati, deinde suis exigentibus demeritis in furchis laqueo cum quadam baca suspensi, et allocatur eidem ad rationem et de mandato predictis

- III solidos, VI denarios viennenses escutorum

Libravit carnacerio qui predictos Johannes et Jaquemetum cum predictis duabus bachis suspendit pacto facto cum eodem pro tanto, et allocatur eidem de mandato predicto

- II florenos auri veteres

Libravit in empzione funium seu cordarum et capistrorum pro supra-dictis Johanne et Jaquemeto cum dictis duabus bachis ligandis et suspendendis, et allocatur eidem de mandato quo supra

- XVI solidos, VI denarios monete Auguste

Libravit ad expensas Johannis de Espina in carceribus Quarti spacio decem septem dierum mancipati, et pro suis delictis eidem caput amputatum, et allocatur eidem ad rationem predictam et de mandato quo supra

- II solidos, X denarios viennenses escutorum

Libravit carnacerio qui proxime dictam executionem in personam dicti Johannis de Spina fecit, facto pacto cum ipso pro tanto, et allocatur eidem de mandato predicto

- XXVII solidos monete Auguste

Libravit ad expensas suis ipsius factas, mandatus per dominum eundo de Quarto apud Rippolas ad dominum per duo paria litterarum domini clausarum, quarum una data fuit die decima septima mensis augusti et alia die XVIII eiusdem mensis, quas reddit, ad que vacavit cum duobus equis tam eundo, stando, quam inde redeundo, spacio octo dierum, de mense augusti predicto anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo, et allocatur eidem de mandato domini Girardi Destres, cancellarii Sabaudie, et Andree Bellatruchi de Chamberiaco, magistri et auditoris computorum domini, ad rationem novem denariorum grossorum turonensium per diem

- VI solidos grossos turonenses parvi ponderis

Libravit ad expensas sui ipsius factas cum duobus equis eundo de Quarto apud Rippalliam, mandatus per dominam pro quibusdam financiis per ipsum solvendis, ut per litteram domine de testimonio premissorum mandatoque expensas competentes allocandi, datam Rippallie die IX mensis septembris anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo, quam reddit, ad que vacavit tam eundo ibidem, moram faciendo, quam inde redeundo spacio sex dierum, et allocatur eidem de mandato et ad rationem predictam

- IIII solidos, VI denarios grossos turonenses

Libravit ad expensas Johannis de Avinione, commorantis cum magistro Galterio de Senna, arquimista, et Johannis de Lausana, famuli dicti castellani, per ipsum missorum de mandato domini apud Aquianum, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo predicto de mense decembris, portancium domino, de Quarto usque Aquianum certas quantitates argenti marchari per dictum magistrum Galterium de mandato domini, in castro Quarti operati, ad que vacaverunt spacio quindecim dierum, tam eundo, stando quam inde redeundo, inclusis expensis duorum equorum et locagio ipsorum dumtaxat trium dierum, quia ipsos plus ducere non potuerunt propter difficultatem Montis Jovis, et allocantur de mandato quorum supra per tria paria litterarum domini clausarum quas reddit

159

- VII florenos auri boni ponderis veteres
Libravit ad expensas sui ipsius factas anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo de mense februarii eudo ad dominum cum duobus equis a Quarto apud Chamberiacum, transeundo per Montem Cenicii quia transsitus Columpne Jovis propter nimias nives illo tunc cessabat, pro factis supradicti magistri Galterii arquimiste, quia opera dicti magistri Galterii prefato castellano pro domino non videbantur utilia, quem magistrum Galterium duxit ad dominum apud Chamberiacum pro predictis et tunc inter dominum et dictum magistrum Galterium inite et facte fuerunt plures convenciones supra opere arquimie fiendo, ut in quodam memoriali quod reddit, manu Jaquemeti de Contamineta, clerici Petri Vicini, scripto, ad que vacaverunt tam eundo, stando quam inde redeundo spacio quindecim [CXIX] dierum, et allocantur eidem de mandato et ad rationem predictam

- XI solidos, III denarios grossos cursibiles parvi ponderis

Libravit ad expensas sui ipsius castellani et Johannis Gontereti, clerici de Augusta, factas cum tribus equis eundo de Quarto apud Yporregiam ad Anthonium Franquini, alias Villani, de Bugella, pro faciendo arresto computi cum eodem de quibusdam libratis per ipsum castellanum factis pro domino eidem Anthonio de quantitate octies centum florenorum auri, ipsi Anthonio per dictum castellanum responsorum et solutorum de mandato domini, ad que vacaverunt spacio trium dierum, inclusis accessu et regressu eorundem, et allocantur eidem de mandato et ad rationem supradictam

- II solidos, III denarios grossos cursibiles parvi ponderis

Libravit ad expensas sui ipsius castellani, cum duobus equis, factas eundo de Quarto apud Thaurinum, mandatus ibidem per dominum pro

operibus supradicti magistri Galterii de mandato domini, per eius litteram clausam datam Thaurini die septima mensis maii clausam,²⁷⁸ quam reddit, ad que vacavit spacio septem dierum mense maii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo, et allocantur eidem de mandato et ad rationem predictam

- V solidos, III denarios grossos turonenses parvi ponderis

Libravit ad expensas sui ipsius factas, anno eodem die jovis penultima maii, eundo de Quarto ad dominum apud Thaurinum portando eidem domino de suo mandato sibi castellano ...²⁷⁹ facto centum florenos auri veteres domino pridem debitos per Johannem de Curte de Curia Maiori, ad que vacavit cum duobus equis tam eundo, stando quam inde redeundo, spacio sex dierum, et allocantur eidem de mandato supradictorum dominorum Girardi Destres, cancellarii Sabaudie, et Andree Bellatruchi, thesaurarii et magistri computorum domini, ad rationem predictam novem denarios grossos turonenses per diem

- IIII solidos, VI denarios grossos

Libravit ad expensas Johannis Gontereti de Augusta, missi cum uno equo per dictum castellanum ad dominum de Quarto apud Aquianum, mense januarii anno predicto millesimo tercentesimo octuagesimo primo, racione albergamenti facti per dominum Anthonio Parmerii de certis terris, pratis et vineis domini de Quarto, de quoquidem albergamento superius in suis locis et titulis et maxime denariorum census plenior fit mencio, ad que vacavit tam eundo, stando quam inde redeundo spacio undecim dierum, et allocantur eidem de mandato quorum supra ad rationem quatuor denariorum obolo grossorum turonensium per diem

- IIII solidos, I denarium obolo grossos turonenses

Libravit ad expensas sui ipsius castellani factas anno predicto mense septembris eundo ad dominum de eius mandato cum duobus equis a Quarto apud Yporregiam, per litteram domini clausam de mandato eundi, datam Yporregie die XX mensis septembris, quam reddit, pro facto videlicet supradicti magistri Galterii, arquiviste, arrestoque fiendo inter ipsos et pro quibusdam aliis sibi iniunctis per dominum, ad que vacavit spacio septem dierum, tam eundo, stando quam inde redeundo, et allocantur eidem de mandato et ad rationem predictam

- V solidos, III denarios grossos turonenses

²⁷⁸ Le mot *clausam* est effacé.

²⁷⁹ Illisible.

160 Libravit Umberto de Lausanna, habitatore Quarti, pro salario suo et locagio unius sue roncine apportantis de Quarto apud Chamberiacum certam quantitatem cere, receptam per Petrum de Lompnis, apothecarium domine, in anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono de mense marcii, ad que vacavit spacio octo dierum inclusis salario, [VI^{XX}] locagio et expensis, et allocantur eidem de mandato quorum supra

- II solidos, III denarios grossos turonenses parvi ponderis

Allocantur eidem in quibus dominus sibi tenebatur²⁸⁰ pro remanencia sui computi precedentis finiti die decima exclusive mensis septembris anno subscripto, recepti per Petrum Magnini de Chamberiaco, clericum domini, de quibus habebat litteram domini de debito, obligatione et mandato allocandi, datam sub sigillo consilii domini Chamberiaco residentis, die octava mensis decembris anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo, quam reddidit in presenti computo et fuit cancellata - M V^C IIII^{XX} X floreni et dimidius auri boni ponderis

Et: - II tercii et quartus unius denarii grossi turonenses

Summa librate, expensarum et allocati cum remanencia sui computi precedentis:

- LXXIII libere, V solidi, III denarii monete Auguste ad XXVII

- III^C XXIX libere, VI solidi, V denarii monete Auguste ad XXVI

- VII solidi, IIII denarii viennenses escuti

- M IIII^{XX} XII floreni auri, I denarius grossi turonenses parvi ponderis

- M V^C IIII^{XX} X floreni et dimidius auri, II tercii, I quartus unius denarii grossi turonenses boni ponderis

- M IIII^C floreni auri, VII denarii, I quartus unius denarii, grossi turonenses veteres

Et: - II^C XXII januenses auri

Et sic, cambsis et conversis omnibus et singulis monetis tam recepte quam librate suprascriptis, videlicet viginti sex solidis monete Auguste ad XXVI pro uno floreno auri boni ponderis vetere, singulis viginti septem solidis dicte monete Auguste ad XXVII pro uno floreno auri boni ponderis vetere, singulis sexdecim denariis viennensibus escutis pro uno denario grosso turonensi parvi ponderis, singulis decem solidis januensibus pro quindecim solidis monete Auguste ad XXVI, quolibet

²⁸⁰ Dans la marge gauche: *Remanencia computi precedentis*.

floreno auri parvi ponderis pro duodecim denariis grossis turonensibus parvi ponderis, et, econverso, quolibet floreno auri boni ponderis pro duodecim denariis obolo grossis turonensibus parvi ponderis, quolibet floreno auri boni ponderis vetere pro tresdecim denariis grossis turonensibus parvi ponderis, quolibet januense auri pro quatuordecim denariis grossis turonensibus parvi ponderis, quolibet ...²⁸¹

161

Vendiciones:

Idem reddit computum quod recepit de et pro precii bladorum et victualium infrascriptorum sibi venditorum vice domine et eius thesaurarii per Franciscum Quinczon, familiarem et commissarium domine, per litteram domine de commissione predicta, datam Rippaillie die XVI mensis marcii, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo, cuius copiam reddit, in quadam cedula papirea cum copia cuiusdam alterius littere domini scriptam.

Et primo, presente reverendo in Christo patre et domino domino Jacobo,²⁸² Dei gratia augustensi episcopo, et de ipsius consilio, manibus Petri Toperelli de Ponte Lapideo, Johannis dicti Coquilliod, parrochie Quarti, Jaquemeti Bestent de Dovia, Jaquimini de Canali de Dovia, burgensis Porte Sancti Ursi, Nycodi de Luyrie, cerdonis, habitatoris Auguste, et Martini Tarida de Dovia, pro precio centum modiorum siliginis et quadraginta modiorum vini, de blado et vino domini dicte castellanie, anni Domini millesimo tercentesimo octuagesimo, sibi venditorum quolibet modio siliginis precio duorum florenorum auri boni ponderis veterum et quolibet modio vini precio trium florenorum auri boni ponderis veterum, per litteram publicam dicti Francisci Quinczonis de testimonio et vendicione predictis, datam die XXII mensis marcii, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo quam reddit cum quadam alia sequenti confessione simul scripta, manu Johannis Gontereti notarii signatam - III^C XX florenos auri boni ponderis veteres.

Recepit pro precio sexaginta modiorum siliginis et decem septem modiorum frumenti sibi venditorum ut supra, quolibet modio siliginis duobus florenis auri boni ponderis veteribus et quolibet modio frumenti precio sexaginta solidorum monete cursibilis Auguste, per litteram publicam dicti Francisci Quinczonis de testimonio et vendicione

²⁸¹ La ligne fait défaut.

²⁸² Il s'agit de l'évêque Jacques Ferrandin (1376 -1399).

premissorum, datam die XXVII mensis marcii anno predicto millesimo tercentesimo octuagesimo primo, ut supra redditam

- LI libras monete Auguste

Et: - VI^{XX} florenos auri boni ponderis veteres

Recepit ex vendicione sibi facta per dominum Aymonem de Chaland, militem, consiliarium et magistrum hospicii domine: primo pro precio quadraginta duorum modiorum, quatuor sestariorum, unius emine vini ad mensuram Quarti, quolibet modio precio sexaginta solidorum monete Auguste. Item pro precio viginti modiorum siliginis, quolibet modio viginti septem solidis dicte monete. Item pro precio trium modiorum, quatuor sestariorum, unius quartane et dimidiam ordeï, quolibet modio viginti septem solidis dicte monete. Item pro precio unius modii avene, viginti septem solidis dicte monete. Item pro precio novem sestariorum nucum, quolibet sestario quatuor solidis dicte monete. Item pro precio quindecim quintalium et quinquaginta sex librarum et dimidiam caseorum, quolibet quintali triginta duobus solidis. Item pro precio triginta librarum butiri, qualibet libra octo denariis. Item pro precio quatuordecim eminalium synapii, quolibet eminali duobus solidis. Item pro precio ducentorum septuaginta septem caponum, quolibet capone decem octo denariis. Item pro precio decem octo pernicum,²⁸³ qualibet pernice duodecim denariis. Item pro precio viginti septem castronum, quolibet castrone duodecim solidis. Item unius canalis et dimidii muthonis, qualibet canali decem solidis. Item pro precio trium agnorum, quolibet agno duobus solidis.²⁸⁴ Item triginta quatuor fassorum feni, quolibet fasso quinque solidis. Item pro precio duarum tibiaram porci, qualibet tibia duodecim denariis. Item pro precio unius quarterii vache, duodecim solidis, et pro precio quingentorum allecum, quolibet cento precio viginti septem solidis, ut per litteram domine de testimonio premissorum inferius in libratis redditam

- III^C XXVIII libras, III solidos, IX denarios monete Auguste

Summa dictarum vendicionum

- III^C LXXV libre, XI solidi, IX denarii monete Auguste

Et: - IIII^C XL floreni auri boni ponderis veteres

²⁸³ Lire *perdicum* pernix (*perdix*, *-icis*).

²⁸⁴ Dans la marge gauche: *cancellati sunt ibi dicti tres agni, deducti de summa vendicionis infra scripta, quia nullos agnos ...* (illisible) *debebat*.

De quibus libravit Johanni Galliardi, thesaurario expensarum hospicii domine, recipienti pro domino, manu videlicet Francisci Quinczonis supradicti, et de quibus idem Johannes Galliardi computavit in suo computo, finito dei secunda exclusive decembris, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo.

162

[Parchemin sans numéro - A]²⁸⁵

Recepit a Johanne et Johanne, filiis ex duabus uxoribus Petri Gontereti Casei quondam de Augusta, de placito per ipsos domino debito causis superius declaratis sibi iniunctis recuperari in computo precedenti - XL solidos monete Auguste

De placito debito per Johannem et Henricum, filios quondam Peroneti de Turre de Stipulis, domicellos, non computat quia nundum habere potuit informationem quantitatis per ipsos debite pro dicto placito, sed, prout in computo precedenti fuit sibi iniunctum, iterato iniungitur eidem quod de dicto placito²⁸⁶ per ipsos debito se diligenter informet taliter quod de ipso veniat ad plenum in suo sequenti computo computare paratus.

De quinquaginta quatuor solidis restantibus ad computandum de summa undecim librarum, quatuor solidorum debitorum de placito per Peronetum de Grangia de Vallepellina et eius consortes, non computat quia dominus, racione dicti domini de Quarto, tenet in mandamento Brissognie certam partem feudi pro quo dictum placitum debetur, ut dicit et dicitur in computo precedenti, et, prout in eodem computo precedenti sibi fuit iniunctum, iterato sibi iniungitur²⁸⁷ quod in sequenti computo veniat ad plenum informatus de omni valore dicti feudi et parte quam dominus tenet de eodem, ad eo quod de dicto placito integre valeat computare.

De placito debito per Petrum, filium Amedei de Bocza, domicellum, et eius consortes, non computat quia informationem dicti placiti nundum habere potuit ut dicit, sed fit eidem²⁸⁸ similis iniunctio que supra.

²⁸⁵ A la fin du volume figurent 5 parchemins sans numéro enregistrant des comptes arriérés.

²⁸⁶ Dans la marge gauche: *vide*.

²⁸⁷ Dans la marge gauche: *vide*.

²⁸⁸ Dans la marge gauche: *vide*.

De placitis debitis per Hugonetum Grosserii Richardi, generum Petri Martineti Grosserii, Clementiam, filiam quondam Coctini, et Reymondum cerdonem, burgensem de Villa Franca, nichil computat quod feuda que tenent sita sunt tam in mandamento Quarti quam in mandamento Bressognie, et servicia seu reddita debita per predictas personas simul solvere consueverunt sic quod, ante factas ibi recogniciones, declarare nesciret quantitatem placiti debiti per easdem personas, sed super hoc se taliter informet quod de dictis placitis in computo sequenti²⁸⁹ plene valeat computare, prout eciam dicitur et sibi fuit iniunctum in computo precedenti.

De placitis si et que debentur per dictos Los Aymonoz de Aviso, parrochie Sancti Martini de Corliano, prope Augustam, item de placitis debitis per plures de Jovenczano, parrochie dicti loci de Jovenczano, mandamenti Aymeville, nichil computat quia declarare nesciret utrum quantitates quas debent sint de reddutu seu servicio, quoniam si pro servicio deberent ad solucionem placiti tenentur, alias non, ut dicit et dicitur in computo precedenti in quo sibi fuit iniunctum, et eciam eidem iniungitur in presenti quod in computo sequenti taliter de premissis veniat informatus²⁹⁰ ut de placitis si et que per dictas personas debentur valeat computare.

De placitis debitis ob mortem supradicti domini Henrici, domini de Quarto quondam, in multis aliis locis et per multas personas ultra suprascriptas, non computat quoniam ex ipsis personis debent reddita et servicia simul, et dividi non possunt ante factas recogniciones, et de ceteris nundum potuit informacionem habere, ut dicit et dicitur in computo precedenti, quare fit eidem similis iniunctio que supra.

163

[Parchemin sans numéro - B]

Recepit a Johannodo de Roveyn et consortibus suis de Roveyn pro pascuis de Ryns, sibi per dominum de Quarto quondam accensatis ad certum tempus, quod in computo precedenti declarare nescivit, nec eciam illud in presenti declarare potest quia nundum super hoc potuit informari pro tanto de censa per annum, et de quibus particulariter computavit cum denariis census in titulo de Roysan, ut in computo precedenti pro termino festi beati Stephani protomartiris, anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo, et qui deducti ut supra

²⁸⁹ Dans la marge gauche: *vide*.

²⁹⁰ Dans la marge gauche: *vide*.

fuerunt de summa denarii census, et computat pro dicto termino festi beati Stephani anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono

- VI solidos viennenses ad XXVI

Recepit ab eisdem pro eodem et eodem termino annorum Domini millesimo tercentesimo octuagesimo, octuagesimo primo et octuagesimo secundo, et fit sibi similis iniunctio²⁹¹ que supra, videlicet quod declaret modus et tempus dicte particule - XVIII solidos ad idem

Summa: - XXIII solidi viennenses ad XXVI

Includuntur in summa frumenti.

[Parchemin sans numéro - C]

Recepit de quibus fuit facta falla in summa denariorum census computi precedentis, videlicet qui plus positi fuerunt in dicta summa quam in particulis contineatur: tres solidi, novem denarii monete Auguste ad XXVI, et qui minus continentur in dicta summa quam in particulis in eodem computo contentis: quatuor solidi, decem denarii januenses ad decem pro quindecim dicte monete Auguste, de quibus quantitibus plus et minus repertis, factis compensacionibus et stantibus huic inde, dictus castellanus restat debens de quibus hic computat

- III solidos, VI denarios monete Auguste ad XXVI

In parrochia Sancti Remigii, Dovie, Boczan et Cerisei:

Recepit a Bernardo dou Blaver de Bocza de redditu seu servicio per ipsum debito uno anno novem denarios et alio anno decem octo denarios, ut in computo precedenti in quo de dictis novem denariis computavit pro anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo, et computat hic pro termino festi beati Stephani anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono - XVIII denarios eorundem

Recepit ab eodem pro eodem et eodem termino festi beati Stephani anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo per formam particule suprascripte - IX denarios eorundem

Recepit ab eodem pro eodem et eodem termino festi beati Stephani anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo

- XVIII denarios eorundem

Recepit ab eodem pro eodem et eodem termino festi beati Stephani anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo

²⁹¹ Dans la marge gauche: *vide*.

- IX denarios eorundem

Summa supra scriptarum particularum

- VIII solidi monete Auguste ad XXVI

Recepit ab Anthonio Parmerii quas et quos debebat ut supra in quantitate denariorum census pro furno et cridagio Porte Santi Ursi, in festo beati Stephani anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono

- VII libas, XVI solidos, I denarium ad XX

164

[Parchemin sans numéro - D]

Libravit ex vendicione sibi facta per Franciscum Quinczonis, commissarii domine, ut infra in vendicionibus in fine presentis computi

- XL modia vini

Libravit ad expensis plurium et diversarum personarum parrochiarum Sanctorum Euxebii et Christofori, mandamenti Quarti, refficiencium furchas loco dicto En bel renard²⁹² et faciencium ibidem unum gibetum ad suspendendam quandam bacam cum Johanne de Chavanins in Breissia, et allocatur eidem per modum et de mandato superius declaratis in libratis siliginis

- I sestarium vini

Summa:

- XL modia, I sestarium vini

165

[Parchemin sans numéro - E]

Butiri:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu per annum in festo beati Michaelis, anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo, ut in computo precedenti, a Georgio Alamandi, Jacobo Vellionis et liberis Jacobi Alamandi, habitatoribus vallis Oyacie

- XXX libras butiri

Recepit ab eisdem pro eodem et eodem termino festi beati Michaelis in annis Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, octuagesimo et octuagesimo primo, pro quolibet dictorum trium annorum triginta libras butiri

- III^{XX} X libras butiri

Summa:

- VI^{XX} libre butiri

De quibus libravit ut infra in vendicionibus in fine presentis computi

- XXX libras butiri

²⁹² Probablement *regard* (lieu-dit Beauregard).

Hugues Garnier (1378 - 1382)

Summa librate: - XXX libre butiri
Et sic debet: - IIII^{XX} X libras butiri
Respondet in computo sequenti.

Senapium:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu per annum ut in computo precedenti in festo beati Michaelis anno Domini millesimo septuagesmo octavo a personis in quinque particulis computi precedentis descriptis - I eminam, II eminalia sinapium

Recepit ab eisdem pro eodem et eodem termino festi beati Michaelis in annis Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, octuagesimo et octuagesimo primo, ad racionem unius emine, duorum eminalium pro quolibet dictorum trium annorum

- III eminas, I quartanam sinapii
Summa: - II sestaria, I quartana, II eminalia sinapii
De quibus libravit ut supra in vendicionibus in fine presentis computi
- XIII eminalia sinapii

Summa librate: - XIII eminalia sinapii
Et sic debet: - III eminam, I quartanam sinapii
Respondet in computo sequenti.

Recepit pro pluri invento per carculacionem particulariter computi precedentis quam in summa contineatur per errorem calculi et quod plus includitur in summa cuiuslibet dictorum quatuor annorum:

- III^{es} partes unius caponis et quartum duodecime partis unius caponis.

Troisième compte d'Hugues Garnier alias Rode²⁹³
(10 septembre 1382 - 20 mai 1383)

166

[I]²⁹⁴ Computus Hugonis Garnerii, alias Rode, domicelli, castellani de Quarto et Oyacie, terrarum, territoriorum, districtuum et pertinenciarum ipsorum locorum, de redditibus et exitibus eiusdem castellanie, a die decima inclusive mensis septembris, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, usque ad diem vicesimam primam exclusive mensis maii, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, videlicet de triginta sex septimanis et una die, receptus apud Chamberiacum, examinatus vero apud Thonon, domina²⁹⁵ in Rippallia existente, diebus decima quarta et decima quinta mensis aprilis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, presentibus domino Aymone de Chalant, milite, domino Fenicii et Aymeville, et Anthonio Barberii de Chamberiaco, magistris et auditoribus computorum domini, per Andream Cusini de Chamberiaco, clericum domini.

Et est sciendum quod Bartholomeus de Mota, olim procurator domini in Valle Augusta, debet computare de exitibus dictarum²⁹⁶ castellanie et locorum et ceteris ibidem domino pertinentibus, a die penultima inclusive mensis julii, anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo septimo, qua die dictus dominus de Quarto decessit ab humanis, usque ad diem decimam exclusive mensis septembris, anno predicto millesimo tercentesimo septuagesimo septimo, videlicet de sex septimanis integris, exceptis <his> de quibus idem castellanus computavit in suo secundo computo precedenti in recepta ab eodem Bartholomeo.

Qui castellanus juravit et, sub pena viginti quinque librarum forcium tociens commictenda per ipsum quociens contrarium reperiretur, computare bene et fideliter de omnibus et singulis receptis et librat

²⁹³ ASTO, *Quart, châteltenie*, inventario 68, foglio 99, mazzo n° 3/1, 1382-1385.

²⁹⁴ Le troisième compte d'Hugues Garnier est aussi écrit sur des parchemins cousus ensemble et numérotés par des chiffres romains.

²⁹⁵ Bonne de Bourbon.

²⁹⁶ Lire *dictorum*.

factis per ipsum aut alium eius nomine, in dicto officio pro domino quoquomodo, castrumque et edificia domini ad sostam tenere, sumptibus domini moderatis.

Frumentum:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu per annum in festo beati Michaelis, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, a personis in parrochiis, locis et villagiis in secundo computo precedenti nominatis et particulariter descriptis. Et quia in computo precedenti eidem castellano fuit iniunctum quod in presenti computo nominaret omnes debentes servicia et redditus quecumque domino in eadem castellania, et consortes eorundem, dicit idem castellanus quod hoc de presenti commode facere non potest eo maxime quia regithie et extente dictorum locorum modo de novo recipiuntur per Johannem de Gontereto, notarium ad hec per dictum commissarium, ut asserit, specialiter deputatum, que regithie nondum sunt complete, ut dictus Johannes de Gontereto prius in computo testificatur, quare iniungitur sibi prout in computo precedenti fuit iniunctum, quod dictas regithias et extentas instet diligenter terminari et compleri, taliter quod in suo computo sequenti veniat ad plenum informatus de nominibus et quantitibus in dicta castellania debitis nominatim et specificice, et quia, prout dicitur in dorso secundi computi precedentis denariorum census, in dicta castellania aliqua debentur de servicio, quod servicium in se includit duplum de placito quando locum et casum contingit evenire, et aliqua de redditu, pro quo redditu nullum debetur placitum iuxta morem Vallis Auguste, nec declaret in presenti neque precedenti computis ad partem, prout decet, que fuit servicia et qui fuit redditus, nec ipsa et ipsos debentes, iniungitur quod in dicto suo sequenti computo computet particulariter specificice et ad partem de predictis, conscribendo et inserendo ad partem redditus ibidem debitos cum nominibus et cognominibus personarum ipsos debencium, et quantitibus per ipsas personas particulariter debitis, et eodem modo subsequenter que de servicio ibidem debentur. Et hoc idem fiat in singulis sequentibus titulis presentis computi bladorum, vini et pecunie

- XXIII modia, II sestaria, I quartanam frumenti

Recepit a personis in quatuor particulis particulariter et specificice nominatis et descriptis in computo precedenti de redditu seu servicio per

annum in festo beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, [III] quibus non ostantibus, iniungitur sibi²⁹⁷ prout supra quod diligenter perquirat redditus, servicia, usagia et alia quecumque tributa in dicta castellania debita, atque regithias dicte castellanie compleri et perfici procuret, taliter quod in suo sequenti computo valeat plenius et clarius de ipsis particulariter computare

- III sestaria, eminam frumenti

167

Decime:

De exitu decimarum que levantur in certis possessionibus consistentibus a torrente Clausi Novi inter Sarro et Augustam, usque ad civitatem Auguste, in quibus decimis dominus de Monte Joveto percipit medietatem, dominus Jacobus Bonerii²⁹⁸ de Dovia, canonicus augustensis, terciam partem residue medietatis, et dominus, ratione castri de Quarto, duas partes ipsius medietatis, ut dicit et dicitur in computo precedenti in quo fuit de ipso computatum pro termino messium anni millesimo tercentesimo octuagesimo secundo de quinque sestariis frumenti, nichil computat pro termino messium anni millesimo tercentesimo octuagesimo tercio quia nundum est terminus, sed adveniente ipso termino, in computo sequenti computabit. Et fit sibi similis iniunctio quo supra,²⁹⁹ de exitu decime vocate de Rins mandamenti de Quarto nichil computat quia dominus mandavit ipsam decimam expediri preposito Auguste ad quem dicta decima pertinet et pertinebat ex antiquo, licet dominus Henricus quondam dominus de Quarto, dum viveret ipsam decimam teneret pro tribus modiis siliginis sub tali tamen condicione quod, quociens domino placuerit,³⁰⁰ illam decimam possit habere et percipere sub simili forma quam dictus dominus de Quarto quondam tenebat dum viveret in humanis, ut dicitur in computo precedenti ubi littera domini de mandato expediendi dicto preposito dictam decimam copiat in computo precedenti.

²⁹⁷ Dans la marge gauche: *vide*.

²⁹⁸ Ou *Boverii*.

²⁹⁹ Dans la marge gauche: *vide*.

³⁰⁰ Dans la marge gauche: *vide pro domino*.

Exitus terrarum:

De exitu terre domini vocate de Rins, continentis circa duas modiatas terre, pro quo fuit computatum computo precedenti tempore messium anni octuagesimi secundi pro quinque sestariatis terre ipsius seminatis ipso anno de duobus modiis, quinque sestariis frumenti, nichil pro tempore messium anni octuagesimi tercii computat, quia nundum est terminus; et dicit Johannes de Gontereto quod dicta terra de Rins accensata fuit per sex annos certis personis, qualibet sestariata pro duobus sestariis siliginis, de quibus in computo sequenti computabit in siligine.

Cheyserie seu excheite:

De cheyseriis seu excheytis nichil ibidem per tempus de quo computat ut dicit.

Arragium:

Recepit a se ipso que debet pro remanencia sui computi precedentis. - IIII^{XX} IX modia, V sestaria frumenti

Summa, computatis sex eminalibus pro una quartana, duabus quartanis pro una emina, duabus eminis pro uno sestario et sex sestariis pro uno modio - CXIII modia, IIII sestaria, emina, I quartana frumenti

Deducuntur sibi pro liberis Johannis Marione de Morgona debentibus singulis annis de redditu per annum unam emnam frumenti pro qua in secundo computo precedenti per errorem et ex inadvertencia fuit scriptum dictos liberos debere per annum et ab ipsis recepisse unum sestarium frumenti pro anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo septimo licet non debeant per annum nisi dumtaxat unam emnam frumenti, ut in extentis domini receptis per supradictum Johannem de Gontereto, ut dicitur in computo precedenti, et deducuntur sibi pro anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo septimo

- I emnam frumenti

168

Summa, deducti - I emina frumenti

Et sic debet: - CXIII modia, IIII sestaria, I quartanam frumenti

Venduntur in fine computi.

Siligo:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu et servicio per annum in festo beati Michaelis, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, a personis, in parrochiis, locis et villagiis in secundo computo precedenti particulariter declaratis, et fit sibi similis iniunctio que supra in frumento:

- VIII^{XX} XIII modia, IIII sestaria, III quartanas, I eminam siliginis

Novus redditus:

Recepit a Jaquemino de Borron de Valle Pellina et Jaquemino Diaquono de eodem loco pro situ seu sedimine duorum molendinorum et unius baptigi seu baptitorii siti in loco de Valle Pellina ubi alias fuerant eddifficata, una cum rippagiis, aquis, molentibus consuetis, et cuilibet ipsorum pro medietate, et suis perpetuo successoribus albergatis pro tanto de redditu³⁰¹ per annum ut in computo precedenti in festo beati Stephani yemalis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio

- XXII sestaria siliginis

Recepit a personis particulariter et specificie in tresdecim particulis in computo precedenti declaratis et descriptis que reperte fuerunt debere plus per diligentem perquisitionem extentarum domini quam fuerit computatum in secundo computo precedenti de redditu per annum in festo beati Michaelis [III] anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo

- VII modia, I quartanam siliginis

Decime:

De exitu decimarum que levantur in certis possessionibus consistentibus a torrente Clausi Novi, inter Sarro et Augustam, usque ad civitatem Auguste, in quibus decimis dominus de Monte Joveto percipit medietatem, dominus Jacobus Bonerii de Dovia, canonicus augustensis, terciam partem residue medietatis, ut superius in frumento et ut dicitur in computo precedenti, ubi de ipso fuit computatum pro messibus anni millesimo tercentesimo octuagesimo secundo de novem sestariis siliginis, nichil computat pro messibus anni millesimo tercentesimo

³⁰¹ Dans la marge droite: *Racione dictorum molendinorum et pro duobus solidis bone monete cursibilis Auguste de servicio per annum, racione dicti baptitorii cum suo placito quando acciderit.*

octuagesimo tercio quia nundum est terminus, et fit similis iniunctio³⁰² que supra in frumento.

De exitu decime terrarum vocatarum de Rins, consistencium a Batigio,³⁰³ seu flumine vocato Butier descendente de Stipulis, usque ad locum dictum La Morina, et a Batigio, seu flumine vocato Butier descendendo de Oyacia, usque ad locum vocatum de Alei, pro quo exitu fuit computatum in secundo computo precedenti de tribus sestariis siliginis pro messibus anni Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo, nichil computat quia dicta decima reperta fuit in integrum pertinere preposito Auguste, qui³⁰⁴ dominus per eius litteras ipsam remisit ut supra in frumento.

Exitus terrarum:

De exitu terrarum domini vocatarum de Rins nichil pro tempore messium anno millesimo tercentesimo octuagesimo tercio computat quia nundum est terminus et est sciendum quod dicta terra continet duas modiatas terre que valent duodecim seytoriatas et fuit accensata dicta terra certis personis per sex annos in computo sequenti declarandas, qualibet seytoriata pro duobus sestariis siliginis, ut supra in frumento, de quibus in sequenti computo computabit.

Cheyserie seu excheyte:

De cheyseriis seu excheytis que domino obvenerunt ob mortem Johannis Hugoneti de Bocza, Parvi Johannis de Blavy et Grimodi Peteti de Roysan, nichil computat quia nundum sunt levate nec exacte sed de ipsis in computo sequenti computabit.

Arragium:

Recepit a se ipso que debebat pro remanencia sui computi precedenti:

- IIII^C LXXV modia, III sestaria, XI eminalia, I quartum et sextum unius eminalis siliginis

³⁰² Dans la marge gauche: *vide*.

³⁰³ Lire *Bautegio*, Buthier.

³⁰⁴ Lire *cui*.

Summa, computatis sex eminalibus pro una quartana, duabus quartanis pro una emina, duabus emynis³⁰⁵ pro uno sestario et sex sestariis pro uno modio in singulis bladis ad mensuram Quarti seu Auguste, que sunt heedem, ut in computo precedenti:

- VI^C LX modia, I quartana, VI eminalia, quartus et sextus unius eminalis siliginis

Opera vinearum:

De quibus libravit manu Theobaldi de Crista, mistralis de Roysano, pane dato viginti uno hominibus manuoperariis de roydys seu corvatis, putantibus et fodentibus vineas domini de Ryns in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, vacantibus ad predicta quasi per unam diem, de quorum numero interfuerunt quatuor homines in quadragesima, capiente quolibet per diem pro suis expensis dumtaxat quinque quarterios panis siliginis ultra unum seraceum et nuces, que sibi infra allocantur ut in computo precedenti. Et allocantur presens et alie infrascripte librate de mandato magistrorum computorum domini et per litteram publicam dicti Theobaldi de testimonio premissorum, datam die vigesima octava aprilis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, in quodam folio papireo scriptam, quam reddit signatam per Johannem Gontereti notarium

- I sestarium, II eminalia et quartum unius eminalis siliginis

Rivus de Ryns:

Libravit Francisco et Perrino de Avillie fratribus et Gothofredo, dicto Garniour, de Ryns, nominibus suo et Johannodi de Ryns, fratris sui, manutenere debentibus rivum vocatum de Ryns ad eorum vitam pro tanto et uno sestario vini infra in vino allocato per annum, et ipsi fratres debent habere aquam dicti rivi domini die dominico cum nocte et ultra, quando dominus de Quarto predictam aquam non implicaret per se vel alium, ipsi fratres de dicta aqua capere possunt pro suis possessionibus adaquandis, ut dicitur in computo precedenti, et allocantur sibi pro termino festi beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, ultra unum sestarium vini sibi simili modo infra in titulo vini allocatum, et per litteram publicam dictorum fratrum de confessione et recepta, datam [IIII] anno Domini millesimo

³⁰⁵ Lire *emini*.

tercentesimo octuagesimo tercio, die duodecima mensis januarii, quam reddit, manu Johannis de Gontereto signatam - I modium siliginis

Libravit domino Berthodo, priori Sancti Ursi Auguste, quos, ultra capones et pecuniam inferius in suis titulis pro eodem allocatis, dictus dominus de Quarto quondam eidem domino priori annuatim debebat pro feudo quod ab ecclesia Sancti Ursi tenebat, ut in instrumento confessionis, recognitionis et regithie viri nobilis et potentis domini Henrici, militis, domini de Quarto quondam, factarum ecclesie et priori predictis, instrumento recepto per Martinum de Campolorenzali, notarium publicum, sub anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo, indicione octava, die ultima mensis maii, copiato de verbo ad verbum in computo precedenti, et solvit pretextu littere domini copiate simili modo in computo precedenti de mandato solvendi et allocandi pro termino festi beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, per litteram publicam dicti domini prioris de confessione et recepta, datam die decima quarta mensis marcii anno domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, quam reddit manu Johannis Gontereti notarii signatam, in qua littera eciam continentur confessiones unius caponis, decem septem solidorum et unius denarii monete Auguste, debitorum et sibi subsequenter in suis titulis allocatorum pro eodem

- V sestarios, III quartanas siliginis

Libravit Jaquimino Peronini de Alex de Effra in quibus vir nobilis et potens dominus Henricus dominus de Quarto, miles, quondam, eidem Jaquimino tenebatur de censu per annum pro quadam pecia prati domini sita in pratis domini apud Olees, que movetur de feudo dicti Jaquimini sub annua pensione infrascripta, ut in quodam instrumento vendicionis facte per Petrum et Johannem fratres, filios quondam Colerii Alborum de Segnins, de laude et consensu Jaquimini Peronini de Alex de Effra supradicto domino Henrico domino de Quarto quondam, instrumento recepto per Johannem Petri Gontereti de Augusta notarium publicum sub anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo, indicione octava, die quinta mensis maii, cuius tenor in computo precedenti de verbo ad verbum est insertus, et solvit sibi pro termino festi beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo per litteram publicam de confessione et recepta dicti Jaquimini Peronini, datam die vicesima sexta mensis marcii, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, quam reddit manu dicti notarii signatam, ultra unum denarium debitum pro eodem et sibi inferius allocatum, - IX eminalia siliginis

- 169** Libravit Petro Vuillermete de Aviso, parrochie Quarti, in quibus dictus dominus Henricus, dominus de Quarto quondam, eidem Petro tenebatur annuatim pro quadam pecia prati, sita in pratibus domini apud Olees, ut in quodam publico instrumento recepto per Johannem Gontereti notarium, anno Domini millesimo tercentesimo sexagesimo nono, indicione septima, die decima quarta mensis januarii, cuius tenor in computo precedenti de verbo ad verbum est insertus, et solvit eidem pro termino festi beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, per litteram publicam confessionis et recepte dicti Petri Vuillermete, datam die vigesima sexta mensis marcii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio quam reddit manu dicti Johannis Gontereti notarii signatam, in qua littera eciam confessus fuit se habuisse tres denarios servicii pro eodem, sibi debitos et inferius in libratis pecunie allocatos, - II sestaria siliginis

Prandia:

Libravit personis in computo precedenti specificice et particulariter nominatis et descriptis pro prandiis datis et debitis eisdem singulis annis in crastinum Nativitatis Domini, dum solvunt servicia debita per eosdem more solito, ut in computo precedenti, que prandia sunt numero quadraginta septem prandia, quartus et septimus unius prandii, et datur pro quolibet prandio dimidius panis siliginis valoris dimidii eminalis siliginis, ut in computo precedenti, et allocantur eidem pro termino festi beati Stephani prothomartiris in crastinum Nativitatis domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio

- XXIII eminalia, tres quartos, dimidium quartum unius eminalis siliginis

Libravit domino Jacobo de La Suera, capellano prebendario altaris Sancte Marie siti in ecclesia Sancti Ursi Auguste, percipienti ratione dicti altaris singulis annis de censu quinque sestaria eminam siliginis, unum obulum servicii et unum denarium de placito quando [V] accidit, pro et super quadam peciam prati domini in computo precedenti plenius confinata, de feudo dicti altaris existente, que pecia prati ad manus domini Henrici domini de Quarto quondam pervenit ex successione Alixandri de Stabulo, de et pro quibus tam in presenti quam precedentibus computis computavit in recepta pro dicta pecia prati et certis aliis rebus, videlicet superius cum maiori summa de septem modiis siliginis

et inferius pro eodem de viginti solidis monete Auguste computabit, ut per instrumentum albergamenti dicto Alixandro de pecia prati iam dicta facti, cuius tenor in computo precedenti de verbo ad verbum est insertus, et solvit eidem pro termino festi beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo per litteram publicam confessionis et recepte dicti domini Jacobi, datam die decima quarta mensis aprilis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio quam reddit manu Johannis Gontereti notarii signatam, in qua littera eciam confessus fuit se habuisse pro eodem unum obulum monete Auguste, qui sibi inferius in libratis pecunie allocatur - V sestaria, eminam siliginis

Rivus Prepositi:

Libravit Bonifacio, genero Aymonodi Champapont, custodi rivi domini vocati de Preposito, a loco principii dicti rivi, vocato La Morina, usque ad locum vocatum de Vallesuana subtus Roysan, quasi per unam leucam, per quod spacium custodire debet dictum rivum pro uno modio siliginis per annum, ultra seraceum, vinum et pecuniam sibi inferius in suis titulis allocatos, et solvit eidem de mandato modis et causis in computis precedentibus plenius declaratis et expressis pro anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, per litteram publicam de confessione et recepta dicti Bonifacii, datam die quarta mensis januarii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, quam reddit manu Johannis Gontereti notarii signatam, in qua eciam confessus fuit habuisse pro eodem duos seraceos et dimidium, unum sestarium vini et sexaginta solidos bone monete Auguste, inferius in suis locis et titulis simili modo allocatos

- I modium siliginis

170

Reparacio rivi Prepositi:

Libravit in operibus et reparacione rivi domini vocati de Preposito prout inferius particulariter declaratur, et primo manibus Johannis Valleti de Cerisia de Dovia, mistralis Vallispelline, et Johannis Galliardi de Vallepellina, manderii dicti loci, pane dato ducento et quinquaginta hominibus operariis de roydīs seu corvatis, positīs videlicet centum et sex tempore quadragesime et septem viginti et quatuor immediate post Pascham, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, reparantibus dictum rivum in locis necessariis propter obvaliam habundancie pluviarum et aquarum destructis dicto anno, vacantibus ad

premissa quasi per unam diem, capiente quolibet ipsorum per diem quinque quarterios panis siliginis, ultra nuces, seraceum et vinum sibi datos pro eodem et eidem allocatos in suis titulis sequentibus more solito ut in coputo precedenti, ut per litteram publicam dictorum Johannis Valleti et Johannis Galliardi de confessione et testimonio premissorum, receptam per Johannem Gontereti notarium sub anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, die XXVI^{ta} mensis aprilis, quam reddit manu dicti notarii signatam, et in quadam cedula papirea cum quadam alia littera sequenti subsequenter designatam

- XIII sestaria, dimidium eminale siliginis

Libravit manu supradictorum mistralium³⁰⁶ et manderii pane dato decem octo operariis ponentibus in aquam Bategii seu Butier unum milliare billionorum pro ipsis conducendis per dictam aquam a loco Vallispelline apud Rins, pro reparacione rivi domini de Preposito, quos billionos cindi fecerat Nycoletus de Curte de Augusta, notarius, in nemoribus domini de Vallepellina, in quibus pretendebat se jus habere et tamen nullum jus ibidem habebat propter quod domino remanserunt et prout supra et infra implicati fuerunt, ad que vacaverunt quasi per unam diem, capente quolibet ut supra: - III quartanas, III eminalia et dimidium siliginis. Item pane dato viginti quatuor hominibus operariis de roydis seu corvatis conducentibus dictos billionos per dictam aquam Bautegee a loco de Plostres ultra Toles in Vallepellina usque ad grapatam factam in dicta aqua Bautegee versus Rins pro arestando dictos billiones, ad que vacaverunt diversis diebus quasi per unam diem, capiente quolibet ipsorum per diem vacando ad predicta unum panem et dimidium siliginis, de quibus fiunt viginti quatuor [VI] in sestario ut supra, dimidiam ruczam seracei et duos solidos monete cursibilis Auguste, ultra vinum sibi datum more solito, ut in computo precedenti, que sibi inferius in suis titulis allocantur: III eminas siliginis, ut per litteram publicam dictorum mistralis et manderii, cum testimonio Johannis Charles de Vallepellina, de confessione et recepta, datam anno et die in librata supra proxime scripta dictis, scriptam in cedula ut premictitur, redditam manu Johannis Gontereti signatam

- II sestaria, I quartanam, III eminalia et dimidium siliginis

Libravit Johanni Charnin de Toles de Vallepellina, suo et Jaquemeti Charnin eius consanguinei nominis, pro tachia sibi data portandi unum milliare billionorum supradictorum a summo pratorum de la Crousa

³⁰⁶ Lire *mistralis*.

usque prope aquam Bauteгии, pro tanto in siligine, ultra vinum et pecuniam sibi propter hoc datas et inferius sibi pro eodem allocatas,³⁰⁷ per litteram publicam de confessione et recepta dicti Johannis Charnin quibus supra nominibus, datam die XXV mensis marcii, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, quam reddit manu Johannis Gontereti notarii signatam - III eminas siliginis

Libravit manu Theobaldi de Crista de Roysan, mistralis dicti loci, pane dato vigintiquatuor hominibus operariis de roydys seu corvatis, vacantibus quasi per unam diem in faciendo et reparando de novo anno subscripto millesimo tercentesimo octuagesimo tercio in dicta aqua Bautigii grappatam versus Ryns pro milliari³⁰⁸ billionorum ut supra per dictam aquam conductorum arrestandis, capiente quolibet per diem quinque quarterios panis siliginis ut supra, ultra vinum et seraceum sibi datos vacando ad predicta, qui sibi infra in suis locis et titulis allocantur, per litteram publicam dicti Theobaldi de testimonio, confessione et recepta, datam die XXVIII mensis aprilis, anno domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, superius redditam manu Johannis Gontereti signatam, in quo³⁰⁹ dictus Theobaldus mistralis testificavit se librasse unum sestarium, duo eminalia et quartum unius eminalis siliginis pane dato viginti uno hominibus operariis, vacantibus quasi per unam diem in putando et fodendo vineam domini vocata de Ryns, de roydys seu corvatis anno predicto millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, ultra vinum et alia in predicta contenta - V quartanas siliginis

171

Alpis de Chavalari:

Libravit Petro de Pasquerio et eius consorte de Riegni, parrochie Quarti, tenentibus alpem de Chavalleyri, quibus dominus de Quarto quondam annuatim solvere consuevit, quando solvunt, quatuor caseos debitos per tenentes dictam alpem quando vestitur, id est bestie ponuntur in eadem pro fructum fiendo, de quibus quatuor caseis dictus castellanus infra computat in eorum titulo in recepta, et allocantur eidem de mandato quo supra more solito ut in computo precedenti quia aliter non solverent dictos caseos ut dicit, et solvit eidem pro anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo - IIII eminalia siliginis

³⁰⁷ Lire *datas et allocatos*.

³⁰⁸ Lire *milliariis*.

³⁰⁹ Lire *qua*.

Alpis de Seneveir:

Libravit Johanni de Balma de Quarto et consortibus eius tenentibus alpem de Seneveir que dictus dominus Henricus de Quarto quondam annuatim solvebat eisdem consortibus quando dicta alpis vestitur, id est quando bestie mictuntur in eadem ad fructum faciendum, pro duobus caseis domino debitis pro dicta alpe de quibus infra computat in eorum titulo in recepta, et solvit eidem more solito ut in computo precedenti pro anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo

- II eminalia siliginis

Libravit hominibus qui novem quarteria et novem cornus de boc estent, de quibus inferius computat in recepta sub titulo venacionibus, apportaverunt et quibus hominibus apportantibus dari debet dimidium panis siliginis pro uno quarterio et uno cornu more solito, ut in computo precedenti

- IIII eminalia et dimidium siliginis

Deducuntur eidem pro Hugoneto, filio Valeti de Vigniol,³¹⁰ Petro Hugoneti de Vigniol, Valichono de Vigniol, liberis Petri Brunerii de Vigniol et suis consortibus, causam habentibus Hugoneti de Vigniol, pro quibus fuit computatum in computo dicti loci Quarti de anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo septimo particulariter de tribus sestariis siliginis ex inadvertencia scriptoris et castellani, licet non debeant nisi dumtaxat tres eminas siliginis de censu per annum, prout fidem facit in computo precedenti per duo publica instrumenta in eodem computo de verbo ad verbum copiata, que tria sestaria siliginis eciam includuntur in summa recepte dicte siliginis, et deducuntur sibi per anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo

- III eminas siliginis

[VII] Deducuntur eidem pro Bartholomeo et Johanne Perrole et suis consortibus, pro quibus computavit in computo precedenti et presenti summarie de tribus eminis, uno eminali et dimidio siliginis ex inadvertencia et per errorem dicti castellani licet non debeant nisi dumtaxat tres eminas siliginis de censu per annum, ut per confessionem et recogniciones dicti Bartholomei factas per ipsum nominibus suo, Johannis eius fratris et consortium suorum, designata in computo precedenti pro anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo pro quo computat ut supra

- I eminale et dimidium siliginis

³¹⁰ Ailleurs on trouve *Vigniel*.

Libravit pane dato tribus hominibus et quatuor mulieribus de roydys seu corvatis, vacantibus quasi per unam diem succuciendo et colligendo nuces arborum domini de Quarto, capiente quolibet ut supra in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo

- VII eminalia et tres partes unius eminalis siliginis

Deducuntur eidem pro Petro Macheti de Eschevenoz et consortibus suis, debentibus de reddito annis alternis quinque sestaria siliginis in festo beati Michaelis, de quibus particulariter computavit in suo computo de anno Domini millesimo millesimo tercentesimo septuagesimo septimo et eciam in presenti summarie quemadmodum si annuatim deberentur pro anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, licet debeantur ut supra dumtaxat annis alternis, prout fidem fecit in computo precedenti per instrumentum publicum recognitionis dicti Petri Macheti, receptum per Johannem Gontereti notarium, procuratorem et receptorem extentarum domini in Valle Augusta anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo septimo indicione decima quinta, die vicesima quarta mensis septembris, copiatum in computo precedenti, et deducuntur eidem causis et modis in computo precedenti plenius declaratis pro anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo pro quo computat in recepta ut supra, quia nichil recipere debuit eodem anno - V sestaria siliginis

172

Summa librate:

- VIII modia, V sestaria, I quartana, tres quarti, dimidius quartus unius eminalis siliginis

Et sic debet:

- VI^C LI modia, I sestarium, V eminalia, tres quartos, dimidium quartum unius eminalis siliginis.

Venduntur in fine computi.

Avena:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de reddito per annum circa festum beati Michaelis, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo ab Anthonio Sulpicio de Ponte, parrochie Sancti Christofori, ut in computo precedenti - I modium avene

Decime:

Recepit manu Aymoneti dicti Pecion de et pro exitu decimarum que levantur in certis possessionibus consistentibus a torrente Clausi Novi, inter Sarro et Augustam, usque ad civitatem Auguste, in quibus decimis dominus de Montejoveto percipit medietatem, dominus Jacobus Bonerii de Dovia, canonicus augustensis, terciam partem residue medietatis ut supra in frumento et siligine, in messibus anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, nec inde plus recepit ut dicit

- I sestarium avene

De exitu duodecim sestariatarum terre domini vocate de Ryns nichil computat occasione de qua supra in frumento.

Arragium:

Recepit a se ipso que debebat pro remanencia sui computi precedentis

- XII modia avene

Ordeum:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu per annum circa festum beati Michaelis ut in computo precedenti anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo

- VIII sestaria, I quartanam et dimidiam ordei

Marescalcia:

Recepit a Berthodo Mugnerii de Lignian et consortibus suis de et pro marescalcia per annum debita per eosdem in festo beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, et prout in computo precedenti eidem fuit iniunctum, iterato iniungitur eidem³¹¹ quod in suo sequenti computo nominet et specificet qui sunt dicti consortes

- I sestarium ordei

Recepit a quinque personis in computo precedenti de anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo septimo declaratis et specificis nominatis de redditu per annum in festo beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo

- XIII sestaria ordei

Arragium:

Recepit a se ipso que debebat pro remanencia sui computi precedentis

- X modia, V sestaria, emina, IX eminalia ordei

³¹¹ Dans la marge gauche: *vide*.

Summa computatis sex eminalibus pro una quartana, duabus quartanis pro una emina, duabus eminis pro uno sestario et sex sestariis pro uno modio ut supra in frumento, et prout in computo precedenti

- XIII modia, III sestaria, I quartana orde

De quibus deducuntur eidem que nimis posita fuit in recepta super dictum castellanum in suo computo precedenti pro Johannodo dou Coudrey de Dovia et consortibus suis pro quibus computavit ut supra pro anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo de tribus sestariis, una quartana orde, licet non debeant nec exigerit ab eisdem nisi dumtaxat tria sestaria orde, prout fidem fecit in computo precedenti, et deducuntur eidem pro termino festi beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo pro quo computat ut supra

- I quartanam orde

Summa deducti:

- I quartanam orde

et sic debet:

- XIII modia, III sestaria orde.

Venduntur in fine computi.

173

Pisa ciseria:³¹²

De exitu terre domini vocate de Ryns, nichil computat in pisis ciseris occasione qua supra in frumento.

Arragium:

Recepit a se ipso que debebat pro remanencia sui computi precedentis

- II sestaria, III quartanas pisorum ciserorum

Summa:

- II sestaria, III quartane pisorum ciserorum.

Venduntur in fine computi.

Nuces:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu [VIII] per annum circa festum beati Michaelis ut in computo precedenti anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo

- IX sestaria nucum

³¹² Lire *cicera*.

Recepit de exitu arborum nucum terrarum domini de Quarto in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, et pro arboribus nucibus de Rins inferius computat in pecunia cum firma prati dicti loci; et respondet minus de duobus sestariis nucum quam in anno proxime precedenti propter sterilitatem et paucitatem nucum que fuerunt ibidem ipso anno - VII sestaria nucum

Arragium:

Recepit a se ipso que debebat pro remanencia sui computi precedentis - V modia, III sestaria, I eminale et dimidium nucum

Summa, incluso arragio:

- VIII modia, II sestaria, I eminale et dimidium nucum

De quibus libravit tempore quadragesime anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio ad expensas centum et sex operariorum de roydys seu corvatis vacancium quasi per unam diem in reparacione rivi domini vocati de Preposito manu Johannis Valeti de Cerisia de Dovia, mistralis de Vallepelline, et Johannis Galliard de Vallepellina, manderii dicti loci, capientibus singulis quadraginta octo hominibus seu operariis unum sestarium nucum more solito, ut in computo precedenti, et quilibet dictorum operariorum de roydys unam ambostatam nucum, per litteram publicam dictorum Johannis Valleti et Johannis Galliard de testimonio, confessione et recepta, datam die XXVI mensis aprilis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, superius redditam in libratis siliginis - II sestaria, X ambostatas nucum

Libravat manu Theobaldi de Crista de Roysan, mistralis dicti loci, ad expensas decem septem operariorum de roydys seu corvatis vacancium quasi per unam diem tempore quadragesime anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio in putando et fodendo vineam domini de Ryns, ut per litteram publicam dicti Theobaldi de testimonio, confessione et recepta, datam die XXVIII mensis aprilis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, superius redditam in libratis siliginis - XVII ambostatas nucum

Summa librate: - II sestaria, emina, III ambostate nucum

Et sic debet: - VII modia, V sestaria, eminam nucum.

Venduntur in fine computi.

Casei:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu per annum circa festum beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo ut in computo precedenti

- XV quintalia, XII libras et dimidiam casei

Alpagium:

Recepit a Johanne de Balma de Quarto, Jaquemeto Corna de Morgona et consortibus eorum pro alpe de Seneveyr, pro duobus caseis ibidem domino per annum debitis circa festum beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo II - XIII libras caseorum

Recepit a Petro de Pasquerio et consortibus suis pro alpe de Chavalayri pro quatuor caseis domino ibidem debitis per annum quando vestitur, id est quando bestie ponuntur in eadem alpe pro fructu faciendo, et quando dicti quatuor casei solvuntur debet dari solventibus pro quolibet caseo unus panis siliginis valoris unius eminalis siliginis, ut dicitur in computo precedenti, et simili modo solvuntur duo panes pro duobus caseis prout supra debitis pro alpe de Seneveyr, et computat pro termino festi beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo

- XXX libras casei

Arragium:

Recepit a se ipso que et quas pro remanencia sui computi precedentis debebat

- XLVI quintalia, LXIX libras et dimidiam casei ad pondus Auguste

Summa, incluso arragio:

- LXII quintalia, XXVI libre caseorum ad pondus Auguste.

Venduntur in fine computi.

174

Seracei:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu per annum circa festum beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo

- III^{XX} XV seraceos

Arragium:

Recepit a se ipso quos debebat pro remanencia sui computi precedentis

- II^C XVIII seraceos, VIII ruczes,³¹³ tercium, dimidium quartum unius rucze seracei

Summa, incluso arragio:

- III^C XIX seracei, VII rucze, tercium, dimidium quartum unius rucze seraceorum

Rivus Prepositi:

Libravit Bonifacio, genero Aymonodi Champapont de Roysano, custodi rivi domini vocati de Preposito, capienti pro custodia dicti rivi ut supra in siligine per litteram publicam dicti Bonifacii de confessione et recepta, datam die quarta mensis januarii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, et solvit eidem pro termino festi beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, pretextu dicte littere in libratibus siliginis supra redditae

- II seraceos et dimidium

Libravit manu Johannis Valleti de Cerisia de Dovia, mistralis de Vallepellina, et Johannis Gallardi de Vallepellina ad expensas sepcies viginti et quatuor hominum operariorum de roydis seu corvatis vacancium quasi per unam diem in reparacione dicti rivi domini vocati de Preposito immediate post Pascha anno predicto millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, capientibus singulis octo operariis seu hominibus unam ruczam seracei, et fiunt in quolibet seraceo ante carnisprivium duodecim rucze seu partes, et post Pascha decem rucze et omni tempore de qualibet rucza librantur sex operarii. Secatoribus vero pratorum datur singulis quatuor una rucza, et illis quibus ut supra in siligine prandium datur, singulis octo una rucza, ut dicit et dicitur in computo precedenti, per litteram publicam supradictorum Johannis Valeti et Johannis Gallardi de testimonio premissorum, confessione et recepta, [IX] datam die vicesima sexta mensis aprilis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio superius redditam in libratibus siliginis

- L seras,³¹⁴ VIII ruczas seracei

³¹³ Lire *ruczas*. Plus loin on trouvera encore *ruczes* au lieu de *ruczas*.

³¹⁴ Lire *seraceos*.

Libravit ad expensas decem octo hominum operariorum de roydys seu corvatis vacancium quasi per unam diem in ponendo unum milliare billionorum in aqua Bautegii pro ipsis ducendis apud Ryns pro coperiendo rivum domini de Preposito predictum in certis locis ad hec necessitates reparacionum indigentibus, capientibus singulis sex hominibus unam ruczam seracei ut in computo precedenti, per litteram publicam dictorum Johannis Valleti et Johannes Galliardi de testimonio, confessione et recepta, datam die XXVI mensis aprilis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, quam supra reddit in libratis siliginis: - III ruczaz seracei. Item manu supranominatorum ad expensas viginti quatuor hominum operariorum de roydys seu corvatis, vacancium quasi per unam diem conducendo dictum milliare billionorum a locis de Plostres ultra Toles in Vallepellina per supradictam aquam Bautegii usque ad grapatam factam in dicta aqua Bautegii versus Ryns pro arestando dictos billionos mediante dicta grapata, per litteram supradictorum Johannis Valeti et Johannis Galliardi superius redditam et designatam ut in libratis siliginis, capiente quolibet dictorum viginti quatuor operariorum dimidiam ruczam seracei per diem, ut in computo precedenti: - I seraceum, II ruczaz seracei

- I seraceum, V ruczaz seracei

Libravit manu Theobaldi de Crista de Roysan, mistralis dicti loci, ad expensas viginti quatuor hominum operariorum de royde seu corvate, vacancium quasi per unam diem in faciendo nuper grappatam in supradicta aqua Bautegii versus Ryns pro retinendo billionos ut supra dictum est de Vallepellina per dictam aquam conductos, capiencium singulis sex operariis unam ruczam seracei per diem ut supra: - IIII ruczaz seracei. Item ad expensas quatuor hominum operariorum de roydys seu corvatis vacancium quasi per unam diem, ultra alios operarios ad idem positos, in putando et fondendo³¹⁵ supraditam vineam domini de Ryns in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, capiencium ut supra: - II partes unius rucze seracei, per litteram publicam dicti Theobaldi de testimonio premissorum, confessione et recepta, datam die XXVIII mensis aprilis anno domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio superius redditam in libratis siliginis

- IIII ruczaz et II partes unius rucze seracei

³¹⁵ Lire *fodendo*.

Prandia:

Libravit illis quibus solvendo servicia prandia dantur, nominatis et per modum superius in libratis siliginis declaratis, et datur singulis octo pro prandio una rucza seracei, et fiunt in seraceo duodecim rucze cum sit ante carnisprivium scilicet in crastinum Nativitatis Domini incipiente currere millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, et allocantur eidem pro quadraginta septem prandiis, quarto et sexto unius prandii, debitis modo superius in siligine declarato, et ut in computo precedenti

- V ruczaz, II tercia, I quartum unius rucze seracei ad XII

Deducuntur eidem quos tradidit realiter et expedivit Andree Bellatruche, thesaurario et consiliario domini pro usu et expensis sui hospicii, per confessionem ipsius Andree factam in presenti computo de recepta, et deducuntur sibi de mandato domini Aymonis de Chaland, magistri computorum domini

- VI seraceos

Summa librata et deducti

- XII seracei, VII rucze, tercius et quartus unius rucze seracei

Et sic debet:

- III^C VII seraceos, III quartos, dimidium quartum unius rucze saracei ad X.

Venduntur in fine computi.

Butiri:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu per annum in festo beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, ut in computo precedenti a Georgio Alamandi, Jacobo Beyllionis et liberis Jacobi Alamandi, habitatoribus vallis Oyacie

- XXX libras butiri

Arragium:

Recepit a se ipso quas debebat pro remanencia sui computi precedentis

- IIII^{XX} X libras butiri

Summa, incluso arragio:

- VI^{XX} libre butiri

Venduntur in fine computi.

Senapium:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu per annum ut in computo precedenti in festo beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo

- I eminam, II eminalia senapii

Arragium:

Recepit a se ipso quas debebat pro remanencia sui computi precedentis

- III emine, I quartana senapii

Summa incluso arragio: - II sestaria, I quartana II eminalia senapii
Venduntur in fine computi.

Capones et galline:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu per annum circa carnisprevium anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, a personis in parrochiis et locis in secundo computo precedenti particulariter nominatis et descriptis, et fit eidem castellano similis iniunctio³¹⁶ que supra in frumento

- IIII^C XVIII capones, quartum unius caponis et quintum duodecime partis unius caponis

[X] De tribus gallinis redditus annui, debitis una cum decem solidis annui servicii per Jaquimini de Parlea pro quodam novali, seu terra de novo ad culturam reddacta, que fuit per dominum de Quarto quondam albergata Ade de Parlea, patri dicti Jaquimini quondam, quod novale fuit postea repertum esse de feudo quod a domino de Quarto tenebant Petrus et Vioninus de Clusellina, domicelli, et adhuc tenent in feudum nobile, ut per instrumentum publicum recognicionis et regithie dictorum fratrum receptum per Johannem Gontereti, notarium et procuratorem domini in Valle Augusta, sub anno Domini millesimo tercentesimo sexagesimo sexto, indicione quarta, die undecima mensis januarii, ostensum in computo precedenti et plenius designatum, nichil computat quia dicti fratres et eorum heredes adhuc, ut dicti castellanus et procurator asserunt, dictum feudum tenent et deserviunt.

Recepit a personis in tresdecim particulis computi precedentis particulariter et specificie declaratis, plus inventos per dictos castellanum et procuratorem domini quam fuerit computatum pro anno Domini

³¹⁶ Dans la marge gauche: *vide*.

millesimo tercentesimo septuagesimo septimo ut in computo precedenti
in carnisprivio anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio
- XX capones

Arragium:

Recepit a se ipso quos debebat pro remanencia suis computi
precedentis: - M II^C XXIII capones et tercium unius caponis

176

Summa, incluso arragio:

- M VI^C LXII capones, tercium et quartus unius caponis et quartus
duodecime partis unius caponis.

De quibus libravit domino priori Sancti Ursi quem, ultra siliginem
superius et pecuniam inferius in suo titulo allocatas, dominus de Quarto
debet annuatim pro feudo quod ab ecclesia Sancti Ursi tenebat et solvit
eidem pro termino festi beati Ursi, quod colitur die secunda mensis
februarii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio,
pretextu intrumentum recognicionis domini de Quarto quondam copiatum in
libratis siliginis computi precedentis et per litteram publicam domini
Berthodi, prioris Sancti Ursi, de confessione et recepta, datam die XIII
mensis marcii, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio,
superius redditam in libratis siliginis - I caponem

Libravit domino Eballo de Praly, canonico et distributori ecclesie
beate Marie de Augusta, quem, ultra pecuniam infra in suo titulo
allocatam, dominus de Quarto quondam eidem ecclesie debebat
annuatim pro feudo quod dominus ab eadem ecclesia tenet, vocato de
Establo, ut in quodam instrumento compositionis facte inter venerabiles
dominos Anthonium de Billens, prepositum, et capitulum Auguste, et
potentem virum dominum Henricum dominum de Quarto, militem
quondam, recepto per Aymonetum Boveti de Porta Sancti Ursi,
notarium publicum, sub anno Domini millesimo tercentesimo
sexagesimo septimo, indicione quinta, nonas aprilis, in computo
precedenti plenius declarato, et solvit sibi pro termino carnisprevii anno
Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio per litteram
publicam dicti domini Eballi de confessione et recepta, datam die XVII
mensis marcii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio,
quam reddit manu Johannis Gontereti notarii signatam - I caponem

Deducitur eidem pro Aymoneta, filia quondam Peronodi
Roncignodi de Quarto, pro qua computavit particulariter in computo de
anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo septimo et in
presenti ac precedenti sommarie de uno capone, per errorem et ex

Hugues Garnier (1382 - 1383)

inadvertenciam, licet non debeat nisi dumtaxat medietatem unius caponis de reddito per annum, ut per instrumentum publicum recognitionis dicte Aymonete, receptum per Johannem Gontereti, notarium publicum, procuratorem et receptorem extentarum domini in Valle Augusta, sub anno Domini millesimo tercentesimo sexagesimo septimo, indicione quinta, die vicesima secunda mensis januarii, copiatum in computo precedenti, et deducitur eidem pro termino carnisprevii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio
- dimidium caponem

Summa librate et deducti: - II capones et dimidius
Et sic debet:
- M VI^C LX capones, duodecimum unius caponis et quintam partem duodecime partis unius caponis
Venduntur in fine computi.

Pernices:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de reddito per annum in festo Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimi tercentesimi octuagesimi tercii in parrochiis, locis et villagiis in computo precedenti de anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo septimo particulariter nominatis et descriptis
- XVIII pernice

De una pernice quam Aymonodus Cullier de Porta Sancti Ursi quondam, pater Emerici Cullier notarii, recognovit una cum duobus denariis debere domino de Quarto quondam, singulis annis quibus fieret becaria ante domum ipsius Aymonodi, sitam in civitate Auguste loco dicto Cita, iuxta carcerias publicas antierius, domum Emerici de Roncheto inferius, et exitum seu parvum alorium superius, non computat quia non fuit ibidem beccaria seu macellum per tempus de quo computat ut dicit.

[XI]

Arragium:

Recepit a se ipso quas debebat pro remanencia sui computi precedentis
- LIII pernice

Summa, incluso arragio: - LXXII pernice

Venduntur in fine computi.

Castrones seu mutones:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu per annum in festo beati Martini yemalis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo a personis, in parrochiis et locis in secundo computo precedenti de anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo septimo particulariter descriptis - XXVII castrones

Et - I chinalem et dimidium castronem

177

Decime agnorum:

De exitu decimarum agnorum domino pertinencium racione dicti loci de Quarto, apud Olomont, parrochie Vallispelline, et apud Doviam, parrochie dicti loci, pro quo fuit computatum in secundo computo precedenti de tribus agnis, nichil computat hic sed de ipsis computabit in recepta pecunie.

Herbagium:

Recepit manu Johannis Gontereti notarii apud Villam Francham pro herbagio muthonum transeuncium ibidem domino pertinente, circa festum beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, ubi levantur pro singulis quinque centenariis muthonum transeuncium per mandamentum de Quartum seu Oyacie unus muto pro herbagio ut in computo precedenti, nec inde plus recepit ut dicit - I muthonem et dimidium

Arragium:

Recepit a se ipso quos debebat pro remanencia sui computi precedentis - LXXII mutones

Item - I novellum

Et: - IIII chinales et dimidium mutonem

Summa, incluso arragio: - C mutones et dimidius
- I novellum

Et: - VI chinales mutonis

Venduntur in fine computi.

Vinum:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu per annum in vindemiis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo a personis, in locis et villagiis in secundo computo precedenti de anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo septimo particulariter nominatis et descriptis

- VI modia, III sestaria, tercium quartum et dimidium quartum unius sestarii vini, ad parvam mensuram Auguste

Et:

- XXXII modia, VIII sestaria, I eminam, I quartanam et dimidiam vini ad magnam mensuram Auguste

Recepit a personis in tribus particulis computi precedentis particulariter et specificce nominatis de redditu per annum in vindemiis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, modis et causis in eodem plenius declaratis

- VI modia, III sestaria, dimidiam quartanam vini

Decime:

Recepit ab Aymoneto Peccion, collectore decimarum domini que levantur in certis possessionibus existentibus a torrente Clausi Novi, inter Sarro et Augustam, usque ad civitatem Auguste, in quibus dominus percipit duas partes medietatis, et reliquam terciam partem percipit dominus Jacobus Bonerii de Dovia, canonicus augustensis, et reliqua medietatem percipit dominus de Monte Joveto sicut supra in frumento et siligine, in vindemiis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, et respondet minus de duobus sestariis quam anno proxime precedenti propter paucitatem vinorum que ibidem fuit dicto anno ut dicit, nec inde plus recepit ut suo asserit juramento - V modia vini

Recepit manu Hudrici de Parleaz de exitu decime cuiusdam pecie vinee jacentis in parrochia Sancti Christofori loco dicto Fontanelles, que fuit Michaelis de Parlea quondam, in vindemiis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, et respondet minus de duabus quartanis vini quam anno proxime precedenti occasione superius declarata, nec inde plus recepit ut dicit - III quartanas vini

Exitus vinearum:

Recepit manu Theobaldi de Crista, mistralis de Roysan, de et pro exitu vinee vocate de Ryns in vindemiis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, quequidem vinea continet circa decem fossoriatas, nec inde plus recepit ut dicit; pro exitu vero vinee domini vocate de Crista, nichil computat ipso anno quia dicta pecia vinee omnino vacat et facta est sterilis, et eciam vacabat tempore domini Henrici domini de Quarto quondam, ut dicitur in computo precedenti; et pro reliquis peciis vinee nichil computat in exitu quia albergate fuerunt ad pecuniam et vinum de quibus supra et infra computat, Anthonio Palmerii, ut in computo precedenti plenius continetur, et respondet minus de una emina vini quam in anno proxime precedenti

- IIII sestaria vini

Arragium:

Recepit a se ipso que debebat pro remanencia sui computi precedentis - LXXIII modia, IIII sestaria, III quartanas et dimidiam vini

Et: - II modia vini aceti

Summa, computatis quatuor quarteronis pro una quartana, duabus quartanis pro una emina, duabus eminis pro uno sestario et duodecim sestariis pro modio, tam ad magnam quam parvam mensuras, et computatis novem sestariis ad parvam mensuram pro octo sestariis ad magnam mensuram, quia sic equipolere dicuntur ut in computo precedenti

- VI^{XX}III modia, V sestaria, II tercia, I quartus unius sestarii vini ad magnam mensuram

Et: - II modia vini aceti

178

Rivus de Ryns:

Libravit Francisco et Perrino de Avillie, fratribus, et Gothofredo dicto Varniour,³¹⁷ de Rins, nominibus suo et Johannodi fratris sui, manutenere debentibus rivum vocatum de Ryns, ad eorum vitam pro tanto de vino per annum, ultra siliginem sibi pro eodem datam ut supra, et ipsi fratres debent habere aquam dicti rivi omni die dominico cum nocte et ultra quando dominus de Quarto predictam aquam non implicaret per se vel alium ipsi fratres de dicta aqua capere possint pro

³¹⁷ Ailleurs *Vagniour*.

Hugues Garnier (1382 - 1383)

suis possessionibus adquando, per modum contentum in instrumento supra in libratis siliginis designato, ut in computo precedenti, et solvit eidem pro termino festi beati Michaelis anno [XII] Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo per litteram publicam dictorum Francisci, Peronini de Avillie et Gotoffredi, dicti Vaniour, quibus supra nominibus, de testimonio premissorum, confessioneque et recepta, datam die XII mensis januarii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, superius redditam in libratis siliginis

- I sestarium vini

Rivus Prepositi:

Libravit Bonifacio, genero Aymonodi Champapont, custodi rivi domini vocati de Preposito, a loco principii dicti rivi, vocato La Morina, usque ad locum vocatum de Vallesuana subtus Roysan, quasi per unam leucam, per quod spacium custodire debet dictum rivum pro tanto de vino per annum, ultra seraceum, siliginem et pecuniam sibi pro eodem allocatos in suis locis et titulis, ut in computo precedenti et more solito, et solvit sibi pro anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo per litteram publicam dicti Bonifacii de testimonio premissorum, confessioneque et recepta, datam die quarta mensis januarii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, superius redditam in libratis siliginis

- I sestarium vini.

Reparacio dicti rivi Prepositi:

Libravit manu Johannis Valleti de Cerisia, mistralis Vallispelline, et Johannis Galliardi de Vallepellina, manderii dicti loci, ad expensas ducentorum et quinquaginta operariorum de roydys seu corvatis, vacancium quasi per unam diem in raparacione rivi domini vocati de Preposito, anno subscripto millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, tam tempore quadragesime quam post Pascha, capiente quolibet per diem unum quarteronum vini, more solito ut in computo precedenti, per litteram publicam dictorum Johannis Valleti et Johannis Galliardi de testimonio premissorum, confessione et recepta, datam die decima sexta mensis aprilis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, superius redditam in libratis siliginis

- XV sestaria, eminam, dimidiam quartanam vini

Libravit manu eorundem decem octo hominibus operariis de roydys seu corvatis vacantibus quasi per unam diem ponendo unum milliare

billionorum in aqua Bautegee pro ipsis per ipsum ducendis apud Ryns ad coperiendo rivum domini vocati de Preposito, capiente quolibet ut supra I sestarium, dimidiam quartanam vini; item viginti quatuor hominibus dictum milliare billionorum per dictam aquam Bautegee conducentibus usque ad grappatam factam in dicta aqua Bautegee versus Ryns pro arestando dictos billionos, ad que vacaverunt quasi per unam diem, capiente quolibet per diem ut supra III eminas vini, per litteram publicam dictorum Johannis Valleti et Johannis Gallardi de testimonio premissorum, confessione et recepta, datam die XXVI mensis aprilis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, superius redditam cum proxime precedenti in libratis siliginis

- II sestaria, eminam, dimidiam quartanam vini.

Libravit Johanni Charniny de Toles de Vallepellina, suo et coniuncti Charnini eius consanguinei nominibus, pro tachia sibi data portandi supradictum milliare billionorum a summitate pratorum de La Crosa usque ad aquam Bautegee, ultra siliginem et pecuniam, per litteram publicam prenominati Johannis Charnini de testimonio, confessione et recepta quibus supra nominibus, datam die XXV mensis marcii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, superius redditam in libratis siliginis

- I eminam vini

Libravit manu Theobaldi de Crista de Roysan, mistralis dicti loci, ad expensas viginti quatuor operariorum de roydis seu corvatis, vacancium quasi per unam diem faciendo grappatam nuper in aqua Bautegee versus Ryns pro arestando billionos conductos per dictam aquam ur supra: - III eminas vini. Item manu eadem ad expensas viginti unius hominum operariorum de roydis seu corvatis vacancium quasi per unam diem putando et fodendo supradictam vineam domini de Ryns, anno predicto millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, capiencium quolibet ut supra: - I sestarium, V quarteronos vini, per litteram publicam dicti Theobaldi de testimonio, confessione et recepta, datam die XXVIII mensis aprilis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, superius redditam in libratis siliginis

- II sestaria, eminam, V quarteronos vini

Summa librate: - I modium, VI sestaria, emina, I quarteronus vini

Et sic debet

- VI^{XX} I modia, VI sestaria, V quarteronos et II partes unius quarteroni vini ad magnam mensuram

Venduntur in fine computi.

179 Et: - II modia vini aceti
Respondit in computo sequenti.

Fenum:

De triginta quatuor fassis et duodecima parte unius fassi feni, debitum in dicta castellania de marescalcia per annum per personas in locis et villagiis in computo de anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo septimo particulariter et specificiter declaratis, circa festum Nativitatis beati Johannis Baptiste anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, non computat quia nondum est terminus, sed, eo adveniente, de ipsis computabit in suo computo sequenti.

Decime:

De exitu decimarum que levantur in certis possessionibus existentibus a torrente Clausi Novi, inter Sarro et Augustam, usque ad civitatem Auguste, in quibus dominus percipit duas [XIII] partes medietatis et reliquam partem ipsius medietatis percipit dominus Jacobus Bonerii de Dovia, canonicus augustensis, reliquam vero medietatem percipit dominus de Monte Joveto, prout supra in frumento, siligine et vino, pro quo fuit computatum de viginti fassis feni in computo precedenti pro anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, non computat pro anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio quia nondum est pro dicto anno recollecta decima predicta.

De exitu decimarum pratorum vocatorum de Stanno, sitorum subtus Sanctum Christoforum domino pertinencium ex causa permutacionis facte per predecesores domini de Quarto quondam cum curato Sancti Christofori, ut in computo precedenti, in quo instrumentum permutacionis de verbo ad verbum est copiatum, non computat pro anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio quia nondum sunt recollecte ut dicit, et pro quo fuit computatum in computo et pro anno proxime precedentibus de viginti tribus fassis feni.

Herbagia:

De et pro herbagiis seu exitu herbagiorum que levantur a Ponte Lapideo usque prope Maladeriam Quarti, in certis pratis inter dictos confines existentibus, ultra alia herbagia debita per nonnullos cives et

burgenses Auguste, redacta ad pecuniam de qua computat inferius in denariis census, pro quo fuit computato in computo precedenti de novem fassis et dimidium feni pro termino festi Nativitatis beati Johannis Baptiste anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, non computat pro dicto termino anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio quia nundum est terminus sed eo adveniente de ipsa computabit in suo computo sequenti.

Herbe pratorum:

De exitu prati domini vocati de Ollees, nichil computat in feno quia dominus dictam peciam prati cum certis aliis infrascriptis peciis prati, terre et vinearum, de quibus superius fit et eciam inferius expressior mencio, albergavit Anthonio, filio Aymoneti Palmerii quondam, pro certis usagiis annualibus de quibus inferius in denarii census, ubi littera dicti albergamenti domini ad plenum est designata et in precedenti computo copiata.

De exitu pratorum domini vocati de Ryns, nichil computat in feno pro anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio quia Petrus Morelli de Rivo, Theobaldus, mistralis de Roysano, et Gerardus dictus Vagniour, dictum pratum tenent ad firmam pro decem septem florenis boni ponderis de firma per annum, de quibus infra computat in firmis.

De exitu cuiusdam pecie prati site apud Lunyczan, parrochie de Roysan, continentis circa unam seyturatam et dimidiam prati, nichil computat in feno pro anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio quia dictus castellanus ipsam peciam prati, cum quadam pecia terre ibidem contigua, que longo tempore, vivente domino de Quarto, propter fidelitatem ipsius terre permansit vacua, et quodam casali ibidem existente, albergavit et in feudum tradidit Theobaldo mistrali de Roysan pro duobus modiis siliginis de reddito per annum, solvendis singulis annis in festo beati Michaelis, de quibus primo computare debebit pro termino festi beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, ipso adveniente termino ut dicitur in computo precedenti.

De exitu cuiusdam pecie prati et gerbi, seu olim vocate de Plantatis, site prope Quartum, que solet esse vinea, nichil computat in feno quia dicta pecia prati seu <gerbi> olim albergata fuit Petro Bruneti de Tharantasia, dicto Chol, habitatori Quarti, ut in computo precedenti.

De exitu pratorum domini vocatorum de Ravoyria, sitorum supra Sanctum Christoforum in pluribus peciis, nichil computat in feno quia de ipso computat infra in denarii census, de albergamento facto per dominum Anthonio Parmerii, prout dicitur in computo precedenti.

Arragium:

Recepit a se ipso quos debebit pro remanencia sui computi precedentis:

- VII fassos, II tercios, I quartum unius fassi feni communis

Et: - CII fassos et tercium unius fassi feni teysiati

Summa dicti arragii:

- VII fassi, II tercii, I quartus unius fassi feni communes

Et: - CII fassi et tercium unius fassi feni teysiati

Venduntur in fine computi.

180

Pallee:

De exitu decimarum certarum terrarum et possessionum existencium a torrente Clausi Novi usque ad civitatem Auguste, non computat pro anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio quia nundum recepit nec levavit ut dicit, et pro quo exitu fuit computatum in computo precedenti de septem fassis pallearum pro anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo.

De exitu terrarum domini de Ryns nichil computat pro anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, quia tradite sunt ad certum tempus ut supra in siligine.

[XIII]

Arragium:

Recepit a se ipso quos debebat pro remanencia sui computi precedentis:

- LXXI fassos pallearum

Summa dicti arragii: - LXXI fassi pallearum

Venduntur in fine computi.

Cera:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu seu servicio per annum in parrochiis, villis, villagiis et locis aliis, a personis in secundo computo precedenti de anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo septimo specificice et particulariter nominatis

et descriptis in festo beati Stephani prothomartiris, crastino festi Nativitatis Domini incipienti currere millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, ut in computo precedenti

- LXXII libras, tercium et quartum unius libre cere

Exitus examinum apium comandarum:

De exitu quatuor examinum apium que tenebat Johannes Vidondo de Quarto ut in computo precedenti, nichil computat pro anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo quia nichil pro ipsis recepit per tempus de quo computat ut dicit.

Apes orti:

De exitu quinque examinum apium existencium in orto domini de Quarto ut in computo precedenti, non computat pro anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo quia nichil pro ipsis recepit per tempus precedens ut dicit.

De una libra cere debita de servicio per annum per Johannem, filium Hugonodi de Basso Molendino, burgensem Auguste prope Portam Sancti Ursi, ut in computo precedenti in quo instrumentum assignacionis et recognicionis factarum per dictum Hugonodum, patrem eiusdem Johannis, fuit et est copiatum, pro qua eciam debet duplum de placito quando accidit³¹⁸ non computat in cera quia pro ipsa recuperavit quinque solidos monete Auguste, de quibus infra computat in titulo denarii census inclusos, et cum de dicta libra cere computabit in recepta, debent eidem deduci dicti quinque solidi cum non reperiatur de ipsis fore obligatus nisi pro dicta libra cere, ut dicitur in computo precedenti.

Arragium:

Recepit a se ipso quas debebat pro remanencia sui computi precedentis:

- XXIX libras, VI uncie et tercium unius uncie cere ad pondus Chamberiaci

Summa, computatis singulis tresdecim unciis cere pro una libra ad pondus Auguste, singulisque sexdecim libris cere ad pondus Auguste

³¹⁸ Dans la marge gauche: *vide placitum*.

pro tresdecim libris cere ad pondus Chamberiaci, ut in computo precedenti:

- IIII^{XX} libre, III uncie et tercius unius uncie cere ad pondus Chamberiaci.

Respondet in computo sequenti.

Mel:

De exitu examinum seu rucharum apium superius declaratarum, nichil computat in melle quia nichil inde recepit per tempus de quo computat ut dicit.

Arragium vide dorsum: - V quartanas mellis in dorso
Venduntur in fine computi.

Piper de palcito:

De duabus libris piperis debitibus per priorem Sancti Ursi de placito quem contingit evenire pro tanto, pro feudo quod a domino tenet ad tantum taxato in pipere, ultra pecuniam per ipsum pro eodem debitam, ut in computo precedenti, non computat quia casus dicti placiti non evenit per tempus de quo computat ut dicit nec etiam recepit.

181

Lingue boum:

De linguis boum et vacarum quas dominus percipit ibidem in macello Ville Franche, de quolibet bove et vacha occisis in dicto macello Ville Franche, causa vendendi minutim, lingua ipsius animalis, ut in computo precedenti, nichil computat quia nulla talia animalia occisa fuerunt per tempus de quo computat ut dicit.

- I lingua bovis in dorso

Arragium:

Venditur in fine computi.

Sal:

De exitu leyde salis que levatur apud Villam Francham in duabus nundenis que tenentur ibidem die martis propinquo festo beatorum Philippi et Jacobi et die festi apostolorum Symonis et Jude, videlicet a quolibet vendente sal in dictis nundenis una ambostata seu manata salis, ut in computo precedenti, nichil computat in sale quia includuntur in firma leyde, de qua infra computat in firmis pecunie.

Tibie porci:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu seu servicio per annum, ut in computo precedenti, in festo beati Stephani prothomartiris, crastino festi Nativitatis Domini, incipienti currere <anno> millesimo CCC octuagesimo tercio ab Anthonio Palmerii de Quarto, alias de Balma - II tibias porci

Arragium:

Recepit a se ipso quas debebat pro remanencia sui computi precedentis - VI tibias porci.

Summa, incluso arragio: - VIII tibie porci
Venduntur in fine computi.

Membrum vache:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu per annum in festo beati Stephani prothomartiris, crastino festi Nativitatis Domini incipienti currere anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, a Jaquemeto Sallerii de Roysano, Petro Domengii, Jacobo Morelli et consortibus eorum, omnibus de Roysano, parrochie dicti loci - I quarterium vache

Arragium:

Recepit a se ipso que debebat pro remanencia [XV] sui computi precedentis - III quarteria vache

Summa, incluso arragio: - IIII quarteria vache
Venduntur in fine computi.

Pedagium piscium et allecum:

Idem reddit computum quod recepit ab Anthonio de Contessa de Yporregia, mercatore, pro exitu pedagii vocati de Augusta domino pertinentis racione castri de Quarto. Et levantur pro quolibet milliaro allecum que portantur tendendo ad partes Auguste per Montem Jovis³¹⁹

³¹⁹ Grand-Saint-Bernard.

seu per montem de Ferreyz,³²⁰ quadraginta alleca pro singulis viginti quinque palees seu de ferrees, una pecia earundem, et pro singulis tresdecim turturibus seu troytes,³²¹ una pecia earundem, exceptis civibus Auguste et burgensibus Porte Sancti Ursi Auguste, qui dictum pedagium tantummodo debent per modum superius declaratum, de et pro similibus piscibus et allecibus emptis per eos et apportatis ab aqua vocata de Pissibachi, que est inter Sanctum Mauricium Agaune et Martigniacum, tendendo ab eadem aqua versus partes Auguste. Pro ceteris vero similibus piscibus et alecibus, emptis per eos ultra dictam aquam de Pissibachi in partibus Sancti Mauricii et Vuaudi,³²² non debent pedagium predictum nisi venderent pisces et alleca predictos intra limites et portarentur per emptores extra limites dyocesis Auguste, quo casu super portu credi debet corporalibus iuramentis emptorum, circa carnisprevium anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, facta compositione cum dicto castellano ad tantum gratiose super dicto pedagio, quare alias non declarat numerum dictorum allecum - V^C alleca

Recepit ab Aymoneto Nervi de Villa supra Nuns, mandamenti Quarti, de et pro pedagio duodecim ballarum allecum per ipsum aductarum, transeuncium infra limites supra dictos, et levantur ut supra ad rationem quadraginta allecum per milliari, quas ballas idem castellanus asserebat per dictum Aymonetum commissas et domino excheytas fuisse quia dictum pedagium non solverat nec debite presentaverat, facta super hoc compositione per ipsum cum dicto castallano tractatu et presente domino episcopo Auguste, ad triginta florenos auri boni ponderis, de quibus infra computat in bannis concordatis - IIII^C IIII^{XX} alleca

De pedagio debito per Jaquemetum de La Frovaz de Sancto Remigio pro certis quantitibus allecum per ipsum conductarum infra limites predictos quorum numerum ignorat ut dicit, non computat quia nundum pro ipso pedagio aliquid recepit, eo quod idem castellanus proposuit dicta alleca domino fore commissa et excheyta, quia ipsa transsivit, ut asserit idem castellanus, sine solucione vel presentacione dicti pedagii, dicens ulterius processum super premissis factum fuisse, non tamen est adhuc super ipso cognitum nec declaratum ut dicit. Quare iniungitur eidem quod super premissis cognosci et declarari debite procuret taliter

³²⁰ Col Ferret.

³²¹ Truites.

³²² Vaud.

quod de ipsis in suo computo sequenti, cum numero eorundem, veniat plenarie informatus, de ipsis quibus computare paratus aut sufficiencius responsurus.

De aliis piscibus pro quibus dictum pedagium levatur modo superius in prima particula presentis tituli declarato, nichil computat quia nulli pisces alii a predictis alecibus transierunt ibidem per tempus de quo computat ut dicit.

Arragium:

Recepit a se ipso que debebat pro remanencia sui computi precedentis - III^M VI^C alleca

Et: - II turtures

182

Summa, incluso arragio: - IIII^M V^C IIII^{XX} alleca

Et: - II turtures

Venduntur in fine computi.

Venaciones:

Idem reddit computum quod recepit de et pro venacionibus animalium silvestrium vocatorum boc esteynt,³²³ captorum per tempus de quo computat in locis et modis inferius declaratis. Et levantur de quolibet animali predictorum, capto in parrochia Vallispelline a loco dicto les Cors de Bruson usque ad fondum vallis Oyacie, ab uno latere, et a dicto loco de Les Cors de Arpiczon usque ad fondum predictum dicte vallis, ab alio latere, per totam dictam vallem, quarterius dexter³²⁴ anterior cum tresdecim costis et cornu destrum dumtaxat de dictis animalibus etatis novem annorum et ultra, quoniam de ceteris etatis minoris novem annorum nichil capit dominus ut dicit idem castellanus, et quod etates dictorum animalium ad cornua cognoscuntur et quod dicti quarterius et cornu debiti reddi debent apud Vallem Pellinam per captores ipsorum animalium, ut dicit et dicitur in computo precedenti - IX quarterios

Et: - IX cornua

Arragium:

Recepit a se ipso que et quos debebat pro remanencia [XVI] sui computi precedentis - XI duodenas, I cornu

³²³ Bouquetins.

³²⁴ Lire *dexter*.

Et: - XXVIII quarterones de boc esteynt.

Summa, incluso arragio: - XXXVII quarterones de boc esteynt
Et: - XII duodene, X cornua de boc esteynt

De quibus libravit Francisco de Escharena, castellano Chamberiaci, recipienti vice et de mandato domini, per ipsum Franciscum custodienda donec dominus eadem voluerit rehabere, ut per litteram domini de testimonio premissorum mandato tradendi, custodiendi et allocandi, habita littera de recepta, data Chamberiaco die XV mensis julii anno Domini millesimo CCC octuagesimo tercio, quam reddit, in dorso cuius est scripta confessio dicti Francisci de Excharena de recepta, manu Servilli Chamossati notarii signata- VI duodenas cornuum de boc esteynt

Summa librate: - VI duodenas cornuum de boc esteynt
Et sic debet: - VI duodenas, X cornua de boc esteynt
Respondit in computo sequenti.
Et: - XXXVII quarterones de boc esteynt
Venduntur in fine computi.

Postes:

De sex duodenis cum dimidia postium debitorum in dicta castellania de redditu per annum per Martinum Fabri de Ysoloni, parrochie Sancti Bartholomei supra Nuns, pro reyssia sita supra Ysoloni eidem albergata pro tanto de redditu per annum, ut in computo precedenti, qui postes debent esse longitudinis octo pedum et latitudinis jnfra duas lineas unius pedis, non computat per terminum festi beati Johannis Baptiste anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, quia nundum est terminus sed, eo adveniente, de ipsis computabit in suo computo sequenti.

Arragium:

Recepit a se ipso quos debebat pro remanencia sui computi precedentis - XXXII duodenas et dimidiam postium

Summa dicti arragii: - XXXII duodene et dimidia postium
Venduntur in fine computi.

Royde seu corvate:

De roydis seu corvatis domino ibidem debitis per homines habitatores et focum facientes in mandamento Quarti, ut in computo precedenti, nichil computat quia redduntur per eas debentes in opibus domini quando ad ipsas mandantur, nec alias ipsas solvunt ut dicit et dicitur in computo precedenti quia etiam alias non debent et fit eidem similis iniunctio³²⁵ que supra in frumento.

183

Ferri equorum:

De ferris equorum debitis de servicio pro nonnullos nobiles quociens imperator romanus transit per Vallem Augustam, pro feudis quo tenent a domino de Quarto, nichil computat quia dictus casus non evenit per tempus de quo computat ut dicit, et fit eidem similis iniunctio³²⁶ que supra in frumento.

Feuda equorum:

De feudis equorum seu equis quos acomodare et ministrare debent certi nobiles Vallis Auguste, racione dicti castris de Quarto in computo precedenti specificice descriptos, quociens dictus comes mandat dominum de Quarto venire cum armis causa serviendi et reddendi cavalcatam dumtaxat semel in anno per unum mensem tantum, sub certis modis et formis in Valle Augusta in talibus usitatis, in computo precedenti plenius declaratis, nichil computat quia dictus casus non evenit per tempus de quo computat ut dicit, et fit eidem similis iniunctio que supra.³²⁷

Denarii census:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania tam de redditu quam servicio per annum a personis in villis et villagiis in computo de anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo septimo specificice et particulariter nominatis, factis deduccionibus in computo precedenti declaratis ac etiam addicione, ut in computo precedenti, in

³²⁵ Dans la marge gauche: *vide*.

³²⁶ Dans la marge gauche: *vide*.

³²⁷ Dans la marge gauche: *vide*.

festo beati Stephani yemalis crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, et prout eidem castellano fuit iniunctum in computo precedenti,³²⁸ iterato iniungitur eidem quod diligenter et sequenter excitet Johannem de Gontereto, procuratorem et receptorem extentarum domini in Valle Augusta, ut dictas extentas integre et perfecte perficiat, recipiat et compleat, redditusque usagia et tributa quecumque domino in dicta castellania debita tam in bladibus, victualibus quam denariis, diligenter perquirat taliter quod de ipsis valeat in suo computo sequenti particulariter computare, et de premissis omnibus et singulis specificice, juxta formam dictarum extentarum tam receptorum quam ut premittitur recipiendarum, edocere et plenius declarare

- III^C III^{XX} I libras, VI solidos, XI denarios obolum ad XXVI

Et:

- XXIX solidos, VII denarios obolum januenses ad XX ut precedentes

Recepit ab Anthonio Parmerii de Balma, mandamenti Quarti, pro remissione commissionis excheyte et albergamento sibi factis per dominum de crida seu preconia civitatis Auguste et Porte Sancti Ursi, furno dicte Porte Sancti Ursi, domo et orto seu fossato ibidem sitis pro tanto de servicio per annum ut in computo precedenti, et computat pro termine festi beati Andree anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo - XV florenis auri boni ponderis veteres

Recepit a supradicto Anthonio Parmerii pro albergamento [XVII] sibi facto per dominum de pratis, terris et vineis, domibus et grangiis olim domino pertinentibus, sitis apud Rovoeyriam, Ollees et supra Villam Francham, pro sexaginta uno franchis auri de moneta Auguste ad valorem eorundem de reddito per annum, decem solidis eiusdem monete de censu annuo, duobus solidis de servicio et quatuor solidis eorundem de placito quando evenit,³²⁹ ultra quinque modia, octo sestaria vini puri, rubei, bulliti et receptibilis de vino dictarum vinearum, vel de consimili si ibidem non cresceret, de reddito annuatim tempore vindemiarum, de quibus supra computat ut in computo precedenti, in quo littera domini de albergamento presenti de verbo ad verbum est copiata, et computat pro termino festi beati Stephani yemalis, crastino festi Nativitatis

³²⁸ Dans la marge gauche: *vide*.

³²⁹ Dans la marge gauche: *vide placitum*.

Domini quo inceperunt currere anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio - XII solidos monete Auguste ad XXVI

Et: - LXI franchos auri

Recepit a Perreto et Michelodo Bridons de Oyacia per ipsos debitos per annum, ut in computo precedenti in festo beati Stephani yemalis, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio

- III solidos, VI denarios monete Auguste

Recepit a Johanne, dicto Calliour, de Vallepellina, nomine dicte La Davinieri, debitos per ipsam per annum ut in computo precedenti in festo beati Stephani yemalis, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio - VI denarios monete Auguste

184 Recepit a Johanne dicto Nepote de Chellion de Vallepellina per eodem eisdem anno et termino - XII denarios monete Auguste

Recepit a Johannodo Tollat de Vallepellina pro eodem eisdem anno et termino - X solidos monete Auguste

Recepit a Johanne et Johanneto Sirardi de Dovia, fratribus, ut in computo precedenti eisdem anno et termino

- III solidos, I denarium monete Auguste

Recepit a Jaquimino Turumberti de Segnins, ut in computo precedenti pro eodem eisdem anno et termino

- VIII solidos, III denarios monete Auguste

Recepit a liberis Jaquemeti Joli de Segnins, ut in computo precedenti pro eodem eisdem anno et termino

- VIII solidos, III denarios monete Auguste

Recepit a Berthodo de La Rey de Quarto, ut in computo precedenti pro eodem eisdem anno et termino - XII denarios monete Auguste

Recepit a liberis Jaquemeti Corna quondam, ut in computo precedenti pro eodem eisdem anno et termino

- XII denarios monete Auguste

Recepit a Parvo Laurencio de Bressognia, ut in computo precedenti pro eodem eisdem anno et termino - II denarios monete Auguste

Recepit a Johanne dicto Corbo de Bocza, ut in computo precedenti pro eodem eisdem anno et termino - III denarios monete Auguste

Recepit a Peronino Pollier de Bocza, ut in computo precedenti pro eodem eisdem anno et termino - II solidos, VI denarios monete Auguste

De octo solidis monete cursibilis Auguste debitis per Johannem Bigay de valle de Bocza de auxilio annis alternis, ut in computo precedenti in quo fuit computatum de ipsis pro anno millesimo

tercentesimo octuagesimo secundo, computat infra in suo titulo auxilii pro anno millesimo tercentesimo octuagesimo tercio.

Recepit a Reynaudo, naturali de Quarto, debitos per ipsum singulis annis ut in computo precedenti eodem termino testi beati Stephani yemalis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio

- XII denarios monete Auguste

Recepit a Jaquimino, dicto Borrón, de Vallepellina ut in computo precedenti pro eodem eisdem anno et termino

- II solidos monete Auguste

Recepit a Jaquemeto Enfantey de Vallepellina, ut in computo precedenti pro eodem eisdem anno et termino

- V solidos monete Auguste

Recepit a Johannodo de Neyva de Porroczan, ut in computo precedenti pro eodem eisdem anno et termino

- V solidos monete Auguste

Recepit a Jaquemodo de Orseriis, nepote Jaquimini de Aviso, pro albergamento sibi facto per dominum, ut in computo precedenti, in festo beati Andree anno millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, de quo albergamento fidem faciat in computo sequenti,³³⁰ cum in precedenti nullam fidem fecerit

- VIII florenos auri boni ponderis veteres

De uno denario monete Auguste debito per Alisiam de Arlio de Vallepellina annis alternis, ut in computo precedenti, non computat pro termino festi beati Stephani yemalis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, quia de ipso computavit in suo computo precedenti pro anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, sed adveniente termino de ipso computabit in suo computo sequenti pro anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto.

De tribus solidis annui servicii quos debebat Peronetus de Vacheria de Quarto quondam pro quodam novali seu terra albergatis de pascuis communibus sitis in montanea supra Quartum, nichil computat quia dictum novale vacat et diu vacaverit, nec reperire potuit qui ipsum albergare voluerit, ut dicit et dicitur in computo precedenti, quare, prout in eodem computo fuit sibi iniunctum, iterato iniungitur eidem quod bonam diligenciam faciat [XVIII] predicta albergandi utiliori modo quo poterit pro domino.

³³⁰ Dans la marge gauche: *vide*.

De quatuor denariis servicii debitis per Matheum de Villa Francha pro quadam pecia vacolli seu pascui communis, continente circa quatuor fossoriatas, eidem albergata ad faciendum vineam pro tanto de servicio per annum, ut in computo precedenti, nichil computat quia dictus Matheus bannitus est a terra domini et ipsam absentavit nec invenit qui dictam peciam vacolli albergare voluerit ut dicit; et prout in computo precedenti fuit eidem castellano iniunctum,³³¹ iterato iniungitur eidem quod dictam peciam vacolli albergare procuret taliter quod de ipsa valeat in suo sequenti <computo> computare, aut alias sufficienter respondere.

- 185** De duobus denariis quos dictus Matheus debebat pro teysiis sue domus site in Villa Francha que periit incendio posito ibidem tempore guerre quam habebat dominus de Quarto cum domino Ybleto de Chaland, ut dicitur in computo precedenti, non computat quia nondum fuit dicta domus rehedificata nullusque possidet eius casale nec movetur de feudo domini, ut dicit et dicitur in computo precedenti, et prout sibi fuit iniunctum in computo precedenti³³² iterato iniungitur eidem quod super premissis taliter remediare procuret quod de dictis duobus denariis ab inde domino in sequentibus computis computetur.

Recepit a Peroneto dou Foudon, carpentatore, et Jaquimino de Canali de Dovia, habitatoribus Porte Sancti Ursi, quos debent per annum ut in computo precedenti, et computat pro termino festi beati Stephani yemalis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio

- VI solidos monete Auguste

De duobus solidis annui servicii debitis per Jaquemetum, dictum Dyaqueno, de Vallepellina pro molendino de Stanno sito subtus Sanctum Christoforum, non computat quia vacat et diu vacavit nec potest reffici quia eyrile dicti molendini fieri non potest propter diluvium aque Durie, quo eyrile et molendina predicta periclitaverunt ut dicit et dicitur in computo precedenti, quibus non obstantibus prout in computo precedenti sibi fuerit iniunctum, iterato iniungitur eidem quod molendini et Stannum alberget utiliore modo quo poterit pro domino.

De decem solidis annui servicii debitis per Jaquimum de Preil de Roysan, clericum quondam, pro quadam pecia terre sita apud Roysan, non computat quia dicta pecia terre vacat et diu vacavit per et post

³³¹ Dans la marge gauche: *vide*.

³³² Dans la marge gauche: *vide*.

mortem dicti Jaquimini quia eciam non invenit qui pro tanto servicio voluerit eam recipere nec eciam pro minori servicio sive introgiis albergare, licet super hoc bonam diligenciam quam potuit fecerit ut asserit, et prout in computo precedenti sibi fuit iniunctum, iterato iniungitur eidem quod dictam peciam terre alberget utiliori modo quo poterit pro domino, taliter quod de et pro ipsa valeat in suis sequentibus computis computare.

De duobus solidis annui servicii quos debebant quidam homines domini episcopi Auguste commorantes apud Cognia, mandamenti et iurisdictionis dicti domini episcopi, pro quibusdam pascuis sitis en Les Lores, mandamenti Breissognie, et in montanea de Marris, mandamenti Quarti, non computat quia diu est in eorum solutione cessaverunt nec ad ea pascua venerunt et eciam nundum potuit informari de nominibus debencium ut dicit, propter quod iniungitur eidem, prout in computo precedenti sibi fuit iniunctum, quod de premissis diligencius se informet taliter quod de ipsis veniat in computo sequenti plenarie informatus et de ipsis computare debite paratus.

De sexaginta solidis annui redditus debitis per communitatem parrochie Sancti Christofori pro quibusdam pasqueragiis et brotellis seu brolliis sitis subtus Sanctum Christoforum, prope Duriam, pro tanto datis dicte communitati per dominum Henricum dominum de Quarto quondam, ad certum tempus ut dicitur in computo precedenti iam diu elapsum, non computat [XIX] quia dicta pasqueragia sunt inutilia propter abundanciam aque Durie, nec restavit ibidem aliquid ad destruendum, de quo aliquid commodum haberi possit ut dicit et dicitur in computo precedenti, iniungitur tamen eidem prout sibi fuit iniunctum in computo precedenti quod, si quid in premissis fuerit utilitatis, in eo bannum iuxta formam consuetudinum Vallis Auguste apponat ad eo quod, si dicti sexaginta solidi non solvantur ut supra, de bannis bestiarum ibidem repertarum computet in computo sequenti.

Recepit a Jacobo Colombe, Petro Pentecostes, Vuillermo de Cella, Remigio de Rovorey, Petro de Blanchiflour, Vuillermeto de Mallio, Andrea Sponso, Vuillermeto Cognien, Gaspardo de Crestella, Vuillermo de Brissognia, Johanne de Balma, pro se et fratribus suis, Petro Martine, Johanne Imperatricis, Roncignodo Bartholomeo de Perola, pro hospicio filii sui de Pra, Hugoneto de Tyebant, domino Reynaldo, capellano ad eius vitam, et ab aliis hominibus de Quarto qui ad infrascripta voluerint usagiare pro omnibus et singulis broilliis sitis subtus Quartum, cum arboribus, spinis et borcziis nunc et in futurum existentibus ibidem, sibi

albergatis per nobilem et potentem virum dominum Henricum dominum de Quarto quondam, militem, pro tanto de reddito seu censu per annum, uno denario servicii et duobus denariis placiti ut in computo precedenti, et computat pro termino festi beati Stephani yemalis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio

- LX solidos, I denarium monete Auguste

Remissio siliginis ad pecuniam:

De pecunia debita per certas personas dicte castellanie Quarti pro siligine ad rationem sex solidorum, octo denariorum bone monete cursibilis Auguste pro quolibet sestario casu quo solverent quarta die festi Nativitatis Domini dumtaxat et non alias, ut in computo precedenti, nichil computat pro dicto termino festi Nativitatis Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, in pecunia quia superius computavit ad plenum de dicta siligine

- XVIII denarios monete Auguste

Vide dorsum.

Summa:

- III^C III^{XX} VIII libre, II denarii obolo monete Auguste ad XXVI

- XXIX solidi, VII denarii obolo januenses ad X pro XV predictorum

- XXIII floreni auri boni ponderis veteres

Et:

- LXI franchi auri

186

Auxilia:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de auxilio per annum a Johanne et Johannodo Siraz de Dovia, fratribus, in festo beati Stephani yemalis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, ut in computo precedenti

- IIII solidos monete Auguste

De quinquaginta novem solidis, novem denariis monete Auguste debitis per personas in septem particulis secundi computi precedentis specificice et particulariter declaratis annis alternis ut in computo precedenti, non computat pro termino festi beati Stephani yemalis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, quia de ipsis computavit in computo precedenti pro anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo.

De triginta solidis monete Auguste debitis per Dominicum Reynerii de Avisio, domicelli, de auxilio annis alternis ut in titulo denariorum census secundi computi precedentis, non computat pro termino festi

beati Stephani yemalis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, quia de ipsis computabit in computo precedenti pro anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo.

Recepit a Johanne Bigay de Valle de Bocza debitos per ipsum annis alternis, ut in compito precedenti in festo beati Stephani yemalis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio

- VIII solidos monete Auguste

Summa: - XII solidi monete Auguste

Firme:

Idem reddit computum quod recepit a Johanne Vidondo, habitatore Quarti, pro firma mistralie mandamenti castellanie Quarti unius anni finiti in festo beati Michaelis, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, nec inde plus recepit ut suo asserit juramento, et iniungitur³³³ eidem quod dictam firmam cridari faciat et plus [XX] offerenti tradat taliter quod de ipsis valeat in suo sequenti computo utilius pro domino computare - XII florenos auri boni ponderis veteres

Recepit a Johanne Valleti de Cerisia de Dovia pro firma mistralie Oyacie et ipsius mandamenti unius anni finiti in festo beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, nec inde plus recepit ut asserit suo juramento sed fit eidem similis iniunctio³³⁴ que supra - X florenos auri veteres

Recepit a Johanne Gontereti, notario et procuratore domini in Valle Augusta, pro firma clericature et papirorum curie mandamenti Quarti et Oyacie unius anni finiti die undecima mensis novembris anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, nec inde plus recepit ut dicit - XXIII florenos auri veteres

De duobus florenis dari solitis pro firma manderie Quarti unius anni finiendi die secunda mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, non computat quia nundum est terminus, sed, eo adveniente, de ipsis computabit in computo sequenti.

De duobus florenis dari solitis pro firma manderie Sancti Christofori, ut in computo precedenti, unius anni finiendi die secunda mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, non computat

³³³ Dans la marge gauche: *vide*.

³³⁴ Dans la marge gauche: *vide*.

quia nondum est terminus, sed eo adveniente de ipsis computabit in computo sequenti.

De viginti solidis monete Auguste dari solitis pro firma manderie Vallispelline, ut in computo precedenti unius anni finiendi die secunda mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, non computat quia nondum est terminus, sed eo adveniente de ipsis computabit in computo sequenti.

De dimidio floreno auri boni ponderis veteres dari solito pro firma manderie de Dovia, unius anni finiendi die secunda mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, non computat quia nondum est terminus, sed eo adveniente de ipso computabit in computo sequenti.

De dimidio floreno auri boni ponderis dari solito pro firma mistralie de Bocza, unius anni finiendi die secunda mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, non computat pro anno et terminis predictis quia nondum est terminus, sed eo adveniente de ipso computabit in computo sequenti.

187 Receptit a Johanne Vidondo pro firma leyde nundinarum Ville Franche que tenentur ibidem in anno, videlicet die martis propinquore festi apostolorum Philipi et Jacobi et die festi apostolorum Symonis et Jude, unius anni finiendi die secunda mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, licet nondum sit terminus, et computat pro termino festorum apostolorum Symonis et Jude anno millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, et Philipi et Jacobi anni millesimo tercentesimo octuagesimo tercii, que leyda levatur terminis predictis et per modum in computo precedenti plenius declaratum et contentum, nec inde plus receptit ut suo asserit juramento

- VI libre monete Auguste

De firma banni vini quod venditur in Villa Francha a die prima mensis augusti usque ad diem festi Assumpcionis Beate Marie inclusive eiusdem mensis, domino pertinentis ibidem ut in computo precedenti, non computat quia non invenit qui pro inde aliquid se daturum obtulerit, licet super hoc bonam diligenciam quam potuit³³⁵ fecerit ut dicit, et fit eidem similis iniunctio que supra.

Receptit a Petro Morelli, Theobaldo de Crista, mistrali de Roysan, et dicto Vaniour, pro firma pratorum domini de Ryns, inclusis fructibus arborum in eisdem existencium, sibi tradita per dictum castellanum, et

³³⁵ Dans la marge gauche: *vide*.

solvitur dicta firma in festo Nativitatis Domini, et computat pro termino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, nec inde plus habere potuerit ut dicit [XXI] licet super hoc bonam diligenciam quam potuit fecerit ut dicit, quare fit eidem similis iniunctio que supra in prima particula presentis tituli firmarum

- XVII florenos auri boni ponderis veteres

Recepit a Theobaldo de Crista pro firma prati domini de Lumiczan, unius anni finiti in festo Nativitatis Domini quo inceperunt currere millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, et ab inde nichil computabitur pro ipsa firma quia dictum pratum traditum fuit ad censum perpetuum de quo in computo sequenti³³⁶ computabit in siligine

- I florenum auri boni ponderis veterem

Vide dorsum.

Summa

- VI libre, VI solidi moneta Auguste

Et:

- LXIII floreni auri boni ponderis veteres

Teysie domorum:

De teysiis domorum Ville Franche nichil computat hic eo quod includuntur in denarii census, prout et de quibus ut supra computat, maxime quia super domibus Ville predictae, quando casus evenit, dominus percipit in eisdem laudes et vendas, ut dicit et dicitur in computo precedenti.

Introgia:

Idem reddit computum quod recepit a Vulliermo, nepote quondam Petri Bocon de Vallepellina, pro duabus seyturnatis novalii sibi albergatis pro tanto de introgio et pro duobus solidis monete Auguste de censu per annum, de quibus in suo computo sequenti computabit

- I florenum auri boni ponderis veterem

Summa:

- I florenum auri boni ponderis veterem

³³⁶ Les mots *in computo sequenti* sont répétés.

Laudes et vende:

De laudibus seu vendis nichil computat quia nichil pro ipsis recepit per tempus de quo computat ut dicit.

Aqua rivi Prepositi vendita ultra aquam accensatam:

Idem reddit computum quod recepit manu Petri Morelli de Rivo, administratoris et dispensatoris aque rivi domini vocati de Preposito, de et pro aqua rivi predicti, per dictum Petrum, pluribus et diversis personis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo vendita, ultra aquam accensatam seu traditam ad servicium, de quo supra computat in titulo denarii census, nec inde plus recepit ut suo asserit juramento. Et respondet minus de quinquaginta solidis monete Auguste quam in anno proxime precedenti- VIII libras, X solidos monete Auguste

Summa: - VIII libre, X solidi monete Auguste

188

Pasqueragium montis de Durand:

Idem reddit computum quod recepit manu Johannis, dicti Charles, de Olomont, et eius socii, pastorum montis de Durand, pro pasqueragio dicti montis de Durand, et levatur dictum pasqueragium a festo Nativitatis beati Johannis Baptiste, vel circa, usque ad festum beati Michaelis, de singulis bestiis que mictuntur ad dictum montem ad pascendum et impinguendum juxta arbitrium pastorum ibidem pro domino ordinatorum ut in computo precedenti, et juxta eciam tempus quo dicta animalia pascuntur ibidem, ut dicit, et computat pro anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, et respondet minus de quatuor libris, uno solido monete Auguste quam fuerit anno proxime precedenti computatum:

- XXVIII libras, XI solidos monete Auguste

Summa: - XXVIII libras, XI solidos monete Auguste

Banna concordata:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania a Valuchono de Vignyuel, parrochie Quarti, inculpato retraxisse in grangia pecudum suarum quendam ovem Vulliermeti Caller de ultra Cristam de Puvil

- IX florenos auri boni ponderis veteres

Recepit a Martino Aymonini de Villa Francha inculpato rissam habuisse infra Villam Francham cum Perreto dicto Coquagenoil

- LX solidos, IX denarios monete Auguste

Recepit a dicto Perreto dicto Coquagenoil pro rissa habita inter ipsum et predictum Martinum

- XV solidos monete Auguste

Recepit a Vuillermeto, filio quondam Johannis Bernardi de Janio, parrochie Dovie, inculpato furtive cepisse in domo Georgii de Janio eiusdem parrochie quosdam parvos caseos

- III florenos auri veteres

Recepit a Petro, filio quondam Martini de Prato Basso de Dovia, inculpato violenter abstulisse Petro, barberio, habitatori in Porta Sancti Ursi, unum clipeum in strata publica, licet assereret esse suum

- LX solidos, IX denarios monete Auguste

Recepit a communitate hominum de Bocza pro bannis minutis nemorum communium de Bocza

- XV solidos monete Auguste

Recepit ab Aymoneto Nerni de Villa supra Nuns pro quadam concordia facta per eum cum dicto castellano super commissione duodecim ballarum allecum per ipsum venditarum ante levacionem et solutionem pedagii domini, factam dicto castellano vel eius familiariis

- XXI januenses et dimidium auri

[XXII] Summa:

- VII libre, VI solidi, VI denarii monete Auguste

- VII florenos auri boni ponderis veteres

Banna condempnata:

De bannis condempnatis de quibus in quibus idem castellanus percipit duos solidos in qualibet libra ut in computo precedenti, nichil computat quia nichil pro ipsis recepit per tempus de quo computat ut dicit.

Banna minuta:

De bannis minutis nichil computat quia includuntur in firmis mistraliarum champiarum et foresteriarum, de quibus supra computat ut dicit.

Advoerie:

Idem reddit computum quod recepit a Jaquimino Bonete de Janio de Dovia pro advoeria seu tutela liberorum quondam Perrini de Carlo de

Dovia, sibi concessa per dictum castellanum die quarta mensis februarii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo pro tanto per annum durante dicta advoeria, et pro quatuor florenis auri boni ponderis semel, de quibus in suo precedenti computo computavit, et computat pro termino festi beati Stephani yemalis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio - II solidos monete Auguste

Recepit a Jaquemeto deis Raspallies pro advoeria seu tutela Thomasseti, filii quondam Jaquimini Girardi de Ollignian, parrochie Quarti, sibi concessa per dictum castellanum die decima quinta mensis marcii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo pro tanto per annum durante dicta tutela seu advoeria, et computat pro termino festi beati Stephani Yemalis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, ut in computo precedenti

- I obolum auri boni ponderis

Recepit a Johanne, filio quondam Henriodi de Chandoni, parrochie Sancti Christofori, pro advoeria filii Petri Girodi, fabri, sibi concessa per dictum castellanum pro tanto semel, in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio

- IIII florenos auri boni ponderis veteres

Recepit a Martino Beczon de Olomont pro tutela et advoeria liberorum quondam Johannis dicti Marchiand de Va de Olomont, sibi concessa per dictum castellanum in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, pro tanto semel

- IIII florenos auri boni ponderis veteres

Recepit a Johanne Perrerii de Voce pro advoeria seu tutela liberorum dicti Marquis de Olomont, sibi concessa per dictum castellanum anno predicto millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, pro tanto semel

- III florenos auri boni ponderis veteres

Summa: - II solidi monete Auguste

- II solidi monete Auguste

- XI floreni auri boni ponderis veteres

Et: - I obolum auri boni ponderis

189

Exitus sigilli:

De exitu sigilli domini castellanie Quarti nichil computat quia nichil pro ipso recepit per tempus de quo computat ut dicit.

Cheyserie:

De cheyseriis seu excheytis domino pertinentibus in pluribus et diversis hominibus mandamenti Quarti et Oyacie, tenentibus quedam antiqua feuda que vocantur feuda cheyserie, de et pro quibus cheyseriis et eorum feudo dominus de Quarto percipere et levare consuevit et capit quando casus evenit prout infra, videlicet quando homo tenens aliquid de dicto feudo moritur terciam partem omnium bonorum mobilium ipsius hominis deffuncti, quecumque sint et ubicumque reperiantur, et simili modo si aliquis aliis a predictis talibus hominibus cheyseriis aliquid acquirat de dicto feudo cheyserie quando moritur possidendo quidquid de predicto feudo, dominus capit terciam partem omnium bonorum mobilium ipsius deffuncti quecumque sint et ubicumque, vigore feudi antedicti, reperiantur; dum tamen appareat quod per dominum de Quarto, vel alium eius nomine, fuerit intimatum et ostensum dicto tali acquirenti, per publicum instrumentum, quod res acquisita per eum esset et moveretur de feudo predicto cheserie; si tamen, factis intimacione et ostensione predictis prout supra, dictus acquisitor rem cheserie predictam incontinenti fineret et relinqueret a predicta cheseria et ipsius oneribus et servitutibus penitus illico liberatur, si vero, post intimacionem et ostensionem predictas, dictam rem predictus emptor statim non dimitteret et relinqueret taliter quod inde posset constare sufficienter, remaneret astrictus et obligatus oneribus et servitutibus feudi cheserie per modum et formam superius declaratos. Cuius feudi cheserie formam et naturam, talis ordo servatus fuit et adhuc observatur quod quicumque tenens feudum, et feudatarius existens, dicte cheserie potest et est eis licitum quictare et finire domino directo dictum feudum; qua finacione facta, statim levatur ad opus domini Quarti tertia pars bonorum omnium mobilium dicti talis quictantis, per modum et propter cheseriam antedictos. Qua cheseria, seu tertia parte bonorum mobilium predicti quictantis ut supra levata, quictans huiusmodi fit liber penitus a predictis dum tamen ad feudum iterum non rediret quoniam, [XXIII] si rediret, ut supra teneretur, ut dicitur in computo precedenti; nichil computat quia nichil pro eisdem recepit per tempus de quo computat, ut dicit, nec eciam casus dicte cheyserie evenit.

De cheseria seu excheyta tercie partis bonorum mobilium Jaquimini, filii dicti Girardi Pititi de Roysano quondam, jam in vita dicti Girardi ab eodem separati si que bona mobilia ipsum Jaquimum habere contingat domino pertinentis ob mortem dicti sui patris, ut in computo precedenti,

non computat quia bona mobilia Jaquimini predicti nondum scire potuit nec ab eodem quicquam recepit ut dicit, quare, prout in computo precedenti sibi fuerat iniunctum, iterato iniungitur eidem quod diligentius perquirat bona dicti Jaquimini³³⁷ ut de ipsis, pro jure eiusdem competente, in suo sequenti computo valeat plenius computare aut alias sufficienter respondere.

De cheseria seu excheyta tercie partis bonorum mobilium quondam Parvi Johannis de Blavy domino pertinentis ut supra, non computat quia nondum fuit de valore dictorum bonorum mobilium informatus, sed de ipsis ad plenum se informet³³⁸ taliter quod de ipsis in suo sequenti computo computare aut alias sufficienter respondere.

De cheseria seu excheyta tercie partis bonorum mobilium quondam Johannis Hugoneti de Bocza domino pertinentis pro parte et in parte Petro Amedei, condomino de Bocza, ut in computo precedenti, nec non Johanni et Petro fratribus, filiis quondam Henrici de Bocza, nobilibus, non computat quia pars domino in premissis pertinens nondum est declarata ut dicit; iniungitur tamen eidem³³⁹ quod premissa declarare procuret et ipsa omnia debite recuperet taliter quod de ipsis valeat computare.

Placita debita ob mortem domini:

De placitis domino in dicta castellania debitis ob mortem felicitis recordacionis domini nostri Amedei Sabaudie comitis quondam, genitoris domini, non computat quia nichil pro ipsis recepit ut dicit, sed iniungitur eidem³⁴⁰ quod dicta placita ibidem qualiacumque debita diligenter perquirat et recuperet taliter quod de ipsis valeat in suo computo sequenti ad plenum computare.

190

Placita debita ob mortem tenementariorum:

De placitis ibidem debitis ob mortem tenementariorum nichil computat quia casus non evenit per tempus de quo computat ut dicit et si fortassis evenerit nondum ad noticiam ipsis castellani pervenit ut asserit, quare fit eidem similis ininectio que supra.³⁴¹

³³⁷ Dans la marge gauche: *vide*.

³³⁸ Dans la marge gauche: *vide*.

³³⁹ Dans la marge gauche: *vide*.

³⁴⁰ Dans la marge gauche: *vide*.

³⁴¹ Dans la marge gauche: *vide*.

Donaciones prothocollorum:

De donacionibus prothocollorum nichil computat quia nichil pro ipsis recepit per tempus de quo computat ut dicit.

Excheyte usurariorum:

De excheytis usurariorum nichil ibidem <computat> per tempus de quo computat ut dicit.

Excheyte:

De aliis excheytis nichil computat quia pro eisdem nichil recepit per tempus de quo computat ut dicit.

Inventa:

De inventis nichil ibidem <computat> per tempus de quo computat ut dicit.

Dona et auxilium:

De donis et auxilio nichil computat quia nullum fuit ibidem concessum per tempus de quo computat ut dicit.

Decime castrorum:

Idem reddit computum quod recepit a Mermodo de Oyacia pro firma decime agnorum que levantur in parrochiis Vallispelline et Dovie die Jovis Sancta anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, nec inde plus habere potuit ut suo asserit juramento, quare iniungitur eidem quod dictam firmam cridari faciat et plus offerenti tradat, taliter quod de ipsa valeat in suo sequenti computo utilius pro domino computare
- IIII libras monete Auguste

Recepit manu Aymoneti Peccion, collectoris decime que levantur circa Augustam ut supra in frumento et siligine, pro eadem decima eisdem modo et termino
- III solidos monete Auguste

Forisseca:

Idem reddit computum quod recepit a Mermeto Sartore de Villa Francha, pro precio quarundam arborum populorum et salicum per ipsum castellanum cidi ordinatorum circa dictam villa Francham et extra in stratis publicis, quia nimium occupabant itinera publica domini, et possessores dictarum arborum ipsas tollere non curaverant, sibi venditarum simul pro tanto - XL solidos monete Auguste

De certa quantitate pecunia in qua Perrinus de Biona de Oyacia tenebatur domino Henrico domino de Quarto [XXIII] quondam pro remanencia sui computi, ut in computo precedenti, non computat quia de dicta quantitate nundum potuit informari licet diligenciam quam potuit fecerit ut dicit, quare iniungitur eidem quod de premissis diligenter informet et ipsam quantitatem recuperet taliter quod de ipsa valeat in suo sequenti compuo computare aut alias sufficienter respondere.

De quantitate pecunie in qua Jaquimino de Molendino supradicto domino de Quarto quondam tenebatur pro remanencia sui computi ut in computo precedenti, non computat quia nichil ab eodem recepit eo quod de dicta quantitate nundum est informatus ut dicit, sed fit eidem similis iniunctio que supra.

Summa dicte forissece: - XL solidos monete Auguste

Summa tocius recepte huius computi cum forisseca:

- IIII^C XLV libre, XV solidi, VIII denarii obolo monete Auguste ad XXVI

- XXIX solidi, VII denarii obolo januenses ad X pro XV menete predictae Auguste

- CXI floreni auri boni ponderis veteres

- XXII januenses et dimidius auri boni ponderis

- LXI franchi auri boni ponderis

- I obolum auri

Et:

191

De quibus libravit³⁴² Petro Morelli de Rivo, administratori et rectori rivi domini vocati de Preposito, cui dantur sex libre monete Auguste de salario per annum, pro labore sustento per annum circa tegimen,

³⁴² Dans la marge gauche: *Custodia rivi Prepositi.*

custodiam et administracionem dicti rivi domini vocati de Preposito ut in computo precedenti, et solvit eidem pro anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo per litteram publicam dicti Petri de testimonio premissorum confessioneque et recepta, datam die sexta mensis januarii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio quam reddit, manu Johannis Gontereti notarii signatam

- VI libras monete Auguste

Libravit Bonifacio Champapont de Roysano, custodi rivi domini vocati de Preposito, a loco principii dicti rivi, vocato La Morina, usque ad locum vocatum de Vallesuana, subtus Roysan, quasi per una leuca, capienti per custodiam dicti rivi sexaginta solidos monete Auguste per annum, ultra siliginem, vinum et seraceum sibi pro eodem in suis titulis allocatos, et solvunt eidem pro anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, per litteram publicam dicti Bonifacii de testimonio premissorum, confessione et recepta, datam die quarta mensis januarii, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, superius redditam in libratis siliginis

- LX solidos monete Auguste

Libravit in salario³⁴³ viginti quatuor hominum conducencium unum milliare billionorum a loco de Plostres vel circa ultra Toles in Vallepellina per aquam Bauteгии, usque ad grapatam sitam in dicto Bautegio versus Ryns, pro arestando dictos billionos, pro reparacione dicti rivi domini vocati de Preposito, per litteram publicam Johannis Valleti de Cerisia et Johannis Galliard de Vallepellina, datam die XXVI mensis januarii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio superius redditam in libratis siliginis cum quodam alia scriptam

- XLVIII solidos monete Auguste

Libravit Johanni Charnini de Toles recipienti nominibus suo et Jaquemeti eius consanguinei de Vallepellina, pro tachia sibi data portandi unum milliare billionorum a summo pratorum de de La Crousa usque ad dictam aquam Bauteгии, per litteram publicam dicti Johannis de testimonio premissorum confessione et recepta, datam die XXV mensis marcii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio superius redditam in libratis siliginis, ultra vinum et siliginem supra allocatos

- LX solidos monete Auguste

Libravit Aymoneto dicto Peccion, habitatori Auguste, pro suo salario unius anni finiti mense junii anno Domini millesimo tercentesimo

³⁴³ Dans la marge gauche: *Reparacio rivi Prepositi.*

octuagesimo tercio per quod tempus vacavit colligendo decimam domini que levatur in certis possessionibus existentibus a torrente Clausi novi, inter Sarrum et Augustam usque ad civitatem Auguste per modum et formam declaratos superius in frumento et siligine more solito ut in computo precedenti per litteram publicam dicti Aymoneti de testimonio premissorum, confessioneque et recepta, datam die VIII mensis marcii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, quam reddit manu Johannis Gontereti notarii signatam

- III florenos auri boni ponderis

Libravit domino Jacobo de La Suera,³⁴⁴ capellano prebendario altaris Sancte Marie, prioratus Sancti Ursi Auguste, [XXV] percipienti ratione dicti altaris singulis annis quinque sestaria, eminam siliginis, unum obolum servicii et unum denarium de placito quando contingerit pro et super quadam pecia prati superius in libratis siligins confinata, movente de feudo dicti altaris, ut per instrumentum albergamenti facti Alexandro de Stablo de dicta pecia prati, copiatum de verbo ad verbum in libratis siligins computi precedentis, et solvit eidem per terminus festi Sancti Michaelis anni Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, per litteram publicam dicti domini Jacobi de testimonio premissorum confessioneque et recepta datam die XIII mensis aprilis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio superius redditam in libratis siliginis

- obolum monete Auguste

Libravit domino Berthodo, priori Sancti Ursi Auguste, in quibus dominus eidem priori tam de servicio quam helemosina per annum tenetur, ultra caponem et siliginem superius in suis titulis allocatis, et quos dictus dominus de Quarto quondam eidem priori annuatim debebat pro feudo quod ab ecclesia Sancti Ursi tenebat, ut in instrumento recognicionis dicti domini Henrici, domini de Quarto quondam, in libratis siliginis computi precedentis de verbo ad verbum copiato, et solvit eidem pro anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo per litteram publicam dicti domini prioris de testimonio, confessione et recepta, datam die decimaquarta mensis marcii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio superius redditam in libratis siliginis

- XVII solidos, I denarium monete Auguste

192 Libravit domino Eballo de Praly, canonico et distributori ecclesie beate Marie de Augusta, quos supradictus dominus de Quarto quondam

³⁴⁴ Dans la marge gauche: *Pensiones ordinandi*.

eidem ecclesie debebat tam de servicio quam helemosina per annum, ultra unum caponem propter hoc supra in suo titulo allocatum, pro feudo quod ab eadem ecclesia tenebat, vocato de Establo, ut in quodam instrumento compositionis facte inter capitulum dicte ecclesie et dictum dominum de Quarto quondam in libratis siliginis computi precedentis de verbo ad verbum copiato saltim clausule ad hoc facientes, et solvit eidem pro termino beati Stephani yemalis, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, per litteram publicam dicti domini Eballi de testimonio premissorum, confessione et recepta datam die XVIII mensis marcii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio superius redditam in libratis caponum

- XIX solidos monete Auguste

Libravit Jaquimino des Alex de Effra, in quo dictus dominus Henricus dominus de Quarto quondam eidem Jaquimino tenebatur de censu per annum pro quadam pecia prati domini sita in pratis domini apud Olees que movetur de feudo dicti Jaquimini sub annua pensione novem eminalium siliginis sibi superius allocata in libratis siliginis et unius denarii servicii, solvendorum singulis annis perpetuo in festo beati Michaelis, ut in quodam instrumento vendicionis inde facte per Petrum et Johannem fratres, filios quondam Colerii Alborum de Segnins de laude et consensu Jaquimini Peronini des Alex de Effra supradicto domino Henrico, domino de Quarto quondam, recepto per Johannem Gontereti de Augusta, notarium publicum, sub anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo, die quinta mensis maii, in libratis siliginis computi precedentis de verbo ad verbum copiato, et solvit eidem pro termino festi beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo per litteram publicam dicti Jaquimini de testimonio, confessione et recepta, datam die XXVI mensis marcii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo III, superius redditam in libratis siliginis

- I denarium monete Auguste

Libravit Petro Vulliermete de Avisio, parrochie Quarti, in quibus dictus dominus Henricus, dominus de Quarto quondam, eidem Petro tenebatur annuatim pro quadam pecia prati sita in pratis domini apud Ollees, ut in quodam instrumento publico, recepto per Johannem Gontereti notarium, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo, indicione septima, die decimaquarta mensis januarii, in libratis siliginis computi precedentis de verbo ad verbum copiato, et solvit eidem pro termino festi beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, per litteram publicam dicti Petri de testimonio

premissorum, confessione et recepta superius redditam in libratibus siliginis - III denarios monete Auguste

Libravit personis³⁴⁵ in computo precedenti specificè nominatis pro prandis datis et debitis eisdem singulis annis in crastinum Nativitatis Domini dum solvunt servicia debita per easdem, ut in computo precedenti, que prandia sunt numero quinque, que valent, computato quolibet dictorum quatuor predictorum prandiorum, sex [XXVI] denariis, et ultimo tribus denariis more solito ut in computo precedenti, et allocantur eidem pro termino festi beati Stephani yemalis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio

- II solidos, III denarios monete Auguste

Libravit ibidem pro eodem et eodem termino in prandiis que sunt numero triginta quinque, quarti et sexti unius prandii, et datur pro quolibet prandio dimidius panis siliginis, valoris dimidii eminalis siliginis ut supra, et allocantur eidem pro termino festi Beati Stephani prothomartiris in crastinum Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni millesimo tercentesimo octuagesimo quinto. Et est sciendum quod reliqua duodecim prandia restancia de dictis quadraginta septem prandiis, quarti et sexti unius prandii restant in tradicionem facta dicte domine Pantissalee, relicte dicti domini Henrici domini de Quarto condam, occasione qua supra in frumento

- XVII eminalia, tercium, quartum, dimidium quartum unius eminalis siliginis

Libravit domino Jacobo de La Suera, capellano prebendario altaris Sancte Marie siti in ecclesia Sancti Ursi Auguste, percipienti ratione dicti altaris singulis annis de censu quinque sestaria, eminam siliginis, unum obulum servicii et unum denarium de placito quando accidit, pro et super quadam peciam prati domini in secundo computo precedenti plenius confinata, sita loco dicto Establo, de feudo dicti altaris existente, que pecia prati ad manus domini Henrici domini de Quarto condam pervenit ex successione Alexandri de Stabulo, de et pro quibus tam in presenti quam precedentibus computis computavit in recepta pro dicta pecia prati et certis aliis rebus, videlicet superius cum maiori summa de septem modis siliginis et inferius pro eodem de viginti solidis monete Auguste computabit, ut per instrumentum albergamenti dicto Alexandro de pecia prati iam dicta facti, cuius tenor in secundo computo precedenti de verbo ad verbum est insertus, et solvit eidem pro termino festi beati Michaelis annorum Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio et octuagesimo quarto pro quolibet anno quinque sestaria, eminam siliginis, ut per litteram publicam confessionis et recepte dicti domini Jacobi, datam die XXIII mensis februarii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, quam reddit manu Johannis Gontereti notarii signatam, in qua littera eciam confessus fuit se habuisse pro eodem unum obulum monete Auguste, qui sibi inferius in librata pecunie allocatur

- XI sestaria, eminam siliginis

Rivus Prepositi:

Libravit Bonifacio, genero Aymonodi Champapont, custodi rivi domini vocati de Preposito, a loco principii dicti rivi, vocato La Moryna, usque ad locum vocatum de Vallesuana, subtus Roysan, quasi per unam leucam, per quod spacium custodire debet dictum rivum pro uno modio siliginis per annum, ultra seraceum, vinum et pecuniam sibi inferius in suis titulis allocatos, et solvit eidem de mandato, modis et causis in computis precedentibus plenius declaratis et expressis, pro anno millesimo tercentesimo octuagesimo tercio et octuagesimo quarto, ut per litteram publicam de confessione et recepta dicti Bonifacii, datam die XXVIII mensis februarii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, quam reddit manu Johannis Gontereti notarii signatam, videlicet pro quolibet anno unum modium siliginis, in qua vero littera confessus fuit habuisse pro eodem seraceum, vinum et pecuniam inferius allocata - II modia siliginis

[IX]

Reparacio dicti rivi:

Libravit in operibus et reparacione rivi domini vocati de Preposito prout inferius particulariter declaratur. Et primo, manu Johannus Valeti de Cyrisia de Dovia, mistralis Vallispelline, pane dato octies viginti et sex hominibus operariis de roydīs seu corvatis positīs tempore Cadragesime anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto, reparantibus dictum rivum in locis necessariis propter comulacionem discursus dicti rivi factam per nives et pluvias dicto anno, vacantibus ad premissa quasi per unam diem, capiente quolibet ipsorum per diem quinque quarterios panis siliginis, ultra nuces sibi datas pro eodem et inferius allocatas, et sunt in quolibet eyminali unus panis seu de quolibet sestario viginti quatuor panes, more solito, ut per litteram publicam dicti Johannis Valleti de confessione et testimonio premissorum, receptam per Johannem Gontereti notarii, die septima mensis septembris, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto, quam reddit, manu dicti notarii signatam, et in quadam cedula papirea cum quadam alia littera sequenti subsequenter designatas

- VIII sestaria, emnam, III eminalia et dimidium siliginis

Libravit in operibus et reparacione dicti rivi domini vocati de Preposito manu Petri Morelli de Porroczan, rectoris dicti rivi, pane dato sexcies viginti et decem hominibus operariis de roydīs seu corvatis positīs post Pacha in anno predicto millesimo tercentesimo octuagesimo quarto, reparantibus dictum rivum in locis necessariis propter obvaliam

habundantie pluviarum et aquarum destructis dicto anno, vacantibus ad premissa quasi per unam diem, capiente quolibet per diem quinque quarterios panis ultra seraceum et vinum sibi datos per eidem et eidem allocatos in suis titulis sequentibus, et fiunt de quolibet eyminali unus panis ut supra, ut per litteram publicam dicti Petri Morelli de confessione et testimonio premissorum, receptam per dictum Johannem Gontereti die penultima mensis februarii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, supra proxime in quadam cedula papirea redditam

- VI sestaria, eminam, I quartanam et dimidium eminale siliginis

Alpis de Chavalari:

Libravit Petro de Pasquerio et eius consorti de Riegni, parrochie Quarti, tenentibus alpem de Chavalleyri, quibus dominus de Quarto quondam annuatim solvere consuevit, quando solvunt quatuor caseos debitos per tenentes dictam alpem quando vestitur, id est bestie ponuntur in eadem pro fructum fiendo, de quibus quatuor caseis dictus castellanus infra computat in eorum titulo in recepta, et allocantur eidem de mandato quo supra pro annis millesimo tercentesimo octuagesimo tercio et octuagesimo quarto, more solito, ut in computo precedenti quia aliter non solverent dictos caseos ut dicit, videlicet pro quolibet anno quatuor eminalia siliginis

- VIII eminalia siliginis

11

Alpis de Seneveir:

Libravit Johanni de Balma de Quarto et consortibus eius tenentibus alpem de Seneveir, que dictus dominus Henricus de Quarto condam annuatim solvebat eisdem consortibus quando dicta alpis vestitur, id est quando bestie mictuntur in eadem ad fructum faciendum, pro duobus caseis domino debitis pro dicta alpe de quibus infra computat in eorum titulo in recepta, et solvit eisdem more solito ut in computo precedenti pro annis millesimo tercentesimo octuagesimo tercio et octuagesimo quarto, pro quolibet anno duo eminalia siliginis

- IIII eminalia siliginis

Libravit hominibus qui undecim quarteria, undecim cornua de bocq estaing, de quibus inferius computat in recepta sub titulo de venacionibus apportaverunt, et quibus hominibus apportantibus dari debet dimidium panis siliginis pro uno quarterio et uno cornu more solito, ut in computo precedenti

- V eminalia et dimidium siliginis

Deducuntur eidem pro Hugoneto, filio Valleti de Vignyuel, Petro Hugoneti de Vignyuel, Vallichono de Vignyuel, liberis Petri Brunerii de Vignyuel et suis consortibus, causam habentibus Hugoneti de Vignyuel, pro quibus [X] fuit computatum in computo dicti loci Quarti de anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo septimo particulariter de tribus sestariis siliginis, ex inadvertencia scriptoris et castellani, licet non debeant nisi dumtaxat tres eminas siliginis de censu per annum, prout fidem facit in secundo computo precedenti per duo publica instrumenta in eodem computo de verbo ad verbum copiata, que tria sestaria siliginis eciam includuntur in summa recepte dicte siliginis, et deducuntur sibi pro annis Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio et octuagesimo quarto, pro quolibet anno tres eyminas siliginis

- III sestaria siliginis

Deducuntur eidem pro Bartholomeo et Johanne Perrole et suis consortibus, pro quibus computavit in computis precedentibus et presenti summarie, et in computo de anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo septimo particulariter, de tribus eminis, uno eminali et dimidio siliginis ex inadvertencia et per errorem dicti castellani, licet non debeant nisi dumtaxat tres eminas siliginis de censu per annum, ut per confessiones et recogniciones dicti Bartholomei factas per ipsum nominibus suo, Johannis eius fratris et consortium suorum, designatas in secundo computo precedenti, et deducuntur eisdem per annis millesimo tercentesimo octuagesimo tercio et octuagesimo quarto, pro quolibet anno unum eminale cum dimidio siliginis- III eminalia siliginis

Deducuntur eidem pro Petro Macheti de Eschevenoz et consortibus suis, debentibus de reddito annis alternis quinque sestaria siliginis in festo beati Michaelis, de quibus particulariter computavit in suo computo de anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo septimo et eciam in presenti summarie quemadmodum si annuatim deberentur pro anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto, licet debeantur ut supra dumtaxat annis alternis, prout fidem fecit in secundo computo precedenti per instrumentum publicum recognicionis dicti Petri Macheti, receptum per Johannem Gontereti notarium, procuratorem et receptorem extentarum domini in Valle Augusta anno Domini millesimo tercentesimo sexagesimo secundo, indicione decima quinta, die vicesima quarta mensis septembris, copiatum in secundo computo precedenti, et deducuntur eidem causis et modis in dicto computo precedenti plenius declaratis pro anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo IIII predicto, pro quo computat in recepta ut supra, quia nichil recipere debuit eodem anno

- V sestaria siliginis

Libravit Johanni Charles de Olomont et eius socio, custodibus bestiarum que mictuntur in Monte de Durando¹⁸ in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, de cuius montis firma seu pasqueragio dictarum bestiarum inferius in firmis pecunie computat in receptis, ultra pecuniam sibi propter hoc infra in libratis pecunie allocatam, ut in secundo computo precedenti, et pro anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto nichil allocatur eidem quod nulle bestie ibidem dicto anno fuerunt occasione guerrarum Valesensium - VII sestaria siliginis

12

Collectura feni:

Libravit pane dato manu Johannis Cuaa¹⁹ de Dovia, porterii Quarti, quatuordecim hominibus recolligentibus quasi per unam diem et levantibus fena decimarum pratorum domini de Stanno et herbagiorum domino debitorum a Maladeria usque ad Pontem Lapideum, in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, capiente quolibet per diem quinque quarterios panis siliginis prout supra, ultra vinum et seraceum sibi propter hoc inferius allocatos, de quibus eciam inferius computat in recepta in titulo feni: - I eminam, V eminalia et dimidium siliginis. Item manu eadem pane dato duodecim hominibus de roydys seu corvatis predictas decimas et herbagia colligentibus in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo IIII, capiente quolibet ut supra: - I eminam, III eminalia. Et allocantur sibi de mandato quo supra et per litteram publicam supradicti Johannis de testimonio premissorum, receptam per Johannem Gontereti notarium sub anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo V, die nona mensis februarii, continentem plures alias confessiones plurium libratarum [XI] inferius eidem allocatarum, quam reddit manu dicti notarii signatam

- I sestarium, I quartanam, II eminalia et dimidium siliginis

Libravit manu dicti Johannis Cuaa pane dato viginti uno hominibus casi²⁰ per unam diem de nemore in insula Quarti, scindentibus pro circulis faciendum pro doliis domini religandis, capiente quolibet per diem quinque quarterios panis siliginis prout supra, ultra vinum et seraceum sibi propter hoc inferius allocatos in anno Domini millesimo

¹⁸ Dans la marge gauche: *Mons de Durand*.

¹⁹ On trouve indifféremment *Cuaa*, *Cuas*, et *Cua*.

²⁰ Lire *quasi*.

tercentesimo octuagesimo tercio: - I sestarium, II eminalia et quartum unius emine siliginis. Item manu eadem pane dato viginti quatuor hominibus de roydīs seu corvatis ad predictum nemus in dicta insula pro dictis circulis faciendis scindentibus in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto, capiente quolibet quinque quarterios panis ut supra: - I sestarium, quartanam siliginis. Et allocavit per litteram publicam supradicti Johannis in librata prout supra redditam

- II sestaria, I quartanam, II eminalia et quartum unius eminalis siliginis

Collectura nucum:

Libravit manu predicti Johannis Cuaa²¹ pane dato sex hominibus et sex mulieribus de roydīs seu corvatis, vacantibus quasi per unam diem succuciendo et colligendo nuces arborum domini de Quarto, capiente quolibet ut supra in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto, et pro anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, nichil allocatur eidem quod nulle nuces ibidem fuerunt ipso anno ut dicit

- I eminam, III eminalia siliginis

Libravit manu predicti Johannis Cuaa pane dato triginta duobus hominibus operariis quasi per unam diem vacantibus in reparacione facta in celerio existente subtus castrum Quarti, in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto reparato, in quo quidem celerio vinum domini reponi non poterat propter cumulationem terre et lapidum que ibidem fuit ipso anno per habundanciam pluviarum et aquarum ibidem discursarum, et fuerunt les dues²² seu conductus aque subtus dolia dicti subturni, capiente quolibet ut supra, ultra vinum et seraceum inferius in suis titulis propter hoc sibi allocatos

- I sestarium, eminam, IIII eminalia siliginis

Opera vinearum:

Libravit manu Theobaldi de Crista, mistralis de Roysano, pane dato tribus hominibus manuoperariis de roydīs seu corvatis vineas de Rins vindemiancium et vinum in tina et dolio reponentibus in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, vacantibus ad predicta quasi per unam diem, capiente quolibet ipsorum per diem pro suis expensis quinque quarterios panis siliginis ut supra, ultra vinum et seraceum

²¹ Les mots sont ajoutés dans la marge droite avec un signe de renvoi.

²² *Sic.*

inferius in suis titulis propter hoc allocatos, ut per litteram publicam dicti Theobaldi de testimonio premissorum, datam die XXVII mensis decembris anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto, quam reddit, manu Johannis de Gontereto notarii signatam, et pro anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto nichil allocatur eidem pro dicta vinea quia per dominam traditam fuit domine Pantissalee, relicte domini Henrici domini de Quarto condam, occasione qua supra in frumento - III eminalia et III partes unius eminalis siliginis

13

Opera castr:

Libravit manu dicti Johannis Cuaa, porterii Quarti, pane dato triginta quatuor hominibus manuoperariis fustam scindentibus in nemoribus domini de Pan Perdu, supra Quartum, *ad opus coperture capelle castr* *Quarti, de novo coperte ad losas,*²³ et aduentibus dictam fustam, vacantibus ad idem quasi per unam diem, capiente quolibet per diem quinque quarterios panis ut supra, ultra vinum et seraceum eidem infra in suis titulis propter hoc allocatos: - I sestarium, eminam, I quartanam et dimidium eminale siliginis. Item, manu predicta, pane dato sexdecim hominibus manuoperariis ducentibus quadraginta bestias ad bastum et losas a loco de Cyran apud Quartum, pro dicta capella coperienda apportantibus, capiente quolibet ut supra: - I eminam, I quartanam, II eminalia siliginis. Item manu predicta, pane dato quatuor operariis aduentibus duos modios calcis a loco de Nuns apud Quartum cum duodecim bestiis ad opus capelle predictae, capiente quolibet ut supra: - V eminalia siliginis. Item, manu eadem, pane dato quinquaginta [XII] operariis ad roydum seu corvatam positus, vacantibus quasi per unam diem in alciando murum dicte capelle et totam coperturam tecti ipsius capelle ad losam factam construendo, capiente quolibet ut supra: - II sestaria, eminam, II eminalia et dimidium siliginis. Item, manu eadem, pane dato decem hominibus ad roydum seu corvatam positus in reparacione coperture tecti stabuli castr dicti loci, capiente quolibet ut supra: - I eminam et dimidium eminale siliginis, ut per litteram de testimonio dicti Johannis Cuaa, receptam per Johannem Gontereti notarium sub anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, die nona mensis februarii, continentem libratas vini, seracei, feni et

²³ La phrase est ajoutée dans la marge droite avec un signe de renvoi.

pecunie inferius propter hec sibi allocatas, quam reddit manu dicti notarii signatam

- V sestaria, eminam, I quartanam, III eminalia et dimidium siliginis

Libravit manu dicti Johannis Cuaa, pane dato duodecim hominibus operariis ad roydum seu corvatam positus in scindendo in nemore de Arlo, supra Effra, sex duodenas de dollies seu perticarum pro topia seu trillia²⁴ de novo facta intra castrum Quarti ante magnam salam eiusdem. Item duodecim operariis cum duodecim bestiis dictas perticas a dicto nemore in dictum castrum apportantibus. Item octo operariis quasdam alias perticas minores prenomatas scindentibus in insula Quarti pro dicta topia et novem operariis pro colligendo silleres²⁵ pro dicta topia liganda, ad que vacaverunt dicti quadraginta unus operarii quasi per unam diem, capiente quolibet quinque quarterios panis ut supra, ultra vinum et seraceum infra in suis titulis propter hec allocatos, ut per litteram publicam dicti Johannis de testimonio premissorum, continentem aliam litteram infra proxime scriptam, datam die nona mensis februarii, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, quam reddit, manu Johannis de Gontereto notarii signatam

- II sestaria, III eminalia et quartum unius eminalis siliginis

Opera fontis:

Libravit manu predicti Johannis Cuaa pane dato quadraginta hominibus operariis ad roydum seu corvatam positus, scindentibus bornellos in nemoribus domini de Pan Perdu supra Quartum, et quinquaginta quatuor operariis dictos bornellos ad castrum aduentibus, pro reparacione bornellorum dicti castri fienda per tempus de quo computat, vacantibus ad predicta quasi per unam diem, capiente quolibet per diem pro ipsorum expensis quinque quarterios panis siliginis, more solito, ultra vinum et seraceum sibi infra allocatos, ut per litteram publicam dicti Johannis de testimonio premissorum in precedenti librata redditam

- IIII sestaria, eminam, quartanam, III eminalia et dimidium siliginis

- 14** Allocantur eidem que libravit Bartholomeo Franquini de Bugella, alias Raviola, castellano castri civitatis Yporrigie, pro fulcimento et municione dicti castri, ut per litteram domini directam castellanis Quarti et de Cly de mandato septuaginta modia grani per dictum castellanum de Quarto et triginta modia per dictum castellanum de Cly Anthonio

²⁴ Lire *trellia*.

²⁵ Branches de saule?

Villani de Bugella expediendi, habita cum copia dictarum litterarum domini ab eodem Anthonio littera de recepta, datam Rippaillie die XIII mensis januarii, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto, signatam manu Micheleti de Croso, secretarii domini. Cuius copiam redditur in quodam folio papireo in quo due alie littere domine et domini de mandato quantitatem predictam ut supra expediendi sunt copiate. Quarum una data fuit Rippaillie die XXVIII mensis februarii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, signata manu Guillermi Genevesii, secretarii domini. Alia vero data fuit Rippaillie, die octava marcii anno predicto, signata manu Guigonis Marchiandi, secretarii domini. Item et per litteram domini clausam directam dicto castellano Quarti de mandato predictam bladi quantitatem tradendi et expediendi mandatoque expensis domini apud Yporrigiam mictendi, cuius littere tenor sequitur et est talis:

“Dilecto castellano nostro de Quarto, [XIII] comes Sabaudie etc. salute premissa alias et frequenter, tibi dedimus nostris litteris in mandatum quatenus certam bladi quantitatem, in nostris tibi super hec directis litteris declaratam, Anthonio de Franquino apud Yporrigiam misisses pro custodia et providencia Yporregie castri nostri, quod tamen facere inobedienter recusasti, pretendens super hoc excusaciones inanes, quod minime gratum gerimus nostro cordi, tibi igitur, sub pena centum marcharum argenti in tuo primo computo allocanda, mandamus, sic volentes omnino, quatenus, visis presentibus, dicto Anthonio apud Yporrigiam predictam bladi quantitatem nostris expensis infallibiliter transmittas, sciturus quod si sinistrum, predictorum defectu, nobis contingerit, quod absit ultra dictam penam, tui culpa reputabimus contigisse, registratis penes presentibus ad cautelam. Vale. Datum Rippolis, die ultima marcii.”

Et allocatur presens librata virtute litterarum domini supradictarum, nec non de mandato domini Aymonis de Chalant et Anthonii Barberii, magistrorum et auditorum computorum domini, et per instrumentum publicum de confessione et recepta dicti Bartholomei Franquini, factoris et negociatoris Anthonii Franquini de Bugella, civis Ypporegie condam, operis predicti castri Ypporegie nomine domini factoris et administratoris, receptum et scriptum in pargameno per Johannem Petri Gontereti de Augusta notarium, sub anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto, indictione septima, die ultima mensis novembris, quod in principio et fine dicti instrumenti reddit signatum,

una cum copiis et littera domini supradictis, et qui Bartholomeus²⁶ de quantitate subscripta domino computare debeat - LXX modia siliginis

Libravit manu Valeti de Cyrisia de Dovia, mistralis de Vallepellina, pane dato triginta hominibus operariis qui cum ducentis et decem suis asinis dicta septuaginta modia siliginis ad roydum seu corvatam de mistralia Vallis Peline, videlicet a graneriis domini ibidem existentibus, usque ad Pontem Lapideum charreaverunt, capiente quolibet quinque quarteronos panis siliginis ut supra, ultra seaceum, vinum et fenum infra in suis titulis allocatos, ut per litteram publicam dicti Valeti de testimonio premissorum continentem alias libratas, datam die XXI mensis septembris anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto, quam reddit manu Johannis de Gontereto notarii signatam

- I sestarium, eminam, I eminale et dimidium siliginis

Summa librate:

- III^{XX} VI modia, II sestaria, emina, I quartana, III eminalia, sextum eminalis siliginis

Et sic debet:

- II^C XLVI modia, II sestaria, III quartanas, II eminalia et tercium unius eminalis siliginis.

Respondet in computo sequenti.

15

Avena:

Item reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu per annum circa festi beati Michaelis ab Aymoneto Curnillion, genero Anthonii Sulpicii de Ponte, parrochie Sancti Christofori, ut in computo precedenti anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio

- I modium avene

Recepit ab eodem Aymoneto Curnillion pro eodem et eodem termino festi beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto

- I modium avene

Decime:

Recepit manu Aymoneti dicti Pecion de et pro exitu decimarum que levantur in certis possessionibus consistentibus a torrente Clausi Novi, inter Sarro et Augustam, usque ad civitatem Auguste, in quibus decimis

²⁶ Dans la marge gauche: *Bartholomeus Franquini de Bugella.*

dominus de Montejoveto percipit medietatem, dominus Jacobus Bonerii de Dovia, canonicus augustensis, terciam partem residue medietatis ut supra in frumento et siligine, in messibus anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, nec inde plus recepit ut dicit

- I sestarium avene

Recepit manu Bonifacii de Cruce de Augusta de et pro exitu dictarum decimarum in messibus anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto, nec inde plus recepit ut dicit - I sestarium avene

De exitu duodecim sestariatarum terre domini vocate de Rins, nichil computat occasione qua supra in frumento.

[XIII] Summa: - II modia, II sestaria avene
Respondet in computo sequenti.

16

Ordeum:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu per annum circa festum beati Michaelis ut in computo precedenti anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio

- VIII sestaria, I quartanam et dimidiam ordei

Recepit ibidem pro eodem et eodem termino festi beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto, de octo sestaria, una quartana cum dimidia ordei, ut supra debita de redditu per annum, deductis quinque sestariis, emina, una quartana et tribus eminalibus ordei, per dominam domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto condam, traditis occasione qua supra in frumento, in locis et per personas infrascriptas debitis, quorum nomina et quantitates sunt hec. Primo apud *Oyaciam*, Johannes et Raymondus de Viellians: - III eminalia ordei. Item apud *Valeysia*, Jaquiminus dou Glarey et lo Ponteillian: - I sestarium ordei. Item apud *Doviam*, Petrus Bosonis: - III eminas ordei. Item Johannodus dou Coudrey et eius consortes: - III sestaria, I quartanam ordei- II sestaria, eminam ordei

Marescalcia:

Recepit a Berthodo Mugnerii de Lignian et consortibus suis de et pro marescalcia per annum, debita per eosdem in festo beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, et licet in computo precedenti et aliis precedentibus eidem fuit iniunctum, iterato

iniungitur²⁷ quod in suo sequenti computo nominet et specificet qui sunt dicti consortes - I sestarium ordei

Recepit ab eodem Berthodo Mugnerii et eius consortibus pro eodem et eodem termino festi beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto - I sestarium ordei

Recepit a quinque personis in computo precedenti de anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo septimo declaratis et specificis nominatis de redditu per annum in festo beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio - XIII sestaria ordei

Recepit ab eisdem quinque personis ibidem et pro eodem termino festi beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto - XIII sestaria ordei

Summa, computatis sex eminalibus pro una quartana, duabus quartanis pro una emina, duabus eminis pro uno sestario et sex sestariis pro uno modio ut supra in frumento, et prout in computo precedenti

- VI modia, II sestaria, emina, I quartana, et dimidia ordei

De quibus deducuntur eidem que nimis posita fuit in recepta super dictum castellanum in secundo computo precedenti pro Johannodo dou Coudrey de Dovia et consortibus suis, pro quibus computavit ut supra pro anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio de tribus sestariis et una quartana ordei, licet non debeat nec exigerit ab eisdem nisi dumtaxat tria sestaria ordei prout fidem fecit in secundo computo precedenti, et deducuntur eidem pro termino festi beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio pro quo computat ut supra, et pro anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto non deducuntur eidem quia dicta quantitas includitur in tradicionem facta per dominam dicte domine Pantissalee ut supra in deductione ordei

- I quartanam ordei

Summa deducti - I quartanam ordei

Et sic debet

- VI modia, II sestaria, emina et dimidiam quartanam ordei

Respondet in computo sequenti.

²⁷ Dans la marge gauche: *vide*.

Pisa ciseria:

De exitu terre domini vocate de Rins nichil computat in pisis ciseris occasione qua supra in frumento.

17

Nuces:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu per annum circa festum beati Michaelis, ut in computo precedenti anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio - IX sestaria nucum

Recepit ibidem pro eodem et eodem termino festi beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto de dictis novem sestariis nucum ut supra debitis de redditu, deductis duobus sestariis nucum, per dominam domine Pantisalee, relicte domini Henrici domini de Quarto condam, traditis, occasione qua supra in frumento, et apud Vallempellinam per Johannem, filium Francisci Enfantays, debitis

- VII sestaria nucum

Recepit de exitu arborum nucum terrarum domini de Quarto in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto, et pro arboribus nucibus de Rins inferius computat in pecunia cum firma prati dicti loci pro [XV] anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, et respondet plus de duobus sestariis nucum quam in computo precedenti pro anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo. Et est sciendum quod pro anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio nichil computat de dicto exitu arborum nucum quia arbores ipso anno propter frigus in dicto loco fuerunt vastate. Et de arboribus nucibus de Rins nichil computat pro anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto quia tradite fuerunt dicte domine Pantissalee occasione qua supra in frumento

- IX sestaria nucum

Summa

- IIII modia, I sestarium nucum

De quibus libravit, tempore quadragesime anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto, ad espensas octies viginti et sex hominum operariorum de roydīs seu corvatis, vacantibus quasi per unam diem in reparacione rivi domini vocati de Preposito, manu Johannis Valeti de Cyrisia de Dovia, mistralis de Vallepellina, capientibus singulis quadraginta octo hominibus seu operariis unum sestarium nucum more solito, ut in computo precedenti, et quilibet dictorum operariorum de roydīs unam ambostatam nucum, per litteram publicam dicti Anthonii Valleti de testimonio, confessione et recepta, datam die

Anselmo Pession

septima mensis septembris anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto, superius in librate siliginis redditam

- III sestaria, et XXII ambostatas nucum

Summa librate: - III sestaria, et XXII ambostatas nucum

Et sic debet: - III modia, III sestaria, I eminam, I eminale nucum

Respondet in computo sequenti.

Casei:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu per annum ut in computo precedenti circa festum beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio

- XV quintalia, XII libras et dimidiam casei

De quindecim quintalibus, duodecim libris cum dimidia casei in dicta castellania debitis de redditu per annum ut supra, non computat pro dicto termino festi beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto, quia nichil recepit pro eo quod domina ipsa tradidit domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto condam, occasione qua supra in frumento. Et que quantitas casei debetur in locis et per personas infra particulariter nominatas. Et primo apud *Oyaciam*, Amedeus de Chansibor: - XXV libras casei. Item Mermodus de Oyacia et eius consortes pro alpe de Chameyn: - XII libras et dimidiam casei. Item Georgius Theotonicus, Jacobus Vellion et liberi Anthonii Theutonici: - III quintalia casei. Item Theobaldus de Toles, Michelodus Bridon, Perrerus Fecton et sui consortes pro alpe Nova: - IIII quintalia casei. Apud *Olomont*, Johannes et Johannodus Rosseti et sui consortes pro alpe de By: - VII quintalia et dimidium casei. Apud *Vallempellinam*, Johannodus Charnyn et eius nepos: - XXV libras casei.

Alpagium:

Recepit a Johanne de Balma de Quarto, Jaquemeto Corna de Morgona et consortibus eorum pro alpe de Segneveir, pro duobus caseis ibidem domino per annum debitis circa festum beati Michaelis, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, - XIII libras casei

Recepit ab eisdem Johanne, Jaquemeto et eorum consortibus pro eodem et eodem termino festi beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto - XIII libras casei

Recepit a Petro de Pasquerio et consortibus suis pro alpe de Chavalayri, pro quatuor caseis domino ibidem debitis per annum quando vestitur, idest quando bestie ponuntur in eadem alpe pro fructu faciendo, et quando dicti quatuor casei solvuntur debet dari solventibus pro quolibet caseo unus panis siliginis, valoris unius eminate siliginis, ut dicitur in computo precedenti; et simili modo [XVI] solvuntur duo panes pro duobus caseis prout supra debitos pro alpe de Segneveyr, et computat pro termino festi beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio - XXX libras caseorum

Recepit ab eodem Petro de Pasquerio et consortibus suis pro eodem eisdem modo et forma, et computat pro termino festi beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto - XXX libras caseorum

Summa: - XVI quintalia, dimidia libra casei
Respondet in computo sequenti.

18

Seracei:

Item reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu per annum circa festum beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio - III^{XX} XV seraceos

Recepit ibidem pro eodem redditu circa festum beati Michaelis, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto, de dictis quater viginti et quindecim seraceis debitis in dicta castellania de redditu per annum ut supra, deductis septuaginta quinque seraceis cum dimidio, per dominam domine Pantissalee predictae, relicte domini Henrici domini de Quarto condam, traditis occasione qua supra in frumento, debitisque per personas infra particulariter nominatas et in locis infrascriptis, quorum nomina et quantitates sunt hec.

Et primo apud *Oyaciam*, Johannes de Ferreria: - I seraceum. Item Vulliermetus de Pertuys et eius fratres: - II seraceos. Item Johannes Eymerici dou Bagnierast, Johannes Blancheti, Johannes Chamos, Johannes Vullienci et Hugo Bridon: - X seraceos. Item Raymundus et Johannes Vyelyans: - I seraceum. Item Anthonius dou Bioley: - I seraceum. Item Anserminus Chanal, pro ferreria: - I seraceum. Item filius Bonifacii de La Cula: - I seraceum. Item Micheletus Bridon, pro novali dou Pupunier: - I seraceum. Item Vincencius Vorpo: - I seraceum. Item Aymonodus de Oyacia et consortes sui: - II seraceos.

Item prior Sancti Benigni Auguste, pro Les Gorgoiz: - I seraceum. Item Petrus de Canalibus et eius fratres: - I seraceum.

Apud *Olomont*, Colerius de Berio: - I seraceum. Item Theobaldus Rosseti: - I seraceum. Item Petrus Rosseti et fratres sui et filii Francisci Rosseti: - I seraceum. Item Johannes Cognyen: - dimidium seraceum. Item Johannes de Glacier, Johannes dou Vysey et Nycoletus de Pontibus: - I seraceum. Item hiidem aliunde: - II seraceos. Item Johannodus Gadot, Jaquiminus de Voce et Nycoletus de Voce: - I seraceum. Item Johannodus de Voce, Johannodus Gadot, Jaquemetus de Voce et Nycoletus de Voce: - II seraceos. Item Johannodus de Voce, Perrerius de Voce et Jaquemeta de Voce: - I seraceum. Item Clemens de Crestono: - I seraceum. Item Johannodus Bal: - dimidium seraceum. Item Nycoletus Biatricis et consortes sui: - I seraceum. Item Bonifacius Boneti et eius consortes: - I seraceum. Item Jaquemetus de Crestono et consortes sui: - IIII seraceos.

Apud *Vallem Pellinam*, Girodus de Valle et filie Murisodi: - III seraceos. Item Clemens et Franciscus Arenibez: - dimidium seraceum. Item Jaquemetus de Cleva de Vallepellina: - I seraceum. Item Johannes Galliardı et eius consortes: - I seraceum. Item Vullierminus de Prato, Perrerius de Prato et liberi Perrini dou Glarey: - I seraceum. Item Franciscus et Jaquemetus Enfants: - V seraceos.

Apud *Doviam*, Petrus Boson: - dimidium seraceum. Item Girodus dou Coudrey et consortes sui: - I seraceum. Item Johannes et Johannodus Seres: - tres partes unius seracei. Item Johannodus de Allyan, Petrus Seraphini et eorum consortes: - VIII seraceos. Item Jaquemetus de Cleva de Dovia: - I seraceum. Item Jaqueminus de Croso: - I seraceum et tercium unius seracei. Item [XVII] liberi Guidonis de Croso: - dimidium seraceum. Item Peronetus Chaucho et consortes sui: - I seraceum. Item Johannes de Cresta: - dimidium seraceum.

Apud *Dallion*, Stephanetus Lestey de Dallion: - IIII seraceos et dimidium. Item Jaquiminus Rubini de Dallion: - IIII seraceos et dimidium

- XIX seraceos cum dimidium

Summa:

- CXIII seracei et dimidius.

Rivus Prepositi:

De quibus libravit Bonifacio, genero Aymonodi Champapont de Roysano, custodi rivi domini vocati de Preposito, capienti pro custodia dicti rivi ut supra in siligine, per litteram publicam dicti Bonifacii de confessione et recepta, datam die XXIII mensis februarii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, et solvit eidem pro terminis festi beati Michaelis annorum Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio et octuagesimo quarto, pro quolibet anno duos seraceos cum dimidio, pretextu dicte littere in libratibus siliginis supra reddite

- V seraceos

Libravit manu Petri Morelli de Rivo de Porroczan, rectori et administratori rivi domini vocati de Preposito, ad expensas sexcies viginti et decem hominum operariorum de roydīs seu corvatis, vacancium quasi per unam diem in reparacione dicti rivi domini vocati de Preposito, immediate post Pascha, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto, capientibus singulis sex operariis seu hominibus unam ruczam seracei, et fiunt in quolibet seraceo ante carnisprivium duodecim rucze seu partes, et post Pascha decem rucze, et omni tempore de qualibet rucza librantur sex operariis seccatoribus vero pratorum, datur singulis quatuor una rucza, et illis quibus ut supra in siligine prandium datur singulis octo una rucza, ut dicit et dicitur in computo precedenti, per litteram publicam supradicti Petri de testimonio premissorum, confessione, et recepta, datam die penultima mensis februarii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, superius redditam in librata siliginis

- II seraceos, I ruczam et duas partes unius rucze ad X

Libravit manu Johannis de La Cuaa,²⁸ porterii castri Quarti, quatuordecim hominibus colligentibus fenum decime pratorum de Stanno et herbagiorum in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, ut supra in libratibus siliginis et infra in libratibus vini plenius continetur

- II ruczam et tercium unius rucze seracei ad X

Libravit manu dicti Johannis duodecim hominibus colligentibus fenum decime pratorum de Stanno et herbagiorum predictorum in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto

- II ruczam seracei ad X

²⁸ Ailleurs *Cuas*.

Libravit manu dicti Johannis ad expensas viginti unius hominum operariorum scindencium et faciencium circulos in insula Quarti de roydys seu corvatis, vacancium ad idem quasi per unam diem in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, ut supra in librata siliginis - III ruczes²⁹ et dimidiam seracei ad X

Libravit manu eiusdem Johannis ad expensas viginti quatuor hominum operariorum de roydys seu corvatis, scindencium et faciencium circulos in dicta insula Quarti in vindemiis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto ut supra in librata siliginis - IIII ruczes seracei ad X

Libravit manu eiusdem Johannis ad expensas sex hominum et sex mulierum nuces in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto circa castrum Quarti succuciencium et colligencium, ut supra in siligine - II ruczes seracei ad X

Libravit manu eiusdem Johannis ad expensas triginta duorum hominum operariorum de roydys seu corvatis, quasi per unam diem vacancium in reparacione celerii domini siti subtus castrum Quarti, in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto reparati quapropter inundaciones pluviarum et cumulationem terra et lapidibus, ut supra in siligine - V ruczes et tercium unius rucze seracei ad X

Libravit manu Theobaldi de Crista, mistralis de Roysan, ad expensas trium hominum de roydys seu corvatis vineas domini de Rins in vindemiis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto vindemiancium et in tina et dolio vinum reponencium, ut supra in siligine

- dimidiam ruczam seracei ad X

20

Prandia:

Libravit illis quibus solvendo servicia prandia dantur, nominatis et per modum superius in libratis siliginis declaratis, et datur singulis octo pro prandio una rucza seracei, et fiunt in seraceo duodecim rucze, cum sit ante carnisprevium, scilicet in crastinum Nativitatis Domini incipienti currere millesimo tercentesimo octuagesimo quarto, et allocantur eidem pro quadraginta septem prandiis, quarto et sexto unius prandii, debitis modo superius in siligine declarato, ut in computo precedenti

- V ruczes, II tercia, I quartum unius rucze seracei ad X

²⁹ On trouve indifféremment la graphie *ruczaz* et *ruczes*.

Libravit ibidem pro eodem scilicet in crastinum Nativitatis Domini incipienti currere anni millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, et allocantur eidem pro triginta quinque prandiis, quarto et sexto unius prandii, debitis modo superius in siligine declarato

- IIII ruczes, quartum et tercium unius rucze seracei ad X

[XVIII] Libravit manu Johannis Cuaa de Dovia, porterii Quarti, ad expensas triginta quatuor hominum operariorum quasi per unam diem vacancium de roydis seu corvatis scindendo fustam in nemore de Panperdu, supra Quartum, pro copertura capelle castri Quarti de novo facta ad losas in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto post Pascha, ut supra in librata siliginis

- V ruczaz et duas partes unius rucze seracei ad X

Libravit manu predicti Johannis Cuaa ad expensis sexdecim hominum operariorum de roydis seu corvatis quasi per unam diem vacancium in ducendo et apportando losas de quibus capella castri Quarti fuit coperta, cum quadraginta suis bestiis, tam equis quam asinis, a loco de Ciran apud Quartum apportaverunt, ut supra in siligine

- II ruczaz et duas partes unius rucze seracei ad X

Libravit manu dicti Johannis ad expensas quatuor hominum operariorum qui duo modia calcis, habite a Guillermo condomino de Nuns, a dicto loco de Nuns cum duodecim suis asinis ad castrum Quarti charreaverunt, pro muro dicte capelle murando, ut supra in siligine, in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto

- duas partes unius seracei ad X

Libravit manu dicti Johannis ad expensas quinquaginta hominum operariorum de roydis seu corvatis quasi per unam diem vacancium murando murum dicte capelle, totamque coperturam tecti ipsius capelle faciencium, fustamque et losas ibidem implicancium, in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto, ut supra in siligine

- VIII ruczes et terciam partem unius rucze seracei ad X

Libravit manu eiusdem Johannis ad expensas decem hominum operariorum quasi per unam diem vacancium recoperiendo et reactando tectum stabuli castri de Quarto, ut supra in siligine, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto

- I ruczam et duas partes unius rucze seracei ad X

Libravit manu eiusdem Johannis de La Cuaa ad expensas quadraginta unius hominum operariorum de roydis seu corvatis, quasi per unam diem vacancium in scindendis perchiis et aliis necessariis in

topia de novo fata in dicto castro Quarti ut supra in siligine, in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto post Pascha

- VI ruczes et dimidam, I tercium unius rucze seracei ad X

Libravit manu eiusdem Johannis ad expensas quaterviginti et quatuordecim hominum operariorum de roydīs seu corvatis, quasi per unam diem post Pascha in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto, tam in scindendo fustam in nemore de Panperdu supra Quartum pro reparacione bornellorum fontis castri dicti loci, < tam > aducendo quam perforando et implicando eosdem, ut supra in siligine

- I seraceum et dimidium et duas partes unius rucze ad X

Libravit manu Johannis Valeti de Cyrisia de Dovia, mistralis de Vallepellina, ad expensas triginta hominum operariorum de roydīs seu corvatis septuaginta modia siliginis cum ducentum et decem suis asinis a Vallepellina apud Pontem Lapideum portancium, ut supra in siligine in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto post Pascha

- V ruczās seracei ad X

Libravit ad expensas hospicii domine factas Rippaillie manu Anthonii Fabri, clerici expensarum hospicii domine,³⁰ qui de ipsis domine computare debet, ut per litteram domine de testimonio premissarum mandatoque allocandi, ultra quatuor libras, duodecim solidos monete Auguste pro portu seraceorum infrascriptorum, inferius in libratis pecunie allocatorum, datam Rippaillie die XVIII mensis marcii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, sub sigillo domine cum signeto dicti Anthonii, manu dicti Anthonii Fabri signatam

- VI seraceos

Summa librate: - XX seraceos, VI ruczās et dimidiam seracei

Et sic debet: - III^{XX} XIII seracei, VIII ruzes³¹ et dimidiam seracei, quorum decem valent seraceum.

De quibus respondet in computo sequenti.

21

Butiri:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu per annum in festo beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo

³⁰ Dans la marge gauche: *Anthonius Fabri*.

³¹ Lire *ruczēs*.

octuagesimo tercio, ut in computo precedenti, a Georgio Alamandi, Jacobo Veyllionis et liberis Jacobi Alamandi, habitatoris vallis Oyacie

- XXX libras butiri

De dictis triginta libris butiri debitis in dicta castellania de redditu per annum per prenomatos Georgium Alamandi, Jacobum Veyllionis et liberos Jacobi Alamandi, nichil computat pro termino festi beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, quia domina domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto condam, tradidit dicta triginta libras butiri occasione qua supra in frumento.

Summa: - XXX libre butiri

Respondet in computo sequenti.

Senapium:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu per annum ut in computo precedenti in festo beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio a personis in parrochiis et locis in tercio computo precedenti particulariter nominatis

- I eminam, II eminalia sinapii

[XIX] Recepit ibidem pro eodem et eodem termino festi beati Michaelis in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto, de una emina, duobus eminalibus senapii, debitis in dicta castellania de redditu per annum ut supra, deductis de ipsis duobus eminalibus senapii debitis apud Doviam. Videlicet, per Petrum Bosonis: - dimidiam eminam senapii. Item per Johannodum dou Coudrey et consortes suos: - I eminam senapii. Item per Johannem de Crista: - dimidium eminalem senapii.

Et per dominam domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto condam, occasione qua supra in frumento traditis

- I eminam senapii

Summa: - II emine, II eminalia sinapii

Respondet in computo sequenti.

Capones et galline:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu per annum circa carnisprevium anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto, a personis in parrochiis et locis in tercio computo precedenti particulariter nominatis et descriptis, et fit eidem castellano similis iniunctio³² que supra in frumento

- IIII^C XVIII capones, quartum unius caponis et quintum duodecime partis unius caponis.

Recepit ibidem pro eodem redditu circa carnisprevium anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto de quatuor centum decem octo caponibus, quarta parte unius caponis e quinta parte duodecime partis alterius caponis, debitis in dicta castellania de redditu per annum ut supra, deductis de eisdem ducentis sexaginta septem caponibus cum dimidio per dominam domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto condam, traditis, occasione qua supra in frumento, per personas inferius particulariter nominatis e in locis subsciptis, quorum nomina et quantitates sunt hec.

Et primo, apud *Oyaciam*, Bonifacius de Clauso Novo: - I caponem. Item Johannes Got et consortes sui: - I caponem. Item Johannes de Ferreria: - I caponem. Item Perreries Merlo: - I caponem. Item Vincentius et Johannes dou Bagnierast, fratres: - I caponem. Item Jaquemetus Barmen: - I caponem. Item liberi Clementis dou Closiz: - I caponem. Item Raymondus dou Bagnierast: - I caponem. Item Johannes Chamos: - I caponem. Item Johannes Blancheti dou Bagnierast: - I caponem. Item Johannes Vulliermete de Oyacia: - II capones. Item Johannodus Pupunier: - I caponem. Item Hugo et Perreries Bridons: - I caponem. Item Perronetus Braydil³³ et eius consortes: - I caponem. Item Johannes, filius Johannis Voudani: - I caponem. Item Vulliermus de Vinerio: - I caponem. Item liberi Brunardi de Granerio: - I caponem. Item Amedeus de Chansibor e Johannes dou Vysinal: - I caponem. Item Farco Gonterii: - I caponem. Item Mermodus de Oyacia: - III capones. Item Johanneta de Clauso Novo: - II capones. Item Vulliermus Joyour: - I caponem.

22 Apud *Olomont*, Franciscus de Baxelvis:³⁴ - VI capones. Item Jaquemetus Tricant:³⁵ - I caponem. Item Jaquiminus Baravay: - II capones. Item Jaquiminus Triolon: - I caponem. Item Johannodus

³² Dans la marge gauche: *vide*.

³³ Ailleurs *Braydy*.

³⁴ Ailleurs: *Baselvys*.

³⁵ Ailleurs: *Tricardi*.

Baravay: - I caponem. Item Johannodus Baravay et Johannodus Triolon: - I caponem. Item idem Johannodus Triolon: - I caponem. Item Martinus Baravay: - I caponem. Item Johannodus Perrini Baravay: - II capones. Item Perrodus de Frassinea et eius fratres et Aymonetus de Frassinea: - II capones. Item idem Perrodus et eius fratres: - I caponem. Item Colerius de Berio: - III capones. Item Perrerus de Glacier: - II capones. Item Leonardus de Pedeville: - II capones. Item Theobaldus Rosseti: - II capones. Item Bonifacius Boneti et eius nepotes: - II capones. Item Johannes Cognien: - I caponem et dimidium. Item Johannodus de Vyneys et Nycoletus de Pontibus: - I caponem. Item Johannes de Glacier et idem Johannodus: - II capones et dimidium. Item Johannes Grossi et fratres sui: - V capones. Item idem Johannes, fratres sui et eius consortes: - II capones. Item Jaquiminus, filius Andree de Voce: - I caponem. Item Agnessona de Berio et consortes sui: - I caponem. Item Vuillermetus Laurencii et consortes sui: - I caponem. Item idem Vuillermetus: - I caponem. Item Clemens de Crestono: - quartam partem unius caponis. [XX] Item Jaquemetus de Decima: - II capones. Item idem et consortes sui pro communitate de Porchier: - II capones. Item Johannodus Balli: - dimidium caponem. Item Johannes de Berio et Johannes Calliour et Jaquiminus de Aluys:³⁶ - I caponem. Item idem Johannes de Berio et Johannes Calliour: - I caponem. Item hiidem Johannes de Berio et Jaquiminus de Alluys: - I caponem. Item Martinus Raynaldi et la Prouz: - I caponem. Item Bonifacius Beta: - I caponem. Item Johannes et Johannodus Marquix: - II capones. Item Nycodus de Crestono et consortes sui: - II capones. Item Johannes Jacobi de Crestono: - I caponem. Item Nycoletus Byatricis et nepotes sui: - I caponem. Item Jaquemetus de Crestono: - III capones. Item Nycoletus Chyebondon: - II capones. Item Vuillermetus Grossi: - II capones. Item Johannodus Rosseti: - II capones.

Apud *Vallem Pellinam*, Girardus de Valle: - II capones. Item Perrerus et Johannes Fectons: - dimidium caponem. Item Johannes Jaquerii, Farco et Johannes Mygnez: - I caponem. Item Farco per Los Richarz de Somon: - II capones. Item Raymondus dou Glarey: - I caponem. Item Biatricis de Tholes: - I caponem. Item Johannodus Charnyn et consortes sui: - dimidium caponem. Item idem Johannodus et Jaquemetus eius nepos: - II capones. Item idem Johannodus: - I caponem. Item idem Jaquemetus: - I caponem. Item idem Johannodus et

³⁶ Ailleurs: *Aleys*.

Brunodus Gyrigney: - I caponem. Item Franciscus et Clemens Arenibez: - III capones. Item Johannodus Collat et consortes sui: - II capones. Item Vulliermetus Cuchelin: - IIII capones. Item Anserminus Chavaleri: - II capones. Item Vulliermetus Taverner pro dicto Ansermino: - I caponem. Item idem Anserminus seu Johannes de Ferreria pro eo: - I caponem. Item dicte Les Cabaces: - I caponem. Item Johannes Brocardi: - I caponem. Item Perrerus Suarny et Johannes eius nepos: - II capones. Item Jaquiminus Dyaquono: - I caponem. Item Jaquemetus de Cleva de Vallepellina: - V capones. Item Vulliermetus Chavalor et Bonus Johannes de Casali: - I caponem. Item Johannes Julyandi: - IIII capones. Item Johannes de Chelyon: - I caponem. Item Vyoninus Pontellion: - IIII capones. Item Jaquiminus dou Glarey et eius consortes: - II capones. Item Petrus Bocon: - I caponem. Item Jaquemodus de Somon: - I caponem. Item Stepheninus Arbaneys: - I caponem. Item Perrerus de Prato, Vulliermus de Prato et Perrinus du Glarey: - II capones. Item Perrinus dou Glarey: - II capones. Item Petrus Pleydon: - I caponem. Item Jaquemetus Bescharra seu Leonardus de Pede Ville: - I caponem. Item Jaquemetus et Franciscus Enfantaiz: - I caponem. Item Girodus de Molandino: - III capones. Item Johannes Mellnyat: - I caponem.

Apud *Doviam*, Jaquiminus de Molandino et Johannes filius Aymonis: - II capones. Item Jaquiminus et Martinus de Croysyvy: - IX capones. Item Johannes Veryola: - II capones. Item Petrus Bosonis: - quartum unius chaponis.³⁷ Item Johannes dou Coudrey et consortes sui: - dimidium caponis. Item Petrus Gonraz: - II capones. Item Jaquiminus Bonete de Janyo: - I caponem. Item idem Jaquiminus et consortes sui pro Jaquimino de la Villa: - I caponem. Item Perrodus et Martinus de Prabax: - I caponem. Item Jaquiminus de Prabax: - I caponem. Item Johannes et Johannodus fratres: - terciam partem unius caponis. Item hiidem fratres: - III capones. Item Johannodus de Allian et eius consortes: - II capones. [XXI] Item idem Johannodus: I caponem. Item Petrus Stephani: - II capones et tres partes unius caponis. Item Petrus Vuillienci de Allyan: - II capones. Item Raymonda de Allyan: - II capones. Item Jaquemetus de Cleva: - II capones. Item Jaqueminus de Croso: - I caponem et sextam partem unius caponis. Item liberi Guidonis de Croso: - dimidium caponem. Item Franciscus de Arnyo et Jaquemetus de Condemina: - III capones. Item idem Franciscus: - III capones. Item Valletus de Cirisia: - II capones. Item Johannes de

³⁷ *Sic.*

Cresta:³⁸ - quartam partem unius caponis. Item Johannes Clementis de Chastellayz: - III capones. Item Jaquiminus Agnetis de Janyo et Johannes Bernardi pro uxoribus suis: - I caponem. Item Raymonda de Carreria: - I caponem. Item Vulliermus, Johannes et Jaquemetus Arbaneyz: - III capones. Item liberi Johannis Agnete de Janio: - II capones. Item Hugoninus Tarida: - I caponem. Item filius Jaquimini de Cruisyvy: - I caponem.

23 *Apud Dallyon*, Johannes de Dallyon: - III capones. Item Stephanetus Lestey: - X capones. Item Johanninus et Jaquiminus de Dallyon: - I caponem. Item Rolinus de Dallyon: - I caponem.

In *Parrochia de Roysan, pro Ryns*, Franciscus, Perrinus et Johannes de Avilie, fratres: - II capones. Item Johannes Coquiliot de Avilie: - IX capones. Item Jaquemetus Saler et eius nepotes: - III capones. Item Johannes Mugnerii de Ryns: - IIII capones.

- CL capones, III quartos et quintam partem duodecime partis unius caponis

De tribus gallinis redditus annui debitis, una cum decem solidis annui servicii, per Jaquimum de Parlea pro quodam novali seu terra de novo ad culturam redacta, que fuit per dominum de Quarto condam albergata Adde de Parlea, patri dicti Jaquimini condam, quod novale fuit postea repertum esse de feudo quod a domino de Quarto canebant Petrus et Vioninus de Clusellina, domicelli, et adhuc tenent in feudum nobile, ut per instrumentum publicum recognicionis et regithie dictorum fratrum, receptum per Johannem Gontereti notarium et procuraterem domini in Valle Augusta, sub anno Domini millesimo tercentesimo sexagesimo sexto, indicione quarta, die undecima mensis januarii, ostensam in secundo computo precedenti et plenius designatum, nichil computat quod dicti fratres et eorum heredes adhuc ut dicti castellanus et procurator asserunt, dictum feudum tenent et deserviunt.

Recepit a personis in tresdecim particulis computi precedentis particulariter et speciffice declaratis, plus inventos per dictos castellanum et procuratorem domini quam fuerit computatum pro anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo septimo, ut in computo precedenti in Carnisprevio anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto

- XX capones

³⁸ Dans le premier compte: *de Cirisia*.

Recepit ab eisdem personis in dictis tresdecim particulis secundo computo precedentis nominatis pro eodem et eodem termino Carnisprevii anno Domini millesimo tercentesimo vicesimo quinto
- XX capones

Summa:

- VI^c IX capones, quartus, sextus duodecime partis unius caponis

De quibus libravit domino priori Sancti Ursi quem, ultra siliginem superius et pecuniam inferius in suo titulo allocatas, dominus de Quarto debet annuatim pro feudo quod ab ecclesia Sancti Ursi tenebat, et solvit eidem pro termino festi beati Ursi, quod colitur die secunda mensis februarii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto et octuagesimo quinto, pretextu instrumenti recognitionis domini de Quarto quondam copiat in libratis siliginis secundi computi precedentis et per litteram publicam domini Berthodi, prioris Sancti Ursi, de confessione et recepta, datam die XXII februarii, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, superius redditam in libratis siliginis, pro quolibet anno unum caponem - II capones

[XVII] Libravit domino Eballo de Praly, canonico et distributori ecclesie beate Marie de Augusta, quos, ultra pecuniam infra in suo titulo allocatam, dominus de Quarto quondam eidem ecclesie debebat annuatim pro feudo quod dominus ab eadem ecclesia tenet, vocato de Establo, ut in quodam publico instrumento compositionis facte inter venerabiles dominos Anthonium de Billens, prepositum, et capitulum Auguste, et potentem virum dominum Henricum, dominum de Quarto, militem quondam, recepto per Aymonetum Boveti de Porta Sancti Ursi, notarium publicum, sub anno Domini millesimo tercentesimo sexagesimo septimo, indicione quinta, nonas aprilis, in secundo computo precedenti plenius declarato, et solvit sibi pro termino carnisprevii annorum Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto et octuagesimo quinto, pro quolibet termino unum caponem, per litteram publicam dicti domini Eballi de confessione et recepta, datam die XXIII mensis februarii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, quam reddit manu Johannis de Gontereto notarii signatam - II capones

- 24 Deducitur eidem pro Aymoneta, filia quondam Peronodi Roncigniodi de Quarto, pro qua computavit particulariter in computo de anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo septimo et in presenti ac etiam precedenti summarie de uno capone, per errorem et ex

inadvertenciam, licet non debeat nisi dumtaxat medietatem unius caponis de redditu per annum, per instrumentum publicum recognitionis dicte Aymonete receptum per Johannem Gontereti, notarium publicum, procuratorem et receptorem extentarum domini in Valle Augusta, sub anno Domini millesimo tecentesimo sexagesimo septimo, indicione quinta, die vicesima secunda mensis januarii, copiatam³⁹ in secundo computo precedenti, et deducitur eidem pro terminis carnisprevii annorum millesimo tercentesimo octuagesimo quarto et octuagesimo quinto - I caponem

Summa librate et deducti: - V capones
Et sic debet:
- VI^C IIII capones, quartum et sextum duedecime partis unius caponis
Respondet in computo sequenti.

Pernices:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu per annum in festo Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto in parrochiis, locis et villagiis in secundo computo precedenti de anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo septimo particulariter nominatis et descriptis - XVIII pernice

Recepit ibidem pro eodem et eodem termino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni millesimo tercentesimo octuagesimo quinto de decemocto pernicibus ut supra de redditu per annum debitis, deductis de eisdem tribus pernicibus per dominam domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto, condicione qua supra in frumento, traditis debitisque per personas et in locis infrascriptis, videlicet: apud *Oyaciam*, per Peronetum Braydy - II pernice, item apud *Vallempellinam*, per Johannodum Charnyn et eius consortes - I pernicem

- XV pernice

De una pernice quam Aymonodus Cullier de Porta Sancti Ursi condam, pater Emerici Cullier notarii, recognovit una cum duobus denariis debere domino de Quarto quondam, singulis annis quibus fieret

³⁹ Lire copiatum.

bequaria ante domum ipsius Aymonodi, sitam in civitate Auguste loco dicto Cyta, iuxta carcerias publicas antierius, domum Aymerici de Roncheto inferius, et exitum seu parvum allorium superius, non computat quia non fuit ibidem bequaria seu macellum per tempus de quo computat ut dicit.

Summa:

- XXXIII pernice

Respondet in computo sequenti.

25

Castrones seu mutones:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu per annum in festo beati Martini yemalis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio a personis, in parrochiis et locis in tercio computo precedenti de anno Domini millesimo [XXIII] tercentesimo septuagesimo septimo particulariter descriptis- XXVII castrones

Et - I chanalem et dimidium castronem

Recepit ibidem pro eodem ab eisdem personis et in parrochiis et locis predictis de eodem redditu per annum in festo beati Martini yemalis, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto de viginti septem castronibus, una canali cum dimidia castronis de redditu ut supra per annum debitis, deductis de eiusdem viginti tribus castronibus, una canali cum dimidia castronis per dominam domine Pantissalee de Saluciis relicte domini Henrici domini de Quarto condam, condicione qua supra in frumento traditis debitisque per personas et in locis infrascriptis, quorum nomina et quantitates sunt hec:

Et primo *apud Oyaciam*: Raymondus dou Bagnyerast et eius consortes - I castronem; item Michelodus et Perreries Bridonis - I castronem; item Peronetus Braydy, Clemens Braydy et eorum consortes, - I castronem; item Petrus de Canalibus et eius consortes - I castronem; item Petrus Marchiant et Perreries Merlo - I castronem; item Raymondus Vielian et Johannes Vielian - I castronem; item Farco Gonterii de Biona - I castronem; item Johannes, Vulliencus et Amedeus Maliez et eorum consortes - I castronem; item Mermondus de Oyacia et consortes sui - I castronem; item Aymonodus deis Ryns et eius consortes - I castronem; item Johanneta de Clauso Novo - I castronem; item dicti Les Ligneiz - I castronem.

Apud Olomont: Franciscus dou Baxelvis et eius consortes - I castronem; item Jaquiminus Baravay, clericus, et Johannodus Baravay et eorum consortes - I castronem; item Aymo de Frassynea, Picod de Frassynea et eius fratres - I castronem; item Colerius de Berio - I

castronem; item Johannes Cognient de Olomont - I castronem; item Nycoletus de Pontibus et eius consortes - I castronem; item Johannodus Lo Bal - I castronem; item Jaquemetus de Cristono et eius consortes - I castronem; item Johannes Benedicte et Johannes de Frassinea et eorum consortes pro Gorra - I castronem; item Nycoletus Biatricis et eius consortes - I castronem; item Leonardus de Pedeville pro Crosis - I castronem;

Apud VallemPELLINAM: Girodus Faber - I chanalem castronis.

Apud DALLION: Johannes de Dallion - II quarterios castronis.

- IIII castrones

Decime agnorum:

De exitu decimarum agnorum domino pertinencium ratione dicti loci de Quarto, apud Olomont, parrochie Vallispelline, et apud Doviam, parrochie dicti loci, pro quo fuit computatum in tercio computo precedenti de tribus annis, nichil computat hic sed de ipsis computabit in recepta pecunie.

Herbagium:

Recepit manu Petri Coperelli de Ponte Lapideo apud Pontem Lapideum pro herbagio muthonum transeuncium ibidem domino pertinente, circa festum beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, ubi levantur pro singulis quinque trenenariis muthonum transeuncium per mandamentum de Quartum seu Oyacie unus muto pro herbagio ut in computo precedenti, nec inde plus recepit ut dicit

- II muthones

Recepit ibidem pro eodem manu predicti Petri Coperelli circa festum beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo trigesimo quarto, nec inde plus recepit ut dicit

- II muthones

Summa: - XXXV mutones seu castrones
- I novellum

Et: - I chanalem et dimidiam castronis

Respondet in computo sequenti.

Vinum:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu per annum in vindemiis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio a personis, in locis et villagiis in tercio computo precedenti de anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo septimo particulariter nominatis et descriptis

- VI modia, III sestaria, tercium, quartum et dimidium quartum unius sestarii vini, ad parvam mensuram Auguste

Et:

- XXXII modia, VIII sestaria, I eminam, I quartanam et dimidiam vini ad magnam mensuram Auguste

Recepit ibidem pro eodem in vindemiis anni Domini millesimi tercentesimi octuagesimi quarti de sex modiis, tribus sestariis, tercio, quarto et dimidio quarto unius [XXIII] sestarii vini ad parvam mensuram Auguste; triginta duobus modiis, octo sestariis, una emina, una quartana cum dimidia vini ad magnam mensuram Auguste, debitis ibidem de redditu per annum ut supra, deducto de eisdem uno sestario vini ad magnam mensuram Auguste per dominam domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de quarto condam, occasione qua supra in frumento, in parrochia de Roysan pro loco de Rins, tradito debitoque videlicet per Vioninum de Gorrey - I eminam vini, et per Girardum Piteti - I eminam vini.

- VI modia, III sestaria, tercium, quartum et dimidium quartum unius sestarii vini ad parvam mensuram Auguste

Et:

- XXXII modia, VII sestaria, I eminam, I quartanam et dimidiam vini ad magnam mensuram Auguste

Recepit a personis in tribus particulis computi precedentis particulariter et speciffice nominatis de redditu per annum in vindemiis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, modis et causis in eodem plenius declaratis

- VI modia, IIII sestaria, dimidiam quartanam vini

Recepit ibidem pro eodem et ab eisdem personis in dictis tribus particulis nominatis in vindemiis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto - VI modia, IIII sestaria, dimidiam quartanam vini

Recepit a Johanne Vidondo, habitatore Quarti, pro quadam vinea modici valoris vocata de Crista, que erat deserta, dicto Johanni per eunde castellanum pro tanto sine introgiis aliquibus albergata in anno

Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, de redditu per annum

- I quartanam vini

Recepit ab eodem Johanne pro eodem et eodem redditu in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto - I quartanam vini

Decime:

Recepit manu Aymoneti Peccion, collectoris decimarum domini que levantur in certis possessionibus existentibus a torrente Clausi Novi, inter Sarro et Augustam, usque ad civitatem Auguste, in quibus dominus percipit duas partes medietatis, et reliquam terciam partem ipsius medietatis percipit dominus Jacobus Bonerii de Dovia, canonicus augustensis, et reliquam medietatem percipit dominus de Monte Joveto sicut supra in frumento et siligine, in vindemiis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, et respondet minus de sex sestariis quam in computo precedenti propter paucitatem vinorum que ibidem fuit dicto anno ut dicit, nec inde plus recepit ut suo asserit juramento

- IIII modia, VI sestaria vini

Recepit manu Boniffacii de Cruce, collectoris decimarum pro eodem et eodem modo et forma in vindemiis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto, et respondet plus de tribus sestariis vini quam pro anno precedenti millesimo tercentesimo octuagesimo tercio

- IIII modia, IX sestaria vini

Recepit manu Hudrici de Parlea de exitu decime cuiusdam pecie vinee jacentis in parrochia Sancti Christofori, loco dicto Fontanelles, que fuit Michaelis de Parlea condam, in vindemiis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, et inde plus non recepit ut dicit

- III quartanas vini

Recepit manu dicti Hudrici de exitu decime in vindemiis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto, et respondet plus de una quartana vini quam pro anno precedenti millesimo tercentesimo octuagesimo tercio

- I sestarium vini

Exitus vinearum:

Recepit manu Theobaldi de Crista, mistralis de Roysan, de et pro exitu vinee vocate de Ryns in vindemiis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, que quidem vinea continet circa decem fossoriatas, nec inde plus recepit ut dicit; pro exitu vero vinee domini vocate de Crista superius computat in recepta, et pro reliquis peciis vinee nichil computat in exitu quia albergate fuerunt ad pecuniam et vinum de quibus supra et infra computat, Anthonio Palmerii, ut in computo precedenti continetur, et respondet plus de una emina quam computo precedenti - IIII sestaria, I eminam vini

De exitu dictarum vinearum pro vindemiis anni millesimi tercentesimi octuagesimi quarti, nichil computat quia domina ipsum exitum tradidit domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto condam, occasione qua supra in frumento.

Arragium:

Recepit a se ipso que debebat pro remanencia sui computi precedentis - II modia vini aceti

Summa, computatis quatuor quarteronis pro una quartana, duabus quartanis pro una emina, duabus eminis pro uno sestario et duodecim sestariis pro uno modio, tam ad magnam quam parvam mensuras, et computatis novem sestariis ad parvam mensuram pro octo sestariis ad magnam mensuram, quia sic equipollere dicuntur ut in computo precedenti

- IIII^{XX}XIX modia, I sestarium, I quartana, I quarteronus et dimidius vini

Et: - II modia vini aceti

[XXV]

Rivus de Ryns:

De quibus libavit Francisco et Perrino de Avillie, fratribus, et Gothofredo dicto Vaniour, de Rins, nominibus suo et Johannodi fratris sui, manutenere debentibus rivum vocatum de Ryns, ad eorum vitam pro tanto de vino per annum, ultra siliginem sibi pro eodem datam ut supra, et ipsi fratres debent habere aquam dicti rivi omni die dominico cum nocte et ultra quando dominus de Quarto predictam aquam non implicaret per se vel alium, ipsi fratres de dicta aqua capere possint pro suis possessionibus adaquando, per modum contentum in instrumento

supra in libratis siliginis designato, ut in computo precedenti, et solvit eidem pro termino festi beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo per litteram publicam dictorum Francisci, Peronini de Avillie et Gotoffredi, dicti Vaniour, quibus supra nominibus, de testimonio premissorum, confessioneque et recepta, datam die XII mensis januarii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, superius redditam in libratis siliginis- I sestarium vini

Rivus Prepositi:

Libravit Bonifacio, genero Aymonodi Champapont, custodi rivi domini vocati de Preposito, a loco principii dicti rivi vocato La Morina, usque ad locum vocatum de Vallesuana subtus Roysan, quasi per unam leucam, per quod spacium custodire debet dictum rivum pro tanto de vino per annum, ultra seraceum, siliginem et pecuniam sibi pro eodem allocatos in suis locis et titulis, ut in computo precedenti et more solito, et solvit sibi pro annis millesimo tercentesimo octuagesimo tercio et octuagesimo quarto, per litteram publicam dicti Bonifacii de testimonio premissorum, confessioneque et recepta, datam die XXIII mensis februarii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, pro quolibet anno unum sestarium vini, superius in libratis siliginis reddictam
- II sestaria vini.

28

Reparacio dicti rivi Prepositi:

Libravit manu Johannis Valleti de Cirisia, mistralis Vallispelline ad expensas occies viginti et sex hominum operariorum de roydys seu corvatis vacancium quasi per unam diem in reparacione rivi domini vocati de Preposito anno subscripto millesimo tercentesimo octuagesimo quarto, tempore quadragesime, capiente quolibet per diem unum quarteronum vini more solito ut in computo precedenti, per litteram publicam dicti Johannis Valleti de testimonio premissorum confessioneque et recepta, datam die octava mensis septembris anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto, superius in libratis siliginis redditam

- X sestaria, I quartanam et dimidiam vini

Libravit manu Petri Morelli ad expensas sexcies viginti et decem hominum operariorum de roydys seu corvatis vacancium quasiper unam diem in reparacione eiusdem rivi post Pascha in anno predicto millesimo

tercentesimo octuagesimo quarto reparati, capiente quolibet per diem unum quarterium vini ut supra, per litteram publicam dicti Johannis de testimonio premissorum, confessioneque et recepta, datam die penultima mensis februarii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, superius in librata siliginis redditam

- VIII sestaria, dimidiam quartanam vini

Libravit manu Johannis Cuaa de Dovia, porterii castrum Quarti, ad expensas quatuordecim hominum operariorum de roydīs seu corvatis, vacancium quasi per unam diem recolligendo et levando fena decimarum pratorum domini de Stanno et herbagiorum domino debitorum a Maladeria usque ad Pontem Lapideum in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, capiente quolibet per diem unum quarterium vini, et allocatur de mandato, modis et formis quibus supra in siligine

- I eminam, I quartanam et dimidiam vini

Item manu eadem ad expensas viginti duodecim hominum operariorum de roydīs seu corvatis, predictas decimas et herbagia quasi per unam diem colligendo, capiente quolibet ut supra III quartanas vini

- II eminas, dimidiam quartanam vini

Libravit manu dicti Johannis Cuaa ad expensas viginti unius hominum operariorum de roydīs seu corvatis quasi per unam diem vacancium scindendo et faciendo circlos in insula Quarti in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, capiente quolibet per diem ut supra: - I sestarium, I quartanam et I quarteronum vini. Item manu eadem ad expensas viginti quatuor hominum operariorum de roydīs seu corvatis quasi per unam diem vacancium scindendo et faciendo circlos in dicta insula Quarti in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto, capiente quolibet ut supra: - III eminas vini

- II sestaria, I eminam, I quartanam, I quarteronum vini

Libravit manu eiusdem Johannis ad expensas sex hominum et sex mulierum nuces in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto succuciencium et colligencium circa castrum Quarti capiente quolibet [XXVI] ut supra: - III quartanas vini. Item manu eadem ad expensas triginta duorum hominum operariorum de roydīs seu corvatis quasi per unam diem vacancium in reparacione celarii domini siti subtus castrum Quarti in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto reparati, ut supra in siligine, capiente quolibet per diem ut supra:

- II sestaria vini

- II sestaria, III quartanas vini

Libravit manu Theobaldi de Crista, mistralis de Roysan, ad expensas trium hominum de roydys seu corvatis vineas domini de Rins vindemiancium in vindemiis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto, capiente quolibet ut supra, et allocantur sibi per litteram superius in siligine traditam - III quarteronos vini

Libravit manu Johannis Cuaa de Dovia, porterii castri Quarti, ad expensas triginta quatuor hominum operariorum de roydys seu corvatis quasi per unam diem vacancium scindendo fustam in nemoribus de Pamperdu supra Quartum, pro copertura capelle dicti loci, ut supra in siligine, in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto post Pascha, capiente quolibet ut supra: - II sestaria, dimidiam quartanam vini. Item manu predicti Johannis ad expensas sexdecim hominum operariorum de roydys seu corvatis quasi per unam diem vacancium cum quadraginta octo suis bestiis, tam equis quam asinis, ducendo et apportando losas ad opus dicte capelle a loco de Cyraiz apud Quartum ut supra in siligine, capiente quolibet ut supra: - I sestarium vini. Item manu predicti Johannis ad expensas quatuor hominum operariorum duo modia calcis, habite a Guillermeto, condomino de Nous, cum duodecim suis asinis apportancium, capiencium quolibet ut supra: - I quartanam vini. Item ad expensas quinquaginta hominum operariorum de roydys seu corvatis, post Pascha in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto, quasi per unam diem vacancium murando murum dicte capelle, coperturamque dicte capelle faciencium nec non fustam et losas ibidem implicancium, capiente quolibet ut supra: - III sestaria, dimidiam quartanam vini. Item manu dicti Johannis ad expensas decem hominum operariorum de roydys seu corvatis quasi per unam diem vacancium recoperiendo et reaptando tectum stabuli castri de Quarto, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto, capiente quolibet ut supra: - I eminam, dimidiam quartanam vini. Et allocantur per litteram superius in librata siliginis redditam - VII sestaria, dimidiam quartanam vini

Librait manu predicti Johannis de la Cuaa ad expensas quadraginta unius hominum operariorum de roydys seu corvatis, quasi per unam diem vacancium in perchiis et aliis neccessariis in topia de novo facta in dicto castro Quarti, capiente quolibet ut supra: - II sestaria, I eminam, II quarteronos vini. Item manu eadem ad expensas quaterviginti et quatuordecim hominum operariorum de roydys seu corvatis quasi per unam diem post Pacha in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto vacancium in reparacione bornellorum castri dicti

loci, aducendo fustam et perforando pro ipsis bornellis reparandis ut supra in siligine, capiente quolibet ut supra: - V sestaria, eminam, I quartanam et dimidiam vini. Et allocantur per litteram superius in librata siliginis redditam

- VIII sestaria, I quartanam, III quarteronos vini

Libravit manu Johannis Valleti de Cirisia de Dovia, mistralis de Vallepellina, ad expensas triginta hominum operariorum de roydys seu corvatis, cum ducentis et decem suis asinis *septuaginta*⁴⁰ [XXVII] septuaginta modia siliginis de mistralia Vallispelline, videlicet a graneriis domini ibidem existentibus, usque ad Pontem Lapideum charreaverunt, capiente quolibet ut supra, et allocantur per litteram superius in librata siliginis redditam

- I sestarium, eminam, I quartanam et dimidiam vini

Summa librate:

- III modia, X sestaria, I quartanam, I quarteronum vini

Et sic debet:

- III^{XX} XV modia, III sestaria, dimidium quarteronum vini.

Et: - II modia vini aceti

Respondet in computo sequenti.

29

Fenum:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de marescalcia per annum circa festum nativitatis beati Johannis Baptiste, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, a personis, locis et villagiis in computo de anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo septimo particulariter et specififice declaratis

- XXXIII fassos et duodecimum unius fassi feni teysiatis

Recepit ibidem pro eodem et eadem marescalcia de dictis triginta quatuor fassis et duodecima parte unius fassi feni debitis in dicta castellania de marescalcia per annum ut supra in festo nativitatis beati Johannis Baptiste, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto, deductis de eisdem uno fasso cum dimidio feni teysiati per dominam domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, traditis debitisque in locis et per personas infrascritas, quos nomina sunt hec.

⁴⁰ Effacé.

Apud *Doviam*: Petrus Tarida et eius consortes - dimidium fassum feni teysiati; item Jaquiminus de Canali de *Dovia* pro marescalcia: - dimidium fassum feni teysiati; item Johannes Verole pro marescalcia: - dimidium fassum feni teysiati
- XXXII fassos et dimidium et duodecimum unius fassi feni teysiatos

Decime:

Recepit manu Aymoneti Peccion de et pro exitu decimarum que levantur in certis possessionibus existentibus a torrente Clausi Novi, inter Sarro et Augustam, usque ad civitatem Auguste, in quibus dominus percipit duas partes ipsius medietatis et reliquam terciam partem ipsius medietatis percipit dominus Jacobus Bonerii de *Dovia*, canonicus augustensis, reliquam vero medietatem percipit dominus de Monte Joveto sicut superius dicitur in frumento, siligine et vino in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, et respondet minus de uno fasso feni quam in secundo computo precedenti, pro anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo - XIX fassos feni

Recepit manu Bonifacii de Cruce Auguste pro exitu eiusdem decime in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto, et respondet plus de uno fasso feni quam anno proxime precedenti, et inde plus non recepit ut suo asserit juramento - XX fassos feni

Recepit de exitu decimarum pratorum vocatorum de Stanno, sitorum subtus Sanctum Chistorum, domino pertinencium ex causa permutacionis facte per predecesores domini de Quarto quondam cum curato tunc Sancti Christofori, ut in secundo computo precedenti, in quo instrumentum dicte permutacionis de verbo ad verbum est copiatum, *circa festum nativitatis beati Johannis Baptiste anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio*,⁴¹ et respondet plus de uno fasso feni quam in secundo computo precedenti, pro anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo - XXIII fasso feni

Recepit de et pro exitu dicte decime circa festum nativitatis beati Johannis Baptiste anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto, et respondet minus de uno fasso feni quam pro anno precedenti - XXIII fassos feni.

⁴¹ La phrase est ajoutée dans la marge droite avec un signe de renvoi.

Herbagia:

Recepit manu Johannis Vidondo, habitatoris Quarti, de et pro herbagio seu exitu herbagiorum que levantur a Ponte Lapideo usque prope Maladeriam Quarti, in certis pratis inter dictos confines existentibus, ultra alia herbagia debita per nonnullos cives et burgenses Auguste, redacta ad pecuniam de qua computat inferius in denariorum census, et quia in secundo computo precedenti eidem fuerat iniunctum quod in presenti computo declararet modum levandi dicta herbagia, nomina debencium et prata supra et in quibus levantur, tociusque negotii veritatem, dicit, prout in dicto secundo computo precedenti dixit, quod hoc facere non potuit quia regithie dicti loci Quarti recipiuntur per Johannem Gontereti notarium, procuratorem et receptorem extentarum domini in Valle Augusta, que tamen nundum sunt complete, quare iterato iniungitur eidem⁴² quod dictas extentas compleri et terminari procuret, taliter quod in suo sequenti computo ad plenum valeat particulariter computare. Et computat pro termino festi nativitatis beati Johannis Baptiste anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio

- IX fassos et dimidium feni

[XXVIII]

Herbe pratorum:

De exitu prati domini vocati de Ollees, nichil computat in feno quia dominus dictam peciam prati cum certis aliis infrascriptis peciis prati, terre et vinearum, de quibus superius fit et est inferius expressior mencio, albergavit Anthonio, filio Aymoneti Palmerii condam, pro certis usagiis annualibus de quibus inferius in denariis census, ubi littera dicti albergamenti domini ad plenum est designata et in secundo computo precedenti copiata.

De exitu prati domini vocati de Rins, nichil computat in feno pro anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto, quia Petrus Morelli de Rivo, Theobaldus, mistralis de Roysano, et Girardus dictus Vagniour, dictum pratum tenent ad firmam pro decem septem florenis auri boni ponderis de firma per annum, de quibus infra computat in serviciis, et pro anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto nichil computat quia domina ipsam firmam tradidit domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto condam, occasione qua supra in frumento.

⁴² Dans la marge gauche: *vide*.

De exitu cuiusdam pecie prati siti apud Lugniczan,⁴³ parrochie de Roysan, continente circa unam seytoratam et dimidiam prati, nichil computat in feno pro anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto quia dictus castellanus ipsam peciam prati cum quadam pecia terre ibidem contigua, que longo tempore, vivente domino de Quarto, propter sterelitatem ipsius terre permanserit vacua, et quodam casali ibidem existenti, albergavit et in feudum tradidit Theobaldo, mistrali de Roysan, pro duobus modiis siliginis de reddito per annum, solvendis singulis annis in festo beati Michaelis, de quibus supra computat in titulo siliginis.

De exitu cuiusdam pecie prati et gerbi seu olim vocate de Plantatis, site prope Quartum, que solet esse vinea, nichil computat in feno quia dicta pecia prati seu olim albergata fuit Petro Bruneti de Tharentaysia, dicto Chol, habitatori Quarti, ut in secundo computo precedenti.

De exitu pratorum domini vocatorum de Ravoyra, sitorum supra Sanctum Christoforum in pluribus peciis, nichil computat in feno quia de ipso computat infra in denariorum census, ex albergamento facto per dominum Anthonio Palmerii, prout dicitur in secundo computo precedenti.

Summa: - CV fassi feni communes
Et: - LXVI fassi et tercius unius fassi feni teysiati

31

De quibus libravit ad expensas quadraginta octo bestiarum tam equorum quam asinorum quasi per unam diem apportancium losas a loco de Cyran, parrochie Quarti, usque in castrum dicti loci pro copertura capelle ipsius loci fienda, ut supra in librata siliginis in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto post Pascha, capientibus singulis octo animalibus asininis vel equinis unum fassum feni per diem, more solito, prout retulit Johannes Gontereti, procurator et receptor extentarum domini in Valle Augusta prius in computo. Et allocantur prius et alie subscripte librate de mandato quo supra in siligine

- VI fassos feni communis

Libravit feno dato duodecim asinis de roydys seu corvatis vacantibus quasi per unam diem apportando duo modia calcis a loco de Nous in

⁴³ Dans les comptes précédent on trouve Lunyczan.

castrum Quarti pro muro [XXIX] dicte capelle murando, capientibus singulis octo animalibus unum fassum feni ut supra

- I fassum et dimidium feni

Libravit manu Johannis de la Cuaa de Dovia, parrochie Quarti, feno dato sex paribus boum quasi per unam diem vacancium trahendo a nemore de Arlo in castrum Quarti sex duodenas de ollyes seu grossarum perticarum pro topia ibidem intra castrum dicti loci in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto facta, capiente quolibet pari boum terciam partem unius fassi feni per diem, prout retulit predictus Johannes Gontereti

- II fassos feni

Libravit manu Johannis Valeti de Cyrisia de Dovia, mistralis de Valle Pellina, feno dato ducentis et decem asinis, quasi per unam diem vacancium apportando septuaginta modia siliginis a graneriis domini existentibus in Valle Pellina usque ad Pontem Lapideum, et que postmodum portata fuerunt apud Yporrigiam, in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto, capientibus singlis octo asinis unum fassum feni per diem ut supra

- XXVI fassos et quartum unius fassi feni communis

Summa librate: - XXXV fassi et quartus unius fassi feni communis

Et sic debet: - LXIX fassos et quartum unius fassi feni communis

Et: - LXVI fassos, II tercios unius fassi feni teysiati

Respondet in computo sequenti.

*Palee.*⁴⁴

Idem reddit computum quod recepit de et pro exitu decimarum certarum terrarum et possessionum existencium a torrente Clausi Novi usque ad civitatem Auguste, videlicet manu Hugoneti⁴⁵ Peccion, et levantur per modum superius declaratum in frumento, siligine, vino et feno. Et fit eidem similis iniunctio⁴⁶ que supra in frumento et siligine, et respondet minus de uno fasso pallearum quam in secundo computo precedenti pro anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, et inde plus non recepit ut suo asserit juramento- VI fassos pallearum

⁴⁴ Ailleurs *pallearum*.

⁴⁵ Lire *Aymoneti*.

⁴⁶ Dans la marge gauche: *vide*.

Recepit manu Bonifacii de Cruce pro eisdem decimis et eodem modo anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto, et respondet plus de uno fasso pallearum quam anno proxime precedenti

- VII fassos pallearum

De exitu pallearum terrarum domini de Rins, nichil computat in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto quia tradite sunt ad certum tempus ut supra in siligine, et post modum fuerunt tradite domine de Quarto ut supra.

Summa: - XIII fassi pallearum

Respondet in computo sequenti.

32

Cera:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu seu servicio per annum in parrochiis, villis, villagiis et locis aliis a personis in tercio computo precedenti de anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo septimo specificice et particulariter nominatis et descriptis, in festo beati Stephani Prothomartiris, crastino festi Nativitatis Domini incipiente currere anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto

- LXII libras, tercium et quartum unius libre cere ad pondus Auguste

Recepit ab eisdem ibidem pro eodem et eodem termino festi beati Stephani crastino festi Nativitatis Domini, incipiente currere anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto de sexaginta duabus libris, tercio et quarto unius libre et quarto unius libre cere ad pondus Auguste de redditu seu servicio ut supra debitis, deductis de eisdem quadraginta novem libras et duodecima parte unius libre cere ad pondus Auguste per dominam domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto condam, occasione qua supra in frumento, tradite debiteque in locis et per personas infra particulariter nominatas et descriptas, quarum nomina et quantitates sunt hec.

[XXX] Et primo, *Apud Oyaciam*, Jacobus, Vullienus, Nicolaus de Pertuys et consortes sui: - I libram cere. Item Johannes Blancheti dou Bagnierast et eius nepos: - I libram cere. Item Mermodus Cabodi de Oyacia et fratres sui: - dimidiam libram cere. Item liberi Brunodi de Granerio: - I libram cere. Item Mermodus de Oyacia et consortes sui: - dimidiam libram cere. Item Aymonodus deis Rynz: - dimidiam libram cere.

Anselmo Pession

Apud Olomont, Franciscus dou Baxelvys et consortes sui : - I libram cere. Item Jaquiminus Triolon: - I libram cere. Item Johannodus Baravay: - dimidiam libram cere. Item Picodus de Frassinea et eius fratres et Aymonetus de Frassinea : - II libras cere. Item Perrerus de Glacier : - I libram cere. Item Theobaldus Rosseti, Petrus Rosseti et fratres eius : - III libras cere. Idem Petrus Rosseti et fratres sui: - IIII libras cere. Idem Petrus: - II libras cere. Idem Theobaldus: - dimidiam libram cere. Item Johannes Cognen: - I libram cere. Item Nicholetus des Ponz: - I libram cere. Item Johannodus, filius Johanneti de Voce, et consortes sui: - I libram cere. Idem Johannodus, Johannodus Gadot, Jaquemetus de Voce et Nycoletus de Voce : - I libram cere. Item Johannes Grossi et fratres sui: - tercium unius libre cere. Idem Johannes Grossi et fratres sui et Vulliencus Grossi: - I libram cere. Item Vulliencus Laurencii : - dimidiam libram cere. Item dicta la Bruna pro Retigodo: - I libram cere. Item Johannes de Frassinea et Johannes Benedicte: - I libram et dimidiam cere. Item Jaquemetus de Decima: - II libre cere.

Apud Vallem Pellinam, Farco Mignet et Johannes Mignet: - dimidiam libram cere. Item Franciscus et Clemens Arenibeyz: - II libras cere. Item Johannodus Tollat: - dimidiam libram cere. Item Valleta Pullyay: - I libram cere. Item Ansermetus Chanal: - I libram cere. Item Jaquiminus Dyaquono: - dimidiam libram cere. Item Jaquemetus de Cleva: - dimidiam libram cere. Item Johannes Julliant: - I libram cere. Item Johannes Mellnyat pro Lo Teppa: - I libram et I quarteronum cere. Item Jaqueminus dou Glarey: - I libram cere. Item Perrerus de Prato, Vullierminus de Prato et Perrinus dou Glarey: - I libram cere. Item Marguerita uxor condam Jaquemini Cerdonis: - I libram cere. Item Johannes de Challion pro les Richards: - I libram cere. *Apud Doviam*, Jaqueminus et Martinus de Croysivy: - I libram cere. Item Petrus Bosonis: - I libram cere. Item Johannodus Suart et eius frater: - I libram cere. Item Johannes de Chastellan et consortes sui: - I libram cere. Item Michael de Cela et Vullierma dou Soncey: - I libram cere.

- XIII libras et dimidiam cere

Exitus examinum apium comandarum:

Recepit de exitu quatuor examinum apium que tenet Johannes Vidondo de Quarto ut in computo precedenti in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto, et pro anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio nichil computat quia nichil recepit ipso anno ut dicit

- I libram cere

Recepit a Johanne Ramuysi de Quarto de exitu trium examinum apium in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto, et pro anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio nichil computat quia ipso anno nichil recepit ut dicit - II libras cere

33

Apes orti:

De exitu quinque examinum apium existencium in orto domini de Quarto, ut in computo precedenti, non computat per annis millesimo tercentesimo octuagesimo tercio et octuagesimo quarto quia nichil de ipsis recepit per tempus predictum ut dicit.

Recepit a Johanne, filio Hugonodi de Basso Molendino, burgense Auguste prope Portam Sancti Ursi, de servicio per annum ut in secundo computo precedenti, in quo instrumentum assignacionis et recognicionis factarum per dictum Hugonodum, patrem eiusdem Johannis, fuit et est copiatum, pro quo idem debet duplum de placito quando accidit; et quia in computo precedenti⁴⁷ et in secundo computo precedenti in titulo denariorum census computaverunt de quinque solidis monete Auguste pro dicta libra cere, [XXXI] in quibus computis precedentibus mencio habetur quod quando de dicta libra *de dicta libra*⁴⁸ cere in recepta computabit debent eidem deduci quinque solidi predicti, cum non reperiatur de ipsis fore obligatus nisi per dictam libram cere, ut dicitur in computis precedentibus, et computat pro termino festi beati Stephani Prothomartiris in crastino festi Nativitatis Domini, incipiente currere anni millesimo tercentesimo octuagesimo quarto - I libram cere

Recepit ab eodem Johanne pro eodem et eodem termino festi Nativitatis Domini, incipiente currere anno millesimo tercentesimo octuagesimo quinto - I libram cere

Placitum:

Recepit ab eodem Johanne, filio dicti Hugonodi de Basso Molendino pro placito per eum debito ob mortem bone memorie domini nostri comitis, genitoris domini in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, prout supra mencio habetur - II libras cere

Arragium:

⁴⁷ Dans la marge gauche: *vide placitum*.

⁴⁸ Effacé.

Recepit a se ipso quas debebat pro remanencia sui computi precedentis

- IIII^{XX} libras, IIII uncias et tercius unius uncie cere, ad pondus Chamberiaci

Summa, incluso arragio, computatis singulis tresdecim unciis pro una libra ad pondus Auguste, singulisque sexdecim libris cere ad pondus Auguste pro tresdecim libris cere ad pondus Chamberiaci, ut in computo precedenti:

- CXLVII libre et dimidia, IIII uncie et tercius unius uncie cere ad pondus Chamberiaci

Respondet in computo sequenti.

Mel:

De melle nichil ibidem per tempus de quo computat ut dicit.

Piper de palcito:

Idem reddit computum quod recepit a domino Berthodo de Nuns, priore sancti Ursi, pro placito per ipsum debito ob mortem recollende memorie domini nostri comitis, genitoris domini, ut in computo precedenti in quo dicitur quod, quando contingit evenire placitum, debet prior Sancti Ursi pro feudo quod tenet a domino ad tantum taxato in pipere duas libras piperis, ultra pecuniam per ipsum debitam pro eodem in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio- II libras piperis

Summa:

- II libre piperis

Respondet in computo sequenti.

34

Lingue boum:

De linguis boum et vacharum quas dominus percipit ibidem in macello Ville Franche, de quolibet bove et vacha occisis in dicto macello Ville Franche, causa vendendi minutim, lingua ipsius animalis, ut in computo precedenti, nichil computat quia nulla talia animalia occisa fuerunt per tempus de quo computat ut dicit.

Sal:

De exirtu leyde salis que levatur apud Villam Francham in duabus nundenis que tenentur ibidem die martis propinquoris festo beatorum Philippi et Jacobi et die festi apostolorum Symonis et Jude, videlicet a quolibet vendente sal in dictis nundenis una ambostata seu manata salis, ut in computo precedenti, nichil computat in sale quia includuntur in firmis pecunie.

Tibie porci:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu seu servicio per annum, ut in computo precedenti, in festo beati Stephani prothomartiris, crastino festi nativitatis Domini, incipiente currere anni millesimo tercentesimo octuagesimo quarto ab Anthonio Palmerii de Quarto, alias de Balma - II tibias porci

Recepit ibidem pro eodem et eodem termino festi beati Stephani, crastino festi Nativitatis Domini, incipiente currere anni millesimo tercentesimo octuagesimo quinto ab eodem Anthonio Palmerii - II tibias porci

Summa: - IIII tibie porci
Respondet in computo sequenti.

Membrum vache:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu per annum in festo beati Stephani prothomartiris, crastino festi Nativitatis Domini incipienti currere <anno> Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto, a Jaquemeto Sallerii de Royssano, Petro Domengii, Jaquemeto Morelli et consortibus eorum, omnibus de Roysano, parrochie dicti loci - I quarterium vache

Recepit ibidem pro eodem et ab eisdem in festo beati Stephani prothomartiris, crastino [XXXII] festi Nativitatis Domini incipienti currere anno <Domini> millesimo tercentesimo octuagesimo quinto - I quarterium vache

Summa: - II quarteria vache
Respondet in computo sequenti.

Pedagium piscium et allecum:

Idem reddit computum quod recepit ab Anthonio de Contessa de Yporregia, mercatore, pro exitu pedagii vocati de Augusta domino pertinentis racione castris de Quarto. Et levantur pro quolibet milliaro allecum que portantur tendendo ad partes Auguste per Montem Jovis seu per Montem de Ferreyz,⁴⁹ quadraginta alleca⁵⁰ pro singulis viginti quinque palees seu de ferrees, una pecia earundem, et pro singulis tresdecim turturibus seu truytes,⁵¹ una pecia earundem, exceptis civibus Auguste et burgensibus Porte Sancti Ursi Auguste, qui dictum pedagium tantummodo debent per modum superius declaratum, de et pro similibus piscibus et alecibus⁵² emptis per eos et apportatis ab aqua vocata de Pissibachi, que est inter Sanctum Mauricium Agaunensem et Martigniacum, tendendo ab eadem aqua versus partes Auguste. Pro ceteris vero similibus piscibus et alecibus, emptis per eos ultra dictam aquam de Pissibachi in partibus Sancti Mauricii et Vuaudi,⁵³ non debent pedagium predictum nisi venderent pisces et aleca predictos infra limites et portarentur per emptores extra limites dyocesis Auguste, quo casu super portu credi debet corporalibus iuramentis emptorum, circa carnisprevium anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto, facta compositione cum dicto castellano ad tantum graciose super dicto pedagio, quare alias non declaret numerum dictorum alecum-^{VC} aleca

Recepit ab Aymoneto Nerni⁵⁴ de Villa supra Nuns, mandamenti Quarti, de et pro pedagio duodecim ballarum alecum per ipsum aductarum, transeuncium infra limites supra dictos, et levantur ut supra ad racionem quadraginta allecum pro milliari, facta eidem gratia per dictum castellanum ad triginta aleca pro quolibet milliari circa carnisprivium anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto

- IIII^C IIII^{XX} alleca

De pedagio debito per Jaquemetum de La Frovaz de Sancto Remigio pro certis quantitibus allecum per ipsum conductorum infra limites predictos, quorum numerum ignorat ut dicit, et quia in computo precedenti dicitur quod dicta aleca domino erant commissa pro eo quod ipsa transivit sine solucione vel presentacione dicti pedagii, de quo quidem pedagio infra in forisseca computabit, et eciam in bannis

⁴⁹ Col Ferret.

⁵⁰ Lire *allecia*.

⁵¹ Truite.

⁵² On trouve indifféremment *alleca* et *aleca*.

⁵³ Vaud.

⁵⁴ Ou *Nervi*.

concordatis de concordia super commissione dicti pedagii, non computat hic occasione qua supra.

De aliis piscibus pro quibus dictum pedagium levatur modo superius in prima particula presentis tituli declarato, nichil computat quia nulli pisces alii a predictis allecibus transierunt ibidem per tempus de quo computat ut dicit.

Summa:

- IX^C III^{XX} aleca

De quibus libravit sororibus religiosis Sancte Katerine de Augusta que domina eisdem gracie in helemosinam donavit, ut per litteram domine de dicta donacione mandatoque allocandi, datam die penultima mensis januarii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, continentem aliam donacionem factam fratribus minoribus Auguste, superius in prima littera frumenti redditam, et per litteram publicam religiose et honeste domine domine Johannete, priorisse monasterii Beate Katerine in Augusta, datam die XVIII mensis marcii anno predicto, signatam manu Johannis Gontereti [XXXIII] notarii, superius in prima littera frumenti redditam - C aleca

Libravit fratribus minoribus Auguste que domina eisdem gracie donavit in helemosinam, ut per litteram domine de dicta donacione mandatoque allocandi, datam Burgeti die penultima mensis januarii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, supra proxime designatam, et per litteram publicam religiosi viri fratris Girardi, gardiani conventus Beati Francisci in Augusta ordinis minorum, de confessione et recepta, datam die XVIII mensis marcii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, quam reddit manu Johannis Gontereti notarii signatam - C aleca

Libravit religiosis Sancte Katerine de Augusta supradictis, que domina eisdem gracie in helemosinam donavit, prout in computo precedenti retulit dominus Aymo de Chalant, dominus Fenicii et Aymeville athenus, et allocantur de mandato eiusdem domini Aymonis, magistri et auditoris computorum domini, et per litteram de confessione et recepta domine Leonete, capellane dictarum religiosarum, nomine earundem, habuisse confitentur, datam die XXIII mensis februarii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto, quam reddit manu Johannis Gontereti notarii signatam - C aleca

Libravit fratribus minoribus Auguste que domina eisdem gracie in helemosina donavit prout athenus retulit idem dominus Aymo de

Chalant, et allocantur de mandato eiusdem domini Aymonis ut supra, et per litteram publicam de confessione et recepta religiosi et honesti viri fratri Girardi conventus Auguste ordinis minorum, nomine dictorum fratrum et conventus ac fratris Vulliermi, gardiani dicti loci, absentis, datam anno et die proxime dictis quam reddit - II^C aleca

Summa: - V^C aleca
Respondet in computo sequenti.

36

Venaciones:

Idem reddit computum quod recepit de et pro venacionibus animalium silvestrium vocatorum boc estaing captorum per tempus de quo computat, in locis et modis inferius declaratis. Et levantur de quolibet animali predictorum, capto in parrochia Vallispelline a loco dicto Les Cors de Bruson usque ad fondum predictum dicte vallis, ab uno latere, et a dicto loco de Les Cors de Arpiczon usque ad fondum predictum dicte vallis, ab alio latere, per totam dictam vallem, quarterius dexter anterior cum tresdecim costis et cornu dextrum dumtaxat de dictis animalibus, etatis novem annorum et ultra, quoniam de ceteris etatis minoris novem annorum nichil capit dominus ut dicit idem castellanus, et quod etates dictorum animalium ad cornua dignoscuntur et quod dicti quarterius et cornu debiti reddi debent apud Vallem Pellinam per captores ipsorum animalium, ut dicit et dicitur in computo precedenti. Et est sciendum quod dictas venaciones a festo beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto citra, domina Pantissalea de Saluciis, relicta domini Henrici domini de Quarto condam, percepit occasione qua supra in frumento - XI quarterios

Et: - XI cornua de boc estaing

Arragium:

Recepit a se ipso que debebat pro remanencia sui computi precedentis - VI duodenas, X cornua de boc estaing

Summa, incluso arragio: - VII duodene, IX cornua

Et: - XI quarterones de boc estaing

Respondet in computo sequenti.

Postes:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu per annum circa festum nativitatis beati Johannis Baptiste, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, a Martino Fabri de Yssologny, parrochie Sancti Bartholomei supra Nuns, pro reyssia sita supra Yssologny, eidem albergata pro tanto de redditu per annum ut in computo precedenti, qui postes esse debent longitudinis octo pedum et latitudinis infra duas lineas unius pedis, ut dicit idem castellanus et Johannes Gontereti, procurator domini in Valle Augusta prius in computo

- VI duodenas et dimidiam postium

Recepit ibidem pro eodem a Bertino, filio dicti Martini quondam, circa festum nativitatis beati Johannis [XXXIII] Baptiste, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto

- VI duodenas et dimidiam postium

Summa: - XIII duodene postium

Respondet in computo sequenti.

Royde seu corvate:

De roydis seu corvatis domino ibidem debitis per homines habitantes et focum facientes in mandamento Quarti ut in computo precedenti, nichil computat quia redduntur per eas debentes in operibus domini quando dicti ipsa mandantur, nec alias ipsas solvunt, ut dicit et dicitur in computo precedenti, quia eciam alias non debent;⁵⁵ et fit eidem similis iniunctio quo supra in frumento.

Ferra equorum:

De ferris equorum debitis de servicio per nonnullos nobiles quociens imperator romanus transsit per Vallem Augustam pro feudis que tenent a domino de Quarto, nichil computat quia casus non evenit per tempus de quo computat ut dicit,⁵⁶ et fit sibi similis iniunctio que supra in frumento.

⁵⁵ Dans la marge gauche: *vide*.

⁵⁶ Dans la marge gauche: *vide*.

Feuda equorum:

De feudis equorum seu equis quos acomodare et ministrare debent certi nobiles Vallis Auguste ratione dicti castris de Quarto in secundo computo precedenti specificifice descriptis, quociens dominus comes mandat dominum de Quarto venire cum armis causa serviendi et reddendi cavalcatam dumtaxat semel in anno per unum mensem tantum, sub certis modis et formis in Valle Augusta in talibus usitatis, in secundo computo precedenti plenius declaratis, nichil computat quia dictus casus non evenit per tempus de quo computat ut dicit, et fit sibi similis iniunctio⁵⁷ que supra.

Denarii census:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania tam de redditu quam servicio per annum a personis in villis et villagiis in computo de anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo septimo specificifice et particulariter nominatis, factis deductionibus in secundo computo precedenti declaratis, ac eciam addicione ut in computo precedenti in festo beati Stephani yemalis crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni millesimo tercentesimo octuagesimo quarto, et prout eidem castellano fuit iniunctum in computo precedenti,⁵⁸ iterato iniungitur eidem quod diligenter et frequenter excitet Johannem de Gontereto, procuratorem et receptorem extentarum domini in Valle Augusta, ut dictas extentas integre et perfecte perficiat, recipiat et compleat, redditusque usagia et tributa quecumque domino in dicta castellania debita, tam in bladis, victualibus quam denariis, diligenter perquirat taliter quod de ipsis valeat in suo computo sequenti particulariter computare, et de premissis omnibus et singulis specificifice, juxta formam dictarum extentarum tam receptarum quam ut premittitur recipiendarum, edocere et plenius declarare- III^C III^{XX} I libras, VI solidos, XI denarios obolum ad XXVI

Et:

- XXIX solidos, VII denarios obolum januenses ad X pro XV predictorum

Recepit a duodecim personis in duodecim particulis computi precedentis particulariter nominatis et descriptis, per ipsos debitos in festo beati Stephani yemalis crastino festi Nativitatis Domini anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto ut supra

⁵⁷ Dans la marge gauche: *vide*.

⁵⁸ Dans la marge gauche: *vide*.

- XL solidos, VIII denarios monete Auguste

Recepit a quatuor personis in quatuor particulis computi precedentis particulariter nominatis et descriptis eodem termino festi beati Stephani yemalis anno predicto millesimo tercentesimo octuagesimo quarto ut supra

- XIII solidos monete predictae Auguste

Recepit ibidem pro eodem et eodem termino festi beati Stephani yemalis crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, de tercentum quaterviginti quatuor libris, septem denariis obolo monete Auguste ad XXVI, et viginti novem solidis, septem denariis obolo januensibus ad X pro quindecim predictorum, debitis in dicta castellania de redditu et servicio per annum ut in quatuor particulis supra proxime scriptis continetur, deductis de eisdem sexcies viginti tresdecim libris, decem octo solidis, septem denariis dicte monete, per dominam domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici de Quarto quondam, traditis occasione qua supra in frumento, debitisque in locis et per personas subscriptas, quorum nomina et quantitates sunt hec:

- 38** [XXXV] Et primo, apud *Oyaciam*, Bonifacius de Clauso Novo: - XVI denarios monete Auguste. Item Johannes Jot et eius consortes: - VIII denarios. Item Johannes de Ferreria: - V solidos. Item idem pro Fromagetes: - II solidos. Item idem pro herbagiis: - X solidos. Item idem pro auxilio: - XX solidos. Item idem pro Farcone Cocteyn alias Toppel: - XVIII denarios. Item idem pro eodem Farcone pro auxilio: - XII denarios. Item liberi Johannis Bestent: - IIII libras, VI solidos, V denarios. Item idem pro montatis de Chamen: - V solidos. Item Perreries Merlo: - IIII solidos, VII denarios. Idem idem de auxilio: - VI denarios. Item Vincencius dou Bagnierast et Johannes eius frater: - XVIII denarios. Item idem Vincencius: - II solidos. Item Jaquemetus Barmeyn: - XXI denarios. Item liberi Clementis dou Closis et idem Jaquemetus: - X solidos. Item hiidem liberi Clementis: - I denarium. Item Jacobus, Vulliencus, Johannes et Nycolinus de Pertuys: - XVI solidos, XI denarios. Item idem Jacobus: - XII solidos. Item Raymondus dou Bagnierast et consortes sui: - VII solidos. Item idem Raymondus et consortes sui pro auxilio: - IIII solidos. Item idem Raymondus et filia Theobaldi dou Bagnierast: - XVIII denarios. Item Johannes Eymerici dou Bagnierast: - VIII solidos, VI denarios. Item Johannes Chamos: - VII denarios. Item Johannes Chamos, Johannes Blancheti, Johannes Vullienci et Hugo Bridon: - XXV solidos. Item Johannes Blancheti et neptis sua: - XII denarios. Item idem Johannes Vullienci: - I denarium.

Item Johannes Vallete et neptis sua: - II solidos, VI denarios. Item idem Johannes: - XII denarios. Item idem Johannes pro se et Perrodo Fornier: - VII denarios. Item idem pro Byatrice de Oyacia: - V solidos, VI denarios. Item Johannodus de Somme Ville et consortes sui: - XV denarios. Item idem Johannodus: - VI denarios. Item Johannes Maliet pro Pupunerio: - III solidos. Item dictus Pupunier et filius Aymonodi des Ryncz: - III solidos, VI denarios. Item Perreries et Hugo Bridonis pro auxilio: - III solidos. Item hiidem, Perreries et Hugo: - VII solidos. Item idem Hugo: - VI denarios. Item Clemens Breydi, Peronetus Breydi et Les Gyryneyz: - VIII solidos. Item hiidem Clemens et Peronetus Breydi: - III denarios. Item Brunodus et Johannes Gyryneiz: - II solidos. Item Martinus Bygay: - II denarios. Item Vullienus de Granerio: - I denarium. Item Petrus de Canalibus: - III solidos. Item idem Petrus et consortes sui: - VI solidos, VII denarios. Item hiidem pro auxilio: - VI solidos. Item liberi Cabodi: - XV solidos, III denarios. Item dicti liberi et Vullienus de Brunerio: - III solidos, III denarios. Item dictus Vullienus et Perrinus Nycolini de Biona: - LXXVI solidos, III denarios. Item hiidem Vullienus et Perrinus pro auxilio: - XVIII denarios. Item liberi Brunodi dou Graner: - V solidos, II denarios. Item Amedeus de Ponte et consortes sui: - XX solidos, X denarios. Item Johannes dou Visinal: - X denarios. Item Anthonius dou Bioley: - V solidos, II denarios. Item Farco Gonterii de Biona: - III solidos, VI denarios. Item idem de auxilio: - XII denarios. Item Johannes Vullienus et Amedeus Malliez et eorum consortum: - XLIX solidos, IX denarios. Item hiidem: - VI denarios. Item dicti fratres: - II solidos. Item idem Johannes Malliet: - X solidos. Item hiidem fratres et Perreries Merlo: - XXV solidos. Item Mermodus de Oyacia et consortes sui: - X solidos, VI denarios. Item Johanneta de Clauso Novo: - XI solidos, II denarios. Item Vullienus Joyour: - III denarios. Item Martinus Joyour: - III denarios. Item Micheletus Bridon et consortes sui pro Alpe Nova: - III denarios. Item liberi Petri de Canalibus supradicti aliunde: - VIII solidos, VI denarios. Item prior Sancti Benigni Auguste pro pascuis: - I denarium. Item liberi Petri de Canalibus et Parvus Johannes de Graneriis pro Les Ligneiz: - III solidos. Item hiidem pro auxilio: - III solidos. Item Johannes Vyelian: - III solidos, X denarios. Item Raymondus Vyelyan: - III solidos, X denarios. [XXXVI] Item hiidem Johannes et Raymondus pro auxilio: - IX solidos, VI denarios. Item Aymonodus de Rins: - VI solidos, VII denarios. Item idem pro auxilio: - II solidos. Item Perreries et Michelodus Bridons: - III solidos, VI denarios.

Apud Olomont, Franciscus dou Baxelvys et consortes sui: - II solidos, VII denarios. Item hiidem pro auxilio: - IIII solidos. Item Jaquiminus Baravay, clericus: - XII solidos, XI denarios. Item idem Jaquiminus et consortes sui: - VII solidos. Item hiidem: - XII denarios. Item hiidem pro auxilio: - XII denarios. Item Jaquiminus Triolon: - III solidos. Item idem Jaquiminus, Martinus et Johannodus Baravay et consortes sui: - III solidos. Item idem Johannodus Baravay: - VIII solidos. Item idem Johannodus et consortes sui: - II solidos. Item Johannodus Triolon: - II solidos, I denarium. Item Martinus Baravay: - VI denarios. Item Martinus et consortes sui: - XII denarios. Item idem Martinus et consortes sui: - XII denarios. Item idem Martinus et Johannes Perrini Baravay: - II solidos. Item Aymo de Frassinea et consortes sui: - X solidos. Item hiidem de auxilio: - VI solidos. Item idem Aymo: - XII denarios. Item Colerius de Berio: - VIII solidos, III denarios. Item Johannodus Bal: - VI solidos, VII denarios. Item idem de auxilio: - VI solidos. Item Perrerius de Glacier: - VII solidos, VI denarios. Item Jaquiminus de Glacier pro uno seraceo debito pro feudo dou Carniel ad tantum taxato: - XV solidos. Item Martinus de Glacier pro novo redditu: - III solidos. Item Colinus de Glacier: - XVIII denarios. Item Leonardus de Pede Ville: - III solidos. Item Theobaldus Rosseti et liberi Vulliermeti Rosseti: - II solidos, III denarios. Item hiidem: - VI denarios. Item hiidem pro Dallion: - VI denarios. Item idem Theobaldus: - VIII solidos, II denarios. Item hiidem liberi: - XV solidos, VIII denarios. Item Petrus Rosseti: - IIII solidos, VI denarios. Item idem Petrus et neptis sua: - XII denarios. Item Bonifacius Bovet et eius consortes: - XII solidos, II denarios. Item Johannes Cognien: - IX solidos, III denarios. Item idem pro auxilio: - VI solidos. Item Nycoletus des Pons et Johannodus dou Vysey: - X solidos, VIII denarios. Item hiidem pro auxilio: - VIII solidos. Item idem Johannodus et Johannes de Glacier: - VII denarios. Item idem Johannodus pro auxilio: - III solidos. Item hiidem: - VI solidos, I denarium. Item idem Nycoletus des Pons: - VI solidos. Item idem Johannes de Glacier: - III solidos. Item idem Johannes pro Dallion: - I denarium. Item Johannodus de Voce et Johannes de Baschon: - III solidos, VII denarios. Item idem Johannodus: - IX solidos. Item idem Johannodus de Voce, Johannodus Gadot et consortes sui: - VI, solidos, I denarium. Item idem Johannodus Gadot et consortes sui: - IIII solidos, VI denarios. Item Nycoletus de

Voce: - IIII solidos. Item Johannodus de Voce, Petrus Perrerus de Voce et Jaquemeta de Voce: - X solidos. Item hiidem et *Johannodus*⁵⁹ et Perrerus de Voce: - X solidos. Item eadem Jaquemeta: - V solidos. Item Johannes Aymoneti de Voce et Peronetus Domenio: - XXI denarios. Item Johannes Grossus et fratres sui: - IIII denarios. Item idem Johannes: - III solidos. Item Johannodus Grossi pro uxore sua: - VI denarios. Item idem Johannes Grossi, frater eius et consortes sui: - V solidos. Item Jaquiminus Andree de Voce: - XVIII denarios. Item Agnessona de Berio, Johannodus Grossi et consortes sui: - X solidos, I denarium. Item Johannes Jacobi de Crestono: - VI solidos. Item Vulliencus Laurencii: - III solidos, II denarios. Item Nycolinus Martinerii: - IIII solidos. Item Clemens de Crestono: - XXII denarios. Item Vulliencus Jota et consortes sui: - V solidos. Item idem Vulliencus: - XII denarios. Item Johannodus de Eschavoda, Johannes Benedicte: - II solidos. Item idem Johannodus: - XII denarios. Item Jaquemetus de Decima: - VI solidos, V denarios. Item Martinus Raynant et dicta La Prouz: - III solidos. Item Johanneta, filia Perrini Raynant: - XX denarios. Item Johannes filius Perrini Bocon: - IIII denarios. Item Johannes de Berio et consortes sui: - XIX denarios. Item idem Johannes de Berio: - XVIII denarios. Item Bonifacius Boca: - VIII solidos, VI denarios. [XXXVII] Item idem pro La Quinessa: - XVIII denarios. Item Martinus Arnaudi et consortes sui: - IIII solidos. Item idem Martinus et liberi dou Tricant: - XII denarios. Item Nycoletus Biatricis de Bau et eius nepotes: - VII solidos. Item idem Nycoletus pro herbagiis: - IX denarios. Item idem Nycoletus pro uxore sua: - VI denarios. Item idem Nycoletus pro Dallion: - XII denarios. Item Theobaldus Rosseti et Jaquemetus de Decima et consortes sui: - II solidos. Item Jaquemetus de Crestono et consortes sui: - X solidos. Item idem Jaquemetus et consortes sui pro auxilio: - X solidos. Item idem Jaquemetus: - VII solidos, VI denarios. Item Johannes, filius Jaquemeti de Crestono: - VI solidos, VI denarios. Item Johannes Benedicte de Blavy et Johannes de Frassinea: - XV solidos, VI denarios. Item hiidem de auxilio: - III solidos. Item Vulliencus Grossi: - VI solidos. Item dicta La Bruna, uxor dicti Vullienci: - VI denarios. Nycoletus naturalis de Crestono: - VI solidos. Item Nycoletus Biatricis de Va et consortes sui pro communitate de Bau: - II solidos. Item hiidem pro auxilio pro eadem communitate: - VI solidos.

⁵⁹ Le non est ajouté dans la marge droite.

Apud Vallem Pellinam: Girodus de Valle: - VII solidos. Item idem et filie Murisodi de Bagnyes: - XIII solidos. Item Theobaldus de Tholes: - II solidos, III denarios. Item Johannes et Perrerus Fectons: - LVIII solidos, II denarios. Item hiidem pro auxilio: - V solidos. Item idem Perrerus: - XII denarios. Item Johannes Jaquerii de Tholes: - III solidos, IX denarios. Item Johannes Mignet et fratres sui: - II solidos, VIII denarios. Item idem Johannes Mignet: - VI denarios. Item Raymondus dou Bagnierast et consortes sui: - V solidos. Item Amedeus de Tholes et consortes sui: - III solidos, III denarios. Item hiidem pro auxilio: - X solidos. Item hiidem et Johannodus Colat pro herbagiis: - XII solidos. Item Johannodus Berthodi de Toles, Biatrix et Ysabella de Tholes: - II solidos. Item Johannodus Charnyn, Jaquemetus eius nepos et consortes sui: - V solidos, X denarios. Item hiidem pro auxilio: - X solidos. Item idem Johannodus et Jaquemetus: - II solidos, XI denarios. Item hiidem pro auxilio: - XVIII solidos. Item hiidem: - VII solidos. Item idem Johannodus: - XII denarios. Item idem Jaquemetus: - XII denarios. Item idem Johannodus et Brunodus Gyryney: - II solidos. Item Clemens et Franciscus Arenibez: - V solidos, X denarios. Item Johannodus Collat et eius consortes: - VIII solidos, II denarios. Item hiidem pro auxilio: - XXI solidos. Item hiidem: - III solidos, VI denarios. Item Vulliermeta Pullyay: - XX solidos. Item Anthonius de la Cula: - VIII solidos. Item idem: - VI solidos. Item Johannodus Bernardi de Somon: - IX solidos. Item Vullienus Cuchelin: - II solidos, II denarios. Item Anserminus Chavalerii: - XXXV solidos, I denarium. Item idem Anserminus: - III solidos, IX denarios. Item Vullierminus nepos de Bocon: - I obolum. Item idem Vullierminus pro novo reddito: - II solidos. Item Girodus de Molandino: - III solidos, VI denarios. Item idem pro una emina frumenti ad tantum taxata: - III solidos. Item Vulliermetus Chavaller et Bonus Johannes: - XII denarios. Item fillie dou Cabaiz: - III solidos. Item Johannes Brocardi: - VII solidos, III denarios. Item Perrerus Suarny: - V solidos. Item idem Johannes: - III solidos. Item Johannes Callyour: - VII solidos. Item Jaquiminus Borron: - XIII denarios. Item idem pro uxore sua: - II solidos, VIII denarios. Item Jaquiminus de Lenquo:⁶⁰ - III solidos. Item Jaquemetus de Cleyva de Somon: - XXXVII solidos, VII denarios. Item idem Jaquemetus et consortes sui: - XII denarios. Item Michael de Cleyva: - II solidos, VI denarios. Item Jacominus Bel e Byn: - XLI solidos, VI denarios. Item Martinus de Arlyo: - III solidos.

⁶⁰ Lecture douteuse.

Item Johannes Montan: - VI denarios. Item Johannes de Vallochera et Johannes Galliard: - IX solidos. Item Johannes Juliand: - VI solidos, VI denarios. Item nepos de Chelion quos faciebat idem Juliant: - XXVI solidos, VI denarios. Item Johannes Mellnyat: - XIII solidos, X denarios. Idem pro auxilio: - XII denarios. Idem pro Les Teppes: - VI solidos. Idem pro muta: - II solidos. Item Petrus de Chelion: - III solidos. Item Johannes de Chelion: - VIII solidos. Idem pro Juliand: - XVIII denarios. Idem: - II solidos. Idem pro Les Richarz: - III solidos. Item Perronetus de Chelion: - V solidos. Item Jaqueminus lo Cario, Vionetus de Ponte et consortes eorum: - II solidos. Idem Vionetus: - VI solidos, VI denarios. Idem Vionetus pro Les Granges: - XVII solidos. Idem Jaquiminus et Vionetus [XXXVIII]: - IX solidos, VI denarios. Idem Jaquiminus: - XV solidos, III denarios. Idem Jaqueminus pro Lo Galiard et Johanne de Valochera: - I denarium. Item Jaquemodus de Samon: - V solidos. Item Stephanus Arbaney: - I denarium. Item Perrerus et Vullierminus de Prato et liberi Perrini de Glarey: - XI solidos, III denarios. Item dicti liberi Perrini: - L solidos, VI denarios. Item dicti liberi pro Valochera: - XVIII denarios. Item Jaquemetus Bescharra pro Crosis: - X denarios. Item idem pro auxilio: - III solidos, III denarios. Item idem Jaquemetus: - XII solidos, III denarios. Item Bastardus de Arlio pro Valochera: - XVIII denarios. Item curatus de Vallepellina: - III solidos. Item Jaquemetus de Putto⁶¹: - VI solidos, II denarios. Item Peronetus Beriaz et consortes usi: - VII solidos, III denarios. Item idem Peronetus: - III solidos, III denarios. Item Jaquemetus et Franciscus Infantayz: - XXVII solidos. Item idem Jaquemetus: - XXXII solidos. Item idem Jaquemetus pro vinea de Ryns: - VI denarios. Item idem Jaquemetus pro Pravillar: - VI denarios. Item idem Franciscus: - VIII solidos. Item Jaqueminus Cerdo: - VII libras. Item idem pro Anthonio de Turre: - XX solidos. Item filie Johannodi Pupunier: - C solidos. Item Bonifacius de Clauso Novo pro Les Richarz: - VII solidos. Item Petrus de Casali: - XII denarios. Item Anthonius de Turre: - XXIII solidos. Item Johannes Calliour suprascriptus: - VI denarios. Item Johannes nepos de Chalion suprascriptus: - XII denarios. Johannodus Collat suprascriptus: - X solidos. Item Jaqueminus Berion et Jaquiminus Diaquono pro molandino pro novo reddito: - II solidos. Item Jaquemetus Infantaiz prescriptus pro novo reddito: - V solidos.

- 41 *Parrochia de Dovia*: Jaqueminus de Molandino et filius Aymonis: - XXIII solidos, I denarium. Item Jaquiminus Agnetis de Janio et

⁶¹ Ou *Pucco*, lecture douteuse.

consortes sui: - XII denarios. Item hiidem pro auxilio: - II solidos. Item Jaquiminus et Martinus de Croesyvy fratres: - III solidos. Item idem Jaquiminus: - III solidos. Item Johannes Byola: -VI denarios. Item Petrus Lo Suis: - III solidos, IX denarios. Item idem pro auxilio: - XV solidos. Item Vullierminus Arbaneys et fratres sui: - XXI denarios. Item hiidem pro auxilio: - X solidos. Item hiidem pro Fromagetes: - IIII solidos. Item Jaquiminus Arbaneys: - V solidos. Item Jaquemetus de Torrente: - VI solidos. Item Johannes Petri de Torrente et fratres sui: - III solidos, VI denarios. Item idem Johannes: - II denarios. Item Johannodus dou Coudrey et consortes sui: - V solidos, IIII denarios. Item hiidem pro auxilio: - XX solidos. Item Johannodus de Torrente: - XII denarios. Item Petrus Gorraiz: - II solidos, II denarios obolo. Item idem Gorraiz: - V solidos. Item idem: - III denarios. Item Johannodus de Torrente: - VI denarios. Item idem Gorraiz et consortes sui: - II solidos. Item idem Gorraiz pro auxilio: - II solidos. Item Johannodus de Torrente pro auxilio: - XVI denarios. Item Johannes Pollier et consortes sui: - XII denarios. Item Jaquiminus Bonete et consortes sui pro Jaquimino de La Villa: - III solidos. Item idem pro auxilio: - X solidos. Item idem pro Fromagetes: - IIII solidos. Item Martinus et Perrodus de Prabax: - XIII solidos, II denarios. Item hiidem pro auxilio: - IX solidos. Item idem Martinus: - V solidos, VI denarios. Item Johannes, filius dicti Martini: - V solidos. Item Jaquiminus de Prabax: - II solidos, VI denarios. Item idem Jaquiminus et consortes sui: - II solidos. Item Jaquemetus Ursi: - VI denarios. Item Petrus Tarida: - IIII solidos, VI denarios. Item Johannes Tarida: - IIII denarios. Item Bonifacius Bonerii: - VIII solidos. Item Johannes de Alyan et consortes: - XV solidos. Item hiidem pro auxilio: - XIII solidos. Item idem Johannodus: - II solidos. Item Petrus Stephanini et Petrus Vullienci: - IIII solidos, VI denarios. Item Petrus Stephanini predictus: - IIII denarios. Item idem pro auxilio: - XX denarios. Item idem Petrus: - XIII solidos. Item Henricus de Cleva: - VI denarios. Item liberi Jaquimini de Alyan: - III solidos. <Item> Jaquiminus de Canali: - IIII solidos. Item Jaquemetus de Cleyva de Dovia: - IIII solidos, III denarios obolo. Item idem pro auxilio: - VI solidos, VI denarios. Item Peronetus Chacho pro Jaquimino de Croso: - XXIII solidos, I denarium obolo. Item liberi Guydonis de Croso: - X solidos, VII denarios. Item Bonifacius Cuas et frater eius [XXXIX]: - XVIII denarios. Item filia Johanneti de Pratobasso: - IIII denarios. Item Valletus de Cerisia et consortes sui: - II solidos, IIII denarios. Item idem Valletus: - VII solidos. Item Johannes de Crista: - V solidos, VIII

denarios. Item Jaquemetus Ducis: - IIII solidos. Item Johannes Odeer: - XII solidos, I denarium. Item Franciscus de Arnyo et consortes sui: - X solidos, IIII denarios. Item idem Franciscus: - VI solidos. Item predicti liberi Valleti de Cirisia: - VII solidos, III denarios. Item Raymonda de Carreria: - XVIII solidos, VIII denarios. Item Johannes de Chastellaiz: - XI solidos, II denarios. Item Vulliermus Bonerii: - VI denarios. Item idem Johannes de Chastellaiz et consortes sui: - XII denarios. Item Peronetus Chacho et consortes sui: - XVIII denarios. Item hiidem pro auxilio: - XV solidos. Item Johannes Jaquemeti de Cirisia: - II solidos. Item Michael de Tola: - V solidos. Item idem Michael et Vullierma dou Sencey: - X solidos. Item Johannodus et Johannes Suardi: - III solidos, I denarium.

- 42 *Apud Dallion:* Johannes Dallion pro roido: - VII solidos. Item idem Johannes: - XXIII solidos. Item Stephanus Lestey: - V solidos. Item Jaquiminus Robini: - XIII solidos, VI denarios. Item Abbe de Dallion et eius frater: - VI solidos. Item filius Leonardi de Dallion: - XVIII denarios. Item Alboninus de Allero: - XVI denarios. Item Johannodus de Ladret de Roysan pro Dallion: - VI denarios.

Apud Roysan pro Rins: Franciscus de Avilie: - VII solidos, VIII denarios. Item Perrinus de Avylie: - VII solidos, VIII denarios. Item Johannes de Avylie: - VI solidos, VIII denarios. Item Johannes Coquilliod de Avylie: - XIX solidos, IX denarios. Item Lo Vagnieur de Ryns: - XII denarios. Item Johannes Mugnier de Rins: - LX solidos, III denarios. Item Theobaldus de Crista de Roysan: - II solidos, VII denarios. Item Johannodus de Roveyn et eius consortes pro pascuis de Ryns: - VI solidos. Item Jaquiminus Perciniour seu Les Vagnieur pro eo: - III solidos. Item Vioninus dou Gorrey: - II denarios. Item Girardus Piteti: - I denarium monete Auguste

- II^c L libras, II solidos, obolum monete Auguste

Et: - XXIX solidos, VI denarios obolo, januenses ad X pro XV predictorum

Recepit ab Anthonio Parmerii de Balma, mandamenti Quarti, pro remissione commissionis excheyte et albergamento sibi factis per dominum de crida seu preconia civitatis Auguste et porte Sancti Ursi, furno dicte porte Sancti Ursi, domo et orto seu fossato ibidem sitis pro tanto de servicio per annum ut in computo precedenti, et computat pro termine festi beati Andree anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio - XV florenis auri boni ponderis veteres

Recepit ab eodem Anthonio et eodem termino festi beati Andree anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto

- XV florenos auri boni ponderis veteres

Recepit a supradicto Anthonio *Parmerii*⁶² pro albergamento sibi facto per dominum de pratis, terris et vineis, domibus et grangiis olim domino pertinentibus, sitis apud Rovoyriam, Ollees et supra Villam Francham, pro sexaginta uno franchis auri aut de moneta Auguste ad valorem eorundem de reddito per annum, decem solidis eiusdem monete de censu annuo, duobus solidis de servicio et quatuor solidis eorundem de placito quando evenit,⁶³ ultra quinque modia, octo sestaria vini puri, rubei, bulliti et receptibilis de vino dictarum vinearum, vel de consimili si ibidem non cresceret, de reddictu annuatim tempore vindemiarum, de quibus supra computat ut in secundo computo precedenti, in quo littera domini de albergamento presenti de verbo ad verbum est copiata, et computat pro termino festi beati Stephani yemalis, crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anno millesimo tercentesimo octuagesimo [XL] quinto - XII solidos monete Auguste ad XXVI

43 Et: - LXI franchos auri

Recepit ab eodem Anthonio *Parmerii* pro eodem et eisdem modo et forma in festo beati Stephani yemalis crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto - XII solidos monete predictae

Et: - LXI franchos auri

De octo solidis⁶⁴ monete cursibilis Auguste debitis per Johannem Bigay de valle de Bocza de auxilio annis alternis, ut in computo precedenti in quo fuit computatum de ipsis pro anno millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, computat infra in suo titulo auxilii pro anno millesimo tercentesimo octuagesimo quinto.

Recepit a Jaquemodo de Orseriis, nepote Jaquemini de Avisio pro albergamento sibi facto per dominum ut in computo precedenti in festo beati Andree anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, et quia in computo precedenti fit mencio quod in presenti computo fidem faciat de dicto albergamento, quam facere nundum potest quia litteram albergamenti habere non potuit, sed iniungitur eidem⁶⁵ quod ipsam habere procuret taliter quod in suo sequenti computo fidem faciat de eodem albergamento - VIII florenos auri boni ponderis veteres

⁶² Le mot est ajouté dans la marge droite avec un signe de renvoi.

⁶³ Dans la marge gauche: *vide placitum*.

⁶⁴ Dans la marge gauche: *Auxilium. Non fit hic ulterius mencio* ... Le restant de la phrase est illisible.

⁶⁵ Dans la marge gauche: *vide*.

Recepit ab eodem Jaquemodo pro eodem et eodem termino festi beati Andree anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto

- VIII florenos auri boni ponderis veteres

Recepit ab Alisia de Arlio de Vallepellina, annis alternis ut in computo precedenti in festo beati Stephani yemalis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto, et pro anno millesimo tercentesimo octuagesimo tercio nichil computat quia pro anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo in computo precedenti computavit et pro anno millesimo tercentesimo octuagesimo quinto domina tradidit domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto condam, occasione qua supra in frumento- I denarium monete Auguste

De tribus solidis annui servicii quos debebat Peronetus de Vacherery de Quarto condam pro quodam novali seu terra albergatis de pascuis communibus sitis in montanea supra Quartum, nichil computat quia dictum novale vacat et diu vacavit, nec reperire potuit qui ipsum albergare voluerit, ut dicit et dicitur in computo precedenti, quare, prout in eodem computo fuit sibi iniunctum, iterato iniungitur eidem⁶⁶ quod bonam diligenciam faciat predicta albergandi utiliori modo quo poterit pro domino.

De quatuor denariis servicii debitis per Matheum de Villa Francha pro quadam pecia vacolli seu pascui communis, continente circa quatuor fossoriatas, eidem albergata ad faciendum vineam pro tanto de servicio per annum, ut in computo precedenti, nichil computat quia dictus Matheus bannitus est a terra domini et ipsam absentavit nec invenit qui dictam peciam vacolli albergare voluerit ut dicit; et prout in computo precedenti fuit eidem castellano iniunctum, iterato iniungitur eidem⁶⁷ quod dictam peciam vacolli albergare procuret taliter quod de ipsa valeat in suo sequenti computo computare, aut alias sufficienter respondere.

De duobus denariis quos dictus Matheus debebat pro teysiis sue domus site in Villa Francha que periit incendio posito ibidem tempore guerre quam habebat dominus de Quarto cum domino Ybleto de Chalant, ut dicitur in computo precedenti, non computat, quia nundum fuit dicta domus reedificata nullusque possidet eius casale nec movetur de feudo [XLI] domini, ut dicit et dicitur in computo precedenti. Et prout sibi fuit iniunctum in computo precedenti iterato iniungitur

⁶⁶ Dans la marge gauche: *vide*.

⁶⁷ Dans la marge gauche: *vide*.

eidem⁶⁸ quod super premissis taliter remediare procuret quod de dictis duobus denariis ab inde domino in sequentibus computis computetur.

Recepit a Peroneto dou Foudon, carpentatore, et Jaquimino de Canali de Dovia, habitatoribus porte Sancti Ursi, quos debent per annum ut in computo precedenti, et computat pro termino festi beati Stephani yemalis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto

44

- VI solidos monete Auguste

Recepit ibidem pro eodem et ab eisdem, et computat pro termino festi beati Stephani yemalis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto

- VI solidos monete Auguste

De duobus solidis annui servicii debitis per Jaquematum, dictum Dyaquono, de Vallepellina pro molendino de Stanno sito subtus Sanctum Christoforum, non computat quia vacat et diu vacavit nec potest reffici quia eyrile dicti molendini fieri non potest propter diluvium aque Durie, quo eyrile et molendina predicta periclitaverunt, ut dicit et dicitur in computo precedenti, quibus non obstantibus prout in computo precedenti sibi fuerit iniunctum, iterato iniungitur eidem⁶⁹ quod molendina et Stannum alberget utiliore modo quo poterit pro domino.

De decem solidis annui servicii debitis per Jaquimum de Preil de Roysan, clericum quondam, pro quadam pecia terre sita apud Roysan, non computat quia dicta pecia terre vacat et diu vacavit per et post mortem dicti Jaquimini, quia eciam non invenit qui pro tanto servicio voluerit eam recipere nec eciam pro minori servicio sive introgiis albergare, licet super hoc bonam diligenciam quam potuit fecerit ut asserit, et prout in computo precedenti sibi fuit iniunctum, iterato iniungitur eidem⁷⁰ quod dictam peciam terre alberget utiliori modo quo poterit pro domino, taliter quod de et pro ipsa valeat in suis sequentibus computis computare.

De duobus solidis annui servicii quos debebant quidam homines domini episcopi Auguste commorantes apud Cognia, mandamenti et jurisdictionis dicti domini episcopi, pro quibusdam pascuis sitis en Les Lores, mandamenti Breissognie, et in montanea de Marris, mandamenti Quarti, non computat quia diu est in eorum solutione cessaverunt nec ad ea pascua venerunt et eciam nundum potuit informari de nominibus

⁶⁸ Dans la marge gauche: *vide*.

⁶⁹ Dans la marge gauche: *vide*.

⁷⁰ Dans la marge gauche: *vide*.

debencium ut dicit, propter quod iniungitur⁷¹ eidem, prout in computo precedenti sibi fuit iniunctum, quod de premissis diligentius se informet taliter quod de ipsis veniat in computo sequenti plenarie informatus et de ipsis computare debite paratus.

De sexaginta solidis annui redditus debitis per communitatem parrochie Sancti Christofori pro quibusdam pasqueragiis et brotellis seu brolliis sitis subtus Sanctum Christoforum, prope Duriam, pro tanto datis dicte communitati per dominum Henricum dominum de Quarto condam, *ad certum tempus*⁷² ut dicitur in computo precedenti iam diu elapsum, non computat quia dicta pasqueragia sunt inutilia propter abundanciam aque Durie, nec restavit ibidem aliquid ad destruendum, de quo aliquid commodum haberi possit ut dicit et dicitur in computo precedenti, iniungitur tamen eidem⁷³ prout sibi fuit iniunctum in computo precedenti quod, si quid in premissis fuerit utilitatis, in eo bannum iuxta formam consuetudinum Vallis Auguste apponat, ad eo quod, si dicti sexaginta solidi non solvantur ut supra de bannis bestiarum ibidem repertarum computet in computo sequenti.

[XLIII] Receptit a Jacobo Colombe, Petro Pentechostes, Vuillermo de Cella, Remigio de Rovorey, Petro Blanchiflour, Vulliermeto de Mallio, Andrea Sponso, Vulliermeto Cognient, Gaspardo de Crestella, Vulliermo de Brissognia, Johanne de Balma, pro se et fratribus suis, Petro Martine, Johanne Imperatricis, Rocigniodo, Bartholomeo de Peyrola, pro hospicio filii sui de Pra, Hugoneto de Tyebant, domino Reynaldo, capellano ad eius vitam, et ab aliis hominibus de Quarto qui ad infrascripta voluerint usagiare pro omnibus et singulis brolliis sitis subtus Quartum, cum arboribus, spinis et borczyis nunc et in futurum existentibus ibidem, sibi albergatis per nobilem et potentem virum dominum Henricum dominum de Quarto quondam, militem, pro tanto de reddito seu censu per annum, uno denario servicii et duobus denariis placiti, quando contingerit evenire, ut in computo precedenti, et computat pro termino festi beati Stephani yemalis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto- LX solidos, I denarium monete Auguste

Receptit ab eidem pro eodem et eodem termino festi beati Stephani yemalis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto

- LX solidos, I denarium monete Auguste

⁷¹ Dans la marge gauche: *vide*.

⁷² Les mots sont ajoutés dans la marge droite avec un signe de renvoi.

⁷³ Dans la marge gauche: *vide*.

Remissio siliginis ad pecuniam:

De pecunia debita per certas personas dicte castellanie Quarti pro siligine, ad rationem sex solidorum, octo denariorum bone monete cursibilis Auguste pro quolibet sestario, casu quo solverent quarta die festi Nativitatis Domini dumtaxat et non alias, ut in computo precedenti, nichil computat pro dicto termino festi Nativitatis Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto in pecunia, quia superius computavit ad plenum de dicta siligine. Et pro termino festi Matris Domini quo inceperunt currere anni millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, nichil computat quia domina domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto condam, tradidit ipsam occasione qua supra in frumento.

Recepit a Bernardo de Planney de Bocza de redditu seu servicio per ipsum debito, videlicet uno anno novem denarios et alio anno decem octo denarios, ut in computo precedenti, in festo beati Stephani yemalis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto, et pro eodem termino anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio computavit de dictis decem octo denariis monete Auguste

- IX denarios monete Auguste

Recepit ab eodem Bernardo pro eodem et eodem termino festi beati Stephani yemalis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, et pro eodem termino anno predicto millesimo tercentesimo octuagesimo quarto computavit de novem denariis

- XVIII denarios monete Auguste

Novus redditus:

Recepit a Vulliermo, nepote Petri Bocon de Vallepellina, pro duobus seytoratis novalii sibi albergatis in perpetuum in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio *pro uno floreno auri boni ponderis vetere, de quo in computo precedenti in titulo introgiurum comparuit*,⁷⁴ et computat pro termino festi beati Stephani Prothomartiris anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto, et pro dicto termino festi beati Stephani proxime dicti anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, non computat de dicto redditu quia domina domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto condam, tradidit occasione qua supra in frumento

⁷⁴ La phrase est ajoutée dans la marge droite avec un signe de renvoi.

- II solidos monete Auguste

Recepit a Petro Fabio, habitatore Ville Franche, pro quadam domo seu casali que fuit domini de Quarto condam, sita in Villa Francha subtus capellam, eidem Petro per dictum castellanum imperpetuum albergata pro tanto de censu per annum sine aliquibus introgiis, et computat pro termino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni millesimo tercentesimo octuagesimo quinto- XX solidos monete Auguste

Recepit a Martino dou Glacier de Olomont pro quodam novali sibi albergato imperpetuum [XLIII] pro tanto de servicio seu redditu per annum et pro uno floreno auri boni ponderis de introgiis de quo inferius in titulo introgiorum computabit, et computat pro termino festi beati Stephani yemalis, crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, nichil computat quia domina ipsos tradidit domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto condam, occasione qua supra in frumento

- III solidos monete Auguste

Summa:

- VI^C XLIII libre, VI solidi, II denarii monete Auguste ad XXVI

- LIX solidi, III denarii januenses ad X pro XV predictorum

- XLVI floreni auri boni ponderis veteres

Et:

- VI^{XX} II franchi auri

46

Auxilia:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de auxilio per annum a Johanne et Johannodo Siraz de Dovia, fratribus, in festo beati Stephani yemalis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto, et pro eodem termino anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto non computat quia domina ipsos tradidit domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto condam, occasione qua supra in frumento - IIII solidos monete Auguste

Recepit a personis in septem particulis tercii computi precedentis speciffice et particulariter declaratis annis alternis ut in computo precedenti, in festo beati Stephani yemalis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto, et in secundo computo precedenti pro anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo computavit⁷⁵

⁷⁵ Dans la marge gauche: *vide dorsum*.

Hugues Garnier (1383-1385)

- LIX solidos, IX denarios monete Auguste
- XXX solidos monete Auguste

Recepit a Johanne Bigay de Valle de Bocza debitos per ipsum annis alternis, ut in compito precedenti in festo beati Stephani yemalis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, et pro anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio in compito precedenti computavit - VIII solidos monete Auguste

Summa: - CI solidi, IX denarii monete Auguste

Firme:

Idem reddit computum quod recepit a Johanne Vidondo, habitatore Quarti, pro firma mistraliarum mandamenti castellanie Quarti unius anni finiti in festo beati Michaelis, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, nec inde plus recepit ut suo asserit juramento

- XII florenos auri boni ponderis veteres

Recepit ab eodem Johanne pro eadem firma unius anni finiti in festo beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto, nec inde plus recepit ut suo asserit juramento, et iniungitur eidem⁷⁶ quod dictam firmam cridari faciat et plus offerenti tradat, taliter quod de ipsa valeat in suo sequenti compito utilius pro domino computare

- XII florenos auri boni ponderis veteres

Recepit a Johanne Valleti de Cyrisia de Dovia pro firma mistralie Oyacie et ipsius mandamenti, unius anni finiti in festo beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, nec inde plus recepit ut suo asserit juramento - X florenos auri boni ponderis veteres

Recepit ab eodem Johanne pro eadem firma unius anni finifi in festo beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto, nec inde plus recepit ut suo asserit juramento,⁷⁷ et est sciendum quod fuit dicta mistralia tradita domine Pantissalee occasione qua supra

- X florenos auri boni ponderis veteres

Recepit a Johanne Gontereti, notario et procuratore domini in Valle Augusta, pro firma clericature et papirorum curie mandamenti Quarti et

⁷⁶ Dans la marge gauche: *vide*.

⁷⁷ Dans la marge droite: *et de ipsa nichil in futurum computabitur*.

Oyacie unius anni finiti die undecima mensis novembris anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, nec inde plus recepit ut dicit
- XXIII florenos auri veteres

De firma dicte clericature et papirorum curie mandamenti Quarti et Oyacie a dicta die undecima mensis novembris anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio usque ad diem sextam mensis aprilis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, non computat quia nichil recepit, licet ipsam firmam cridari fecerit per instrumentum publicum receptum per Johannem Casei notarium, sub anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, indicione sexta, die XV mensis novembris, et per litteram domine de mandato dictum castellanum non compellendi ad solvendum dictam firmam a dicta die XI mensis novembris anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio usque ad dictam diem VI mensis aprilis, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, et eciam usque ad festum beati Johannis Baptiste immediate sequentem, cuius quidem littere instrumenti, una cum supplicacione dicti castellani ipsi littere annexa, tenores secuntur in hunc modum. Et [XLIII] primo tenor intrumenti:

- 47 "Anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, indicione sexta, die XV mensis novembris, apud Quartum in ecclesia dicti loci, videlicet in coris⁷⁸ ecclesie, presentibus testibus ad infrascripta vocatis et rogatis, videlicet Johanne et Nycolao de Pra de Quarto, fratribus, et pluribus aliis, ibidem in mei notarii infrascripti testiumque prescriptorum presencia ad infrascripta peragenda, personaliter constitutus Johannes dictus Vidondo, mistralis Quarti pro illustri et magnifico principe et domino nostro domino Amedeo Sabaudie comite, alta voce et intelligibili, post Euvangelium et ante Prefacium, factis absolucionibus generalibus ut est moris, coram populo ibidem missam dominicalem audiendo, exposuit et preconizavit nomine et ex parte jam dicti domini nostri comitis et castellani sui de Quarto, quod officium clericature curie Quarti presencialiter vacat et vacavit a festo beati Martini nuper lapso citra, per relictionem nuper per Johannem Gontereti de Augusta notarium ex dicto officio factam, qui ex dicto officio domino nostro comiti viginti quatuor florenos auri veteres pro firma faciebat, quare si quis esset plus volens dare de dicto officio domino nostro comiti predicto quantitatis predictae, alias quod in factum fuerit in minori quantitate ...⁷⁹ ille talis dictum officium volens habere, infra octo

⁷⁸ Lecture douteuse.

⁷⁹ Illisible.

dies proxime venturos ad nobilem Hugonem Garnerii alias Roda de Chamberiaco, castellanum Quarti pro prefato domino nostro comite, qui eidem tali offerenti et dictum officium petenti mediante summa competenti de dicto officio nomine dicti domini nostri comitis providebit, et de predictis michi notario infrascripto jubsit idem mistralis ad opus omnium quorum interest fieri tres instrumenta quot erint necessaria. Ego Johannes Casei junior de Augusta, clericus auctoritate imperiali notarius publicus, hiis omnibus interfui vocatus hancque cartam rogatus scripsi et meis solitis signetis signavi in testimonium omnium premissorum".

Item tenor supplicacionis:

"Vobis supplicamur humiliter pro parte ligi et fidelis Hugonis Garnerii, alias Roda de Chamberiaco, castellani vestri de Quarto quod cum inclite recordacionis dominus noster Sabaudie comes, genitor vester condam, officium clericature curie vestre de Quarto dedit Johanni Gontereti de Augusta notario per quatuor annos, jam finitos anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, die undecima mensis novembris, sub firma viginti quatuor florenorum auri boni ponderis annis singulis, per eum in manibus castellani vestri Quarti qui pro tempore fuerit, solvendis terminis consuetis, et tempore donacionis predictae finito, dimisso per dictum Johannem Gontereti et relicto castellano antedicto officio suprascripto, ipse castellanus vester, voce preconia, in ecclesia parrochiali de Quarto pluribus diebus dominicalibus cridari fecerit officium antedictum jam per relictionem dicti Johannis Gontereti vacans, et videlicet prima proclamacione facta infra quatuor dies post dictum terminum sic finitum, quibus proclamacionibus inde factis nullus se obtulit dicto castellano pro dicto officio exercendo seu firmam aliquam se daturus pro eodem, sed a dicto tempore termini predicti finiti citra vacavit dictum officium et presencialiter vacat, nunc vos magistri et receptores computorum vestrorum in computo ipsius castellani ipsam castellaniam de dicta firma faciant ad plenum computare tempore vacationis dicti officii non obstante; quatenus super premissis dignentur si placeat de remedio providere ac gratiam eidem supplicanti impartiri et pro futuro tempore providere taliter quod ipse supplicans in peractis⁸⁰ non gravetur".

48 Et tenor littere domine:

⁸⁰ Lecture douteuse.

"Bona de Borbonio, comitissa Sabaudie, dilectis magistris et receptoribus computorum nostrorum et illustris filii nostri carissimi Sabaudie comitis, salutem. Visa supplicacione presentibus annexa, consideratoque quod Hugo Garnerii, modernus castellanus noster Quarti, juravit [XLV] super Sancta Dei Euvangelia quod ipse nullum comodum recepit aut habuit quovismodo per se vel per alium, de officio clericature Quarti a tempore censi eiusdem officii clericature curie dicti loci, facte Johanni Gontereti, finite anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, die undecima mensis novembris usque ad diem hodiernam, quamvis idem castellanus asserit, et ostendat per instrumentum hiis annexum se fieri fecisse cridam in dicto instrumento descriptam et contentam super et de officio predicto, mandamus vobis dictis causis et aliis certis nos ad hec moventibus, quatenus dictum castellanum nostrum Quarti computare non compellatis de aliqua pecunie quantitate pro firma seu censa dicte clericature pro tempore superius declarato, nec eciam pro futuro tempore duraturo, usque ad proxime venturum festum beati Johannis Baptiste, pro quibus temporibus preterito et futuro, ut prefertur, dictum castellanum nostrum Quarti nolumus ullathenus imperpetuum compelli, ad nobis aut dicto illustri filio nostro computandum seu alias quomodolibet respondendum; eo non obstante quod ipse castellanus non fecerit cridari dictum officium clericature predicte ante tempus pretericionis dicte firme per Johannem Gontereti ut supra tenute, verumtamen provideatur⁸¹ ab inde in antea fienda pro tempore post dictum festum beati Johannis Baptiste immediate futuro, prout vobis videbitur debite faciendum. Datum Rippaillie, die sexta mensis aprilis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto. Per dominam, presentibus dominis G. de Grandissono, Aymone de Chalant, Jacobo de Monxiato et Johanne de Conflens. Guillermus Genevesii".

Quas litteram, supplicacionem et instrumentum simul annexas reddit. Iniungitur⁸² tamen eidem prout in littera superius proxime copiata mencio habetur quod dicta firmam cridari faciat loco et tempore debitis, taliter quod in suo sequenti computo videatur de ipsa computare ac sufficienter vendere.

Recepit a Petro Rigoti pro firma manderie Quarti unius anni finiti die secunda mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio - II florenos auri boni ponderis veteres

⁸¹ Les mots sont cachés dans le pli du parchemin.

⁸² Dans la marge gauche: *vide*.

Recepit ab eodem Petro pro eadem firma unius anni finiti die secunda mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto - II florenos auri boni ponderis veteres

Recepit a Johanne Vidondo pro firma manderie Sancti Christofori unius anni finiti die secunda mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, ut in computo precedenti

- II florenos auri boni ponderis veteres

Recepit a Jaquemeto de Cleva de Dovia pro eadem firma manderie Sancti Chistofori unius anni finiti die secunda mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto

- II florenos auri boni ponderis veteres

Recepit a a Johanne de Prabax de Dovia pro firma manderie Vallis Pelline ut in computo precedenti unius anni finiti die secunda mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio

- XX solidos monete Auguste

Recepit ab eodem Johanne de Prabax pro eadem firma unius anni finiti die secunda mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto, et est sciendum quod dicta firma *tradita fuit domine Pantissalee predictae aliunde in antea occasione qua supra*⁸³

- XX solidos monete Auguste

Recepit ab eodem Johanne de Prabax pro firma manderie de Dovia unius anni finiti die secunda mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio

- dimidium florenum auri boni ponderis veterem

Recepit ab eodem Johanne de Prabax pro eadem firma unius anni finiti die secunda mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto, et fuit tradita ut supra

- dimidium florenum auri boni ponderis veterem

Recepit a Jaquemeto de Cerisey de Bocza pro firma mistralie de Bocza unius anni finiti die secunda mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio

- dimidium florenum auri boni ponderis veterem

Recepit ab eodem Jaquemeto pro eadem firma mistralie unius anni finiti die secunda mensis augusti, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto - dimidium florenum auri boni ponderis veterem

49 Recepit a Mermeto Sartore de Villa Francha, pro firma leyde nundinarum Ville Franche que tenentur ibidem bis in anno, videlicet die

⁸³ La phrase est ajoutée dans la marge droite avec un signe de renvoi.

martis [XLVI] propinquare festi apostolorum Philipi et Jacobi et die festi apostolorum Symonis et Jude, unius anni finiti die secunda mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto, et computat pro terminis festorum apostolorum Symonis et Jude anni millesimi tercentesimi octuagesimi tercii, manu dicti Mermeti, de sex libris et quindecim solidis monete Auguste, et Philippi et Jacobi anni Domini millesimi tercentesimi octuagesimi quarti, manu dicti Johannis Vidondo, de decem novem solidis dicte monete. Que leyda levatur terminis predictis et per modum in secundo computo precedenti plenius declaratum et contentum, nec inde plus recepit ut suo asserit juramento

- VI libre, XIII solidos monete Auguste

Recepit ab eodem Johanne Vidondo pro eadem firma que tenetur ibidem bis in anno ut supra, et computat pro termino festorum apostolorum Symonis et Jude anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto predicto, et inde plus non recepit ut suo asserit juramento

- IIII libras, X solidos dicte monete

De firma banni vini quod venditur in Villa Francha a die prima mensis augusti usque ad diem festi Assumpcionis Beate Marie inclusive eiusdem mensis, domino pertinentis ibidem ut in computo precedenti, non computat quia non invenit qui proinde aliquid se daturum obtulerit, licet super hoc bonam diligenciam quam potuit fecerit ut dicit; et fit eidem similis iniunctio⁸⁴ que supra.

De firma ponderis domini de Villa Francha quod levatur pro singulis rebus que ponderantur ibidem ad grossum pondum domini unus denarius monete cursibilis Auguste, ut in computo precedenti, nichil computat quia nichil proinde recepit per tempus de quo computat ut dicit, nec invenit qui proinde aliquid se daturum obtulerit ut dicit, quare fit eidem similis iniunctio⁸⁵ que supra.

Recepit a Petro Morelli, Theobaldo de Cirisia, mistrali de Roysan, et Gottofredo Vaniour de Ryns, pro firma pratorum domini de Ryns, inclusis fructibus arborum in eisdem existencium, sibi tradita per dictum castellanum, et solvuntur dicta firma in festo Nativitatis Domini, et computat pro termino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto, nec inde plus recepit ut suo asserit juramento, licet super hoc bonam diligenciam fecerit. Et est sciendum quod pro termino festi Nativitatis Domini quo

⁸⁴ Dans la marge gauche: *vide*.

⁸⁵ Dans la marge gauche: *vide*.

inceperunt currere anni millesimo tercentesimo octuagesimo quinto nichil computat quia domina ipsam firmam tradidit domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini de Quarto condam, occasione qua supra in frumento - XVII florenos auri boni ponderis veteres

Recepit a Johannodo de Roveyn et consortibus suis de Roveyn pro pascuis de Ryns sibi per dictum dominum de Quarto quondam accensatis ad certum tempus, de quo declaracionem adhuc habere non potuit ut dicit, et computat pro termino festi beati Stephani Prothomartiris, crastino Nativitatis Domini anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto, et pro termino eodem anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto nichil computat quia domina ipsa pascua tradidit domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, occasione qua supra in frumento -VI solidos monete Auguste

Summa - XIII^{libre}, X solidi monete Auguste

Et: - III^{XX} XV floreni auri boni ponderis veteres

50

Teysie domorum:

De teysiis domorum Ville Franche nichil computat hic, eo quod includuntur in denariorum census, prout et de quibus ut supra computat, maxime quia super domibus Ville predicte, quando casus evenit, dominus percipit in eisdem laudes, ut dicit et dicitur in computo precedenti.

Introgiis:

Idem reddit computum quod recepit a Martino de Glacier de Olomont pro quodam novali sibi per dictum castellanum albergato pro tanto de introgiis et pro tribus solidis monete Auguste de censu per annum, de quibus supra in titulo denarii census computavit

- I florenum auri boni ponderis veteres

Summa: - I florenus auri boni ponderis vetus

[XLVII] *Laudes et vende:*

De laudibus et vendis nichil computat quia nichil recepit per tempus de quo computat ut dicit. Et licet ibidem per dictum tempus de quo ut supra computat obvenerint ac tamen ipsas nondum habere potuit pro eo quod homines mandamenti predicti dicunt quod non tenentur solvere

nisi dumtaxat duos solidos pro libra pro laudibus rerum que venduntur ibidem, et dictus castellanus exigere volebat ab ipsis tres solidos et quatuor denarios pro qualibet libra, prout et quemadmodum illi de mandamento Sancti Brancherii et Intermoncium solvunt et solvere consueverunt, super quibus dicti homines domine supplicaverunt que per suas litteras commisit, reverendo in Christo Patri domino Jacobo, Dei gratia episcopo Augustensi, et baillivo Auguste, ut ipsi super ipsis laudibus faciant et ordinent quicquid eisdem videbitur faciendum, vocatis tamen cum eisdem procuratoribus domini Vallis Auguste. Nichilominus tamen iniungitur eidem quod predicta terminari procuret et instet taliter quod in suo sequenti computo de ipsis laudibus et vendis valeat computare.

Aqua rivi Prepositi vendita ultra aquam accensatam:

Idem reddit computum quod recepit manu Petri Morelli de Rivo, administratoris et dispensatoris aque rivi domini vocati de Preposito, de et pro aqua rivi predicti per dictum Petrum pluribus et diversis personis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio vendita, ultra aquam accensatam seu traditam ad servicium de quo supra computat in titulo denarii census, nec inde plus recepit ut suo asserit juramento, et respondet minus de quadraginta solidis monete Auguste quam in computo precedenti pro anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo - VI libras, X solidos monete Auguste

Recepit manu predicti de et pro aqua rivi predicti in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto ut supra vendita, et respondet minus de viginti solidis dicte monete Auguste quam pro anno millesimo tercentesimo octuagesimo tercio supradicto - CX solidos dicte monete

Summa: - XII libre monete Auguste

51

Pasqueragium Montis de Durand:

Idem reddit computum quod recepit manu Johannis dicti Charles, de Olomont, et eius socii, pastorum Montis de Durand pro pasqueragio dicti montis de Durand, et levatur dictum pasqueragium a festo nativitatis beati Johannis Baptiste vel circa, usque ad festum beati Michaelis, de singulis bestiis que mictuntur ad dictum montem ad pascendum et impinguendum juxta arbitrium pastorum ibidem pro domino ordinatorum, ut in computo precedenti, *et juxta etiam tempus*

*quo dicta animalia pascuntur ibidem ut dicit,*⁸⁶ et respondet minus de octo libris, decemnovem solidis et sex denariis monete predictae quam in computo precedenti, et computat pro anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio

- XIX libras, XI solidos VI denarios monete Auguste

De et pro dicto pasqueragio supradicti Montis de Durand nichil computat pro anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto quia nichil recepit pro eo quia in dicto monte ipso anno octuagesimo quarto, nulle bestie ibidem fuerunt ad pasquerandum ob timorem guerrarum ipso anno existencium inter Dominum et illos de Vallesio, quando dominus cum suo exercitu cepit civitatem sedunensem.

Summa: - XIX libre, XI solidi, VI denarii monete Auguste

[XLVIII] Banna concordata:

Idem reddit computum quod recepit a Vullienco de Villa Francha quia inculpabatur rixam habuisse in Villa Francha cum Perreto dicto Coquagenoyl

- III florenos auri boni ponderis veteres

Recepit a filio Clementis Braydy de Oyacia pro penis spretis

- XLV solidos monete Auguste

Recepit a Johanne, filio Nycoleti Beatricis de Olomont quondam, inculpato fultive⁸⁷ cepisse et sibi appropriasse unam ovem et unum agnum Petro Domengii de Roysan

- VII florenos et dimidium auri boni ponderis veteres

Recepit a filio Rolini de Dallyon inculpato fultive cepisse de caseis et aliis bonis apud Vallem Pellinam

- XVIII florenos auri boni ponderis veteres

Recepit a Petro Stephaneti de Alleyn pro penis commissis

- I florenum et dimidium auri boni ponderis veterem

Recepit a Johanne dicto Chiera de Alleyn pro penis per eum commissis

- LX solidos, IX denarios monete Auguste

Recepit a Blasio Martineti de Alleyn pro penis per eum commissis

- I florenum et dimidium auri boni ponderis veterem

Recepit ab Aymoneto de Grangia de Segnins, parrochie Sancti Christofori, pro penis per eum commissis in dampno dato in quadam possessione Hugonodi Bone de Segnins per porcos ipsius Aymoneti

⁸⁶ La phrase est ajoutée dans la marge droite.

⁸⁷ Lire : *furtive*.

- XII solidos monete Auguste
Recepit a dicto lo Conto, parrochie Sancti Christofori, inculpato deportasse indebite de feno Hugonini Tarida de Dovia
- XV solidos monete Auguste
Recepit a filio Rolini de Dallyon inculpato verba iniuriosa dixisse Johanni Martii de Prabax - tres partes unius floreni veteris
- Recepit a Jaquemeto, filio condam Theobaldi Rosseti de Olomont, et Leonardo, fratre suo, inculpatis falsum testimonium tulisse in curia domini super quodam processu per curiam inculpato ad denunciacionem Petri Dyemo de Olomont contra filios Vullienci de Va de Olomont, pro quibusdam terminis seu metis positis et levatis apud Porchiery, supra Olomont - XVI florenos et dimidium auri boni ponderis
- Recepit a Petro filio condam Vullienci de Bau de Olomont, seu Johannodo Bonerii de Dovia pro ipso concordante, quia idem Petrus inculpabatur periurium commisisse
- III florenos auri boni ponderis veteres
- Recepit ab Humberto, fratre eiusdem Petri, pro eodem
- XX solidos, VI denarios monete Auguste
- Recepit a Vulliermeto de La Nycoda de Bocza quia inculpabatur bamnum commisisse propter rebellionem factam contra mistralem domini de Bocza - III florenos auri boni ponderis veteres
- Recepit a Jaquemeto de la Froa de Sancto Remigio pro quadam concordia per eum cum dicto castellano facta de et pro commissione certe quantitatis ballarum allecum per ipsum tranxitarum sine solutione pedagii, ut supra in titulo alecum mencio habetur
- XI florenos, I quartum unius floreni boni ponderis veteres
- Recepit a Blasio lo Bert de Allen pro bamnis per eum commissis
- III quartos unius floreni boni ponderis veteres
- Recepit ab Humberto de Bau de Olomont pro rixa habita cum Petro Dyemo de Olomont - III florenos auri boni ponderis veteres
- Recepit a Johanne Nycoleti Beatricis de Olomont inculpato furtive cepisse fructus in vinea et arboribus dicti Conto Parrochie Sancti Christofori - I florenum et dimidium boni ponderis veterem
- Recepit a Martino Rolini de Dallion pro penis per ipsum spretis
- II florenos et quartum unius floreni boni ponderis veteres
- Recepit a Johanne, filio Jaquemini Rolini de Dallion, inculpato retraxisse furtive fenum per ancillam curati de Allen in domo dicti curati
- XXX solidos dicte monete

[XLIX] Receptit a Martino, fratre dicti Johannis, inculpato consensisse cuidam insulto facto per quosdam in hostio fenestre camere dicti curati - XV solidos dicte monete

Receptit a Michaele Rosseti de Rippa burgi de Porta Sancti Ursi Auguste pro bannis per eum commissis et vi facta contra Jaquemetum Cleva, manderium domini in parrochia Sancti Christofori, in auferendo ab eodem unam capram

- I florenum et dimidium auri boni ponderis veterem

Receptit a Johanne Bruneti de Blavy inculpato indebite retraxisse de bonis Petri Pupuni de Blavy, captis per murum dicti Petri

- III partes unius floreni auri boni ponderis veteris

Receptit a Jaquimino dicto Brigand de Effra, inculpato sibi tacite approperasse unam canalem castronis quam dictus Lo Conto de Sancto Christoforo mandabat munere dicto castellano per dictum Brigand

- III florenos et III quartos unius floreni boni ponderis veteres

Receptit a Bertrando, cerdone de ultra Monte Jovis, pro adulterio per eum commisso et tam pro se quam sua amasia

- I florenum et dimidium boni ponderis veterem

Receptit ab uxore condam Alexandri de Cerisey inculpato manus violentas in personam Jaquemeti de Cerisey, mistralis domini, imposuisse

- III florenos auri boni ponderis veteres

Receptit a Raymondo de Balma Quarti, inculpato fregisse granerium cure de Quarto in ecclesia Quarti, deinde certam quantitatem panis frumenti exportasse, vivente domino de Quarto

- XVIII florenos auri boni ponderis veteres

Receptit a Johanne Leonarde de Breyssognia, inculpato falsum testimonium intulisse in causa appellacionis vertente coram domino iudice causarum appellacionum Sabaudie comitatus, inter Perrerium de Prato de Valle Pellina, ex una parte, et Margueritonam, sororem dicti Perrerii, ex altera, in manibus domini prioris Sancte Helene prope Sarrum, commissarii dicti domini iudicis, prestito per dictum Johannem juramento in mandamento Quarti, et in favorem dicti Perrerii deposuisse

- IX florenos auri boni ponderis veteres

Receptit a filio Johannodi Clerici de Parlea, parrochie Sancti Christofori, inculpato indebite cidisse de nemore banni de Valle Pellina

- I florenum et III partes unius floreni boni ponderis veterem

Receptit a Jaquimino Adde de Parlea eiusdem criminis inculpato

- I florenum et III partes unius floreni boni ponderis veteris

Recepit ab Humberto de Bau de Olomont pro adulterio per eum commisso - III partes unius floreni boni ponderis veterem

Recepit a Jaquemeto Arbaney de Dovia, inculpato contrarium fuisse in faciendo indebite lo forcry⁸⁸ in custodiis moncium de Oyacia contra Vallesienses, dicendo quod Vallesienses intrav...⁸⁹ de Oyacy, quod non erat verum

- V florenos et quartum unius floreni auri boni ponderis veteres

Recepit a Jaquemeto, filio condam Theobaldi Rosseti de Olomont, inculpato se separasse et mutasse de custodia fenestre Montis de Durand et in alium locum inferiorem a parte de Olomont ubi idem Jaquemetus deputatus erat manere cum quibusdam aliis ex vicinis suis de Olomont pro guerra vallesiensi, et sine licentia eorum ordinacionis ad hec deputati - III florenos et III quartos unius floreni boni ponderis veteres

Recepit a Johanne Cognien de Olomont eiusdem criminis inculpato

- L solidos, II denarios monete Auguste

Recepit a Jaquimino dou Baxelvys de Olomont eiusdem criminis inculpato - LX solidos, IX denarios monete Auguste

Recepit a Petro, filio Nycoleti de Voce de Olomont, eiusdem criminis inculpato - I florenum et dimidium auri boni ponderis veterem

Recepit a Martino, filio condam Jaquimini de Voce de Olomont, eiusdem criminis inculpato - I florenum et dimidium januensem auri

Recepit a Johanne Vyelian de Oyacia, inculpato se separasse a fenestra loci fenestre de Crista Sechy in Oyacia, ubi pro guerra predicta deputatus erat manere cum certis aliis custodibus, et inculpato cidisse de nemore banni in Oyacia decem octo plantas

- III florenos et III partes unius floreni boni ponderis veteres

53 Recepit a Johannodo Grossi Regum de Olomont, inculpato cidisse unam plantam in nemore de Glacier et pignus inde vocasse forestario domini - XXI solidos monete Auguste

Recepit a Theobaldo dou Byoley pro adulterio per eum commisso

- I florenum et dimidium auri boni ponderis veterem

Recepit a Johanne Sirac de Dovia inculpato per forestarios cidisse duodecim plantas in nemoribus [L] de Valle Pellina de banno domini a quatuor annis citra - XXI solidos monete Auguste

Recepit ab Ansermino Chavaler de Vallepellina inculpato per forestarios cidisse sexaginta quinque plantas in nemoribus de Bruson et de Bauc de banno domini a quatuor annis citra

⁸⁸ Lecture douteuse. Il s'agit probablement d'un terme signifiant « la garde ».

⁸⁹ La fin du mot est illisible : *intravissent* ?

- XLV solidos monete Auguste

Recepit a Colino de Glacier de Olomont accusato per forestarios cidisse tempore predicto tam in nemore dou Visey quam in brevis de confinis⁹⁰ videlicet septuaginta sex plantas, ultra illas plantas quas idem castellanus eidem Colino gratiose vitaverat

- CV solidos monete Auguste

Recepit a Johannodo Bernardi de Somon de Vallepellina accusato per forestarios cidisse *tempore predicto*⁹¹ in nemoribus banni domini sexdecim plantas et ex illis deportasse tres plantas signo domini signatas

- XXX solidos, VI denarios monete Auguste

Recepit a filio condam Jaquemodi de Somon de Vallepellina accusato per forestarios cidisse in nemoribus banni domini quattuor plantas eodem tempore - III solidos, IX denarios monete Auguste

Recepit a Bertodo de Somon, habitatore in Vallepellina, accusato per forestarios cidisse tempore predicto in nemoribus banni de Bruson quinque plantas - VII solidos, VI denarios monete Auguste

Recepit a Johanne Mellnyat de Vallepellina accusato per forestarios cidisse tempore predicto in nemoribus banni domini videlicet in brevis triginta sex plantas - XXI solidos monete Auguste

Recepit a Petro, filio Vullienci de Va de Olomont accusato ut supra de duobus plantis nemorum dou Visey

- III solidos, IX denarios monete Auguste

Recepit a nepote Picodi de Frassinea de Olomont, accusato ut supra de una planta nemorum de Glacier et una planta dou Visey

- VII solidos, VI denarios monete Auguste

Recepit a Stephanino filio Perreti de Crestono accusato ut supra de duobus plantis ou Visey - II solidos, III denarios monete Auguste

Recepit a Johanne Cognien de Olomont accusato ut supra in dicto nemore cidisse - II solidos, III denarios monete Auguste

Recepit a Leonardo de Pedeville accusato ut supra in dicto nemore cidisse - XVIII denarios monete Auguste

Recepit a Petro Vullienci de Alyan de Dovia accusato ut supra cidesse in boscheto supra Doviam quattuor plantas

- VII solidos, VI denarios monete Auguste

Recepit a Johanne Lenterciam de Oyacia accusato ut supra cidisse sex plantas in nemore banni domini in Oyacia

⁹⁰ Lecture douteuse.

⁹¹ Les mots sont ajoutés dans la marge droite.

- VII solidos, VI denarios monete Auguste
Recepit a filio Amedei de Ponte de Oyacia accusato ut supra cidisse
in dicto nemore sex plantas - VII solidos, VI denarios monete Auguste
Recepit a Petro Alarie de Oyacia accusato ut supra cidisse decem
plantas in dicto nemore - XV solidos monete Auguste
Recepit a Martino Joyour de Oyacia accusato ut supra cidisse in
dicto nemore decem octo plantas
- XX solidos, III denarios monete Auguste
Recepit a Raymondo Vielyan de Oyacia accusato ut supra cidisse
decem octo plantas in dicto nemore - XXX solidos monete predictae
Recepit a Jaquemeto, filio Clementis Braydi de Oyacia, accusato ut
supra cidisse in dicto nemore sex plantas - XII solidos monete Auguste
Recepit a Johannodo de Sommoville de Oyacia accusatus ut supra
cidisse in dicto nemore - VI solidos monete Auguste
Recepit a Francisco dou Brunyer de Oyacia, accusato ut supra cidisse
in dicto nemore duodecim plantas
54 - XIII solidos, VI denarios monete Auguste
Recepit a Vincencio Voudan de Oyacia accusato ut supra scidisse
sex plantas in dicto nemore - XV solidos monete Auguste
Recepit a Petro Voudan eius loci accusato ut supra scidisse in dicto
nemore duodecim plantas - XXVII solidos monete Auguste
Recepit a Johanne dou Noyer de Oyacia accusato scidisse in dicto
nemore duas plantas - II solidos, III denarios monete Auguste
Recepit a filio Jaquemeti Barmen de Oyacia accusato scidisse in
dicto nemore sexdecim plantas - XXI solidos monete Auguste
Recepit a filio Perrerii Bridon de Oyacia accusato scidisse in dicto
nemore - VI solidos monete Auguste
Recepit a Colino, filio Nycodi de Crestono de Olomont accusato
scidisse in nemoribus dou Visey
- III solidos, IX denarios monete Auguste
Recepit a communitate hominum de Bocza pro bannis nemorum
communium de Bocza - XV solidos monete Auguste
Recepit a Parvo Johanne de Lausanna, habitatore in Villa Francha,
inculpato banna commisisse in coquendo panem suum et alienum
pluribus vicibus in quodam suo forno per eum in domum suam in dicta
Villa confecto - XXX solidos monete Auguste

Summa: - XLI libre, II solidi, V denarii monete Auguste
- VI^{XX} XI floreni auri boni ponderis veteres
Et: - I florenum et dimidium januensem auri

Banna condempnata:

De bannis condempnatis de quibus et in quibus idem castellanus percipit duos solidos in qualibet libra ut in computo precedenti, nichil computat quia nichil pro ipsis recepit per tempus de quo computat ut dicit.

Banna minuta:

De bannis minutis nichil computat quia includuntur in firmis mistraliarum, champeriorum et foresteriorum, de quibus supra computat ut dicit.

[LI] *Advoerie:*

Idem reddit computum quod recepit a Jaquimino Bonete de Janio de Dovia pro advoeria seu tutela liberorum quondam Perrini de Carlo de Dovia, sibi concessa per dictum castellanum die quarta mensis februarii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo pro tanto per annum durante dicta advoeria, et pro quatuor florenis auri boni ponderis semel, de quibus in secundo computo precedenti computavit, et computat pro termino festi beati Stephani yemalis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto. Et pro termino festi eiusdem anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, nichil computat quia nichil recepit pro eo quia pertinet domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto condam, occasione qua supra in frumento

- II solidos monete Auguste

Recepit a Jaquemeto deis Raspallies pro advoeria seu tutela Thomasseti, filii quondam Jaquimini Girardi de Ollignian, parrochie Quarti, sibi concessa per dictum castellanum die decima quinta mensis marcii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo pro tanto per annum durante dicta tutela seu advoeria, et computat pro termino festi beati Stephani yemalis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto, ut in computo precedenti- I obolum auri boni ponderis

Recepit ab eodem pro eodem et eodem termino festi beati Stephani yemalis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto

- I obolum auri boni ponderis

Recepit a quadam bona muliere parrochie de Alleyn pro advoeria seu tutela cuiusdam pueri pupilli eiusdem parrochie, quorum nomina apportare obmisit, sibi concessa per dictum castellanum de mense

octobris anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, pro tanto semel. Iniungitur tamen eidem quod in suo computo sequenti nomina dicte mulieris et pupilli declaret- IIII florenos auri boni ponderis veteres

Summa: - II solidi monete Auguste

- IIII floreni auri boni ponderis veteres

Et: - II oboli auri

55

Exitus sigilli:

Recepit de et pro exitu sigilli domini castellanie Quarti per tempus de quo computat a Petro Dyemo de Olomont

- III denarios grossos parvi ponderis

Recepit a Jaquimino de Veyny parrochie Sancti Christofori pro sigillo processus cause ventillate inter dictum Jaquimum actore, ex una parte, et Vulliermum dou Chayno de Segnyns ex altera, pro eodem

- VI denarios grossos parvi ponderis

Recepit a pluribus personis in minutis particulis pro eodem

- XXX solidos monete Auguste

Summa: - XXX solidi monete Auguste

Et: - IX denarii grossi turonenses parvi ponderis

Cheyserie seu escheytis:

Idem reddit computum quod recepit de cheyseriis seu escheytis domino pertinentibus in pluribus et diversis hominibus mandamenti Quarti et Oyacie, tenentibus quedam antiqua feuda que vocantur feuda cheyserie, de et pro quibus cheyseriis et eorum feudo dominus de Quarto percipere et levare consuevit et capit quando casus evenit prout infra, videlicet quando homo tenens aliquid de dicto feudo moritur, terciam partem omnium bonorum mobilium ipsius hominis deffuncti, quecumque sint et ubicumque reperiantur; et simili modo si aliquis alius a predictis talibus hominibus cheyseriis aliquid acquirat de dicto feudo cheyserie, quando moritur possidendo quidquid de predicto feudo, dominus capit terciam partem omnium bonorum mobilium ipsius deffuncti, quecumque sint et ubicumque, vigore feudi antedicti, reperiantur; dum tamen appareat quod per dominum de Quarto, vel alium eius nomine, fuerit intimatum et ostensum dicto tali acquirenti, per publicum instrumentum, quod res acquisita per eum esset et

moveretur de *feudo*⁹² predicto cheserie; si tamen, factis intimacione et ostensione predictis prout supra, dictus acquisite rem cheyserie [LII] predictam incontinenti fineret et relinqueret a predicta cheyseria et ipsius oneribus et servitutibus penictus ylico⁹³ liberatur, si vero, post intimacionem et ostensionem predictas, dictam rem predictus emptor statim non dimitteret et relinqueret taliter quod inde posset constare sufficienter, remaneret astrictus et obligatus oneribus et servitutibus cheyserie per modum et formam superius declaratos. Cuius feudi cheserie formam et naturam, talis ordo servatus fuit et adhuc observatur quod quicumque tenens feudum, et feudatarius existens, dicte cheyserie potest et est eis licitum quictare et finire domino directo dictum feudum; qua finacione facta, statim levatur ad opus domini Quarti tercia pars bonorum omnium mobilium dicti talis quictantis, per modum et propter cheseriam antedictos, quia cheseria, seu tercia parte bonorum mobilium predicti quictantis ut supra levata, quictans huiusmodi fit liber penitus a predictis dum tamen ad feudum iterum non rediret, quoniam, si rediret, ut supra teneretur, ut dicitur in computo precedenti. Et primo a Jaquimino, filio quondam Girardi Pititi de Roysano, de cheyseria seu escheyta tercie partis bonorum mobilium ipsius Jaquimini, jam in vita dicti Girardi ab eodem separati de quibus in computo precedenti facta fuit eidem iniunctio - XXX solidos monete Auguste

Recepit a Petro, filio quondam Parvi Johannis de Blavy, de cheyseriis seu escheytis tercie partis bonorum mobilium quondam ipsius Parvi Johannis domino pertinentibus ut supra et de quibus eidem in computo precedenti fuit iniunctum quod in presenti computo computaret - XXXVI solidos monete predictae

- 56** Recepit manu Johannodi *Muso*⁹⁴ de Bocza pro cheyseria seu escheyta tercie partis bonorum mobilium quondam Johannis Hugoneti de Bocza domino pertinentis pro parte, ut in computo precedenti, et in parte Petro Amedei, condomino de Bocza, nec non Petro et Johanni fratribus, filiis quondam Henrici de Bocza, nobilibus, que in toto nundum est divisa quia dictus Petrus Amedei est in partibus remotis, nec plus recepit quousque fuerit declarata pars cuiuslibet, iniungitur tamen eidem⁹⁵ quod procuret declarare ipsas partes taliter quod in suo sequenti computo valeat computare - IIII libras, I solidum monete Auguste

⁹² Le mot est ajouté dans la marge droite avec un signe de renvoi.

⁹³ Lire *illico*.

⁹⁴ Le mot est ajouté dans la marge droite avec un signe de renvoi.

⁹⁵ Dans la marge gauche: *vide*.

Recepit manu Johannodi dou Coudrey de Dovia pro cheyseria seu escheyta tercię partis bonorum mobilium condam Johannole de Dovia domino pertinente ut supra - XIII solidos, VI denarios monete Auguste

Recepit manu Bonifacii, generis condam Aymonodi de Champapont de Roysan, pro cheyseria seu escheyta tercię partis bonorum mobilium dicti condam Aymonodi domino pertinente ut supra

- X libras monete Auguste

Recepit manu Johannis Gontereti de Augusta, procuratoris domini, pro cheyseria seu escheyta tercię partis bonorum mobilium Johannis de Champapont, condam famuli dicti Johannis Gontereti, domino pertinente ut supra, et in quibus idem procurator dicto condam famulo suo pro remanencia sui salarii temporis quo eidem servivit, nec alia bona mobilia habebat idem famulus ut asserit idem procurator

- XX solidos dicte monete Auguste

Recepit a Jaquemeto, filio condam Perrerii Fecton de Oyacia pro cheyseria seu escheyta tercię partis bonorum mobilium dicti Petri condam domino pertinente ut supra - X libras monete Auguste

Summa: - XXIX libre, VI denarii monete Auguste

57

Placita nobilium:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de placitis ob mortem recolende memorie domini nostri Sabaudie comitis, genitoris domini, [LIII] obventis, a personis nobilibus in parrochiis, villis, villagiis et locis aliis ac modis inferius particulariter et specificę declaratis.

Parrochia Quarti :

Et primo a Johanne de Canali et Anthonio eius fratre, filiis quondam Vulliermi de Canali de Quarto, pro parte eis contingente in sexaginta solidis debitis de placito per dominum condam Vulliermum, et est sciendum quod feudum pro quo dicti sexaginta solidi debentur, nundum est estimatum nec estimari potest donec regithie que fuerunt ibidem per Johannem Gontereti notarium, procuratorem domini, sint complete. Iniungitur⁹⁶ tamen eidem quod ipsa extentas procurari terminet ad finem quod in suo sequenti computo valeat computare aut sufficiencius respondere

- XX solidos dicte monete

⁹⁶ Dans la marge gauche: *vide*.

Recepit ab Anthonio Parmerii, tutore Mathei, filii quondam Perrini naturalis de Quarto, pro eodem - C solidos dicte monete

Villa supra Nuns:

Recepit ab Aymone Nerni de Villa supra Nuns pro eodem - XL solidos dicte monete

Recepit a Johanne Perole de Villa supra Nuns pro eodem - XX solidos dicte monete

Recepit a Petro et Johanne Joveno fratribus, filiis quondam Anthonii Lo Joveno - XLIII solidos dicte monete

Parrochia Sancti Laurencii Auguste:

Recepit a Johanne et Johanne Casei, filiis quondam Petri Gontereti Casei de Augusta, pro placito partis feudi reperti non vacantis, ex quo percipiunt dicti fratres duo sestaria siliginis per annum de reddictu, tamen quia residuum feudi propter diluvium aque Durie longo tempore vacavit - X solidos dicte monete

Parrochia de Gignyo:

Recepit a Johanne Archerii de Gignyo, nobili, pro eodem - XX solidos dicte monete

Parrochia de Stipulis:

Recepit ab Anthonio, filio quondam Nycoleti de Vacheria de Stipulis pro se et Johanne fratre suo pro placito debito per eosdem et eodem modo - XX solidos dicte monete

De placito debito per per Johannem et Henricum, filios quondam Peroneti de Turre de Stabulis,⁹⁷ domicellos, non computat quia nundum habere potuit informacionem quantitatis per ipsos debite pro placito, quia regithie dicte castellanie nundum fuit complete ut dicit; unde prout fuit eidem iniunctum in computo precedenti⁹⁸ iniungitur sibi quod de placito supradicto diligenter se informet ut de ipso possit in computo sequenti ad plenum computare.

Parrocchia Sancte Marie Castri Argentei:

Recepit a Vulliermo, Henrico et Leodegario fratribus, filiis quondam Alberti Gontardi, domicelli, pro placito debito per eosdem modo et causa predictis - LX solidos dicte monete

Parrochia Sancti Leodegarii de Aymavilla:

Recepit ab Anthonio Mario de Aliano de Aymavilla, domicello, de placito debito per eundem pro eodem et eodem causa

⁹⁷ Lire *Stipulis*.

⁹⁸ Dans la marge gauche: *vide*.

- XX solidos dicte monete

58 *Parrochia Vallis Peline:*

Recepit a Perrerio et Johanne Suarny de Valle Pellina pro placito per eosdem debito pro eodem et eodem modo

- LV solidos, IIII denarios dicte monete

Recepit a Peroneto de Grangia de Valle Pellina et consortibus suis de undecem libris, quatuor solidis, debitis de placito pro eodem per ipsum Peronetum et Artodum de Turre de Valle Pellina quondam, consanguineum ipsius Peroneti, et de residuis quinquaginta quatuor solidis non computat quia dominus tenet in mandamento Breissognie eciam partem feudi pro quo dictum placitum debetur ut dicit; *item et de quinquaginta quatuor solidis debitis per ipsos pro remanencia dicti placiti ob mortem domini Henrici domini de Quarto quondam, ut in dorso computi precedentis, non computat occasione qua supra;*⁹⁹ iniungitur tamen eidem, prout alias fuit iniunctum, quod in computo sequenti veniat informatus de valore tocius feudi predicti et parte quam tenet dominus de eodem feudo - VIII libras, X solidos dicte monete

Parrochia de Roysan:

Recepit a Vionino de Cluselina pro se et Leodegario suo nepote, pro placito debito per eosdem - VIII libras dicte monete

[LIIII] *Parrochia Sancti Remigii:*

Recepit a Petro Amedei condomino de Bocza, domicello, pro placito per ipsum ut supra debito - IIII libras, XIII solidos dicte monete

Alia placita:

Recepit a personis in parrochiis, villis, villagiis et aliis locis ac modis inferius particulariter et specificè declaratis, de placitis debitis per ipsan personas ob mortem domini.

Parrochia de Valle Pellina et apud Oyaciam:

Et primo a Bonifacio de Clauso Novo de Oyacia, debente sexdecim denariis servicii a quo levatur duplum de placito et ultra quarta pars dicti placiti pro domina, et quinta pars eiusdem placiti pro mistrali, quia sic est levare solitum, adveniente tempore placiti debiti, prout retulit Johannes de Gontereto, clericus, commissarius extentarum dicti loci de Quarto, et in antiquis dicti loci scriptum invenisse, et quia in primo computo eidem castellano fuit iniunctum quod modum et formam per quos dicta placita et omnia alia infrascripta levare debent, diligencius inquireret super regithiis et scripturis antiquis et novis factis et fiendis,

⁹⁹ La phrase est ajoutée dans la marge droite avec un signe de renvoi.

taliter quod in computo presenti super hiis plene veniret informatus, et modus levandi declaratur ad plenum. Respondet quod in regithiis antiquis modus dicta placita sit levandi non declaratur, sed super scripturis antiquis recuperacionum placitorum domini de Quarto quondam, per Johannem de Gontereto predictum dicto castellano exhibitis, modum reperit sic dicta placita levari debere et videlicet per modum superius declaratum, et iniungitur eidem¹⁰⁰ quod si alia reperiantur placita non exacta, illa recuperet ita quod de ipsis in computo sequenti debeat computare

- III solidos, V denarios et quintum duorum denariorum ad XXVI monete Auguste

Recepit a Johanne Jos et consortibus suis debentibus octo denarios de servicio pro placito debito per eos quod levatur ut prius

- XVIII denarios et quintum unius denarii monete Auguste ad idem

Recepit a Johanne Ferrayz debente quinque solidos servicii pro placito debito per eum quod levatur ut prius

- XIII solidos, VI denarios viennenses monete Auguste

Recepit ab eodem pro Farcone Teppel condam, debenti decem octo denarios servicii pro placito debito per eundem quod levatur ut prius

- IIII solidos, IIII denarios et quintum unius denarii monete Auguste ad idem

Recepit a Petro, filio Johannis Bestent, debenti XIII solidos, V denarios servicii pro placito debito per eundem quod levatur ut prius

- XXXVIII solidos, X denarios obolo et quintum duorum denariorum monete Auguste ad idem

Recepit a Petro Marchiandi pro Perrerio Merlo condam, debenti IIII solidos, VI denarios denarios servicii pro placito debito per eundem quod levatur ut prius

- VIII solidos obolo, quintum et decimum unius denarii viennensis ad idem

59 Recepit a Vincencio dou Bagnierast et Johanne fratre suo qui debent XVIII denarios servicii pro placito debito per eosdem quod levatur ut prius

- IIII solidos, IIII denarios et quintum unius denarii monete Auguste ad idem

Recepit a dicto Vincencio qui debet duos solidos servicii pro placito debito per eum quod levatur ut prius

¹⁰⁰ Dans la marge gauche: *vide*.

- V solidos, IX denarios obolo et decimum unius denarii monete eiusdem ad idem

Recepit a Jaquemeto Barmeyn qui debet XXI denarios servicii pro placito debito per eundem quod levatur ut prius

- V solidos obolo et quintum unius denarii monete eiusdem ad idem

[LV] Recepit ab eodem Jaquemeto et liberis Clementis dou Closiz qui debent decem solidos servicii pro placito debito per eosdem quod levatur ut prius - XXX solidos viennenses monete eiusdem ad idem

Recepit a liberis pradicti Clementis debentibus unum denarium servicii pro placito debito per eos quod levatur ut prius

- II denarios obolo et quintum duorum denariorum monete eiusdem ad idem

Recepit a Jacobo, Vullienco, Johanne et Nicolino de Pertuis, debentibus sexdecim solidos et undecim denarios servicii pro placito debito per eos quod levatur ut prius

- XLIX solidos obolo et quintum unius denarii eiusdem monete ad idem

Recepit a Raymondo dou Bagnierast, Johanne Vullienccii, Vincencio et Johanne fratribus dou Bagnierast et consortibus suis, debentibus septem solidos servicii pro placito debito per eos quod levatur ut prius

- XX solidos, IIII denarios obolo et decimum unius denarii eiusdem monete

Recepit a dicto Raymondo et filia Theobaldi dou Bagnierast debentibus decem octo denarios servicii pro placito debito per eos quod levatur ut prius

- IIII solidos, IIII denarios et quintum unius denarii eiusdem monete

Recepit a predicto Johanne Chamos debenti septem denarios servicii pro placito debito per eum quod levatur ut prius

- XX denarios, quintum et decimum unius denarii eiusdem monete

Recepit a Johanne Blancheti dou Bagnierast et nepte sua debentibus duodecim denarios servicii pro placito debito per eos quod levatur ut prius

- II solidos, X denarios obolo, quintum et decimum unius denarii eiusdem monete

Recepit a Johanne Vullienccii dou Bagnierast debente unum denarium servicii pro placito debito per eum quod levatur ut prius

- II denarios obolo et quintum duorum denariorum eiusdem monete

Recepit a Johanne Chamos, Johanne Blancheti, Johanne Vullienccii, Johanne Aymerici predictis et Hugone Bridon, debentibus viginti

quinque solidos servicii pro prato dicto La Cort, pro placito per eundem¹⁰¹ debito quod levatur ut prius

- LXXII solidos, VI denarios monete eiusdem

Recepit a Johanne Vulliermete debenti novem solidos et septem denarios servicii pro placito debito per eum quod levatur ut prius

- XXVII solidos, IX denarios obolo eiusdem monete

Recepit a Johannodo de Summo Ville et consortibus suis debentibus quindecim denarios servicii pro placito debito per eos quod levatur ut prius

- III solidos, VI denarios obolo viennenses

Recepit a dicto Johannodo de Summo Ville debenti sex denarios servicii pro placito debito per eum quod levatur ut prius

- XVII denarios et quintum duorum denariorum viennensium

Recepit a Johanne Malliet et consortibus suis pro Johannodo Pupunerio debentibus quatuor solidos servicii pro placito debito per eos quod levatur ut prius

- XI solidos, VII denarios et quintum unius denarii eiusdem monete

60 Recepit a Johannodo Collat et Vullienco de Granerio pro predicto Puperio¹⁰² condam, debentibus tres solidos, quatuor denarios servicii pro placito per eos debito quod levatur ut prius

- X solidos, I denarium obolo, quintum et decimum unius denarii eiusdem monete

Recepit a Perrerio et Hugone Bridonis, debentibus septem solidos servicii pro placito per eos debito quod levatur ut prius

- XX solidos, III denarios obolo et decimum unius denarii viennensis ad idem

Recepit a predictis Perrerio et Hugone Bridonis, debentibus septem solidos servicii pro placito per eos debito quod levatur ut prius

- II solidos, X denarios obolo, quintum et decimum unius denarii eiusdem monete

Recepit ab eodem Michelodo debenti tres solidos servicii pro placito per ipsum debito quod levatur ut prius

- VIII solidos, VIII denarios et quintum duorum denariorum eiusdem monete

Recepit a Petro Alaxie pro Peroneto Breydi condam, et consortibus suis debentibus quatuor denarios servicii pro placito debito per eos quod levatur ut prius

¹⁰¹ Lire *eosdem*.

¹⁰² Lire *Pupunerio*.

- XI denarios obolo, decimum unius denarii eiusdem monete

Recepit a Brunodo Graneri debenti duos solidos servicii pro placito per eum debito quod levatur ut prius

- V solidos, XX denarios obolo et decimum unius denarii eiusdem monete

Recepit a nepte condam Martini Bigay, debenti duos solidos servicii pro placito per eam debito quod levatur ut prius

- V denarios obolo, quintum et decimum unius denarii eiusdem monete

Recepit a filio condam Vulliermeti de Granerio debenti unum denarium servicii pro placito debito per eum quod levatur ut prius

- II denarios obolo et quintum duorum denariorum eiusdem monete

Recepit a liberis condam Petri de Canalibus et consortibus suis, debentibus sex solidos et septem denarios servicii [LVI] pro placito per eos debito quod levatur ut prius

- XIX solidos, unum denarium et decimum unius denarii eiusdem monete

Recepit a liberis predictis debentibus tres solidos servicii pro placito per eos debito quod levatur ut prius

- VIII, solidos, VIII denarios et quintum duorum denariorum eiusdem monete

Recepit a liberis Cabodi debentibus tres denarios servicii pro placito per eosdem debito quod levatur prout prius

- VIII denarios obolo et quintum unius denarii veinnensis ad idem

Recepit a Francisco, filio condam Vulliermi dou Vinier debenti quatuor solidos, tres denarios servicii pro placito per eum debito quod levatur ut prius

- XII solidos, III denarios obolo et quintum duorum denariorum eiusdem monete

Recepit a Perrino, filio Nicolini de Byona, debenti quinque solidos, quatuor denarios servicii pro placito per eum debito quod levatur ut prius

- XV solidos, V denarios obolo et decimum unius denarii eiusdem monete

Recepit a Petro Marchiandi, debenti septem solidos, sex denarios servicii pro placito per eum debito quod levatur ut prius

- XXI solidos, IX denarios eiusdem monete

Recepit a liberis Brunodi de Granerio debentibus quinque solidos et duos denarios servicii pro placito per eos debito quod levatur ut prius

- XIII solidos, XI denarios obolo, quintum et decimum unius denarii eiusdem monete

Recepit a filio condam Amedei de Ponte et Johanne dou Visinal, debentibus novem solidos, decem denarios servicii pro placito per eos debito quod levatur ut prius

- XXVIII solidos, VI denarios et quintum unius denarii eiusdem monete

Recepit a dicto Johanne debenti decem denarios servicii pro placito per eum debito quod levatur ut prius

- II solidos, V denarios eiusdem monete

Recepit a Bonifacio, filio Gonterii de Biona, debenti quatuor solidos, sex denarios servicii pro placito per eum debito quod levatur ut prius

- XIII solidos obolo et ddecimum unius denarii eiusdem monete

Recepit a Johanne Vulliermete et Amedeo Mailliez fratribus et consortibus suis debentibus quinquaginta solidos, tres denarios de servicio pro placito per eosdem debito quod levatur ut prius

- VII libras, V solidos, VIII denarios obolo, quintum unius denarii eiusdem monete

Recepit a Mermodo de Oyacia debenti decem solidos, novem denarios servicii pro placito per eum debito quod levatur ut prius

- XXXI solidos, II denarios et decimum unius denarii eiusdem monete

61 Recepit a Johanneta de Clauso Novo debenti undecim solidos, duos denarios servicii pro placito per eam debito quod levatur ut prius

- XXXII solidos, III denarios obolo et decimum unius denarii eiusdem monete

Recepit a Vulliermo Joyour et Martino nepote suo debentibus sex denarios servicii pro placito per eosdem debito quod levatur ut prius

- XVII denarios et quintum duorum denariorum monete eiusdem

Recepit a Raymondo et Johanne Vielians debentibus tres solidos et duos denarios servicii pro placito per eos debito quod levatur ut prius

- IX solidos, II denarios et quintum unius denarii eiusdem monete

Recepit a dictis Raymondo et Johanne debentibus quatuor solidos, sex denarios servicii pro placito per eos debito quod levatur ut prius

- XIII solidos obolo et decimum unius denarii monete eiusdem

Recepit a dicto Raymondo debente decem solidos servicii pro placito per eum debito quod levatur ut prius

- XXIX solidos viennenses monete eiusdem

Recepit a dicto Johanne Vielian debenti duodecim denarios servicii pro placito per ipsum debito quod levatur ut prius

- II solidos, X denarios obolo, quintum et decimum unius denarii eiusdem monete

Placita taxata ibidem:

Recepit a Petro Alaxie pro Peroneto Braydi et consortibus suis debentibus octo solidos servicii pro placito debito per eosdem ad tantum taxato ut dicit - XX solidos viennenses ad idem

Recepit a liberis Cabodi debentibus quindecim solidos, tres denarios servicii pro placito debito per eosdem ad tantum taxato ut dicit

- X solidos viennenses ad idem

Recepit a dicto Lo Buat de Allen debente quinque solidos de servicio pro placito per eum debito quod levatur ut supra

- XIII solidos, VI denarios monete predictae

Recepit a Jaquimino Duc de Dovia debente quatuor solidos de servicio pro placito per eum debito quod [LXXXX] levatur ut prius

¹³⁹ Lire *debentibus*.

- XI solidos, VII denarios et quintum unius denarii monete predictae
Recepit a Martino de Croesyvy pro condamnato Alberterio de Alex,
debente duodecim denarios de servicio pro placito per eundem debito
quod levatur ut supra

- II solidos, X denarios obolo, quintum et decimum unius denarii
monete predictae

Recepit a Jaquemeto Saller de Roysan debente duodecim denarios
servicii per eum debito quod levatur ut prius

- II solidos, X denarios obolo, quintum et decimum unius denarii
monete predictae

Recepit a dictis Les Vagnours de Ryns debentibus tres solidos de
servicio pro placito per eos debito quod levatur ut prius

- VIII solidos, VIII denarios et quintum duorum denariorum monete
predictae

Recepit a Johanne, nepote dou Garaton de Roysan, debente duos
solidos, novem denarios de servicio pro placito per eum debito quod
levatur ut supra

- XIII solidos, VI denarios monete predictae

Recepit ab Andrea Morelli de Rivo et Guigona de Campis de Roysan
debentibus tres solidos, quatuor denarios de servicio pro placito per
eosdem debito et quod levatur ut prius

- X solidos, I denarium obolo, quintum et decimum unius denarii
monete predictae

Recepit a Johanne Bionat de Blavy debente quindecim denarios de
servicio pro placito per eundem debito quod levatur ut supra

- III solidos, VII denarios obolo monete Auguste

99 Recepit a Jaquimino Papet de Porrozan debente sex denarios de
servicio pro placito per eum debito et quod levatur ut prius

- XVII denarios et quintum duorum denariorum monete predictae

Recepit a Parvo Aymoneto de Soroley et Perrodo Viser de Sancto
Christoforo, debentibus quinque solidos, quatuor denarios de servicio
pro placito per eos debito quod levatur ut supra

- XV solidos, V denarios obolo, quintum et decimum unius denarii
monete predictae

Recepit a filio Peronodi dou Mayour de Sancto Christoforo debente
pro lo Michot quinque solidos, novem denarios de servicio pro placito
per eum debito et quod levatur ut supra

- XVI solidos, VIII denarios et decimum unius denarii monete
predictae

Recepit a Johanne Allexone de Crestalla et consortibus suis debentibus sex solidos et sex denarios de servicio pro herbagiis, pro placito per eosdem debito et quod levatur ut prius

- XVIII solidos, X denarios et quintum unius denarii monete predictae

Recepit a filio Johannis Ponier de Ultra Cristam de Puvyl, debente septem solidos de servicio pro placito per eum debito et quod levatur ut supra

- XX solidos, III denarios obolo et decimum unius denarii monete predictae

Recepit a liberis Martini de Junel de Effra debentibus sex solidos et quinque denarios de servicio pro placito per eos debito et quod levatur ut prius

- XVIII solidos, VII denarios, quintum et decimum unius denarii monete predictae

Recepit a Jacodo Domengie¹⁴⁰ de Yssologny parrochie Sancti Bartholomei, debente novem solidos, sex denarios de servicio pro placito per eum debito et quod levatur ut supra

- XXVII solidos, VI denarios obolo et decimum unius denarii monete predictae

Recepit a curato de Bressognya debente duodecim denarios de servicio pro placito per eum debito quod levatur ut supra

- II solidos, X denarios obolo, quintum et decimum unius denarii monete predictae

Recepit a liberis Vulliermi de Bressognia condam, clerici, debentibus viginti tres denarios de servicio pro placito per eos debito quod levatur ut supra

- V solidos, X denarios obolo et quintum unius denarii monete predictae

Placita taxata:

Recepit a Romegio Roleri de Cuschypaschy de Boza et consortibus suis, debentibus octo solidos de servicio pro placito per eos debito et ad tantum taxato

- XVI solidos monete predictae

Placita taxata:

Recepit a Peronino Polier de Boza debente duos solidos et sex denarios de servicio pro placito per eum debito ad tantum taxato

- V solidos monete predictae

¹⁴⁰ Lire *Domengii*.

Recepit ab Andrea Cabais de Porta Sancti Ursi debente octo solidos de servicio pro placito per eum debito et quod placitum levatur ut supra declaratum est

- XXIII solidos, II denarios et quintum duorum denariorum monete predictae

Recepit a Johanne Surpicii de Ponte Arcus Auguste, debente tresdecim solidos de servicio pro placito per eum debito quia octo solidi sunt sine plus capere et residuum leatur ut supra

- XXII denarios, VI solidos monete Auguste

100 [III^{XX} XI] Recepit ab Anthonio Parmerii, debente quindecim florenos auri boni ponderis veteres de reddictu per annum de quibus supra computat de quadraginta tribus florenis cum dimidio auri boni ponderis veteribus per ipsum debitis pro placito, remissis eidem ipsis quadraginta tribus florenis cum dimidio per dominum de gracia speciali pro quindecim florenis ex ipsis, ut per litteram domini de dicta remissione et quictacione, cuius tenor talis est:

“Nos Amedeus, comes Sabaudie, notum facimus tenore presencium universis has nostras presentes litteras inspecturis, quod cum dilectus fidelis noster Anthonius Parmerii de Balma de Valle Augusta, a nobis teneat in emphiteusi cridam civitatis Auguste et Porte Sancti Ursi eiusdem civitatatis, item et furnum dicte Porte Sancti Ursi cum domo, orto seu fossato ibidem situs, sub servicio quindecim florenorum auri boni ponderis, prout in litteris illustris domini et genitoris nostri carissimi domini Amedei Sabaudie comitis condam, presentibus annexis lacius continetur, quodque dilectus fidelis Hugo Rode, castellanus noster Quarti, peteret ab ipso Anthonio Parmerii quadraginta tres florenos auri cum dimidio pro placito predictorum, debitorum per ipsum Anthonium ratione mortis illustris domini nostri predicti, nomine nostro sibi solvi, ipseque Anthonius sentiret se gravatum plurimum et immense de solvenda quadraginta trium florenorum cum dimidio quantitate perdicta, tam pro eo quia, ut asserit, feudum est talis valoris quod servitium solum supportare non potest, quam multis aliis racionibus et ex causis, super quibus nobis fecit humiliter supplicari ut eidem de predictis specialem gracia facere dignaremur. Cuius supplicacioni benigniter inclinati facere sibi cupientes graciam specialem exigentibusque meritis Anthonii supradicti, eidem Anthonio de speciali gracia dictum placitum sibi petitum ut supra, tenore presencium remictimus et donamus et hoc pro quindecim florenis auri boni ponderis, quos ab eodem Anthonio habuisse realiter confitemur manu dicti Hugonis Rode, qui de ipsis

nobis integre computare debebit et de quibus dictum Anthonium et suos, tenore presencium, solvumus et quictamus com pacto de quicquam non petendo; magistris et receptoribus computorum nostrorum mandantes quatenus dictum Hugonem de dicto placito ultra dictorum quindecim florenorum quantitatem minime computare cogant. Datum Chamberiaci, die XXI junii, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio. Per dominum relacione dominorum Guillermi de Grandissono, Aymonis de Chalant, Girardi Destres, cancellarii, Baillivi Vuaudi, et Johannis de Confleto. Redditur litteras portitori. Johannes Marquis.”

Quam litteram in presenti computo exhibet et penes se retinet pro ipsa dicto Anthonio restituenda - XV florenos auri boni ponderis veteres

Recepit ab eodem Anthonio Parmerii, debente duos solidos servicii pro placito per eundem debito et ad tantum taxato ut dicit

- IIII solidos monete Auguste

Recepit a Johanne de Balma, Raymondo de Balma, Remigio de Rovorey, Johanne Imperatoris et Johanne de Pra et consortibus suis, tenentibus brolia subtus ecclesiam Quarti, debentibus unum denarium servicii pro placito per eosdem debito et ad tantum taxato ut dicit

- II denarios monete Auguste

De placitis debitis per Hugonodum Grosserii, Richardum, generum Petri Martineti Grosserii, Clemenciam, filiam condam Cotini, et Raymondum, cerdonem, burgenses [LXXXXII] de Villa Franca, nichil computat quia feuda que tenent sita sunt tam in mandamento Quarti quam in mandamento Breissognie, et servicia seu redditus debitos per predictas personas simul solvere consueverunt sic quod ante factas ibidem recogniciones declarare nesciret quantitates placiti debiti per easdem personas, sed super hoc se taliter informat¹⁴¹ quod de premissis in suo sequenti computo *computare*¹⁴² valeat informare et plenius computare, prout eciam alias in computo precedenti sibi fuit iniunctum.

De placitis, si et que debentur per dictos Les Aymonoz de Aviso, parrochie Sancti Martini de Corliano prope Augustam, item de placito debito per plures de Jovenczano, parrochie dicti loci de Jovenczano, mandamenti Aymeville, nichil computat quia declarare nesciret utrum quantitates quas debent sint de redditu seu servicio, quoniam, si pro servicio deberent, ad solutionem placiti tenentur, alias non, ut dicit et dicitur in computo precedenti in quo sibi fuit iniunctum quod de premissis sic se informaret quod de presenti computo hoc declarasset,

¹⁴¹ Dans la marge gauche: *vide*.

¹⁴² Effacé.

quod tamen ut dicit facere non potuit, quare fit eidem iterato similis iniunctio que supra.

De placitis debitis ob mortem supradicti domini Henrici, domini de Quarto condam, nec non et domini nostri Amedei Sabaudie comitis, genitoris domini condam in multis aliis locis et per multas personas ultra suprascriptas, non computat quoniam quedam ex ipsis personis debent redditum et servicium simul, et dividi non possunt ante factas recogniciones, et de ceteris nondum potuit informaciones habere, ut dicit et dicitur in computo precedenti, sed fit eidem similis iniunctio que supra.¹⁴³

Summa:

- V^C III libre, XVI solidi, IIII denarii obolo pictavenses, et decimum unius denarii monete Auguste ad XXVI

Et: - XV floreni auri boni ponderis veteres.

Placita ob mortem tenementariorum debita:

De placitis ibidem debitis ob mortem tenementariorum, nichil computat quia casus non evenit per tempus de quo computat ut dicit et si fortassis evenerit nundum ad noticiam ipsius castellani evenit, nec eiam exegit ut asserit, quare fit eidem¹⁴⁴ similis iniunctio que supra.

Donaciones prothocollorum:

De donacionibus prothocollorum nichil computat quia nichil pro ipsis recepit per tempus de quo computat ut dicit.

101

Excheyte usurariorum:

De excheytis usurariorum nichil ibidem <computat> per tempus de quo computat ut dicit.

Inventa:

Idem reddit computum quod recepit a Johanne de Carreria, parrochie Sancti Christofori, pro uno examine apium per ipsum invento et eidem pro tanto vendito - X solidos monete Auguste

Summa: - X solidi monete Auguste

¹⁴³ Dans la marge gauche: *vide*.

¹⁴⁴ Dans la marge gauche: *vide*.

Dona et auxilium:

De donis et auxilio nichil computat hic quia de dono seu subsidio per gentes dicti mandamenti in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto, domino graciose concesso, debet computare ad partem particulariter.

Decime nascencium:

Idem reddit computum quod recepit a Mermodo de Oyacia pro firma decime agnorum que levatur in parrochiis Vallispelline et Dovie, die Jovis Sancta, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto nec inde plus habere potuit ut suo asserit juramento, et pro dicta die Jovis Sancta anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto nichil computat quod domina ipsam decimam tradidit domine Pantissalee de Saluciis, relicta domini Henrici domini de Quarto condam, occasione qua supra in frumento - IIII libras monete Auguste

[LXXXIII] Recepit manu Aymoneti Peccion, collectoris decime que levatur circa Augustam ut supra in frumento et siligine, pro eadem decima et eodem termino in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto, et pro anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio nichil computat quia ipso anno nichil evenit ibidem de dicta decima ut dicit - III solidos monete Auguste

Summa: - IIII libre, III solidi monete Auguste

Forisseca:

Idem reddit computum quod recepit a Perrino de Biona de Oyacia, in quibus idem Perrinus domino Henrico, domino Quarti condam, pro remanencia sui computi dictarum receptorum per eundem Perrinum, nomine dicti domini Henrici factarum, tenebatur

- IIII solidos monete Auguste

Et: - V florenos auri boni ponderis veteres

Recepit a Jaquimino de Molendino de Dovia in quibus eidem domino Henrico domino Quarti condam pro remanencia sui computi ut supra, tenebatur - XII libras, XIX solidos monete Auguste

Recepit ab Uldrico Benedicte de Blavy quos debebit eidem domino de Quarto condam pro quadam compositione cum eodem facta

- III florenos auri boni ponderis veteres

Recepit a Jaquemeto de La Froa de Sancto Remigio pro pedagio certarum ballarum alecum per ipsum in quadragesima anno Domini

millesimo tercentesimo octuagesimo tercio per terram Quarti ductarum absque solucione dicti pedagii, ad tantum per ipsum compositum, et de quorum commissione supra in titulo bannorum concordatorum computavit - X florenos et dimidium auri parvi ponderis

Summa dicte forissece:

- XIII libre, III solidi monete Auguste
- X florenos et dimidium auri parvi ponderis

Et :

- VIII floreni auri boni ponderis veteres

Summa tocius recepte huius computi cum forissea:

- M II^C IIII^{XX} VII libre, XVI solidi, VIII denarii obolo pictavenses et decimum unius denarii monete Auguste ad idem

- LIX solidi, III denarii januenses, quatuordecem solidi valoris XV solidorum monete predictae Auguste

- XI floreni auri, III denarii grossi turonenses parvi ponderis

- III^C floreni auri boni ponderis veteres

- I januynus et dimidium auri

- VI^{XX} II franchi auri

Et : - II obuli auri

102

Custodia Rivi Prepositi :

De quibus libravit Petro Morelli de Rivo, administratori et rectori rivi domini vocati de Preposito, cui datur sex libre monete Auguste de salario per annum pro labore substento per eum circa regimen, custodiam et administracionem dicti rivi domini vocati de Preposito, ut in computo precedenti, et solvit eidem pro annis Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio et octuagesimo quarto, pro quolibet anno sex libras monete Auguste, per litteram publicam dicti Petri de testimonio premissorum confessioneque et recepta, datam die XXIII mensis februarii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, quam reddit manu Johannis Gontereti notarii signatam- XII libras monete Auguste

Libravit Bonifacio Champapont de Roysano, custodi rivi vocati de Preposito a loco principii dicti rivi vocato la Morina usque ad locum vocatum de Vallessuana, subtus Roysan, quasi per unam leucam, capienti pro custodia dicti rivi sexaginta solidos monete Auguste per annum, ultra siliginem, vinum et seraceum sibi pro eodem in suis titulis allocatos, et solvit eidem pro annis Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio et octuagesimo quarto, pro quolibet anno sexaginta

solidos monete Auguste, per litteram publicam dicti Bonifacii de testimonio premissorum, confessioneque et recepta, datam die XXIII mensis februarii, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, superius in libratis siliginis redditam - VI libras monete Auguste

Libravit Aymoneto dicto Peccion, habitatori Auguste, pro salario suo unius anni finiti de mense junii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto, per quod tempus vacavit colligendo decimam domini que levantur in certis possessionibus existentibus a torrente Clausi Novi, inter Sarrum et Augustam, per modum et formam declaratos superius in frumento et siligine more solito, ut in computo precedenti, per litteram publicam dicti Aymoneti de testimonio premissorum, confessioneque et recepta, datam [LXXXVIII] die prima mensis februarii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, quam reddit manu Johannis Gontereti notarii signatam- III florenos auri boni ponderis

Et pro candelis per ipsum emptis ad illuminandum de nocte circumcirca dolia et alia loca necessaria dicto anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio per dictam litteram proxime redditam

- II solidos monete Auguste

Libravit Bonifacio de Cruce de Augusta pro salario suo unius anni *finiendi*¹⁴⁵ mense junii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, per quod tempus vacavit colligendo decimam domini predictam que levatur in certis possessionibus ut supra, per litteram publicam dicti Bonifacii de testimonio premissorum, confessioneque et recepta, datam die XXI mensis februarii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, quam reddit in quadam littera papirea cum precedenti littera scriptam et manu dicti Johannis Gontereti signatam

- III florenos auri boni ponderis veteres

Et pro candelis per ipsum emptis ad illuminandum de nocte circumcirca dolia et alia loca necessaria dicto anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto per dictam litteram proxime redditam

- II solidos monete Auguste

Pensiones ordinariorum:

Libravit domino Jacobo de La Suera, capellano prebendario altaris Sancte Marie, prioratus Sancti Ursi Auguste, percipienti racione dicti altaris singulis annis quinque sestaria, eminam siliginis, unum obolum servicii et unum denarium de placito quando contingerit, pro et super

¹⁴⁵ Le mot est ajouté dans la marge droite avec un signe de renvoi.

quadam pecia prati superius in libratis siliginis confinata, movente de feudo dicti altaris, ut per instrumentum albergamenti facti Alexandro de Stabulo de dicta pecia prati, copiatum de verbo ad verbum in libratis siliginis secundi computi precedentis, et solvit eidem pro duobus terminis festi beati Michaelis annorum Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio et octuagesimo quarto, per litteram publicam dicti domini Jacobi de testimonio premissorum confessioneque et recepta, datam die XXIII mensis februarii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto superius in libratis siliginis redditam

- I denarium monete Auguste

Libravit domino Berthodo, priori Sancti Ursi Auguste, in quibus dominus eidem domino priori tam de servicio quam helemosina per annum tenetur, ultra caponem et siliginem superius in suis titulis allocatos, et quos dictus dominus de Quarto quondam eidem priori annuatim debebat pro feudo quod ab ecclesia Sancti Ursi tenebat, ut in instrumento recognicionis dicti domini Henrici, domini de Quarto quondam, in libratis siliginis secundi computi precedentis de verbo ad verbum copiato. Et solvit eidem pro duobus annis millesimo tercentesimo octuagesimo tercio et octuagesimo quarto, pro quolibet anno decem septem solidos, unum denarium monete Auguste, per litteram publicam dicti domini prioris de testimonio, confessione et recepta, datam die XXII mensis februarii, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, superius redditam in librata siliginis- XXXIII solidos, II denarios

103

Libravit domino Eballo de Praly, canonico et distributori ecclesie beate Marie de Augusta, quos supradictus dominus de Quarto quondam eidem ecclesie debebat tam de servicio quam helemosina per annum, ultra unum caponem propter hoc supra in suo titulo allocatum, pro feudo quod ab eadem ecclesia tenebat, vocato de Establo, ut in quodam instrumento compositionis facte inter capitulum dicte [LXXXXV] ecclesie et dictum dominum de Quarto quondam in libratis siliginis secundi computi precedentis de verbo ad verbum copiato, saltim clausule ad hoc facientes. Et solvit eidem pro duobus terminis festi beati Stephani yemalis, annis millesimo tercentesimo octuagesimo quarto et octuagesimo quinto, pro quolibet anno decem novem solidos monete Auguste, per litteram publicam dicti domini Eballi de testimonio premissorum, confessione et recepta, datam die XXIII mensis februarii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, superius in libratis caponum redditam

- XXXVIII solidos monete Auguste

Libravit Jaquimino des Alex de Effra, in quo dictus dominus Henricus, dominus de Quarto quondam, eidem Jaquimino tenebatur de censu per annum pro quadam pecia prati domini sita in pratis domini apud Olees que movetur de feudo dicti Jaquimini sub annua pensione novem eminalium siliginis, sibi superius allocata in libratis siliginis, et unius denarii servicii, solvendum singulis annis perpetuo in festo beati Michaelis, ut in quodam instrumento vendicionis inde facte per Petrum et Johannem fratres, filios quondam Colerii Alborum de Segnyns, de laude et consensu Jaquimini Peronini des Alex de Effra, supradicto domino Henrico, domino de Quarto quondam, recepto per Johannem Gontereti de Augusta, notarium publicum, sub anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo, die quinta mensis maii, in libratis siliginis secundi computi precedentis de verbo ad verbum copiato, et solvit eidem pro terminis festi beati Michaelis annorum Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio et octuagesimo quarto, pro quolibet anno unum denarium monete Auguste, per litteram publicam dicti Jaquimini de testimonio, confessione et recepta, datam die XXVI mensis decembris, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto, superius in libratis siliginis redditam - II denarios monete Auguste

Libravit Petro Vulliermete de Aviso, parrochie Quarti, in quibus dictus dominus Henricus, dominus de Quarto quondam, eidem Petro tenebatur annuatim pro quadam pecia prati sita in pratis domini apud Ollees, ut in quodam instrumento publico, recepto per Johannem Gontereti notarium, anno Domini millesimo tercentesimo sexagesimo nono, indicione septima, die decimaquarta mensis januarii, in libratis siliginis secundi computi precedentis copiato de verbo ad verbum, et solvit eidem pro terminis festi beati Michaelis annorum Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio et octuagesimo quarto, pro quolibet anno tres denarios monete Auguste, per litteram publicam dicti Petri de testimonio premissorum, confessione et recepta, datam die XXI mensis februarii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, superius redditam in librata siliginis- VI denarios monete Auguste

Prandia:

Libravit personis in secundo computo precedenti specificce nominatis pro prandiis datis et debitis eisdem singulis annis in crastinum Nativitatis Domini dum solvunt servicia debita per easdem, ut in computo precedenti, que prandia sunt numero quinque, que valent, computato quolibet dictorum quatuor priorum prandiorum, sex denariis, et ultimo tribus denariis, more solito, ut in computo precedenti, et

allocantur eidem pro termino festi beati Stephani yemalis annorum Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto et octuagesimo quinto, pro quolibet anno duo solidi et tres denarii monete Auguste

- IIII solidos, VI denarios monete Auguste

Libravit personis in tercio computo precedenti particulariter nominatis et descriptis, debentibus de royo per annum quinque modia, undecim sestaria, eminam, tres quarteronos et tercium unius quarteroni vini ad parvam mensuram, quibus quando dictum vinum solvunt dari debet unus denarius pro quolibet sestario vini, ut in computo precedenti, et allocantur eidem pro duobus terminis vindemiarum annorum Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio et octuagesimo quarto, pro quolibet anno quinque solidi, undecim denarii et obolum monete Auguste

- XI solidos, XI denarios monete Auguste

Libravit Reynaudo, filio naturali domini Henrici domini de Quarto quondam, quos dominus eidem gracie donavit, percipiendos singulis [LXXXVI] annis quamdiu vitam duxerit naturalem, super redditibus castellanie Quarti, solvendos in festo Nativitatis Domini, ut per litteram domini de donacione predicta cum mandato pro singulis solucionibus ut premictitur factis allocandi, datam Auguste die XV mensis novembris anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, in secundo computo precedenti de verbo ad verbum copiatam, et allocantur eidem pro termino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto, per litteram publicam dicti Reynaudi de confessione et recepta, datam die quarta mensis aprilis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, quam reddit manu Johannis Gontereti notarii signatam

- X florenos auri parvi ponderis

104

Mons de Durant:

Libravit Johanni Charles de Olomont et eius socio, custodibus bestiarum que mictuntur et fuerunt ad pasturagium in monte domini de Durand in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, de cuius montis exitu superius computat in receptis pecunie sub suo titulo, ultra siliginem sibi propter hoc datam ut supra in libratis siliginis allocatam, et solvit eidem pro anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio more solito ut in computo precedenti, per litteram publicam dicti Johannis Charles de confessione et recepta, factam nominibus suo et eius socii, datam die XXIII mensis decembris anno

Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, quam reddit manu Johannis Gontereti notarii signatam; et pro anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto, nichil allocatur eidem quia in dicto monte nulle bestie fuerunt ipso anno, propter guerram que fuit inter dominum et illos de Vallesia - VIII florenos auri boni ponderis veteres

Libravit fratribus et conventui¹⁴⁶ fratrum minorum Auguste quibus domina solvi mandavit et ordinavit per dictum castellanum Quarti, singulis annis, viginti floreni auri parvi ponderis, usque ad plenam solutionem sexcies viginti florenorum auri parvi ponderis eisdem fratribus et conventui fratrum minorum predictis assignatorum et ordinatorum per dominam, occasione et per litteram domine de mandato ipsis fratribus et conventui singulis annis solvendi viginti florenos usque ad plenam et integram solutionem dictorum sexcies viginti florenorum, datam Rippailie dei XVIII mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, in computo precedenti declaratam et designatam, et solvit sibi pro anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto, per litteram publicam fratris Guilliermi, guardiani et *fratris Girardi, administratoris*¹⁴⁷ conventus fratrum minorum predictorum de testimonio premissorum, confessione et recepta, datam sub sigillo dicti conventus, die sexta mensis februarii, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, quam reddit manu Johannis Gontereti notarii signatam, et sic est eisdem fratribus et conventui tam in presenti quam precedenti computis satisfactum de quadraginta florenis auri parvi ponderis

- XX florenos auri parvi ponderis

[LXXXXVII] Libravit sacriste *seu priori*¹⁴⁸ ecclesie Sancti Ursi augustensis, quibus dominus Henricus dominus de Quarto quondam in eius ultima voluntate dedit et legavit sexaginta unum solidos monete Auguste per annum, et solvit sibi pro duobus annis seu preysiis, finitis de mense julii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto, ut per litteram domini de mandato solvendi et expediendi cum mandato allocandi, habita prioris Sancti Ursi littera de recepta, licet legatum ut supra fuerit factum sacriste dicte ecclesie, datam Chamberiaco, die XVII mensis julii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, signatam manu Guilliermi Genevesii, secretarii domini, et allocatur presens librata de mandato Anthonii Barberii, magistri computorum

¹⁴⁶ Dans la marge gauche: *Exoneracio sexcies viginti florenorum debitorum fratribus minoribus Auguste.*

¹⁴⁷ Les mots sont ajoutés dans la marge droite avec un signe de renvoi.

¹⁴⁸ Les mots sont ajoutés dans la marge droite avec un signe de renvoi.

domini, licet quod non sit sigillo domini sigillata, in qua vero littera mandavit dominus dictum legatum dicto priore solvi per sex annos a data die littere numerandi, quam reddit una cum littera de confessione et recepta domini Berthodi, prioris Sancti Ursi, datam die XXII mensis februarii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, superius in librata siliginis redditam

- VI libras, II solidos monete Auguste

Libravit Georgio de Bersatoribus, canonico et mistrali reffectorii ecclesie Beate Marie Auguste, pro uno prandio seu refectorio simplici per dominum Henricum, dominum de Quarto quondam, debito, et fiendo capitulo dicte ecclesie singulis annis pro feudo quod ab eadem ecclesia et capitulo tenebat, ut in instrumento publico transactionis facte cum dicto capitulo per dictum dominum de Quarto quondam, recepto per Aymonem Boveti de Porta Sancti Ursi, notarium publicum, sub anno Domini millesimo tercentesimo sexagesimo septimo, indicione quinta, nonas aprilis, quod in secundo precedenti computo exhibuit, et solvit sibi pro annis Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio et octuagesimo quarto pro quolibet anno centum solidos viennenses monete Auguste, ut per intrumentum publicum de confessione et recepta domini Vyoneti presbiteri, procuratoris et procuratorio nomine dicti domini Georgii de Bersatoribus, receptum per Petrum Boneti, clericum de Porta Sancti Ursi et notarium, scriptumque et signatum sub anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, idicione octava, die quinta mensis januarii, quod reddit- X libras viennenses monete Auguste

Allocantur eidem¹⁴⁹ quos libravit Vulliermeto Allessini de Verrecio, domicello, de mandato domine et per eius litteras quorum vidimus, earundem <tenor> sequitur et est talis:

- 105** “Anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, indicione sexta, die secunda mensis decembris, apud Castellionem diocesis Auguste, ante domum habitacionis Petri dicti Peccolet, ego, Gervasius de Mesnerya, in Francia, Sagiensi diocesi, imperiali auctoritate notarius publicus, una cum Bonifacio Jayoti et Jacomino Mussillion, notariis publicis infrascriptis, vidi, tenui et de verbo ad verbum legi quasdam litteras ab illustrissima principissa domina nostra domina Bona de Borbonio, comitissa Sabaudie, emanatas, descriptas in pargameno, et eiusdem domine sigillo sigillatas, sanas et integras, quarum tenor sequitur in hec verba.

¹⁴⁹ Dans la marge gauche : *vide infra pacta faciencia pro domino.*

- Nos Bona de Borbonio, comitissa Sabaudie, nostro et illustris filii nostri carissimi comitis Sabaudie nomine, notum facimus tenore presencium universis, quod ad nostram accedens presenciam, Vulliermetus de Alessino de Verrecio, domicellus, nobis humiliter conquerendo mostravit quod, licet inclite recordacionis illustris dominus noster carissimus comes Sabaudie condam, manibus eius et camere sue reduxerit universa castra, villas, homines, homagia, jurisdictiones, redditus, possessiones, res et bona que bone memorie dominus Henricus dominus de Quarto, infra comitatus Sabaudie limites, suis temporibus possidebat, eaque tenuerit et possiderit tamquam sibi et suis justo suo tempore titulo acquisita, tam pro eo quod de feudo dicti domini nostri moveri noscebantur quam aliis allegatis justis titulis, racionibus et causis, tamen easdem hereditates et bona quecumque dicti domini Henrici domini de Quarto, feudalialia ad eundem Vulliermetum tam jure comuni quam ab intestato tamquam proximiori, quam eciam vigore consuetudinis patrie, debent racionabiliter pertinere, quatenus eandem hereditatem et bona pro modo sibi debito sibi tradi et expediri facerentur juberemus, nos quidem [LXXXVIII] nostro et dicti filii nostri carissimi comitis nomine, habito super hiis longo tractatu, consilio et deliberacione maturis cum nostris consiliariis infrascriptis, actendens quod, vivente dicto domino nostro, tractatus plurimi habiti fuerunt cum ipso super petitione predicta ut eiusdem domini nostri et successorum suorum in hiis propriis misereri valeat manibus, ut dicto domino nostro remittatur eciam si aliquialiter habeat ex hoc animam¹⁵⁰ oneratam de voluntate et beneplacito, ad requisicionem humilem prefati Vulliermeti super omni jure, accione, racione et dreitura sibi competentibus et que sibi qualitercumque competere et pertinere possunt de jure, consuetudine et de facto in et super hereditate, rebus et bonis dicti domini Henrici domini de Quarto feudalibus, et aliis quibuscumque, sponte de certa utriusque nostrum sciencia et voluntate spontanea, ad transactionem, compositionem et concordiam devenimus in modum qui sequitur et in formam. Quod prius, vigore et ex causa transacionis et compositionis presentis, dictus Vulliermetus de Alessino de Verrecio, pro se et suis heredibus et successoribus universis, malibus¹⁵¹ et femellis, quictat, liberat penitus et remictit nobis, recipientibus nostro nomine et vice eiusdem illustris Amedei comitis Sabaudie, filii nostri carissimi, mediantibus infrascriptis, omnia, universa et singula jura,

¹⁵⁰ Lecture douteuse.

¹⁵¹ Lire *masculis*.

acciones, raciones et dreyturas reales et personales, meras, unicas, utiles, precharias et directas sibi competencia et competitura quecumque et quomodocumque, in rebus, bonis et hereditate condam dicti domini Henrici domini de Quarto, tam feudalibus quam aliis quibuscumque, dans, cedens, finiens et concedens nobis et dicto genito nostro omnia jura sua, omnesque suas acciones reales et personales et alias quascumque eidem Vulliermeto competentibus quovismodo, promictens, per juramentum suum ad Sancta Dei Euvangelia corporaliter prestitum, sub suorum obligatione bonorum quorumcumque, dictam remissionem et quictacionem ratam, gratam habere, tenere et contra non facere vel venire nec quovis tempore pro se vel per alium seu alios, aliquid aliud petere vel requirere in et super hereditate et bonis predictis et quantum inferius declaratur. Item quod mediantibus supradictis et occasione predictorum, nos dicta comitissa nostro et filii nostri nomine, damus et concedimus eidem Vulliermeto duo millia florenos auri boni ponderis veteres, quos eidem Vulliermeto et suis vel eorum certo nuncio solvi et satisfieri volumus per castellanum nostrum Quarti, qui nunc est et pro tempore fuerit, de et supra preysiis, redditibus et bonis nostris aliis castri et castellanie Quarti, ad terminos et per terminos et modum, condicionem et formam inferius designatos. Videlicet quatercentum florenos auri et ponderis predictorum huic ad carnisprevium proximo, et alios quatercentum florenos auri boni ponderis veteres, consimili termino carnisprevii anno revoluto, idem terciam solucionem quatercentum florenorum boni ponderis veteres in alio carnisprevio immediate sequenti, et sic, annis singulis, quatercentum florenos auri boni ponderis veteres in quolibet termino carnisprevii, usque ad plenam et perfectam solucionem et satisfaccionem dictorum duorum milium florenorum auri et ponderis predictorum.

106 Tali tamen pacto et condicione appositis inter nos dictis nominibus et ipsum Vulliermetum in transaccione et compositione presentibus,¹⁵² quod mille floreni postremi seu qui novissime solvi debent per modum et per terminos supradictos, ponantur et commorantur in civitate Auguste in manibus alicuius probi et sufficientis mercatoris, eligendi per dictum Vulliermetum, de consciencia baillivi nostri Vallisauguste et castellani nostri Quarti, qui ipsos mille florenos in mercandiis et denariatis ...¹⁵³ implicet et ipsos custodiat, nec ipsos dicto Vulliermeto

¹⁵² Dans la marge gauche: *vide pro domino*.

¹⁵³ Illisible.

expediat sive tradat, donec et quousque dictus Vulliermetus vel sui reddictus paratos invenerit pro ipsis mille florenis implicandis, quorum mille florenorum fructus et lucrum quod exinde pervenire poterunt donec in redditibus implicati fuerint, dictis Vulliermeto et suis competant et pertineant pleno jure, et per talem mercatorem debeant eidem et suis annis singulis effectualiter expediri et ipsos reddictus, sive fuerint de puro et francho allodio seu de feudo, et sive pro ipsis, dicto genito nostro debeatur homagium, sive non, idem Vulliermetus eadem feuda acquirenda sub homagio ligio reconoscere facere teneatur eidem genito nostro carissimo per unum ex suis filiis masculis qui ad dictam fidelitatem prestandam et dictum homagium faciendum et recognoscendum eidem filio nostro carissimo et successoribus perpetuo teneantur, quod ita actum extitit, presente et consenciente domino Ybleto de Chalant, milite, domino Montisjoveti. Et si forte aliquo casu mercator electus seu elligendus et in cuius manibus ponentur dicti mille floreni, postremo male uteretur substanciam suam, ita quod periculum eveniret, tunc illi mille floreni de manibus suis capi debeant per dictos Vulliermetum, baillivum et castellanum, qui in alterius sufficientibus mercatoris manibus ponant et comendent,¹⁵⁴ sub modo et formam superius declaratis. Item actum fuit et conventum in compositione et transaccione presenti, quod pro rebus et bonis acquirendis ut supra pro dictis mille florenis et usque ad summam dictorum mille [LXXXXIX] florenorum veterum, si de feudo seu directo dominio moveri noscantur, laudes et vendas nobis vel dicto genito nostro dare vel solvere minime teneatur, quoniam ipsas laudes et vendas eidem Vulliermeto, nostro et nomine predicto, donamus et concedimus ex nunc et prout ex tunc de gratia speciali. Et pro tanto sit pax, finis et perfecta concordia inter nos et dictum genitum nostrum, ex una, et dictum Vulliermetum, ex alia. Quapropter castellano nostro Quarti pro nobis et dicto genito nostro, qui nunc est et tempore fuerit vel eius locumtenenti, damus presentibus in mandatis quatenus dictos duo milia florenos tradat, solvat et expediat prenominato Vulliermeto et suis vel eorum certo mandato quatercentum florenos auri boni ponderis annis singulis, terminis supradictis, videlicet mille florenos auri realiter et expedite, et reliquos mille florenos auri et ponderis predictorum in manibus alicuius providi et sufficientis mercatoris Auguste donec reddictus emerit quos recognosci fecerit et homagium predictum procurantur sicut supra; ita quod fructus ipsorum mille florenorum postremorum eidem Vulliermeto et suis pertineat et

¹⁵⁴ Lire *commendent*.

interum prestari et expediri sibi debeant integraliter et complete, volentes quod dictus castellanus se erga dictum Vulliermetum et suos obliget, supponat et submictat pro dictis pecuniis solvendis modo et termino supradictis. Et nos, nostro et quo supra nomine, ipsum castellanum permittimus relevare indempnem castrum et castellaniam cum omnibus redditibus sibi predictis nominibus propter ea obligando. Et nos ipsa duo milia florenorum auri veterum, quatercentum floreni per annum, ne prius habita a dicto Vulliermeto vel suis in prima solucione cum copia presencium littera de recepta et in singulis aliis solucionibus dumtaxat littera de recepta in ultima solucione presentes retinendo, in ipsius castellani solventis primo et sequentibus computis dicte castellanie nostro et predicto nomine sine difficultate quolibet volumus et precipimus allocari. Et de assignacione nobis in dicta castellania detrahi pariter et deduci, mandantes harum serie baillivo presenti Vallisauguste, prefato castellano Quarti et ceteris officiariis nostris presentibus et futuris, vel eorum locatenentibus, quatenus predicta omnia et singula actendant et observent, in nulla contra faciant vel opponant. Datum Chamberiaci, die XIX julii, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, per dominam, presentibus dominis G. de Grandissono, Lugdovico domino de Cossonay, Ybleto domino Montisjoveti, Aymone de Chalant, Girardo Destres, consiliario, Humberto de Colombo, Savino de Florano et Andrea Bellatruche, thesaurario Sabaudie. Redditur litteras portitori. Johannes Ravaysii.

107 Et ego Bonifacius Jayoti de Claustro Castellionis, augustensis diocesis, imperiale auctoritate notarius publicus, supradictas litteras, de quibus copiam presens est extracta, una cum dictis Jacobo et Gervasio notariis publicis inscriptis, vidi, tenui, legi et ascultavi et de originali ad presentem copiam collacionem feci, et quia ipsam presentem copiam cum originali concordare inveni, me subscripsi fideliter et signavi. Et ego Jacobus Mussyllyon de Moriacio, auctoritate domini comitis Sabaudie notarius publicus, supradictas litteras, de quibus copia presens est extracta, una cum dictis Bonifacio et Gervasio, notariis publicis supra et infrascriptis, vidi, tenui, legi et escrutavi et de originali ad presentem copiam collacionem feci et ipsam cum originali concordare inveni, ideo me subscripsi et signavi. Ego autem Girardus¹⁵⁵ de Mesneria notarius publicus suprascriptus, ad requisicionem suprascripti Vulliermeti de Alessino, supradicta litteras de qua presens copia est

¹⁵⁵ Lire *Gervasius*.

assumpta manu propria exemplavi ac de hac copia seu exemplo cum supradictis Bonifacio et Jacobo, notariis publicis, ad originalem collationem feci, et quam verum conocordare inveni, me subscripsi fideliter et signavi”.

Et solvit eidem Vulliermeto Allissini pro termino carnisprevii anno millesimo tercentesimo octuagesimo quarto et per instrumentum publicum de confessione et recepta dicti Vulliermeti, receptum per Johannem Petri Gontereti de Augusta notarium sub anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto, indicione septima, die decima quarta mensis junii, quod instrumentum reddit manu dicti notarii signatum, et allocatur presens librata de mandato domini Aymonis de Challant et Anthonii Barberii, magistrorum computorum domini, virtute vidimus littere domine superius incorporate, licet originales litteras non exhibeat quia ipsis a dicto Vulliermeto habere nequivit ut dicit, quod vidimus seu exemplum reddit, manu dictorum trium notariorum in ipso subscriptorum signatum - III^C florenos auri boni ponderis veteres

[C] Libravit eidem¹⁵⁶ Vulliermeto Allessini pro eodem et eodem termino *termino*¹⁵⁷ carnisprevii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, ut per instrumentum publicum de confessione et recepta dicti Vulliermeti, receptum per Georgium de Cletis de Chamberiaco notarium sub anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, indicione octava, die vicesima septima mensis marcii, quod reddit manu dicti notarii signatum

- III^C florenos auri boni ponderis veteres

Libravit ad expensis domini Burnonis de Chignino, miles, factas Auguste spacio octo dierum de mense februarii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto, ut per litteram domini, directam domino ballivo et ceteris officariis Auguste, de mandato expensarum dicti domini Burnonis faciendi, vacando ad certa negocia domini ibidem peragenda, datam Burgeti die XVII mensis februarii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto, cuius copiam reddit; et per litteram de confessione et recepta dicti domini Burnonis in dorso copie dicte littere domini scriptam, quantitatem subscriptam habuisse confitentis et per ipsam librasse pro suis expensis ibidem factis dictis octo diebus cum tribus equis et duobus valletis- IIII solidos grossos turonenses

Execuciones malefactorum:

¹⁵⁶ Dans la marge gauche : *vide supra in littera copiata pacta faciencia pro domino*

¹⁵⁷ Effacé.

Libravit pane dato Johanni Brodiour de Quarto qui in carceribus castris Quarti spacio decem septem dierum stetit mancipatus et qui propter suis demeritis ad suspendendum condempnatus extitit, et allocatur pro qualibet die unus denarius fortis more solito: - XVII denarios fortes excutos. Item carnacerio qui dictum Johannem suspendit, pro salario suo: - XXX solidos monete Auguste. Et pro corda empta et ad predicta necessaria: VI solidos dicte monete, et allocatur de mandato quo supra

- XXXVI solidos monete Auguste

Et - XVII denarios fortes excutos

108 Libravit Aymone de Cleva de Nuns pro portagio seu veytura decem modiorum siliginis per dictum Aymonem a loco Quarti apud Ypporrigiam, Anthonio de Franquino portatorum ut supra in siligine, ut per litteram publicam de testimonio premissorum confessioneque et recepta, datam die XXIII mensis aprilis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto, manu Johannis de Gontereto signatam: - IX libras monete Auguste. Item Petro de Vignyuel, habitatore de Nuns, parrochie Quarti, pro portagio quatuor modiorum et trium sestariorum siliginis per eum ut supra de Quarto apud Ypporrigiam charreorum: - IIII libras, XII denarios dicte monete. Item Nycoletto de Pra de Quarto pro charreagio seu portagio duodecim modiorum siliginis per eum ut supra ductorum apud Ypporrigiam: - X libras, XVI solidos monete Auguste. Item Eymerico Columbe de Quarto pro portagio duorum modiorum siliginis per ipsum ut supra apud Ypporrigiam portatorum: - XXXVI solidos monete Auguste. Item Johanni de Orto de Porczan, suo et Johannis Coquiliodi socii sui nominibus, pro portagio tresdecim modiorum siliginis per ipsos apud Ypporrigiam de Quarto portatorum ut supra: - XI libras, XIII solidos dicte monete. Item Bartholomeo Tarida et Johanni Magni Aymoneti de Soreley, parrochie Sancti [CI] Christofori, pro portagio novem modiorum et quatuor sestariorum siliginis per eos *ut supra*¹⁵⁸ de Quarto apud Ypporrigiam ut supra portatorum: - VIII libras, XIII solidos dicte monete. Item Johanni de Charrery de Yrisan, parrochie Sancti Christofori, pro portagio decem modiorum siliginis per ipsum ut supra portatorum de Quarto apud Ypporrigiam ductorum: - IX libras dicte monete. Item Johanni, filio Johannis Gomberti de Cort, pro portagio trium modiorum siliginis per ipsum de Quarto apud Ypporrigiam ut

¹⁵⁸ Effacé.

supra portatorum: - LIII solidos dicte monete. Et Vullieno de Villa supra Nuns, parrochie Quarti, pro portagio quinque modiorum et quinque sestariorum siliginis per ipsum de Quarto apud Ypporrigiam ut supra portatorum: - CV solidos dicte monete. Et allocantur de mandato quo supra et per litteram publicam de confessione et recepta, datam die nona mensis januarii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, quam reddit manu dicti Johannis de Gontereto notarii signatam

- LXIII libras monete Auguste

Libravit Johanni dicto Coquagnion de Stabulis pro portagio sex grossorum seraceorum per ipsum de Quarto apud Rippailiam apportatorum, et allocantur per litteram domine de mandato allocandi datam Rippailie die XVIII mensis marcii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, superius in librata seraceorum redditam

- IIII libras, XII solidos monete predictae

Opera castris:

Libravit in et pro precio quatuor milliarium clavini emptorum apud Augustam et implicatorum in reparacione tecti stabuli castris domini de Quarto, empto quolibet milliaro undecim solidis monete Auguste, et allocantur de mandato dicatorum magistrorum computorum ut supra

- XLIII solidos dicte monete

Libravit Nycodo Gay de Augusta, cerdoni seu scofferio, pro precio quatuor pariorum de bocz de coreo vache ab ipso emptorum pro vinis reddictuum ibidem recuperandis et in dictum castrum portandis tempore vindemiarum, et allocantur de mandato predicto; iniungitur tamen eidem quod ipsa quatuor paria de bocz poni faciat in inventario cum ceteris aliis bonis et rebus in dicto castro existentibus. Et allocantur eciam per litteram publicam de confessione et recepta dicti Nycodi, datam die ultima mensis februarii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, quam reddit manu Johannis Gontereti notarii signatam

- VIII florenos auri parvi ponderis

Allocantur eidem quos libravit ad expensas sui ipsi castellani veniendo de Quarto ad dominam apud Rippailiam pro facto expeditionis facte per dominam domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, de castro Oyacie, cum certis redditibus et aliis rebus pro restitutione dotis sue, ad que vacavit spacio quatuordecim dierum, de mense decembris anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto, tam eundo de dicto loco Quarti

Rippailliam, stando ibidem, quam redendo Quartum cum uno valletto et duobus equis, ut per litteram domine de mandato expensarum per ipsum proinde factarum condecener allocandi, eo non obstante quod per dominam non fuit mandatus venire, et allocantur sex denarios grossos turonenses pro qualibet die, de mandato dictorum magistrorum computorum domini, *et per litteram domine de mandato dictarum expensarum allocandi*,¹⁵⁹ datam Rippaillie, die vigesima mensis marcii, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, sub signeto domini, mani Micheleti de Croso, secretarii domini, signatam, inclusis duobus florenis auri parvi ponderis, quos libravit cuidam nuncio per eum misso de Quarto apud Querium causa notificandi domino aliancias existentes inter homines parrochie de Valle Pellina et homines parrochie de Orens in Valesio, cui littere supplicacionis ipsius castellani et cedula librate dicti nuncii sunt annexata,¹⁶⁰ quam reddit-

109 [CII] Allocantur eidem quos libravit ad expensas sui ipsius castellani, factas decem diebus de mense subscripto tam veniendo de Quarto apud Yverdunum ad dominum cum tribus equis et duobus valetis cum armis, pro certis negociis domini ibidem explicandi, standoque ibidem quam redeundo Quartum, ut per litteram domini de mandato dictas expensas prout videbitur magistris computorum domini allocandi, datam Yverduni die septima mensis julii, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto, sub signeto domini, quam reddit manu Petri Magnini secretarii dominim signatam, et allocantur de mandato dictorum dominorum Aymonis et Anthonii Barberii, magistrorum computorum, ad rationem octo denariorum grossorum pro qualibet die
- VI solidos, VIII denarios grossos

Allocantur eidem quos libravit ad expensas sui ipsius factas tam eundo de Quarto apud Rippailliam, stando ibidem quam redendo Quartum, cum duobus equis et uno valetto, ad que vacavit spacio undecim dierum de mense julii anno millesimo tercentesimo octuagesimo quarto, in quoquidem loco Rippaillie fuit apud dominum pro garda Valesiensium ordinanda, et allocantur pro qualibet die de mandato quo supra sex denarios grossos: - V solidos, VI denarios grossos. Item allocantur eidem quos libravit ad expensas sui ipsius, duorum valletorum et trium equorum, factas spacio quodecim dierum quibus vacavit de mense augusti anno millesimo tercentesimo

¹⁵⁹ La phrase est ajoutée dans la marge droite avec un signe de renvoi.

¹⁶⁰ Lire *annexa*.

Libravit in operibus et reparacione supradicti rivi domini vocati de Preposito prout inferius specificice declaratur. Et primo, manu Petri Morelli de Rivo, administratoris aque dicti rivi, pane dato sexcies viginti quindecim hominibus operariis de roydys seu corvatis operantibus et reparantibus dictum rivum reparacione indigente pro tunc a loco de la Moryna usque ad torrentem de Roysan in valle, in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, immediate post Pascha [VI

¹⁴ Le mot *beati* est ajouté dans la marge droite avec un signe de renvoi.

Quarti] ad que vacaverunt quasi per unam diem, capiente quolibet per diem quinque quarteria¹⁵ panis, ultra vinum et seraceum sibi datos pro eodem et inferius sibi in sui titulis allocatos pro eodem, et sunt in quolibet eminali unus panis seu de quolibet sestario viginti quatuor panes, more solito, ut in computo precedenti. Et allocantur eidem per litteram publicam dicti Petri Morelli de testimonio premissorum, confessioneque et recepta, datam in castro Quarti, die secunda mensis aprilis, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, quam reddit, manu Johannis Gontereti notarii signatam, continentem confessionem de recepta quantitatis in particula proxime sequenti descripta - VII sestaria, et tres partes unius eminalis siliginis

Libravit in operibus et reparacione dicti rivi vocati de Preposito, pane dato triginta quinque hominibus operantibus de roydys seu corvatis in reparacione dicti rivi in loco vocato Comba Rambert, ubi dictus rivus fuit ruptus mense Julii anno predicto millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, propter obvaliam et habundanciam pluviarum ad que vacaverunt quasi per unam diem, capiente quolibet per diem quinque quarteria panis siliginis more solito ut in computo precedenti et allocantur eidem per litteram publicam dicti Petri Morelli de testimonio premissorum, confessioneque et recepta, datam in castro Quarti, die secunda mensis Aprilis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, superius proxime redditam, ultra vinum et seracium sibi libratos pro eodem, qui sibi inferius in suis titulis allocantur

- III eminas, VII eminalia et tres partes unius eminalis siliginis

- 10** Libravit manu Jaquemeti de Cleva de Dovia, mistralis Quarti, pro reparacione dicti rivi Prepositi, pane dato tercentum quinquaginta octo hominibus operariis de roydys seu corvatis tempore quadragesime anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sexto, reparantibus dictum rivum domini vocati de Preposito, videlicet a loco de la Morina usque ad torrentem vallis de Roesan, ad que vacaverunt quasi per unam diem, capiente quolibet quinque quarterios panis ut in computo precedenti, ultra vinum et nuces sibi datas pro eodem et sibi inferius allocatas in suis titulis, et allocantur eidem per litteram publicam dicti Jaquemeti de Cleva de testimonio premissorum, confessione et recepta, datam in castro Quarti die secunda mensis Aprilis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, quam reddit manu Johannis Gontereti

¹⁵ Lire *quarterios*.

de Augusta notarii signatam, *que plus non continet licet ascendat ad dimidium eminalem de pluri*¹⁶

- III modia, II eminalia et dimidium siliginis

Libravit manu Petri Morelli de Rivo de Porroczan, administratoris dicti rivi domini vocati de Preposito, pane dato triginta octo hominibus operantibus in reparacione dicti rivi facta ibidem, ultra predictam reparacionem, mense Julii anno predicto millesimo tercentesimo octuagesimo sexto, inter Vallem Suanam et Clusellinam ubi dictus rivus casu fortuito ruptus erat, vacantibus ad predicta quasi per unam diem, capiente quolibet per diem quinque quarterios panis siliginis ut supra, ultra vinum et seraceum sibi inferius allocatos pro eodem, per litteram publicam dicti Petri Morelli de testimonio premissorum confessioneque et recepta, datam in castro Quarti, die secunda Aprilis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, quam reddit manu Johannis Gontereti de Augusta notarii signatam *que non continet nisi subscriptam summa, licet deberet continere de pluri unum eminale siliginis*¹⁷

- III eminas, I quartanam, III eminalia et dimidium siliginis

Libravit manu Jaquemeti Cleva de Dovia, mistralis Quarti, pane dato tercentis viginti octo hominibus operantibus de roydys seu corvatis in reparacione dicti rivi domini vocati de Preposito, tempore quadragesime anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo, a loco de la Morgnya¹⁸ usque ad torrentem Vallis de Roysan, tunc propter obvaliam reparacione indigentis, capiente quolibet ipsorum ad premissa vacante quasi per unam diem quinque quarterios panis siliginis ut supra, ultra vinum et nuces sibi pro eodem allocatos, per litteram publicam dicti Jaquemeti Cleva de testimonio premissorum confessioneque et recepta, datam die secunda mensis Aprilis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, quam reddit manu supradicti notarii signatam¹⁹

- XVII sestaria, II eminalia et dimidium siliginis

11 [VII Quarti] Libravit manu Petri Morelli de Rivo de Porroczan, administratoris dicti rivi domini vocati de Preposito, pane dato quinquaginta quinque hominibus de roydys seu corvatis reparantibus dictum rivum domini vocati de Preposito, de mense Julii anno Domini

¹⁶ La phrase est ajoutée dans la marge droite avec un signe de renvoi.

¹⁷ La phrase est ajoutée dans la marge droite avec un signe de renvoi.

¹⁸ Lire *Morgina*.

¹⁹ Dans la marge droite avec un signe de renvoi : ... *minus quam debeat dimidium eminale siliginis*.

millesimo tercentesimo octuagesimo septimo, versus Porroczan ubi dictus rivus casu fortuito rupit prope res Jaquemeti Morelli, ad que vacaverunt quasi per unam diem, capiente quolibet per diem quinque quarterios panis ut supra, ultra vinum et seraceum sibi inferius pro eodem allocatos per litteram publicam dicti Petri Morelli de testimonio premissorum, confessioneque et recepta, datam in castro Quarti die secunda mensis aprilis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, quam reddit manu dicti Johannis Gontereti notarii signatam

- II sestaria, eminam, I quartanam, II eminalia et tres partes unius eminalis siliginis

Libravit manu Jaquemeti Cleva de Dovia, mistralis Quarti, in reparacione dicti rivi pane dato quingentis quaterviginti quatuordecim hominibus de roydis seu corvatis, operantibus ibidem immediate post Pascha, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo octavo, a loco de la Morgina usque ad torrentem Vallis de Roysan, ad que vacaverunt quasi per unam diem, capiente quolibet per diem quinque quarteria²⁰ panis siliginis, ultra vinum et seraceum sibi per eodem inferius allocatis, per litteram publicam dicti Jaquemeti de testimonio, confessione et recepta, datam in castro Quarti die secunda mensis aprilis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, quam reddit manu dicti Johannis Gontereti notarii signatam

- V modia, eminam, I quartanam, III eminalia et dimidium siliginis

- 12** Libravit manu dicti Petri Morelli in reparacione dicti rivi, pane dato quadraginta quinque hominibus operantibus de roydis seu corvatis in raparacione supradicti rivi de mense junii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo octavo econtra res Johannis Coquilliodi de Avillie, ubi dictus rivus casu fortuito propter habundanciam aquarum rupit post primam reparacionem factam in dicto rivo anno eodem, ad que vacaverunt quasi per unam diem, capiente per diem quinque quarteria panis ut supra, ultra vinum et seraceum sibi pro eodem inferius allocatas, per litteram publicam dicti Petri Morelli de testimonio premissorum confessione et recepta, datam in castro Quarti, die secunda mensis aprilis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, quam reddit manu dicti Johannis Gontereti de Augusta notarii signatam,

²⁰ Lire *quarterios*.

continentem confessionem quantitatis descripte in particula proxime scripte

- II sestaria, I quartanam, II eminalia et quarum unius eminalis siliginis

Libravit manu dicti Petri Morelli pane dato viginti hominibus operantibus in reparacione dicti rivi facta ibidem dicto anno ultra supradictas, mense julii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo octavo, in loco dicto Comba Ramber, ubi dictus rivus casu fortuito propter habundanciam pluviarum rupit, vacantibus ad premissa de roydis seu corvatis quasi per unam diem, capiente quolibet per diem quinque quarteria panis ut supra, ultra vinum et seracium sibi pro eodem allocatis, per litteram dicti Petri Morelli de testimonio et recepta superius redditam

- I sestarium, I eminale siliginis

Copertura dicti rivi Prepositi:

- 13** Libravit Vincencio de Nuce, Petro Bestend, Bonifacio Gonterii de Biona, Vuillienco de Pertuis, Jacobo de Pertuis de Oyacia, Johanni de Carreria de Dovia, genero Johannis Ferrarys de Oyacia, Angelino Alamand de Valle Oyacie, parrochie de Vallepellina, pro tachia sibi data cindendi pro tanto duo milliaria billionorum nemoris breve in nemoribus et montibus versus fondum Vallis Oyacie, parrochie de Vallepellina, ultra locum vocatum de Mellier, per manus et de consilio Petri Morelli de Rivo de Porroczan, administratoris aque dicti rivi Prepositi, Bonifacii Champapont de Roysan, custodis in certis locis dicti rivi, et Jaquemeti de Cleva de Dovia, mistralis Quarti, ad opus et pro coperiendo rivum domini predictum in locis necessariis et solitis coperiri propter ruynas quia alie coperture pridem ibidem existentes propter ruynas et obvalias diruerant, ultra seraceos, vinum et pecuniam sibi inferius pro eodem allocatos, per litteram publicam prenominatorum operariorum de testimonio confessione et recepta, datam in Valle Pellina, die nona mensis februarii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, quam reddit manu Johannis Gontereti de Augusta mptarii signatam

- I modium, IIII sestaria, eminam siliginis

Libravit manu Petri Gorrays de Dovia, mistralis mandamenti Oyacie pro domina Oyacie, pane dato ducentis quaterviginti et tribus hominibus operariis vacantibus chaciando duo millia billionorum de brenva a loco de Mellier in nemoribus fondi vallis Oyacie, ubi dicti billioni fuerunt cisi, usque ad pontem Oyacie, transeuntibus pluribus ex dictis hominibus et descendentibus per beriacios moncium, funibus ligatis,

licet plures ex dictis billionis de quantitate dictorum **[VIII Quarti]** duorum millionum billionorum in gorgiis beriaciorum et aque predictae remanserunt, quos extra dictos montes et gorgias aque extrahere non potuerunt, et vacaverunt in chacia predicta anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sexto, tempore autumni post festum beati Michaelis, centum et duodecim homines ex quantitate hominum supradicta, et anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo post Pascha, octies viginti undecim homines, quia tempore autumni predicto nimia sterilitas aque erat in montibus predictis propter magnum frigus tunc vigens ibidem. Cuilibet quorum decentum quaterviginti trium hominum dati fuerunt per diem, tam pro expensis quam salario, unus panis cum dimidio siliginis, dimidia rucza seracei, unus quarteronus vini et tres solidi monete Auguste quia magnum laborem substinuerunt ut supra, que victualium et pecunie quantitates allocantur eidem inferius in suis titulis, per litteram publicam dicti Petri Gorrays de testimonio premissorum, confessione et recepta, datam in Vallepellina, die nona mensis februarii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, quam reddit manu dicti Johannis de Gontereto signatam

- II modia, V sestaria, eminam, III eminalia et dimidium siliginis

Libravit manu eadem ad expensas trigintaquatuor hominum dictos billionos conducendum per dictam aquam Bauthegee a dicto ponte Oyacie inferius usque ad gratam seu extanchiam factam pro extrahendo dictos billionos de qua predicta subtus ryvus in parrochia de Roysans, vacantibus ad predicta anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo post Pascha, quasi per unam diem capiente quolibet per diem in pane, vinum et panem et dimidium siliginis, dimidiam ruczam seracei, unum quarterium vini et duos solidos monete Auguste quia quasi tota die morabantur in dicta aqua, que quantitates in suis titulis inferius eidem allocantur, per litteram publicam dicti Petri supra proxime designatam

- II sestaria, III eminalia siliginis

- 14** Libravit manu eidem Petri Gorrays quindecim hominibus nunciis missis de montibus Oyacie ad locum de Ryns pro apportando et ducendo hominibus supradictis cindentibus dictos billionos in tachiam predictam victualia panis, vini et seracei supradicta pluribus vicibus et diebus pro suis expensis tantum licet non fuerint missi de roydis seu corvatis ultra vinum et seraceum sibi ministratis pro eodem et eidem castellano in suis titulis inferius allocatis, per litteram publicam dicti

Petri Gorrays de confessione, testimonioque recepta in littera superius designata contentam

- I emanam, I quartanam et tres partes unius eminalis siliginis

Libravit manu Theobaldi de Crista de Roesan, mistralis dicti loci, pane dato vigintiocto hominibus de roydīs seu corvatis, facientibus grapatam seu estanchiam de novo in dicta aqua Bautigii subtum Rins factam, pro arrendando dictos billionos ut premittitur factos ad coperiendum dictum rivum domini de Preposito modo et locis consuetis, et *vigintisex hominibus*²¹ extrahentibus dictos billionos de aqua predicta Bautigii, ad que vacaverunt quasi per unam diem *ad rationem quinque quarteronorum panis*,²² ultra vinum et seraceum sibi ministratos et inferius in suis titulis eidem allocatos per litteram publicam dicti Theobaldi de testimonio premissorum confessioneque et recepta, datam castro Quarti, die secunda mensis aprilis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, quam reddit in fine supra reddite littere scriptam et manu Johannis Gontereti de Augusta notarii signatam, licet dicta littera contineat III sestaria, dimidium eminale

- II sestaria, III quartanas, I eminale et dimidium siliginis

Libravit manu Jaquemeti Cleva de Dovia, mistralis Quarti, pane dato ducentis septuaginta uno hominibus operariis de roydīs seu corvatis, vacantibus in reparacionibus dicti rivi Prepositi prima vice tempore quadregesime anno subscripto millesimo tercentesimo octuagesimo nono, a loco de la Morgona²³ usque ad torrentem vallis de Roesan, ad que vacaverunt quasi per unam diem, capiente quolibet per diem quinque quarteronos panis siliginis more solito ut supra, ultra nuces et vinum sibi ministratum pro eodem et eidem castellano inferius allocatas, per litteram publicam dicti Theobaldi de testimonio premissorum confessioneque et recepta, datam in castro Quarti, die XXIII mensis aprilis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, quam reddit manu Johannis Gontereti de Augusta notarium signatam, continentem alias quantitates vini et nucum sibi in suis titulis allocatas, licet dicte persone ad plus ascendant

- II modia, II sestaria, I eminale et dimidium siliginis

²¹ Les mots *vigintisex hominibus* sont ajoutés dans la marge droite avec un signe de renvoi.

²² La phrase est ajoutée dans la marge droite avec un signe de renvoi.

²³ Lire *Morgina*.

15 [IX Quarti]

Alpis de Chavalari:

Libravit Petro de Pasquerio et eius consortibus de Riegni, parrochie Quarti, tenentibus alpem de Chavalari, quibus dominus de Quarto quondam annuatim solvere consuevit, quando solvunt quatuor caseos debitos per tenentes dictam alpem quando vestitur, id est bestie ponuntur in eadem pro fructum fiendo, de quibus quatuor caseis dictus castellanus infra computat in eorum titulo in recepta, et allocantur eidem pro annis Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, octuagesimo sexto, octuagesimo septimo et octuagesimo octavo, ad rationem quatuor eminalia siliginis pro quolibet dictorum quatuor annorum, more solito, ut in computo precedenti

- I emina, IIII eminalia siliginis

Alpis de Seneveri:

Libravit Johanni de Balma de Quarto et consortibus eius tenentibus alpem de Seneveri, que dictus dominus Henricus, dominus de Quarto quondam annuatim solvebat eisdem consortibus quando dicta alpis vestitur, id est quando bestie mictuntur in eadem ad fructum faciendum, pro duobus caseis domino debitis pro dicta alpe de quibus infra computat sub eorum titulo in recepta, et solvit eisdem more solito ut in computo precedenti pro annis Domino millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, octuagesimo sexto, octuagesimo septimo et octuagesimo octavo ad rationem duorum eminalium siliginis pro quolibet dictorum quatuor annorum

- VIII eminalia siliginis

Deducuntur eidem pro Hugoneto, filio Valleti de Vignuel, Petro Hugoneti de Vignuel, Vallichono de Vignuel et suis consortibus causam habentibus Hugoneti de Vignuel, pro quibus computatum fuit in computum dicti loci Quarti de anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo particulariter de tribus sestariis siliginis, ex inadvertencia scriptoris et castellani, licet non debeant nisi dumtaxat tres eminas siliginis de censu per annum, prout fidem fecit in tercio computo precedenti per duo publica instrumenta in eodem computo de verbo ad verbum copiata, que tria sestaria siliginis eciam includuntur in firma recepte dicte siliginis, et deducuntur eidem pro annis Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, octuagesimo sexto, octuagesimo septimo et octuagesimo octavo, ad rationem trium eminarum siliginis pro quolibet dictorum quatuor annorum more solito, ut in computo precedenti

- I modium siliginis

Deducuntur eidem pro Bartholomeo et Johanne Perole et suis consortibus pro quibus computavit in suis computis precedentibus et presenti summarie, et in computo de anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo particulariter, de tribus eminis, uno eminali et dimidio siliginis, ex inadvertencia et per errorem dicti castellani licet non debeant nisi dumtaxat tres eminas siliginis de censu per annum, ut per confessiones et recogniciones dicti Bartholomei factas per ipsum nominibus suo, Johannis eius fratris et consortium suorum designatorum in tercio computo precedenti, et deducuntur eidem pro annis Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, octuagesimo sexto, octuagesimo septimo et octuagesimo octavo, pro quolibet dictorum quatuor annorum unum eminale cum dimidio siliginis more solito, ut in computo precedenti - I quartanam siliginis

Deducuntur eidem pro Petro Macheti de Escheveno et consortibus suis debentibus de reddito annis alternis quinque sestaria siliginis in festo beati Michaelis, de quibus particulariter computavit in suo computo de anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo et eciam in presenti summarie quemadmodum si annuatim deberentur pro annis Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, octuagesimo sexto, octuagesimo septimo et octuagesimo octavo pro quolibet dictorum quatuor annorum, licet debeantur ut supra dumtaxat annis alternis, prout fidem fecit in tercio computo precedenti per instrumentum publicum recognicionis dicti Petri Macheti, receptum per Johannem Gontereti notarium, procuratorem et receptorem extentarum domini in Valle Augusta, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, indicione decimaquinta die vicesima quarta mensis septembris, copiatam in tercio computo precedenti, et deducuntur eidem causis et modis in dicto tercio computo precedenti plenius declaratis, pro annis Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sexto et octuagesimo octavo, de quibus supra computat, licet nichil predictis duobus annis debeat ut supra

- I modium, IIII sestaria siliginis

16 *Collectura feni:*

Libravit manu Johannis Cuaa²⁴ de Dovia, porterii Quarti, pane dato quindecim hominibus operariis de roydys seu corvatis, recolligentibus quasi per unam diem et levantibus fena decimarum pratorum domini de

²⁴ On trouve indifféremment *Cuaa*, *Cuas*, et *Cua*.

Stanno et herbagiorum domino debitorum a Maladeria usque ad Pontem Lapideum, in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, capiente quolibet per diem quinque quarterios panis siliginis ut in computo [X Quarti] precedenti, ultra vinum et seraceum sibi propter hec inferius allocatos, de quibus eciam inferius computat in recepta in titulo feni: - I eminam, I quartanam, *I eminale*²⁵ et tres partes unius eminalis siliginis. Item manu eadem pane dato tresdecim hominibus operariis de roydys seu corvatis vacantibus in recollectione dicti feni in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sexto, capiente quolibet ut supra: - I eminam, III eminalia et quartum *unius eminalis*²⁶ siliginis. Item ad expensas quatuordecim hominum operariorum de roydys seu corvatis recolligentibus dicta fena in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo, capiente quolibet ut supra: - I eminam, V eminalia et dimidium siliginis. Item ad expensas duodecim hominum operariorum de roydys seu corvatis vacancium recolligendo dictum fenum in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo octavo, capiente quolibet ut supra: - I eminam, III eminalia siliginis. Item ad expensas viginti quatuor hominum de roydys seu corvatis vacancium videlicet sex quolibet dictorum quatuor annorum Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, octuagesimo sexto, octuagesimo septimo et octuagesimo octavo, ad flagellandum blada decime domini de Augusta, quasi per unam diem, capiencium quolibet ipsorum per diem quinque quarteria panis siliginis ut supra: - I sestarium, I quartanam siliginis. Item ad expensas viginti hominum operariorum de roydys seu corvatis vacancium ad cindendum *ad cindendum*²⁷ de nemore in insula domini de Quarto pro circulis fiendis ad opus doliorum domini religandorum pro vino domini recolligendo, in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, item decemnovem hominum operariorum de roydys seu corvatis vacancium ad idem in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sexto, item viginti unius hominum de roydys seu corvatis ad idem vacancium quasi per unam diem in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo, et ad expensas vigintiduum hominum de

²⁵ Biffé.

²⁶ Les mots *unius eminalis* sont ajoutés dans la marge droite avec un signe de renvoi.

²⁷ Biffé.

reoydis seu corvatis vacancium ad circulos colligendos in dicta insula domini de Quarto, quasi per unam diem, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo octavo, capiente quolibet dictorum hominum quinque quarteria panis siliginis per diem, more solito, ut in computo precedenti, ultra vinum et seraceum sibi inferius in suis titulis allocatos per litteram publicam dicti Johannis Cuaa de testimonio premissorum, confessioneque et recepta, datam in castro Quarti die secunda mensis aprilis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, quam reddit manu Johannis Gontereti de Augusta notarii signatam: - I sestarium, I quartanam, dimidium eminale siliginis. Que particule sunt in summa: - VIII sestaria, I quartanam, II eminalia siliginis

17 *Collectura nucum:*

Libravit manu Johannis Cuaa de Dovia, clavigerii et porterii Quarti, pane dato quinque hominibus et quinque mulieribus operariis de roydis seu corvatis, vacantibus quasi per unam diem succuciendo et colligendo nuces in arboribus domini circumcirca castrum de Quarto, in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, capiente quolibet per diem quinque quarteria panis siliginis more solito, ut in computo precedenti; item pane dato quatuor hominibus et quatuor mulieribus colligentibus et succucientibus dictas nuces domini in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sexto; item pane dato sex hominibus et octo mulieribus vacantibus succuciendo et colligendo nuces ibidem anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo, et quatuor hominibus et sex mulieribus succucientibus et colligentibus nuces ibidem anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo octavo, qui sunt numero XLII homines, capiente quolibet ut supra, ultra vinum et seraceum sibi datos pro eodem, et dicto castellano inferius allocatos per litteram publicam dicti Johannis de testimonio premissorum confessioneque et recepta, inferius redditam et plenius designatam: - II sestaria, III eminalia et dimidium. Item manu eadem quatuor hominibus et quatuor mulieribus succucientibus et colligentibus nuces in arboribus viridarii Reynaldi, naturalis de Quarto quondam, siti loco dicto en La Lavanchella, domino commissi ob mortem dicti Reynaldi, deffuncti sine liberis in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo, et tribus hominibus et tribus mulieribus succucientibus et colligentibus nuces ibidem in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo octavo, qui sunt in summa XIII homines, capiente quolibet quinque quarteria panis siliginis ut supra,

ultra vinum et seraceum sibi pro eodem allocatos per litteram dicti Johannis de testimonio inferius designatam: - I eminam, V eminalia et dimidium siliginis. Item manu eadem pane dato quatuordecim hominibus operaris de roydys seu corvatis, putantibus vineam supradicti Reynaldi, naturalis de Quarto quondam, excheytam domino ob mortem dicti Reynaldi, ad quam vineam cum topiis seu polleriis putandis circumcirca domum eiusdem vacaverunt quasi per unam diem mense marcii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo; item sex hominibus de roydys seu corvatis dictas vineam et topias eodem anno vindemiantibus; item quindecim hominibus de roydys seu corvatis dictas vineam et topias putantibus in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo octavo; item novem hominibus de roydys seu corvatis fodentibus dictam vineam cum topiis **[XI Quarti]** anno predicto millesimo tercentesimo octuagesimo octavo, tempore quadragesime; item octo hominibus de roydys seu corvatis dicta vineam et topias vindemiantibus eodem anno; item quindecim hominibus de roydys seu corvatis putantibus dicta vineam cum topiis tempore quadragesime anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, et novem hominibus dictas vineam et topias fodentibus tempore quadragesime anno predicto *tempore quadragesime*.²⁸ Qui homines sunt in summa LXXVI homines, capiente quolibet per diem quinque quarteria panis, ultra vinum, nuces et seraceum sibi datis suis loco et tempore more solito, sibi inferius allocatis in suis titulis, per litteram publicam dicti Johannis de testimonio, confessione et recepta plenius inferius designatam: - III sestaria, eminam, I quartanam, V eminalia siliginis. Item manu eodem quatuor hominibus falcatoribus de roydys seu corvatis secantibus viridarium seu pratum predicti Reynaldi de Quarto quondam, domino exceytum ut supra, situm loco dicto Lavanchella in villa Quarti, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo pro feno ordinario et recorso. Item aliis quatuor hominibus falcatoribus de roydys seu corvatis dictum viridarium seu pratum secantibus tam fenum ordinarium quam recorsum, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo octavo, capiente quolibet homino secatore unum panem cum dimidio panis siliginis more solito; item decem hominibus de roydys seu corvatis dictum pratum fenantibus et fenum recolligentibus in anno Domini millesimo tercentesimo

²⁸ Biffé.

octuagesimo septimo; item undecim hominibus de roydys seu corvatis dictum viridarium seu pratum fenantibus et fenum recolligentibus in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo octavo, capiente quolibet dictorum operariorum per diem quinque quarteria panis siliginis more solito, ultra vinum et seraceum sibi pro eodem ministratos et eodem allocatos inferius in suis titulis, per litteram publicam dicti Johannis Cuaa de testimonio, confessione et recepta inferius designatam: - III eminas, II eminalia et quartum unius eminalis siliginis.

18 *Opera castris:*

Item manu eadem pane dato quaterviginti uni hominibus de roydys seu corvatis manuoperariis vacantibus quasi per unam diem ministrando necessaria Dominico de Vallimorta, carpentatori, qui vacavit in reparacionibus tectorum castris domini de Quarto, spacio quatuor annorum, de quibus computat ut supra, capiente quolibet homine manuoperario quinque quarteria panis siliginis ut supra, ultra vinum et seraceum sibi ministratos et eidem inferius allocatos, per litteram dicti Johannis Cuaa inferius designatam: - IIII sestaria, V eminalia et quartum unius eminalis siliginis.

Opera fontis:

Item pane dato quatuordecim hominibus operariis de roydys seu corvatis vacantibus ad cindendum bornellos pro fonte castris domini de Quarto, in nemore domini vocato de Panperdu supra Quartum et dictos bornellos ad dictum castrum domini Quarti aduentibus. Item sexdecim hominibus de roydys seu corvatis dicto bornellos perforantibus et implicantibus in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto. Item triginta sex hominibus operariis de roydys seu corvatis cindentibus, apportantibus, perforantibus et implicantibus bornellos in reparacione dicti fontis locis reparacionem indigentibus in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sexto. Item triginta unius hominibus operariis de roydys seu corvatis cindentibus in nemore supradicto, apportantibus, perforantibus et implicantibus bornellos in locis dicti fontis reparacionem indigentibus in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo, et vigintiseptem hominibus operariis de roydys seu corvatis ad premissa simili modo vacantibus in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo octavo, qui sunt numero predictis quatuor annis VI^{XX} IIII homines, capiente quolibet per diem quinque quarteria panis ut supra, ultra vinum et seraceum sibi ministratos et eidem in suis titulis inferius allocatos, per litteram

publicam dicti Johannis Cuaa de testimonio premissorum, confessioneque et recepta, datam in castro Quarti, die secunda mensis aprilis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, quam reddit manu Johannis Gontereti de Augusta notarii signatam, plures alias libratas continentem: - I modium, I quartanam, V eminalia siliginis. Que particule sunt in summa:

- III modia, I sestarium, III eminalia et dimidium siliginis

[XII Quarti] Libravit fratribus minoribus conventus Auguste que domina eisdem helemosine nomine gracie donavit, ut per litteram domine de donacione predicta, cum mandato tradendi et habita littera de recepta allocandi, datam Rippallie die XVI mensis aprilis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo, quam reddit manu Michaleti de Croso, secretarii domini, signatam et per litteram publicam fratris Girardi, gardiani dicti conventus, de confessione et recepta, datam Auguste, die XIII mensis aprilis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, quam eciam reddit manu Johannis Gontereti de Augusta notarii signatam - XV sestaria siliginis ad mensuram Auguste

Libravit eisdem fratribus minoribus civitatis Auguste, quibus domina in helemosina semel gracie donavit unum modium siliginis et precium competens tercentum alecorum, ut per littera domine de donacione predicta, cum mandato solvendi et habita littera de recepta allocandi, datam Rippallie dei XVII mensis marcii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, quam reddit manu Anthonii Fabri, secretarii domine, signatam et per litteram publicam supranominati fratris Girardi, gardiani dicti conventus, in particula supra proxime scripta designatam et redditam - I modium siliginis

- 19** Libravit Henrico de Turre de Stipulis, domicello, qui domina ad supplicacionis dicti Henrici consideratoque quod idem Henricus sibi ipsi fregit tibiam in servicio domini, donavit libere et concessit de siligine usque ad valorem quinque veissellorum et quinque sestariorum vini ad mensuram Chamberiaci semel de gracia speciali, per litteram domine de donacione predicta cum mandato solvendi, et habita littera de recepta allocandi, datam Chamberiaco die XVII mensis aprilis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo octavo, quam reddit, et per litteram publicam dicti Henrici de testimonio, confessione et recepta, datam Auguste, die decimatercia mensis aprilis, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, quam reddit, manu Johannis Gontereti de Augusta notarii signatam, continentem confessionem dicti vini sibi

inferius allocati. Pro quinque veissellis siliginis ad mensuram Chamberiaci supradictis - X sestaria siliginis ad mensuram Auguste

Libravit eidem Henrico de Turre de Stipulis cui dominus, consideratis serviciis domino factis per eundem Henricum et aliis certis causis, semel graciose donavit et concessit unum modium vini et duo modia siliginis ad mensuras dicti loci Quarti, per litteram domini de donacione predicta cum mandato solvendi et habita littera de recepta allocandi, datam Rippallie die prima mensis marcii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono quam reddit, manu Guillermeti Genevesii, secretarii domini, signatam et per litteram dicti Henrici de confessione et recepta in fine sue littere confessionis supra proxime reddite scriptam, continentem eciam confessionem de recepta unius modii vini sibi simili modo donati et inferius eidem castellano allocati - II modia siliginis

Deducuntur eidem pro Reynaldo, naturali de Quarto quondam, cuius bona ob mortem ipsius Reynaldi defuncti sine liberis ad manus domini pervenerunt de quorum bonorum fructibus et exitibus computat tam infra quam supra in recepta, qui Reynaldus sue vite temporibus domino debebat per annum unum sestarium siliginis et duodecim denarios servicii, de quibus idem castellanus computavit particulariter in suo computo dicti officii de anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo, et in singulis suis aliis computis sequentibus cum maiori summa, et deducitur eidem dictum sestarium siliginis pro annis Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo et octuagesimo octavo, pro quibus duobus annis computat de bonis dicti Reynaldi, in presenti computo tam supra quam infra - II sestaria siliginis

Summa librate et deducti:

- L modia, II sestaria, I quartanam, I eminale et duodecimum unius eminalis siliginis

Et sic debet:

- VII^c LIII modia, III sestaria, I quartanam, V eminalia et quartum unius eminalis siliginis

Venduntur in fine computi.

20 *Avena:*

Item reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu per annum circa festi beati Michaelis ab Aymoneto Curnillion, genero

Anthonii Sulpicii de Ponte, parrochie Sancti Christofori, ut in computo
precedenti anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto

- I modium avene

[XIII Quarti] Recepit ab eodem ibidem pro eodem et eodem
termino festi beati Michaelis in annis Domini millesimo tercentesimo
octuagesimo quarto, octuagesimo quinto et octuagesimo sexto

- III modia avene

Decime:

Recepit manu Vuillet Chapel de Augusta de et pro exitu decimarum
que levantur in certis possessionibus consistentibus a torrente Clausi
Novi, inter Sarro et Augustam, usque ad civitatem Auguste, in quibus
decimis dominus de Montejoveto percipit medietatem, dominus Jacobus
Bonerii de Dovia, canonicus augustensis, terciam partem residue
medietatis ut supra in frumento et siligine, in messibus anno Domini
millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, nec inde plus recepit ut
dicit

- I sestarium avene

Recepit manu eadem pro eodem et eodem termino messium anno
Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sexto, nec plus inde recepit
ut suo asserit juramento

- III quartanas avene

Recepit manu Johannis de Roveyn habitatoris Auguste, pro eadem
decima in messibus anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo
septimo, nec plus inde recepit ut dicit

- I eminam avene

Recepit manu eadem pro eodem et eodem termino messium anno
Domini millesimo tercentesimo octuagesimo octavo

- III quartanas avene

De exitu duodecim sestariatarum terre domini vocatarum²⁹ de Ryns,
nichil computat occasione qua supra in frumento et siligine.

Arragium:

Recepit a se ipso que debebat pro remanencia sui computi
precedentis

- II modia, II sestaria avene

Forisseca pro compositione:

Recepit a communitate hominum mandamenti et castellanie Quarti
apud Boczan, parrochie Sancti Remigii, ex causa concordie per ipsos
homines cum castellano facte de et super nemore nigro mortuo, casu
fortuito, propter elavenchiam nivium a monte de supra Septum usque in
pratam dicti loci subtus alpem evento ex dicto nemore racione dicti

²⁹ Pour vocate.

Anselmo Pession

castri Quarti domino pertinenti factoque et consumpto, licet dicti homines dicerent dictum nemus in ipsa elavenchia existens sibi tamquam nemus mortuum pertinere debere, manuque domini per dictum castellanum appositam ibidem tolli debere a dicto castellano postulantes, facta presente compositione premissis non obstantibus

- IX modia avene

Summa inclusis arragio et forisseca - XV modia, V sestaria avene
Venduntur in fine computi.

Ordeum:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu per annum circa festum beati Michaelis, ut in computo precedenti anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, de octo sestariis, una quartana et dimidia ordei domino in dicta castellania *et apud Oyaciam*³⁰ deberi solitis de redditu per annum, deductis quinque sestariis, emina, una quartana et tribus eminalibus ordei, per dominam domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, traditis occasione qua supra in frumento, debitis in locis et per personas in computo precedenti de annis Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio et octuagesimo quarto specificè nominatas et descriptas, et fiunt eidem castellano similes iniunctiones³¹ que supra in frumento - II sestaria, emina ordei

Recepit ibidem pro eodem et eodem termino festi beati Michaelis, in annis Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sexto, octuagesimo septimo et octuagesimo octavo, factis deductionibus et iniunctionibus superius in frumento declaratis, ad rationem dictorum duorum sestariorum, emina ordei, pro quolibet dictorum trium annorum

- I modium, I sestarium, I emina ordei

21 *Marescalcia:*

Recepit a Berthodo Mugnerii de Lignyan et consortibus suis de et pro marescalcia per annum, debita per eosdem in festo beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, et prout in

³⁰ La phrase *et apud Oyaciam* est ajoutée dans la marge droite avec un signe de renvoi.

³¹ Dans la marge gauche: *vide*.

computo precedenti sibi fuit iniunctum, iterato iniungitur³² eidem quod in suo sequenti computo declaret et nomet dictos consortes

- I sestarium orde

Recepit ab eisdem ibidem pro eodem et eodem termino festi beati Michaelis annorum Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sexto, octuagesimo septimo et octuagesimo octavo, ad rationem unius sestarii orde pro quolibet dictorum trium annorum, et fit eidem similis iniunctio³³ que supra

- III sestaria orde

Recepit a quinque personis in tercio computo precedenti de anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo septimo declaratis et specificis nominatis de redditu per annum in festo beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto - XIII sestaria orde

Recepit ab eisdem ibidem, pro eodem et eodem termino [**XIII Quarti**] festi beati Michaelis annorum Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sexto, octuagesimo septimo et octuagesimo octavo, ad rationem tresdecim sestariorum pro quolibet dictorum trium annorum

- VI modia, III sestaria orde

Cheyserie seu excheyte:

Recepit manu Hugonodi, filii Petri Pupuni quondam de Blavy, pro cheyseria seu excheyta domino pertinente in bonis dicti Petri, ob mortem ipsius ut supra in receptis siliginis

- VIII eminalia orde

Arragium:

Recepit a se ipso que debebat pro remanencia sui computi precedentis

- VI modia, II sestaria, emina et dimidiam quartanam orde

Summa, inclusis arragio et cheseria, computatis mensuris ut supra in frumento

- XVII modia, II sestaria, III quartane, V eminalia orde

Venduntur in fine computi.

Pisa ciseria:

De exitu terre domini vocate de Ryns, nichil computat in pisis ciseris occasione superius in frumento declarata.

Ligumina pro cheyseriis seu excheytis:

³² Dans la marge gauche: *vide*.

³³ Dans la marge gauche: *vide*.

Anselmo Pession

Idem reddit computum quod recepit manu Hugonodi, filii Petri
Pupuni de Blavi quondam, pro cheyseria seu exceyta domino pertinente
in bonis dicti Petri ob mortem ipsius - I emina arveylliarum
Et - IIII eminalia fabarum

Summa: - I emina arveylliarum
Et - IIII eminalia fabarum
Venduntur in fine computi.

22

Nuces:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu
per annum circa festum beati Michaelis, ut in computo precedenti anno
Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, de novem sestariis
nucum domino pridem debitis ibidem de redditu per annum ut in
computo precedenti, deductis de ipsis duobus sestariis nucum per
dominam domine Pantissalee, relicte domini Henrici domini de Quarto
quondam, traditis occasione qua supra in frumento, et apud Vallem
Pellinam per Johannem, filium Francisci Enfantays, debitis

- VII sestaria nucum

Recepit ibidem pro eodem et eodem termino festi beati Michaelis
annorum Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sexto,
octuagesimo septimo et octuagesimo octavo, ad rationem septem
sestariorum nucum pro quolibet dictorum trium annorum, facta
deductione qua supra - III modia, III sestaria nucum

Recepit manu Johannis Cuaa de Dovia, porterii Quarti, de et pro
exitu arborum nucum terrarum domini de Quarto, tam ante, circa et retro
dictum castrum Quarti, quam eciam in ortis domini et viridariis domini
circonstantibus, et de exitibus arborum nucum terrarum domini de Ryns
nichil computat, quia tradite fuerunt dicte domine Pantissalee, occasione
qua supra in frumento - II modia nucum

Recepit ibidem pro eodem manu eadem, de et pro exitu dictorum
arborum nucum, in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo
sexto, et nichil plus ibidem recepit - VIII sestaria nucum

Recepit ibidem pro eodem exitu, manu eadem, in anno Domini
millesimo tercentesimo octuagesimo septimo - II modia nucum

Recepit ibidem pro eodem exitu, manu eadem, in anno Domini
millesimo tercentesimo octuagesimo octavo - I modium nucum

Hugues Garnier 1385-1389

Recepit de exitu arborum nucum viridarii Reynaldi, naturalis domini de Quarto quondam, que pervenerunt ibidem domino per mortem dicti Reynaldi in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo

- VIII sestarium nucum

Recepit de exitu dictarum arborum nucum in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo octavo, nec inde plus recepit ut dicit

- VI sestaria nucum

Arragium:

Recepit a se ipso que debebat pro remanencia sui computi precedentis - III modia, III sestaria, I eminam, I eminale nucum

Summa incluso arragio:

- XVI modia, V sestaria, emina, I eminale nucum

Reparacio rivi Prepositi:

De quibus libravit, tempore quadragesime anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sexto, ad expensas tercentum quadraginta octo hominum de roydys seu corvatis, vacancium in reparacione supradicti rivi domini vocati de Preposito, manu Jaquemeti de Cleva de Dovia, mistralis Quarti, ad que vacaverunt quasi per unam diem, capiente quolibet per diem unam ambostatam nucum, de quibus sunt quadraginta octo ambostate in quolibet sestario, ultra vinum et panem siliginis eisdem ministratos et sibi in suis titulis allocatos, per litteram publicam dicti Jaquemeti de Cleva de testimonio, confessione et recepta, datam die secunda mensis aprilis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, manu Johannis Gontereti notarii signatam, superius redditam in libratis siliginis - VII sestaria, I quartanam nucum

[XV Quarti] Libravit manu eadem ad expensas tercentum viginti octo hominum de roydys seu corvatis, vacancium in prima reparacione dicti rivi domini vocati de Preposito, tempore quadragesime anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo, a loco de la Morgina usque ad torrentem vallis de Roysan, ad que vacaverunt quasi per unam diem, capiente quolibet per diem ut supra, per litteram publicam dicti Jaquemeti Cleva de testimonio premissorum, confessione et recepta, datam die secunda mensis aprilis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, superius redditam in libratis siliginis

- I modium, eminam, I quartanam, IIII ambostatas nucum

Libravit ad expensas ducentum septuaginta unius hominum de roydys seu corvatis, vacancium tempore quadragesime anno Domini millesimo

tercentesimo octuagesimo nono, in reparacione dicti rivi a loco de la Morgina usque ad torrentem vallis de Roysan, capientibus singulis quadraginta octo hominibus ex ipsis unum sestarium nucum ut supra, ultra panem et vinum sibi pro premissis allocatos, per litteram publicam dicti Jaquemeti Cleva de testimonio, confessione et recepta, datam die XXIII mensis aprilis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, superius redditam in libratis siliginis

- V sestaria, eminam, VII ambostatas nucum

23 *Opera vinearum:*

Libravit manu Johannis Cuas de Dovia, clavigeri et porterii castri Quarti, ad expensas quatuordecim hominum operariorum de roydys seu corvatis, putancium vineas et topias seu trillias Reynaldi naturalis de Quarto quondam, domino commissas et excheytas in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo, tempore quadragesime; item ad expensas quindecim hominum de roydys seu corvatis putancium dictas vineas et topias tempore quadragesime anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo octavo; item ad expensis novem hominum operariorum de roydys seu corvatis tempore quadragesime anno predicto fodencium; item ad expensas quindecim hominum de roydys seu corvatis tempore quadragesime anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono putancium et ad expensas novem operariorum de roydys seu corvatis dictas vineas eisdem anno et tempore fodencium, qui sunt numero sexaginta duo operarii, quasi per unam diem capiente quolibet ut supra, ultra vinum et panem sibi allocatos, per litteram publicam dicti Johannis Cuaa de testimonio premissorum, confessioneque et recepta, datam in castro Quarti die secunda mensis aprilis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, superius redditam in libratis siliginis

- I sestarium, I quartanam, II ambostatas nucum

Summa librate: - III modia, III sestaria, I ambostata nucum

Et sic debet:

- XIII modia, II sestaria, eminam, dimidium eminale nucum

Venduntur in fine computi.

Casei:

De quindecim quintalibus, duodecim libris cum dimidia casei in dicta castellania debitis de reddito per annum, nichil computat, quia domina

ipsa tradidit domine Pantassalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto condam, occasione declarata in computo precedenti, in qua nomina personarum et quantitates per ipsas debite plenius et specificice describuntur.

Alpagium:

Recepit a Johanne de Balma de Quarto, Jaquemeto Corna de Morgona et consortibus eorum pro alpe de Segneveir, pro duobus caseis ibidem domino per annum debitis circa festum beati Michaelis, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto - XIII libras casei

Recepit ab eisdem pro eodem alpe et eodem termino beati Michaelis annorum Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sexto, octuagesimo septimo et octuagesimo octavo, ad rationem dictarum quatuordecim librarum caseorum pro quolibet dictorum trium annorum

- XLII libras casei

Recepit a Petro de Pasquerio et consortibus suis pro alpe de Chavalleyri, pro quatuor caseis domino ibidem debitis per annum quando vestitur, idest quando bestie ponuntur in eadem alpe pro fructu faciendo, et quando dicti quatuor casei solvuntur debet dari solventibus pro quolibet caseo unus panis siliginis, valoris unius eminalis siliginis, ut dicitur in computo precedenti; et simili modo solvuntur duo panes pro duobus caseis ut supra debitis pro alpe de Segneveyri, et computat pro termino festi beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto

- XXX libras caseorum

- 24** Recepit ab eodem Petro pro eodem alpe et eodem **[XVI Quarti]** termino festi beati Michaelis annorum Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sexto, octuagesimo septimo et octuagesimo octavo, ad rationem triginta librarum caseorum pro quolibet dictorum trium annorum

- III^{XX} X libras caseorum

Arragium:

Recepit a se ipso que debebat pro remanencia sui computi precedentis

- XVI quintalia, dimidiam libram casei

Summa incluso arragio:

- XVII quintalia, LXXVI libre et dimidia caseorum

Venduntur in fine computi

Seracei:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de quaterviginti quindecim seraceis pridem domino debitis in dicta castellania de redditu per annum circa festum beati Michaelis *anno millesimo tercentesimo octuagesimo quinto*³⁴, ut in computo precedenti, deductis de ipsis septuaginta quinque seraceis cum dimidio, per dominam domine Pantissalee predicte, relicte domini Henrici domini de Quarto condam, traditis occasione superius in frumento declarata, debitisque per personas in computo precedenti specificè descriptas, in quo eciam quantitates et particule per dictas personas debite particulariter sunt descripte. Et fit eidem castellano similis iniunctio³⁵ que supra in frumento, tam super declaracione serviciorum et reddituum, quam super apportacione litterarum dicte domine Pantissalee

- XIX seraceos et dimidium

Recepit ibidem pro eodem et eodem termino festi beati Michaelis annorum Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sexto, octuagesimo septimo et octuagesimo octavo, ad rationem dictorum decemnovem seraceorum et dimidii pro quolibet dictorum trium annorum

- LVIII seraceos et dimidium

Arragium:

Recepit a se ipso quos debebat pro remanencia sui computi precedentis

- III^{XX} XIII seraceos, VIII ruces et dimidiam seracei

Summa incluso arragio

- CLXXI seracei, VIII ruces et dimidia seracei

Rivus Prepositi:

De quibus libravit Bonifacio, genero Aymondi Champapont de Roysano, custodi rivi domini vocati de Preposito, capienti pro custodia dicti rivi ut supra in siligine et ut in computo precedenti, et solvit sibi pro terminis festorum beati Michaelis annorum Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, octuagesimo sexto, octuagesimo septimo et octuagesimo octavo, ad rationem duorum seraceorum cum dimidio pro quolibet dictorum quatuor annorum more solito, per litteram publicam dicti Bonifacii de confessione et recepta, datam in castro

³⁴ La phrase *anno millesimo tercentesimo octuagesimo quinto* est ajoutée dans la marge droite avec un signe de renvoi.

³⁵ Dans la marge gauche: *vide*.

Quarti die secunda mensis aprilis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, superius redditam in libratis siliginis - X seraceos

25 *Opera dicti rivi Prepositi:*

Libravit manu Petri Morelli de Rivo de Porroczan, rectoris et administratoris dicti rivi domini vocati de Preposito ad expensas sex viginti quindecim hominum operariorum de roydys seu corvatis, reparancium dictum rivum de Preposito immediate post Pascha, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, a loco *a loco*³⁶ de la Morgina usque ad torrentem de Roysan, vacancium ad premissa quasi per unam diem, capientibus singulis sex operariis seu hominibus unam ruczam seracei, et fiunt in quolibet seraceo ante carnisprivium duodecim rucze seu partes, et post Pascha decem rucze, et omni tempore de qualibet rucza librantur sex operarii. Secatoribus vero pratorum dantur singulis quatuor una rucza, et illis quibus ut supra in siligine prandium datur, singulis octo una rucza seracei, ut dicit et dicitur in computo precedenti, ultra panem et vinum sibi pro eodem allocatos, per litteram publicam dicti Petri Morelli de testimonio premissorum confessioneque et recepta, datam in castro Quarti die secunda mensis aprilis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, superius redditam in libratis siliginis: - II seraceos, II ruczam et tercium unius rucze, *licet dicte persone valeant plus sextam partem unius rucze*³⁷. Item manu eadem ad expensas trigintaquinque hominum de roydys seu corvatis mense julii anno predicto millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, post dictam primam reparacionem, predictum rivum domini de Preposito reparancium in loco vocato comba Rember, ubi dictus rivus ruptus fuit dictis mense et anno propter obvaliam et habundanciam pluviarum, ad que vacaverunt quasi per unam diem capientibus ut supra, ultra vinum et panem sibi allocatos per litteram dicti Petri Morelli superius proxime designatam et in siligine redditam: - dimidium seraceum, dimidiam ruczam et tercium unius rucze seracei, que sunt in summa:

- II seraceos, VIII ruczes³⁸ et sextum unius rucze seracei

Libravit ad expensas triginta octo hominum manuoperariorum de roydys seu corvatis ...³⁹ manu dicti Petri Morelli [XVII] in quadam

³⁶ Biffé.

³⁷ La phrase *licet dicte persone valeant plus sextam partem unius rucze* est ajoutée dans la marge droite avec un signe de renvoi.

³⁸ Lire *ruczam*.

³⁹ Illisible.

reparacione dicti rivi mense julii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sexto, post primam reparacionem ibidem factam dicto anno tempore quadragesime, inter Valsuana et Clusellinam, ubi dictus rivus casu fortuito fuit ruptus, ad que vacaverunt quasi per unam diem, capiencium ut supra, per litteram publicam dicti Petri de testimonio premissorum confessioneque et recepta, datam in castro Quarti, die secunda mensis aprilis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, superius redditam in libratibus siliginis

- dimidium seraceum, I ruczam et tercium unius rucze

Libravit manu dicti Petri Morelli ad expensas quinquaginta quinque hominum de roydibus seu corvatis, reparancium dictum rivum post primam reparacionem factam ibidem tempore quadragesime, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo, factam mense julii apud Porroczan ubi dictus rivus rupit casu fortuito prope res Jaquemeti Morelli, ad que vacaverunt quasi per unam diem, capiencibus ut supra, per litteram publicam dicti Petri de testimonio premissorum confessioneque et recepta, datam in castro Quarti, die secunda mensis aprilis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, superius redditam in libratibus siliginis

- dimidium seraceum, III ruczam et sextum unius rucze seracei

26 Libravit manu Jaquemeti Cleva de Dovia, mistralis Quarti, ad expensas quingentorum quaterviginti quatuordecim hominum de roydibus seu corvatis, vacancium in prima reparacione facta in dicto rivo Prepositi immediate post Pacha anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo octavo, a loco de la Morgina usque ad torrentem vallis de Roysan, ad que vacaverunt quasi per unam diem capiencium ut supra, ultra vinum et panem sibi pro eodem allocatos, per litteram publicam dicti Jaquemeti de testimonio confessione et recepta, datam in castro Quarti, die secunda mensis aprilis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, superius redditam in libratibus siliginis

- IX seraceos et dimidium, III ruczam seracei

Libravit manu Petri Morelli de Rivo de Porroczan, administratoris dicti rivi, ad expensas quadragintaquinque hominum de roydibus seu corvatis vacancium in reparacione dicti rivi facta mense junii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo octavo, super rebus Johannis Coquilliod de Avillie, ubi dictus rivus erat ruptus casu fortuito post primam reparacionem eiusdem factam dicto anno, ad que vacaverunt quasi per unam diem capiencium ut supra, ultra vinum et

panem sibi pro eodem allocatos: - dimidium seraceum, II ruczaz et dimidiam seracei. Item viginti hominum de roydis seu corvatis vacancium in reparacione dicti rivi mense julii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo octavo in loco dicto Comba Rember, ubi dictus rivus casu fortuito ruppit⁴⁰ propter habundanciam pluviarum, ad que vacaverunt quasi per unam diem capientibus ut supra, ultra vinum et panem pro eodem sibi allocatos, per litteram publicam dicti Petri Morelli de testimonio confessione et recepta, datam in castro Quarti, die secunda mensis aprilis, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, superius redditam in libratis siliginis: - III ruczaz et tercium unius rucze seracei. Que particule sunt in summa:

- I seraceum, dimidiam ruczam et tercium unius rucze seracei

Libravit Vincencio de Nuce, Petro Bestend, Bonifacio Gonterii de Biona, Vulliermeto de Pertuys, Jacobo de Pertuis de Oyacia, Johanni de Carrera de Dovia, genero Johannis Ferrays de Oyacia, Anthonio Alamand et dicto Angilli⁴¹ Alamando de valle Oyacie, parrochie Vallispellina, pro tachia sibi data cindendi duo millia billionorum nemoris brenve in nemoribus versus fondum vallis Oyacie, parrochie de Vallepellina, et ultra locum vocatum Lomeller, per manus et de consilio Petri Morelli de Rivo de Porreczan, administratoris aque dicti rivi, Bonifacii Champapont de Roysan, custodis in certis locis dicti rivi, et Jaquemeti de Cleva de Dovia, mistralis Quarti, ad opus et pro coperiendo dictum rivum domini vocati de Preposito in locis necessariis contra ruynas, ultra panem, vinum et pecuniam sibi pro eodem allocatos per litteram publicam prenominatorum de confessione et recepta, datam in Vallepellina, die nona mensis februarii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, superius redditam in libratis siliginis:

- II seraceos

27 Libravit manu Petri Gorrays de Dovia, mistralis mandamenti Oyacie, ad expensas ducentorum quaterviginti trium hominum operariorum chaciancium et conducencium *per Aquam*⁴² per aquam Bautigii et per montes duo millia billionorum supradictorum pro coperiendo dictum rivum de Preposito in locis necessariis ut supra, vacancium ad premissa quasi per unam diem, a loco videlicet ubi dicti billioni fuerunt cisi usque

⁴⁰ Pour *rupit*.

⁴¹ Lire *Angelino*.

⁴² Biffé.

ad pontem Oyacie transeuncium pluribus ex ipsis et descendencium per berriacios moncium ligatorum funibus, post festum beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sexto, et post Pascha incontinenti anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo octavo, capiencium quolibet per diem [XVIII Quarti] dimidiam ruczam seracei, ultra panem, vinum et pecuniam sibi pro predictis allocatos per litteram publicam dicti Petri de testimonio premissorum confessioneque et recepta, datam in Vallepellina, die nona mensis februarii *anno Domini*⁴³ anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, superius redditam in libratis siliginis. Quorumquidem ducentorum quaterviginti trium hominum, centum duodecim ex ipsis vacaverunt ad predicta tempore autompnii post festum beati Michaelis, a quo tempore festi beati Michaelis usque ad carnisprevium fiunt duodecim rucze in quolibet seraceo, et reliqui occies viginti undecim hominum post Pascha, quo tempore fiunt decem rucze in quolibet seraceo ut supra:

- XIII seraceos, II ruczes et dimidiam seracei ad X

Libravit manu eadem ad expensas trigintaquatuor hominum conducencium et chaciencium dictos billionos a dicto ponte Oyacie inferius per dictam aquam Bautegee usque ad gratatam factam pro extrahendo illos de aqua predicta subtus Rins in parrochia de Roesan, post Pascha dicto anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo, capiencium quolibet per diem dimidiam ruczam seracei ultra panem, vinum et pecuniam sibi inferius allocatos, per litteram dicti Petri superius designatam et redditam in libratis siliginis: - I seraceum et dimidium, II ruczes seracei. Et ad expensas quindecim hominum operariorum nunciorum missorum, vacancium quasi per unam diem portando et ministrando supradictis hominibus victualia panis, vini et seracei dum dictos billionos ciderunt, conduxerunt et per dictam aquam chaciaverunt, capiencium per diem singulis sex ex ipsis unam ruczam seracei, ultra vinum et panem sibi datos pro eodem, sine alio salario licet non fuerunt missi de roydys, per litteram dicti Petri Gorrays superius redditam: - II ruczes et dimidiam seracei. Que particule sunt in summa:

- I seraceum et dimidium, III ruczes et dimidiam ad decem

Libravit ad expensas viginti octo hominum operariorum de roydys seu corvatis manu Theobaldi de Crista, mistralis de Roysan, vacancium quasi per unam diem facendo estanchiam seu gratatam in aqua Bautegee

⁴³ Biffè.

subtus Ryns, pro arrendando supradictos billionos, et viginti sex hominum operariorum de roydys seu corvatis extrahencium dictos billionos de aqua predicta Bautegii pro dicto rivo Bauthegii⁴⁴ coperiendo ut supra, vacancium ad predicta quasi per unam diem, capientibus singulis sex ex ipsis unam ruczam seracei, ultra panem et vinum, per litteram publicam dicti Theobaldi de testimonio premissorum, confessione et recepta, datam in castro Quarti, die secunda mensis aprilis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, superius redditam in libratis siliginis: - IX ruczes seracei ad X

Libravit manu Johannis Cuaa supradicti ad expensas quindecim hominum de roydys seu corvatis, vacancium quasi per unam diem recolligendo et levando fena decimarum pratorum domini de Stanno et herbagiorum domino debitorum a Maladeria usque ad Pontem Lapideum in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, capiencium singulis sex ex ipsis unam ruczam seracei per diem more solito, ut in computo precedenti: - II ruczes et dimidiam seracei. Item tresdecim hominum operariorum de roydys seu corvatis vacancium quasi per unam diem recolligendo dicta fena in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sexto: - II ruczes et sextum unius rucze seracei. Item quatuordecim hominum vacancium ad idem anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo: - II ruczes et tercium unius rucze seracei, et ad expensas duodecim hominum vacancium ad idem in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo octavo: - II ruczam seracei. Item ad expensas sex hominum de roydys seu corvatis quasi per unam diem flagellancium blada decime domini de Augusta in annis Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, octuagesimo sexto, octuagesimo septimo et octuagesimo octavo, quolibet dictorum quatuor annorum per homines qui sunt numero pro dictis quatuor annis XXIII homines, capiencium singulis sex hominibus unam ruczam seracei more solito ut in computo precedenti, ultra panem et vinum: - III ruczes seracei. Item ad expensas viginti hominum operariorum de roydys seu corvatis vacancium quasi per unam diem cindendo de nemore domini insule Quarti pro circulis ad opus doliiorum domini religandorum fiendis, in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto; item decemnovem hominum vacancium ad idem in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sexto; item viginti unius hominum

⁴⁴ Lire *Prepositi*.

quasi per unam diem vacancium ad idem in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo, et ad expensas viginti duorum hominum de roydīs seu corvatis vacancium ad idem quasi per unam diem in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo octavo, qui sunt numero III^{XX} II homines, capientibus singulis sex ex ipsis unam ruczam seracei ut in computo precedenti: - I seraceum et duas partes unus rucze seracei, ultra panem et vinum sibi per eodem allocatos [**XIX Quarti**] per litteram publicam dicti Johannis Cuaa de testimonio premissorum, confessioneque et recepta, datam in castro Quarti, die secunda mensis aprilis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, superius redditam in libratis siliginis:

- II seraceos, VI ruczes et duas partes unius rucze seracei
- 28** Libravit manu Johannis Cuaa supradicti ad expensas quinque hominum et quinque mulierum operariorum de roydīs seu corvatis, vacancium quasi per unam diem in succuciendo et colligendo nuces domini prope et circa castrum domini de Quarto, in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, item quatuor hominum et quatuor mulierum vacancium ad idem in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sexto; item sex hominum et octo mulierum ad idem vacancium in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo, et ad expensas quatuor hominum et sex mulierum ad predicta vacancium quasi per unam diem in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo octavo, qui sunt in summa XLII homines et mulieres, capientibus singulis sex ex ipsis unam ruczam seracei more solito, ut in computo precedenti, ultra panem et vinum sibi pro premissis allocatos per litteram publicam dicti Johannis Cuaa inferius designatam: - VII ruczes seracei. Item quatuor hominibus et quatuor mulieribus vacantibus quasi per unam diem succuciendo et colligendo nuces arborum viridarii quod fuit Reynaldi, naturalis de Quarto quondam, siti apud Quartum, loco dicto Lavenchella, in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo, domino exceyti; item tribus hominibus et tribus mulieribus vacantibus ad predicta quasi per unam diem in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo octavo, qui sunt numero XIII homines et mulieres, capientibus ut supra: - II ruczes et tercium unus rucze seracei; item manu eadem sex hominibus operariis de roydīs seu corvatis vacantibus ad vindemiandum vineam supradicti Reynaldi, naturalis de Quarto quondam, cum topiis seu trelliis suis domino commissam in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo

septimo; item octo hominibus ad predicta vacantibus anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo octavo: - II ruczes et tercium unius rucze seracei; item quatuor hominibus secatoribus de roydys seu corvatis, vacantibus quasi per unam diem secando pratum seu viridarium supradicti Reynaldi quondam, situm loco dicto Lavenchella domino commissum in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo, et ad expensas quatuor hominum secatorum vacancium ad idem in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo octavo, tam pro feno ordinario quam pro recorso, capiente quolibet dictorum octo hominum secatorum dimidiam ruczam seracei: - III ruczam seracei. Item ad expensis decem hominum operariorum de roydys seu corvatis ad fenandum et recolligendum fenum dicti prati quasi per unam diem vacancium in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo, et ad expensas undecim hominum de roydys seu corvatis vacancium ad premissa in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo octavo, capientibus singulis sex ex dictis manuoperariis unam ruczam seracei more solito: - III ruczes et dimidiam seracei. Item manu eadem ad expensas quaterviginti unius hominum operariorum de roydys vacancium quasi per unam diem ministrando Dominico de Vyellimorta, carpentatori, neccessaria in reparacione castri domini de Quarto infra tempus quatuor annorum de quibus computat ut supra, capiencium ut supra: - XIII ruczes et dimidiam seracei. Item ad expensas quatuordecim hominum de roydys vacancium quasi per unam diem cindendo bornellos in nemore domini vocato de Panperdu, pro fonte domini de Quarto in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto. Item ad expensas sexdecim hominum de roydys perforancium et implicancium dictos bornellos eodem anno. Item ad expensas triginta sex hominum de roydys vacancium quasi per unam diem ad bornellos pro eodem cindendos, apportandos, perforandos et implicandos modo supradicto in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sexto. Item ad expensas triginta unius hominum de roydys vacancium ad idem in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo, et ad expensas vigintiseptem hominum de roydys ad premissa vacancium in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo octavo, qui operarii sunt in summa sexcies viginti quatuor homines, capientibus singulis sex ex ipsis unam ruczam seracei ut supra, ultra panem et vinum sibi propter hec allocatos, per litteram publicam dicti Johannis Cuaa de testimonio premissorum confessioneque et

recepta, datam die secunda mensis aprilis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, superius redditam in libratis siliginis: - II seraceos, II tercia unius rucze; que particule suprascripte sunt in summa: - V seraceos, III ruczes

29 Prandia:

Libravit illis quibus solvendo servicia prandia dantur ut supra in libratis siliginis, et dantur singulis octo **[XX Quarti]** pro prandio una rucza seracei, et sunt in seraceo duodecim rucze cum sit ante carnisprivium, scilicet in crastinum Nativitatis Domini incipiente currere anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sexto, more solito ut in computo precedenti, et allocantur pro triginta quinque prandiis, quarto et sexto unius prandii, debitis ibidem modo superius in libratis siliginis declarato:

- IIII ruczes, quartum et sextum unius rucze seracei ad duodecim

Libravit eisdem pro eodem et eodem termino festi beati Stephani in crastinum festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo, octuagesimo octavo et octuagesimo nono, causis et modis superius declaratis, ad racionem quatuor ruczarum, quarti et sexti unius rucze seracei pro quolibet dictorum trium annorum

- I seraceum, I ruczam et quartum unius rucze seracei ad XII

Summa librate : - LII seracei, VIII ruczes, III quartos, dimidium quartum unius rucze ad X

Et sic debet: - CXVIII seraceos, IX ruczes et dimidiam et dimidium quartum unius rucze seracei ad X.

Venduntur in fine computi

Butiri :

De triginta libris butiri debitis in dicta castellania pridem de redditu per annum per Georgium Alamandi, Jacobum Bellionis et liberos Jacobi Alamandi, habitatores vallis Oyacie, nichil computat quia domina domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, tradidit dictas triginta libras butiri occasione qua supra in frumento. Et fit eidem castellano similes iniunctiones⁴⁵ que ibidem.

Arragium:

⁴⁵ Dans la marge gauche: *vide*.

Recepit a se ipso quas debebat pro remanencia sui computi
precedentis - XXX libras butiri

Summa arragii: - XXX libras butiri
Venduntur in fine computi.

Senapium:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de una emina, duobus eminalibus senapii pridem domino debitis ibidem de redditu per annum, ut in computo precedenti, deductis de ipsis duobus eminalibus senapii debitis apud Doviam, videlicet per personas et particulas in computo precedenti specificè nominatis et descriptis per dominam domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, occasione quo supra in frumento traditis in festo beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, et fit eidem similis iniunctio⁴⁶ que supra in frumento

- I eminam senapii

Recepit ibidem pro eodem et eodem termino festi beati Michaelis annorum Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sexto, octuagesimo septimo et octuagesimo octavo, ad rationem unius emine senapii pro quolibet dictorum trium annorum factis deductione et iniunctione superius in frumento declaratis

- I sestarium, eminam senapii

Arragium:

Recepit a se ipso quas et que debebat pro remanencia sui computi
precedentis - II eminas, II eminalia senapii

Summa incluso arragio: - III sestaria, II eminalia senapii
Venduntur in fine computi.

30

Capones et galline:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de quater centum decemocto caponibus, quarta parte unius caponis et quintam partem duodecime partis unius caponis, pridem debitis in dicta castellania de redditu per annum circa carnisprevium et de viginti caponibus ibidem plus deberi repertis de redditu per annum eodem

⁴⁶ Dans la marge gauche: *vide*.

termino per dictos castellanum et Johannem Gontereti notarium, receptorem excentarum domini in dicta castellania Quarti, ut in computo precedenti, que quidem due particule sunt in summa quatercentum triginta octo capones, quarta pars unius caponis et quinta pars duodecime partis unius caponis, deductis de ipsis ducentis sexaginta septem caponibus et dimidio per dominam domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam traditis occasione qua supra in frumento, debitis per personas in computo precedenti particulariter et specificce nominatas, et computat pro termino carnisprevii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sexto, et fiunt eidem castellano similes iniunctiones que supra in frumento

- CLXX capones, III quartos et quintam pars duodecime partis unius caponis

Recepit ibidem pro eodem et eodem termino carnisprevii annorum Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo, octuagesimo octavo et octuagesimo nono, ad rationem dictorum centum septuaginta caponum, trium pernicium⁴⁷ [XXI Quarti] unius caponis et quinte partis duodecime partis unius caponis pro quolibet dictorum trium annorum, factis deductionibus et iniunctionibus supra proxime dictis

- V^C XII capones, sextum, dimidium quartum unius caponis

De tribus gallinis redditus annui debitis, una cum decem solidis annui servicii, per Jaquimum de Parlea pro quodam novali seu terra de novo ad culturam redacta, que fuit per dominum de Quarto albergata Adde de Parlea, patri dicti Jaquimini quondam, quod novale fuit postea repertum esse de feudo quod a domino de Quarto tenebant Petrus et Vioninus de Clusellina, domicelli, et adhuc tenent in feudum nobile, ut per instrumentum publicum recognitionis et regithie dictorum fratrum, receptum per Johannem Gontereti notarium et procuratorem domini in Valle Augusta, sub anno Domini millesimo tercentesimo sexagesimo sexto, indicione quarta, die undecima mensis januarii, ostensum in tercio computo precedenti, nichil computat quod dicti fratres et eorum heredes ut dicti castellanus et procurator asserunt, adhuc dictum feudum tenent et deserviunt, ut dicitur in computo precedenti.

Novus redditus pro excheytis :

⁴⁷ Lire *perdicum* (perdrix = *perdix*, *perdicis*).

Recepit a Johanne Ramuesi de Quarto quem debebat per annum Reynaldo naturali de Quarto, cuius Reynaldi bona fuerunt et sunt domino excheyta et commissa ob mortem dicti Reynaldi ut supra, ultra alia servicia et usagia de quibus computat ut infra, et computat pro termino carnisprevii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo octavo - I caponem

Recepit ab eodem pro eodem et eodem termino carnisprevii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono - I caponem

Arragium:

Recepit a se ipso quos debebat pro remanencia sui computi precedentis

- VI^C IIII capones, quartum et sextum duodecime partis unius caponis

Summa incluso arragio:

- M II^C IIII^{XX} IX capones, duodecimus et dimidius quartus duodecime partis unius caponis

31 De quibus libravit domino priori Sancti Ursi quem, ultra siliginem superius et pecuniam inferius allocatas eidem *inferius*⁴⁸ in suis titulis, dominus de Quarto debet annuatim pro feudo quod ab ecclesia Sancti Ursi tenebat, et solvit eidem pro terminis festi beati Ursi, quod colitur die secunda mensis februarii annorum Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sexto, octuagesimo septimo, octuagesimo octavo et octuagesimo nono, ad rationem unius caponis pro quolibet dictorum quatuor annorum, pretextu recognitionis domini de Quarto quondam copiate in libratis siliginis tercii computi precedentis et per litteram publicam domini Berthodi, prioris Sancti Ursi, de confessione et recepta, datam die duodecima mensis marcii, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, superius redditam in libratis siliginis - IIII capones

Libravit domino Petro Chyriaci, canonico et distributori ecclesie beate Marie de Augusta, quos, ultra pecuniam infra in suo titulo allocatam, dominus de Quarto quondam eidem ecclesie debebat annuatim pro feudo quod dominus ab eadem ecclesia tenet, vocato de Establo, ut in quodam publico instrumento compositionis facte inter

⁴⁸ Biffé.

venerabiles dominos Anthonium de Billens, prepositum, et capitulum Auguste, et potentem virum dominum Henricum, dominum de Quarto, militem quondam, recepto per Aymonetum Boveti de Porta Sancti Ursi, notarium publicum, sub anno Domini millesimo tercentesimo sexagesimo septimo, indicione quinta, nonas aprilis, in tercio computo precedenti plenius declarato, et solvit sibi pro termino carnisprevii annorum Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sexto, octuagesimo septimo et octuagesimo octavo, ad rationem unius caponis pro quolibet dictorum trium annorum, per litteram publicam dicti domini Petri Chiriaci de confessione [XXII Quarti] et recepta, *dicti domini Petri Chyriati*,⁴⁹ datam Auguste die XV mensis aprilis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, quam reddit manu Johannis Gontereti de Augusta notarii signatam, quasdam alias libratas pecunie continentem, pro eodem sibi inferius allocatas - III capones

Libravit domino Aymoni de Sala, canonico et distributori dicte ecclesie Beate Marie de Augusta, pro eodem et eodem modo et solvit eidem pro termino carnisprevii anni Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, per litteram publicam dicti domini Aymonis de confessione et recepta, datam Auguste die XV mensis aprilis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, quam reddit, manu dicti Johannis Gontereti de Augusta notarii signatam, continentem confessionem decem novem solidorum bone monete Auguste pro eodem sibi inferius allocatos⁵⁰ in libratas pecunie - I caponem

Deducitur eidem pro Aymoneta, filia quondam Peronodi Roncignodi de Quarto, pro qua computavit particulariter in computo de anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo septimo et in presenti et in precedentibus summarie de uno capone, per errorem et ex inadvertenciam, licet non debeat nisi dumtaxat medietatem unius caponis de redditu per annum, per instrumentum publicum recognitionis dicte Aymonete receptum per Johannem Gontereti, notarium publicum, procuratorem et receptorem extentarum domini in Valle Augusta, sub anno Domini millesimo tercentesimo sexagesimo septimo, indicione quinta, die vicesima secunda mensis januarii, copiatum in tercio computo precedenti, et deducitur eidem pro terminis carnisprevii annorum Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sexto,

⁴⁹ Biffé.

⁵⁰ Pour *allocatorum*.

octuagesimo septimo, octuagesimo octavo et octuagesimo nono, pro
quolibet dictorum quatuor annorum dimidius capo - II capones

Summa librate et deducti: - X capones

Et sic debet:

- M II^C LXXIX capones, duodecimum et dimidium quartum
duodecime partis unius caponis

Venduntur in fine computi.

32

Pernices:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu
per annum de decem octo pernicibus domino pridem debitis ibidem in
festo Nativitatis Domini in parrochiis, locis et villagiis in tercio computo
precedenti de anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo
septimo particulariter nominatis, deductis de ipsis tribus pernicibus per
dominam domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini
de Quarto quondam, occasione qua supra in frumento, traditis et debitis
per personas et in locis in computo precedenti specificiter declaratis, et
computat pro termino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere
anni Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sexto, et fit eidem
castellano similis iniunctio⁵¹ que supra in frumento - XV pernicies

Recepit ab eisdem ibidem pro eodem et eodem termino festi
Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo
tercentesimo octuagesimo septimo, octuagesimo octavo et octuagesimo
nono, ad rationem quindecim pernicium pro quolibet dictorum trium
annorum, et fit eidem similis iniunctio⁵² que supra - XLV pernicies

De una pernice quam Aymonodus Cuyllier de Porta Sancti Ursi
quondam, pater Emerici Cuyllier notarii, recognovit una cum duobus
denariis debere domino de Quarto quondam, singulis annis quibus fieret
bequeria ante domum ipsius Aymonodi, sitam in civitate Auguste loco
dicto Cyta, iuxta carrerias publicas antierus domum Eymerici de
Roncheto inferius et exitum seu parvum alorium superius, non computat
quia non fuit ibidem bequeria seu macellum per tempus de quo
computat ut dicit.

Arragium:

⁵¹ Dans la marge gauche: *vide*.

⁵² Dans la marge gauche: *vide*.

Recepit a se ipso quas debebat pro remanencia sui computi
precedentis - XXXIII pernices

Summa incluso arragio: - III^{XX} XIII pernices
Venduntur in fine computi.

Castrones seu mutones:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu per annum in festo beati Martini yemalis de viginti septem castronibus, una canali cum dimidia castronis ibidem pridem domino debitis ut in computo precedenti, deductis de ipsis viginti tribus castronibus, una canali cum dimidia castronis per dominam domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, occasione qua supra in frumento [XXIII Quarti] traditis debitisque per personas et in locis in computo precedenti specificice descriptis, et computat pro termino festi beati Martini yemalis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto - III castrones

Recepit ibidem pro eodem et eodem termino festi beati Martini yemalis annorum Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sexto, octuagesimo septimo et octuagesimo octavo, ad rationem dictionum quatuor castronum pro quolibet dictionum trium annorum, factis deductionibus et iniunctione quibus supra - XII castrones

33

Decime agnorum:

De exitu decimarum agnorum domino prius domino pertinentis⁵³ ratione dicti loci de Quarto, apud Olomont, parrochie Vallispelline, et apud Doviam, parrochie dicti loci, pro quo fuit computatum in quarto computo precedenti de tribus agnis, nichil computat quia dicte decime sunt infra limites tradicionis per dominam facte dicte domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, occasione qua supra in frumento.

Herbagium:

De herbagio muthonum transeuncium per dictam castellanium pro quibus levantur apud Pontem Lapideum, pro singulis quinque trentenariis muthonum transeuncium per mandamentum Quarti et

⁵³ Pour *pertinencium*.

Oyacie, unus mutho pro herbagio, ut in computo precedenti, nichil computat pro annis Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto et octuagesimo sexto, quia nichil pro eodem recepit, eo quod nulli muthones transierunt ibidem per dictum tempus, ut dicit et suo asserit juramento.⁵⁴

Recepit pro eodem herbagio manu Mermeti Sartoris de Villafrancha circa festum beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo - III castrones

Item manu eadem pro eodem - I agnum

Item manu bastardi de Verrecio pro eodem et eodem anno - I castronem

Et manu Johannis Gontereti, procuratoris domini in Valle Augusta, pro eodem et eodem anno millesimo tercentesimo octuagesimo septimo - V castrones

Recepit pro edem herbagio manu supradicti Memeti Sartoris circa festum beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo octavo, nec inde plus recepit ut suo asserit juramento nec aliter pro ipso - II castrones

Arragium:

Recepit a se ipso quos debebat pro remanencia sui computi precedentis - XXXV muthones seu castrones

Et: - I chanalem et dimidiam castronis

Summa incluso arragio: - I agnus

- I canal et dimidiam castronis

Et: - LXII muthones seu castrones

Venduntur in fine computi.

34

Vinum:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu per annum in vindemiis de sex modiis, tribus sestariis, tercio, quarto et

⁵⁴ Dans la marge droite: *Dixit tamen dictus castellanus quod Anthonius de Contessa, civis Ypporegie, plures quantitates mutonum et agnorum duci et transiri fecit infra tempus de quo computat, pro quibus ab eodem nichil cepit quia dominus dictum Anthonium liberavit, quictavit et franchivit ab omnibus pedagis, leydis, gabellis, passagiis, pontanagiis et herbagiis, spacio decem annorum, incohatorum die penultima mensis julii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo, cuius copiam reddit manu Johannis Casei de Augusta junioris notarii signatam.*

dimidio quarto unius sestarii vini ad parvam mensuram Auguste, triginta duobus modiis, octo sestariis, una emina, una quartana cum dimidia ad magnam mensuram Auguste, debitis ibidem de reddito per annum ut supra, deducto de eisdem uno sestario vini ad magnam mensuram Auguste per dominam domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, occasione qua supra in frumento, in parrochia de Roysan pro loco de Rins, tradito et debito per personas in computo precedenti specificè nominatas in vindemiis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto

- VI modia, III sestaria, tercium, quartum, dimidium quartum unius sestarii ad parvam mensuram Auguste

Et:

- XXXII modia, VII sestaria, eminam, I quartanam et dimidiam vini ad magnam mensuram Auguste

Recepit ibidem pro eodem, facta deductione predicta, in vindemiis annis Domini millesimi tercentesimi octuagesimi sexto, octuagesimo septimo et octuagesimo octavo, ad rationem dictorum sex modiorum, trium sestariorum, tercii, quarti et dimidii quarti unius sestarii vini ad parvam mensuram Auguste, trigintaduorum modiorum, septem sestariorum, emine, unius quartane et dimidie vini, ad magnam mensuram Auguste pro quolibet dictorum trium annorum seu terminorum

- XVIII modia, XI sestaria, dimidium quartum unius sestarii vini ad parvam mensuram Auguste

Et:

- III^{XX} XVII modia, XI sestaria, II quartanas et dimidiam vini ad magnam mensuram Auguste

[XXIII Quarti] Recepit a personis in tribus particulis tercii computi precedentis particulariter et specificè nominatis de reddito per annum in vindemiis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, modis et causis in dicto computo declaratis

- VI modia, III sestaria, dimidiam quartanam vini

Recepit ibidem ab eisdem pro eodem et eodem termino vindemiarum annorum Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sexto, octuagesimo septimo et octuagesimo octavo, ad rationem dictorum sex modiorum, quatuor sestariorum et dimidie quartane vini pro quolibet dictorum trium annorum seu terminorum

- XIX modia, I quartanam et dimidiam vini

Recepit a Johanne Vidondo, habitatore Quarti, pro quadam vinea modici valoris vocata de Crista, que erat deserta, dicto Johanni per eundem castellanum pro tanto sine introgiis aliquibus albergata ut in computo precedenti de reddito per annum in vindemiis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto - I quartanam vini

Recepit ab eodem pro eodem et eodem termino vindemiarum annorum Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sexto, octuagesimo septimo et octuagesimo octavo, ad rationem dicte quartane pro quolibet dictorum trium annorum seu terminorum

- III quartane vini

Decime:

Recepit manu Vulliermeti Chapel, collectoris decimarum domini que levantur in certis possessionibus existentibus a torrente Clausi Novi, inter Sarro et Augustam, usque ad civitatem Auguste, in quibus dominus percipit duas partes medietatis, et reliquam terciam partem ipsius medietatis percipit dominus Jacobus Bonerii de Dovia, canonicus augustensis, et reliquam medietatem percipit dominus de Monte Joveto sicut supra in frumento et siligine, in vindemiis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, et respondet minus ipso anno de tresdecim sestariis vini anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto precedente - III modia, VIII sestaria vini

Recepit manu eadem pro dictis decimis in vindemiis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sexto et respondet minus ipso anno quam anno proxime precedenti de quinque sestariis vini, nec inde plus recepit ut suo asserit juramento, nec alter mandato suo

35

- III modia, III sestaria vini

Recepit manu Johannis dicti Roveyn, habitatoris Auguste, collectoris supradictarum decimarum, in vindemiis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo et respondet minus de tribus sestariis vini quam anno proxime precedenti, nec inde plus recepit ut suo asserit juramento - III modia vini

Recepit manu eadem pro eisdem decimis in vindemiis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo octavo et respondet plus de uno modio vini quam anno proximo precedente, currente anno millesimo tercentesimo octuagesimo septimo, et inde nichil plus recepit ut suo asserit juramento - IIII modia vini

Novus redditus:

Recepit a Vuillo de Chamero pro quibusdam rebus que fuerunt de bonis Johannis Coquilliodi, parrochie Quarti quondam, domino commissis et excheytis ob mortem dicti Johannis, sitis in villa Quarti, sibi albergatis per dictum castellanum tamquam commissarium domini pro tanto de novo reddito per annum, sine introgiis, ultra servicia et alia antiqua usagia proinde solvi solita, et computat pro vindemiis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo - IIII sestaria vini

Recepit ab eodem pro eodem et eodem termino vindemiarum anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo octavo - IIII sestaria vini

Recepit manu Hudrici de Parlea et Johannis de Parlea de exitu decime cuiusdam pecie vinee jacentis in parrochia Sancti Christofori, loco dicto Fontanelles, que fuit Michaelis de Parlea quondam, in vindemiis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, nec inde plus recepit ut suo asserit iuramento - III quartanas vini

Recepit manu eadem pro eadem decima in vindemiis annis Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sexto, octuagesimo septimo et octuagesimo octavo, ad racionem trium quartanarum vini pro quolibet dictorum trium annorum, nec inde plus recepit, ut suo asserit iuramento

- II sestaria, I quartanam vini

Exitus vinee domini:

De exitu vinee domini vocate de Ryns, continentis circa decem fossoriatas, nichil computat quia domina ipsum exitum tradidit domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, occasione superius in frumento declarata.

Exitus vinearum Reynaldi naturalis de Quarto:

Recepit manu Johannis dicti Cuaa de Dovia, porterii Quarti de et pro exitu vinee et topiarum seu trilliarum que fuernt Reynaldi naturalis de Quarto quondam, domino excheytarum per mortem dicti Reynaldi, continentis circa septem fossoriata, site apud Quartum loco dicto a la Fayta, in vindemiis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo - VI sestaria vini

Recepit manu eadem de exitu dictarum vinee et topiarum seu trilliarum in vindemiis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo octavo, nec plus recepit ut dicit - VII sestaria vini⁵⁵

Arragium:

⁵⁵ Dans la marge gauche : *Cheyserie [...] [...]*, et dans la marge droite : *I modium vini in dorso.*

Recepit a se ipso que debebat pro remanencia sui computi
precedentis: - IIII^{XX} XV modia, III sestaria, dimidiam quartanam vini
Et: - II modia vini aceti

Summa, computatis quatuor quarteronis pro una quartana, duabus
quartanis pro una emina, duabus eminis pro uno sestario et duodecim
sestariis pro uno modio, tam [XXV Quarti] ad magnam quam parvam
mensuras, et computatis novem sestariis ad parvam mensuram pro octo
sestariis ad magnam mensuram, quia sic equipolere dicuntur ut in
computo precedenti dicitur

- II^C IIII^{XX} X modia, VIII sestaria, III quarteroni et dimidius vini

Et: - II modia aceti

Rivus Prepositi:

Libravit Bonifacio, genero Aymonodi Champapont, custodi rivi
domini vocati de Preposito, a loco principii dicti rivi vocato La Morina,
usque ad locum vocatum de Vallesuana subtus Roysan, quasi per unam
leucam, per quod spacium custodire debet dictum rivum pro tanto de
vino per annum, ultra seraceum, siliginem et pecuniam sibi pro eodem
allocatos in suis locis et titulis, ut in computo precedenti et more solito,
et solvit sibi pro annis millesimo tercentesimo octuagesimo quinto,
octuagesimo sexto, octuagesimo septimo et octuagesimo octavo, ad
rationem unius sestarii vini pro quolibet dicatorum quatuor annorum, per
litteram publicam dicti Bonifacii de testimonio premissorum,
confessioneque et recepta, datam in castro Quarti die secunda mensis
aprilis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, superius
redditam in siligine - IIII sestaria vini.

36 *Reparacio dicti rivi Prepositi:*

Libravit manu Petri Morelli de Rivo de Porroczan, administratoris
aque dicti rivi vocati de Preposito, ad expensas sexcies viginti
quindecim hominum operariorum de roydys seu corvatis, vacancium
quasi per unam diem immediate post Pascha, anno Domini millesimo
tercentesimo octuagesimo quinto, in reparacione rivi domini vocati de
Preposito a loco de la Morina usque ad torrentem de Roysan in valle,
capiencium quolibet ipsorum per diem unum quarteronum vini more
solito ut in computo precedenti, per litteram publicam dicti Petri Morelli
de testimonio, confessione et recepta, datam in Quarto, die secunda
mensis aprilis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono,
superius redditam in libratis siliginis

Anselmo Pession

- VIII sestaria, I quartanam, III quarteronos vini

Libravit manu eadem ad expensas triginta quinque hominum operariorum de roydīs seu corvatis vacancium quasi per unam diem anno supradicto, in reparacione dicti rivi per eosdem reparati in loco vocato Comba Rembert, ubi dictus rivus ruptus erat ipso anno mense julii, capiente quolibet per diem ut alii supradicti, per litteram dicti Petri Morelli supra proxime redditam

- II sestaria, III quarteronos vini

Libravit manu Jaquemeti de Cleva de Dovia, mistralis Quarti, ad expensas tercentum quadraginta octo hominum de roydīs seu corvatis, quasi per unam diem vacancium tempore quadragesime anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sexto in reparacione dicti rivi a loco de la Morgina usque ad torrentem vallis de Roysan, capiencium quolibet ut supra, per litteram publicam dicti Jaquemeti de confessione et recepta, datam die secunda mensis aprilis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, superius redditam in librata siliginis

- I modium, IX sestaria, I eminam, I quartanam vini

Libravit manu Petri Morelli de Rivo supradicti, ad expensas triginta octo hominum operariorum de roydīs seu corvatis reparancium dictum rivum post dictam reparacionem mense julii anno predicto millesimo tercentesimo octuagesimo sexto inter Vallesuanam et Clusellinam, ubi dictus rivus casu fortuito erat ruptus, ad que vacaverunt quasi per unam diem capiente quolibet ut supra, per litteram publicam dicti Petri Morelli de testimonio premissorum, confessione et recepta, datam die secunda mensis aprilis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, superius redditam in libratis siliginis

- II sestaria, I quartanam et dimidiam vini

Libravit manu Jaquemeti de Cleva supradicti, ad expensas tercentum viginti hominum operariorum de roydīs seu corvatis, vacancium quasi per unam diem in reparacione dicti rivi facta ibidem tempore quadragesime anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo, videlicet a loco de la Morgina usque ad torrentem vallis de Roysan, capiencium prout alii supradicti, per litteram publicam dicti Jaquemeti de confessione et recepta, datam castro Quarti, die secunda mensis aprilis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono superius redditam in librata siliginis

- I modium, VIII sestaria, eminam vini

Libravit manu Petri Morelli supradicti, ad expensas quinquaginta quinque hominum operariorum de roydīs seu corvatis, vacancium quasi

per unam diem in reparacione dicti rivi facta [XXVI Quarti] post dictam primam reparacionem mense julii anno predicto millesimo tercentesimo octuagesimo septimo, versus Porreczan, ubi dictus rivus ruppit prope res Jaquemeti Morelli, capiencium quolibet ut alii supradicti, per litteram publicam dicti Petri Morelli de confessione et recepta, datam die secunda mensis aprilis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, superius redditam in libratis siliginis

- III sestaria, I quartanam, III quarteronos vini

Libravit manu Jaquemeti de Cleva de Dovia supradicti, ad expensas quingentorum quaterviginti quatuordecim hominum de roydis seu corvatis, vacancium quasi per unam diem, immediate post Pascha anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo octavo, in reparacione dicti rivi de Preposito, videlicet a loco de la Morgina usque ad torrentem vallis de Roysan, capiencium ut supra, per litteram publicam dicti Jaquemeti de confessione et recepta, datam die secunda mensis aprilis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, superius redditam in libratis siliginis

- III modia, I sestarium, dimidiam quartanam vini

- 37 Libravit manu Petri Morelli supradicti, ad expensas quadraginta quinque hominum operariorum de roydis seu corvatis, vacancium quasi per unam diem mense junii anno predicto millesimo tercentesimo octuagesimo octavo, in reparacione dicti rivi facta super rebus Johannis Coquilliod de Avillie, ubi dictus rivus casu fortuito dicto mense ruppit post primam reparacionem anno eodem factam, capiencium quolibet ut supra, per litteram publicam dicti Petri Morelli de confessione et recepta, datam die secunda mensis aprilis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, superius redditam in libratis siliginis: - II sestaria, eminam, V quarteronos vini. Item manu eadem ad expensas viginti hominum operariorum de roydis seu corvatis, vacancium quasi per unam diem in reparacione dicti rivi facta post predictam reparacionem mense julii anno predicto millesimo tercentesimo octuagesimo octavo, in loco dicto Comba Rembert, ubi dictus rivus propter abundanciam pluviarum, casu fortuito, fuit ruptus, capiencium prout supradicti, per litteram supra proxime designatam et in libratis siliginis redditam: - I sestarium, I quartanam vini. Que due particule sunt in summa

- IIII sestaria, I quarteronum vini

Libravit Vincencio de Nuce, Petro Bestend, Bonifacio Gonterii de Bona, Vuilliermeto de Pertuis, Jacobo de Pertuis de Oyacia, Johanni de

Carrera, genero Johannis Ferrarys de Oyacia, Anthonio Alamand et dicto Angilli Alamando de Valle Oyacie, parrochie Vallispelline, pro tachia sibi data cindendi duo millia billionorum nemoris breve in nemoribus versus fondum Vallis Oyacie, parrochie de Vallepellina, ultra locum vocatum Lo Mellier, pro tanto de vino, ultra siliginem, seraceum et pecuniam sibi datas pro eodem et eidem castellano allocatis in suis locis et titulis, per litteram publicam prenominatorum superius redditam in libratibus siliginis, datam die nona mensis februarii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono - II sestaria vini

Libravit manu Petri Gorrays de Dovia, mistralis mandamenti Oyacie, ad expensis ducentum quaterviginti trium hominum operariorum vacancium quasi per unam diem chaciando dictos billionos et conducendo a locis et montibus ubi sicut supra cisi fuerunt, per aquam Bautigii alias Butier, usque ad pontem Oyacie, pluribus ex dictis hominibus descendentibus per berriacios moncium funibus ligatis: - I modium, V sestaria, emina, III quarteronos vini. Item manu eadem ad expensas trigintaquatuor hominum operariorum vacancium in chacia ditorum billionorum, extrahendo ipsos a montibus et aqua predicta in ponte Oyacie et conducendum ipsos a dicto ponte Oyacie inferius per dictam aquam usque ad gratam factam et extrahendo ipsos de dicta aqua subtus Ryns, in parrochia de Roysan, pro coperiendo dictum rivum in locis solitis et necessariis: - II sestaria, dimidiam quartanam vini. Et ad expensas quindecim hominum, quasi per unam diem, supradictis hominibus victum ad dicta loca apportancium et ministrancium: - III quartanas, III quarteronos vini, per litteram publicam dicti **[XXVII Quarti]** Petri Gorrays de testimonio premissorum confessioneque et recepta, datam in Vallepellina die nona mensis februarii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, superius redditam in libratibus siliginis. Que particule sunt in summa:

- I modium, VIII sestaria, emina, I quartana vini

Libravit manu Theobaldi de Crista ad expensas viginti octo hominum operariorum de roydys seu corvatis, vacancium quasi per unam diem faciendo gratam seu estanchiam in dicta aqua Bautegii subtum Ryns, pro arrestando billionos supradictos, et vigintisex hominum operariorum de roydys seu corvatis vacancium quasi per unam diem arrestando et extrahendo dictos billionos de dicta aqua Bautegii, capiendum quolibet ipsorum per diem unum quarteronum vini ut alii supradicti, per litteram

publicam dicti Theobaldi de Crista de testimonio premissorum confessioneque et recepta, superius redditam in libratis siliginis

- II sestaria, I quartanam et dimidiam vini

Libravit manu Jaquemeti Cleva de Dovia, mistralis Quarti, ad expensas ducentorum septuaginta unius hominum de roydys seu corvatis, vacancium quasi per unam diem in reparacione dicti rivi Prepositi facta ibidem tempore quadregesime anno presenti millesimo tercentesimo octuagesimo nono, videlicet a loco de la Morgona⁵⁶ usque ad torrentem vallis de Roysan, capiencium quolibet per diem prout alii supradicti, per litteram publicam dicti Jaquemeti Cleva de confessione et recepta, datam in castro Quarti, die XXIII mensis aprilis anno predicto millesimo tercentesimo octuagesimo nono, superius redditam in libratis siliginis, que est minus de duobus quarteronis

- I modium, III sestaria, eminam, I quartanam, III quarteronos vini

- 38** Libravit manu Johannis Cuaa de Dovia supradicti ad expensas quindecim hominum operariorum de roydys seu corvatis, vacancium quasi per unam diem recolligendo et levando fena decimarum pratorum domini de Stanno et herbagiorum domino debitorum a Maladeria usque ad Pontem Lapideum, in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, capiencium quolibet ut supradicti: - I eminam, I quartanam, III quarteronos vini. Item ad expensas tresdecim hominum ad premissa vacancium quasi per unam diem *anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sexto*,⁵⁷ capiencium ut supra: - I eminam, I quartanam, I quarteronum vini. Item ad expensas quatuordecim hominum de roydys ad premissa quasi per unam diem vacancium in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo, capiencium ut supradicti: - I eminam, I quartanam et dimidiam vini. Item ad expensas duodecim hominum de roydys ad premissa vacancium quasi per unam diem anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo octavo, capiencium ut supradicti: - I eminam, I quartanam vini. Item manu edem ad expensas sex hominum de roydys, vacancium quolibet dictorum quatuor annorum Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, octuagesimo sexto, octuagesimo septimo et octuagesimo octavo, flagellando blada decime domini in Augusta, qui sunt in summa viginti

⁵⁶ Lire *Morgina*.

⁵⁷ La phrase *anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sexto* est ajoutée dans la marge droite avec un signe de renvoi.

quatuor homines, capiencium quolibet ut supradicti: - I sestarium, eminam vini. Item manu eadem ad expensas viginti hominum operariorum de roydys seu corvatis, vacancium quasi per unam diem ad cindendum de nemore in insula domini de Quarto pro circulis ad opus doliorum domini fiendis in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto. Item ad expensas decem novem hominum de roydys seu corvatis vacancium ad premissa quasi per unam diem in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sexto. Item ad expensas viginti unius hominum de roydys vacancium ad premissa quasi per unam diem in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo, et ad expensas viginti duorum hominum operariorum de roydys, vacancium ad premissa quasi per unam diem in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo octavo, capiente quolibet prout alii supradicti: - V sestariam, dimidiam quartanam vini, per litteram publicam dicti Johannis de Cuaa de testimonio premissorum, confessioneque et recepta, datam in castro Quarti, die secunda mensis aprilis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, superius redditam in libratibus siliginis, que particule sunt in summa: - X sestaria vini

Libravit manu dicti Johannis Cuaa de Dovia ad expensas quinque hominum et quinque mulierum ad premissa vacancium quasi per unam diem in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sexto. Item ad expensas sex hominum et octo mulierum ad premissa quasi per unam diem vacancium in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo, et ad expensas quatuor hominum et sex mulierum ad premissa vacancium quasi per unam diem in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo octavo, qui sunt numero XLII homines et mulieres, capiente quolibet unum quarterium vini per diem ut alii supradicti: - II sestaria, eminam, dimidiam quartanam vini. Item manu eadem ad expensas quatuor hominum et quatuor mulierum quasi per unam diem vacancium succuciendo et colligendo nuces viridarii Reynaldi naturalis de Quarto quondam, siti apud Quartum loco dicto Lavenchalla,⁵⁸ domino excehyta ut supra, et tribus hominibus et tribus mulieribus⁵⁹ vacantibus ad predicta quasi per unam diem in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo, et tribus hominibus et tribus mulieribus vacantibus ad predicta quasi per unam diem in anno Domini

⁵⁸ Ailleurs *Lavenchella*.

⁵⁹ Pour: *trium hominum et trium mulierum*.

millesimo tercentesimo octuagesimo octavo, qui sunt numero XIII homines et mulieres capientibus ut supra: - III quartanas et dimidiam vini. Item manu eadem ad expensas quatuordecim hominum operariorum de roydīs seu corvatis quasi per unam diem putando vineam dicti Reynaldi de Quarto quondam in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo. Item ad expensas sex hominum de roydīs, dictam vineam anno eodem vindemiancium cum topiis et trilliis eiusdem Reynaldi. Item ad expensas quindecim hominum de roydīs, quasi per unam diem putancium dictas vineam et topias in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo octavo. Item ad expensas novem hominum operariorum de roydīs, fodencium dictam vineam eodem anno. Item ad expensas octo hominum de roydīs, dictam vineam anno quo supra vindemiancium una cum dictis topiis. Item ad expensas quindecim hominum de roydīs, quasi per unam diem putancium dictam vineam in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, et ad expensas novem hominum quasi per unam diem dictam vineam fodencium eodem anno, qui sunt in summa septuagintasex homines, capiente quolibet ut supra: - II sestaria, III quartanas vini.

- 39 Item manu eadem *ad expensas*⁶⁰ quatuor hominum operariorum de roydīs vacancium quasi per unam diem secundo viridarium dicti Reynaldi de Quarto quondam, situm in villa Quarti, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo. Item aliorum quatuor hominum de roydīs vacancium ad idem quasi per unam diem anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo octavo, tam in feno quam in ricorso, capiencium quolibet dimidiam quartanam vini more solito. Item ad expensas decem hominum operariorum de roydīs dictum pratium et ipsius fenum fenancium et recolligencium in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo, et ad expensas undecim hominum operariorum de roydīs seu corvatis vacancium quasi per unam diem fenando et recolligendo fenum dicti prati in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo octavo, capiente quolibet dictorum operariorum unum quarteronum vini per diem, ultra panem et seracei ut supra: - II sestaria, I quartanam, I quarteronum vini. Item ad expensas quaterviginti unius hominum de roydīs seu corvatis quasi per unam diem vacancium serviendo et ministrando neccessaria Dominico de Vyelli Morta de Villafrancha, carpentatori, dum idem capentator vacavit

⁶⁰ Les mots *ad expensas* sont ajoutés dans la marge droite avec un signe de renvoi.

in reparacione dicti castris per dictum tempus in quatuor annis supradictis millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, octuagesimo sexto, octuagesimo septimo et octuagesimo octavo, capiencium ut supradicti operarii: - V sestaria, I quarteronum vini. Item manu eadem ad expensas quatuordecim hominum operariorum de roydis seu corvatis vacancium quasi per unam diem cindendo bornellos in nemore domini vocato de Panperdu, pro reparacione bornellorum fontis dicti castris domini de Quarto et ipsos bornellos aducencium ad dictum castrum in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto. Item ad expensas sexdecim hominum de roydis vacancium quasi per unam diem perforando et implicando dictos bornellos anno predicto. Item ad expensas triginta sex hominum operariorum de roydis seu corvatis cindendo et apportando bornellos de nemore predicto, ipsosque perforandos et implicandos in reparacione dicti fontis in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sexto. Item ad expensas triginta unius hominum ad predicta quasi per unam diem vacancium in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo et ad expensas viginti septem hominum de roydis ad idem vacancium in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo octavo, qui operarii sunt in summa VI^{XX} IIII homines, capiente quolibet per diem unum quarteronum vini prout alii supradicti operarii: - VII sestaria, eminam, I quartanam vini, per litteram publicam dicti Johannis Cuaa de testimonio premissorum, confessioneque et recepta, datam in castro Quarti, die secunda mensis aprilis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, superius redditam in libratis siliginis

- I modium, XI sestaria, I quartanam et dimidiam vini

[XXIX Quarti] Libravit Henrico de Stipulis, domicello, que domina sibi semel graciose donavit, considerato quod ipse sibi ipsi tibiam fregit in servicio domini, per litteram dicte domine de donacione predicta cum mandato solvendi, et habita littera de recepta allocandi, datam Chamberiaco die XXII mensis aprilis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo octavo et per litteram publicam dicti Henrici de confessione et recepta, superius redditam in libratis siliginis, videlicet de quinque sestariis vini ad mensuram Chamberiaci

- XIII sestaria, eminam, I quartanam vini ad mensuram Auguste

Libravit eidem Henrico de Stipulis dono sibi facto per dominum per eius litteram de donacione predicta cum mandato solvendi et allocandi, datam Rippallie die prima mensis marcii anno Domini millesimo

tercentesimo octuagesimo nono, et per litteram publicam dicti Henrici de confessione et recepta, superius redditas in libratis siliginis

- I modium vini ad mensuram Quarti

Deducuntur eidem de summa quadraginta sex modiorum vini vel circa, que idem castellanus recepit pro domino in dicta castellania pro anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto de arragio, cuius vini supra computat in recepta, de quoquidem vino quantitas infrascripta fuit vastata, corrueta⁶¹ et tornata, per litteram domine de testimonio premissorum cum mandato deducendi, datam Rippallie die secunda mensis junii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sexto, quam reddit annexam supplicacioni dicti castellani ac eiam littere domine de commissione facta magistris computorum domini supra dicta deductione fienda, date Rippallie die ultima februarii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sexto, et littere testimoniali Johannis de Canali de Dovia, burgensis de Porta Sancti Ursi, Johannis Cuaa de Dovia et Vulliermeti Marqueys de Villa Francha, testificancium suis corporalibus juramentis, quod de supradicta quantitate vini, tam in castro domini de Quarto, quam in Augusta in domo Jaquimini de Canali, consumpta, vastata, corrupta et tornata fuerunt, videlicet in castro Quarti in tribus vasibus seu doliis, novem modia, sex sestaria vini, et in Augusta in domo dicti Jaquimini, quinque modia, quatuor sestaria vini, date Auguste die XIX mensis maii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sexto, quas litteras et supplicacionem reddit simul annexas

- XIII modia, X sestaria vini

- 40** Deducuntur eidem que idem castellanus reperit in uno dolio existente in subturno castri domini de Quarto quando idem castellanus recepit dictum castellanie officium, que fuerunt intrata in suo computo dicte castellanie de anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo septimo, deinde propter fractionem et putredinem cirulorum dicti dolii casu fortuito fuerunt emersa et fuxa in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sexto, per litteram publicam Johannis dicti Cuaa de Dovia testificantis, una cum Petro de Cella, Johanne Ramuesi, Johanne Imperatricis, Johanne de Canali et Johanne Jaquemini de Morgona, parrochie Quarti, se dictum vinum acerbum vidisse persum et fuxum per dictum subturnum ob pravitatem et putredinem circullorum dicti dolii qui reperti fuerunt fracti, datam in castro Quarti, die quarta

⁶¹ Lire *corrupta*.

Anselmo Pession

mensis septembris anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sexto, quam reddit manu Johannis Casei de Augusta junioris notarii signatam, et deducuntur eidem de mandato supradictorum magistrorum computorum domini, actento quod premissa non processerunt ob culpam dicti castellani et quod in eisdem comode remediari non poterat
- II modia vini aceti

Summa librate et deducti - II modia aceti
Et: - XXXII modia, I quarteronus vini
Et sic debet:
- II^C LVIII modia, VIII sestaria, II quarteronos et dimidium vini
Venduntur in fine computi.

Fenum:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de marescalcia per annum circa festum *nativitatis*⁶² beati Johannis Baptiste a personis, in locis et villagiis in computo de anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo specificie nominatis, de triginta quatuor fassis et duodecima parte unius fassi feni teysiati debitis ibidem domino per annum ut supra, deductis de ipsis uno fasso cum dimidio feni teysiati, per dominam domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, traditis, debitisque in locis et per personas in computo precedenti nominatas. Et computat pro termino [XXX Quart] festi *nativitatis* beati Johannis Baptiste anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, ut in computo precedenti, et fit eidem similis iniunctio⁶³ que supra in frumento

- XXXII fassos et dimidium et duodecimum unius fassi feni teysiati

Recepit ibidem ab eisdem pro eodem et eodem termino festi *nativitatis* beati Johannis Baptiste annorum Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sexto, octuagesimo septimo et octuagesimo octavo, ad rationem dicatorum trigintaduorum fassorum et dimidii et duodecime partis unius fassi feni teysiati, pro quolibet dicatorum trium annorum - III^{XX} XVII fassos et tres partes unius fassi feni teysiati

Decime :

⁶² Le mot *nativitatis* est ajouté dans la marge droite avec un signe de renvoi.

⁶³ Dans la marge gauche: *vide*.

Recepit manu Vuilleti Chapel, habitatoris Auguste, de et pro exitu decimarum domini que levantur in certis possessionibus existentibus a torrente Clausi Novi, inter Sarro et Augustam, usque ad civitatem Auguste, in quibus dominus percipit duas partes medietatis, et reliquam terciam partem ipsius medietatis percipit dominus Jacobus Bonerii de Dovia, canonicus augustensis, reliquam vere medietatem percipit dominus de Monte Joveto, sicut superius dicitur in frumento, siligine et vino, in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, et nichil plus pro eodem habere potuit ut suo asserit juramento

- XX fassos feni communes

Recepit manu eadem pro eodem exitu dicte decime in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sexto et respondet minus ipso anno de duobus fassis feni quam anno proxime precedenti, et nichil plus inde recepit ut suo asserit juramento

- XVIII fassos feni

Recepit manu Johannis dicti Roveyn, habitatoris Auguste, de et pro exitu dicte decime in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo, et respondet plus ipso anno de tribus fassis feni quam anno proxime precedenti, nec plus inde recepit ut dicit

- XXI fassos feni

Recepit manu eadem pro exitu dicte decime in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo octavo, et respondet minus de duobus fassis feni quam anno proxime precedenti supradicto

- XIX fassos feni

41 Recepit de exitu decimarum pratorum vocatorum de Stanno, sitarum substus Sanctum Christoforum, domino pertinencium ex causa permutacionis facte per predecesores domini de Quarto quondam cum curato tunc Sancti Christofori, ut in tercio computo precedenti, in quo instrumentum dicte permutacionis de verbo ad verbum est copiatum circa festum nativitatis beati Johannis Baptiste, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, et respondet plus de duobus fassis feni anno presenti quam anno proxime precedenti

- XXV fassos feni

Recepit de et pro exitu dictarum decimarum in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sexto dicto termino et respondet minus dicto anno de tribus fassis feni quam anno proxime precedenti, nec inde plus recepit ut suo asserit juramento

- XXII fassos feni

Recepit de exitu dictarum decimarum circa festum nativitatis beati Johannis Baptiste anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo et respondet plus de duobus fassis feni quam anno proxime precedenti, et inde nichil plus recepit ut dicit

- XXIII fassos feni

Recepit de exitu dictarum decimarum eodem termino festi nativitatis beati Johannis Baptiste anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo octavo et respondet minus dicto anno de tribus fassis feni quam anno proxime precedenti - XXI fassos feni

Herbagia:

Recepit manu Jaquimini de Cleyva de Dovia, mistralis Quarti, de et pro herbagio seu exitu herbagiorum que levantur a Ponte Lapideo usque prope Maladeriam Quarti, in certis pratis inter dictos confines existentibus, ultra alia herbagia debita per nonnullis cives et burgenses Auguste redacta ad pecuniam, de qua computat inferius in denariis census, et quia in tercio computo precedenti et aliis sequentibus computis eidem castellano fuit iniunctum⁶⁴ quod declaret modum levandi dicta herbagia, nomina debencium et prata supra et in quibus levantur, tociusque negotii veritatem, dicit prout alias dixit in computis precedentibus quod hoc facere nundum potuit quia regithie dicti loci Quarti recipiuntur per Johannem Gontereti notarium, procuratorem et receptorem extentarum domini in Valle Augusta, que tamen nundum sunt complete ut dicit, propter quod iniungitur eidem⁶⁵ iterato quod dictas extentas compleri et terminari procuret, taliter quod in suo sequenti computo [XXXI Quarti] ad plenum valeat particulariter computare. Et computat pro termino festi nativitatis beati Johannis Baptiste anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto

- IX fassos et dimidium feni

Recepit ibidem pro eodem et eodem termino festi nativitatis beati Johannis Baptiste annorum Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sexto, octuagesimo septimo et octuagesimo octavo, ad rationem dictorum novem fassorum et dimidii feni pro quolibet dictorum trium annorum, et fit eidem similis iniunctio que in particula precedenti

- XXVIII fassos et dimidium feni

Herbe pratorum:

Recepit de et pro exitu cuiusdam pecie prati seu viridarii continentis circa duas seyтурatas prati, sitas apud Quartum loco dicto Lavenchella, circa domicilium, curtes et ortum qui fuerunt Reynaldi, naturalis de Quarto <quondam>, domino pertinencium ob mortem dicti Reynaldi ut

⁶⁴ Dans la marge gauche: *vide*.

⁶⁵ Dans la marge gauche: *vide*.

supra in libratis siliginis, in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo - XII fassos feni

Et: - VII fassos recorsi

Recepit ibidem pro eodem exitu dicti prati seu viridarii in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo octavo et respondet plus ipso anno de uno fasso feni et uno fasso recorsi quam anno proxime precedenti - XIII fassos feni

Et: - VIII fassos recorsi

De exitu pratorum domini videlicet prati vocati de Olees, prati vocati de Ryns, cuiusdam pecie prati site apud Lugniczan, cuiusdam pecie prati et gerbi seu clusi⁶⁶ vocate de Plantatis et pratorum domini vocatorum de Ravoyra, nichil computat in feno occasionibus in tercio computo precedenti declaratis, eo maxime quia dicte pecie pratorum sunt tradite tam in albergamentum quam domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, occasione superius in frumento declarata, quam eciam ad firmam pecunie de qua infra computat.

42 *Arragium:*

Recepit a se ipso quos debebat pro remanencia sui computi precedentis - LXIX fassos et quartum unius fassi feni communes

Et - LXVI fassos, duos tercios unius fassi feni teysiati

Summa incluso arragio : - XV fassi recorsi

- III^C II fassi et quartus unius fassi communes feni

Et : - C III^{XX} XVII fassi feni teysiati

Venduntur in fine computi.

Pallee:

Idem reddit computum quod recepit de et pro exitu decimarum certarum terrarum et possessionum existencium a torrente Clausi Novi usque ad civitatem Auguste, manu Vuilleti Chapelli, habitatoris Auguste, et levantur per modum superius in frumento, siligine, vino et feno declaratum. Et fit eidem similis iniunctio⁶⁷ que supra in frumento, et computat anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto et respondet minus de uno fasso pallearum quam in anno proxime precedente, nec inde plus recepit ut suo asserit juramento

⁶⁶ Lecture douteuse.

⁶⁷ Dans la marge gauche: *vide*.

- VI fassos pallearum

Recepit pro exitu dictarum decimarum in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sexto, et respondet minus de uno fasso pallearum quam anno proxime precedenti, nec inde plus habuit ut suo asserit juramento

- V fassos pallearum

Recepit de exitu dictarum decimarum manu Johannis dicti Raveyn in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo, nec inde plus recepit ut asserit suo juramento

- V fassos pallearum

Recepit de exitu dictarum decimarum manu eadem in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo octavo et respondet minus dicto anno quam in anno proxime precedenti de uno fasso pallearum, nec inde plus recepit ut suo asserit juramento, et fit eidem castellano similis iniunctio que supra in frumento

- IIII fassos pallearum

De exitu terrarum domini de Ryns nichil computat quia domina dictas terras tradidit domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, occasione superius in frumento declarata, et fit sibi similis iniunctio que supra.

Arragium:

Recepit a se ipso quos debebat pro remanencia sui computi precedentis

- XIII fassos pallearum

Summa incluso arragio:

- XXXIII fassi pallearum

Venduntur in fine computi.

Cera:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu seu servicio per annum in festo beati Stephani Prothomartiris, crastino festi Nativitatis [XXXII Quart] Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sexto de sexaginta duabus libris, tercio et quarto unius libre cere ad pondus Auguste pridem domino debitis in dicta castellania in parrochiis, villis, villagiis et locis aliis et per personas i quarto computo precedenti specificice nominatas, deductis de eisdem quadraginta novem libris et duodecima parte unius libre cere ad pondus Auguste, per domiam domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, occasione quo supra in frumento traditis, debitisque in locis et per personas in computo precedenti nominatas et specificice descriptas, et fit eidem castellano similis iniunctio que supra in frumento

- 43 - XIII libras et dimidiam cere ad pondus Auguste
Recepit ab eisdem ibidem pro eodem et eodem termino festi beati Stephani Prothomartiris, crastino festi Nativitatis Domini, quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo, octuagesimo octavo et octuagesimo nono, ad rationem tresdecim libratarum cum dimidia cere pro quolibet dictorum annorum seu terminorum, factis deductione et iniunctionibus⁶⁸ quibus supra
- XL libras et dimidiam cere

Exitus examinum apium comandarum:

De exitu quatuor examinum apium que tenebat Johannes Vidondo de Quarto ut in computo precedenti, nichil computat quia nichil recepit per tempus de quo computat ut suo juramento asserit. Dicit eciam *eciam*⁶⁹ quod de dictis examinibus apium non sunt ad presens nisi duo examina apium et alia duo decesserunt.

Recepit a Johanne Ramuysii de Quarto pro exitu quatuor examinum apium que nunc tenet ad medium exitus, inclusis tribus examinibus que prius tenebat, ut in computo precedenti, nec inde plus recepit per tempus de quo computat ut dicit
- VI libras cere

Apes orti:

De exitu quinque examinum apium existencium in orto domini de Quarto, nichil computat quia nichil inde recepit per tempus de quo computat ut dicit et suo juramento asserit; dicit eciam idem castellanus quod non sunt ad presens nisi tria examina apium et reliqua duo decesserunt.

De exitu unius examinis apium quod custodiebat Villetus Marquix de Villa Francha et nunc custodit Parvus Johannes de Lausanna, burgensis dicte Ville Franche, nichil computat quia nichil pro eodem recepit per tempus de quo computat ut dicit.

Recepit a dicto Champ de Augusta pro exitu sex examinum apium per ipsum inventorum, quorum medietas sibi pertinet ratione invencionis et aliam medietatem custodit et tenet ad medium exitus ut dicit et nichil plus inde recepit per tempus de quo computat, ut suo asserit juramento
- V libras cere

Recepit a Johanne, filio Hugonodi de Basso Molendino, burgense Auguste prope Portam Sancti Ursi, de servicio per annum ut in tercio

⁶⁸ Dans la marge gauche: *vide*.

⁶⁹ Biffé.

computo precedenti in quo instrumentum assignacionis et recognicionis factarum per dictum Hugonodum, patrem dicti Johannis, fuit et est copiatum, pro qua eciam debet duplum de placito⁷⁰ quando accidit et prout dicitur in computis precedentibus quando dictus castellanus computat de dicta libra cere in recepta, debent sibi deduci in titulo denariorum census quinque solidos monete Auguste pro quolibet anno pro quo de ipsa libra cere computabit et computaverit, cum non reperiat de ipsis fore obligatus nisi pro dicta libra cere, ut dicitur in computo precedenti, et computat pro termino festi beati Stephani Prothomartiris in crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sexto

- I libram cere

Recepit ab eodem pro eodem et eodem termino festi beati Stephani Prothomartiris in crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo, octuagesimo octavo et octuagesimo nono, ad rationem unius libre cere pro quolibet dictorum trium annorum seu terminorum - III libras cere

Arragium:

Recepit a se ipso quas debebat pro remanencia sui computi precedentis:

- CXLVII libras et dimidiam, III uncias, tercium unius unce cere ad pondus Chamberiaci

44

[XXXIII Quarti] Summa, incluso arragio, computatis singulis tresdecim unciis pro una libra ad pondus Auguste, singulisque sexdecim libris cere ad pondus Auguste pro tresdecim libris cere ad pondus Chamberiaci, ut dicit in computo precedenti:

- II quintalia, III libre et dimidia, V uncie et tercium unius uncie ad pondus Chamberiaci

De quibus libravit Petro de Lompnis,⁷¹ apothecario et receptori cerarum et specierum domini, recipienti pro domino, et qui de ipsis domino computare debet per cedulam manu dicti Petri de Lompnis scriptam et signatam, ultra duas libras piperis ad pondus Auguste in eadem cedula descriptas, que sibi inferius in suo titulo allocantur, quam cedulam reddit - CXXIII libras cere ad pondus Auguste

⁷⁰ Dans la marge gauche: *vide placitum*.

⁷¹ Dans la marge gauche: *Petrus de Lompnis*.

Hugues Garnier 1385-1389

Et : - XIII libras cere ad pondus Chamberiaci

Summa librate : - CXXIII libe cere ad pondus Auguste

Et : - XIII libe cere ad pondus Chamberiaci

Et sic, conversis ponderibus modis quibus supra valere dicuntur, dictus castellanus debet :

- III^{XX} X libras, I unciam et tercium unius uncie cere ad pondus Chamberiaci. Respondet in computo sequenti.

Mel:

Idem reddit computum quod recepit a dicto Champer de Augusta pro parte domino contingente in sex examinibus apium per ipsum inventis ut supra in titulo cere, ultra partem dicto Champer competentem

- I quartanam mellis

Summa - I quartana mellis

Venditur in fine computis.

Piper de placito:

De duabus libris piperis debitis per Priorem Sancti Ursi de placito quando contingit evenire pro feudo quod tenet a domino taxato ad tantum in pipere, ultra pecuniam per ipsum debitam pro eodem, de quibus fuit computatum *in computatum*⁷² in precedenti computo de annis Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio et octuagesimo quarto, pro placito debito ob mortem recollende memorie domini nostri Amedei Sabaudie comitis quondam, genitoris domini, dicto anno millesimo tercentesimo octuagesimo tercio mense marcii defuncti, nichil computat quia casus dicti placiti non evenit pro tempore de quo computat ut dicit.

Arragium:

Recepit a se ipso quas debebat pro remanencia sui computis precedentis - II libras piperis

Summa arragii: - II libe piperis

Quas libravit Petro de Lompnis⁷³ apothecario et receptori cerarum et speciarum domini, recipienti pro domino, et qui de ipsis domino

⁷² Biffé.

⁷³ Dans la marge gauche: *Petrus de Lompnis*.

computare debebit per cedula[m] dicti Petri sua manu propria scriptam et signatam, superius redditam in librata cere.

Et sit hic eque de pipere.

45

Lingue boum :

De linguis boum et vacharum quas dominus percipit ibidem in macello Ville Franche, de quolibet bove et vacha occisis in dicto macello Ville Franche, causa vendendi minutim, lingua ipsius animalis, ut in computo precedenti, nichil computat quia nulla tallia animalia occisa fuerunt ibidem per tempus de quo computat ut dicit.

Sal:

De exirtu leyde salis que levatur apud Villam Francham in duabus nundenis que tenentur ibidem die martis propinquiori festo beatorum Philippi⁷⁴ et Jacobi et die festi apostolorum Symonis et Jude, videlicet a quolibet vendente sal in dictis nundenis una ambostata seu manata salis, ut in computo precedenti, nichil computat in sale quia includuntur in firma leyde, de qua infra computat in firmis pecunie, ut in computo precedenti.

Tibie porci:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu seu servicio per annum, ut in computo precedenti, in festo beati Stephani prothomartiris, crastino festi Nativitatis Domini, quo inceperunt currere anni millesimo tercentesimo octuagesimo sexto ab Anthonio Palmerii de Quarto de Balma - II tibias porci

Recepit ibidem pro eodem et eodem termino festi beati Stephani Prothomartiris crastino festi Nativitatis Domini, quo inceperunt currere anni millesimo tercentesimo octuagesimo septimo, octuagesimo octavo et octuagesimo nono, ad rationem duarum tibiarum porci pro quolibet dictorum trium annorum seu terminorum supradictorum - VI tibias porci

Arragium;

Recepit a se ipso quas debebat pro remanencia sui computi precedentis - IIII tibias porci

Summa incluso arragio:

- XII tibie porci

⁷⁴ Lire *Philippi*.

Venduntur in fine computi.

Membrum vache:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu per annum in festo beati Stephani prothomartiris, crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sexto, a Jaquemeto Salerii de Roysano, Petro Domengii, Jaquemeto Morelli et consortibus eorum, omnibus de Roysano, parrochie dicti loci - I quarterium vache

Recepit ab eisdem pro eodem et eodem termino festi [XXXIII **Quarti**] beati Stephani yemalis prothomartiris, in crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo, octuagesimo octavo et octuagesimo nono, ad rationem unius quarterii pro quolibet dictorum trium annorum - III quarteria vache

Arragium:

Recepit a se ipso que debebat pro remanencia sui computi precedentis - II quarteria vache

Summa, incluso arragio: - VI quarteria vacharum
Venduntur in fine computi.

46

Pedagium piscium et allecum:

Idem reddit computum quod recepit de et pro exitu pedagii vocati de Augusta domino pertinentis ratione castris de Quarto. Et levantur pro quolibet miliari allecum que portantur tendendo ad partes Auguste per Montem Jovis seu per Montem de Ferreyz,⁷⁵ quadraginta alleca pro singulis viginti quinque palaes seu de ferraes, una pecia earundem, et pro singulis tresdecim turturibus seu truytiis, una pecia earundem, exceptis civibus Auguste et burgensibus Porte Sancti Ursi Auguste, qui dictum pedagium tantummodo debent per modum superius declaratum, de et pro similibus piscibus et alecibus emptis per eos et apportatis ab aqua vocata de Pissibachi, que est inter Sanctum Mauricium Aganensem⁷⁶ et Martigniacum, tendendo ab eadem aqua versus partes Auguste. Pro ceteris vero similibus piscibus et alecibus, emptis per eos

⁷⁵ Col Ferret.

⁷⁶ Lire *Agaunensem*.

ultra dictam aquam de Pissibachi in partibus Sancti Mauricii et Vuaudi, non debent pedagium predictum nisi venderent pisces et aleca predictos infra limites et portarentur per emptores extra limites dyocesis Auguste, quo casu super portu credi debet corporalibus iuramentis emptorum, et inde nichil plus recepit per tempus de quo computat ut suo asserit iuramento, licet Anthonius de Contessa, civis Ypporegie, et Philipus⁷⁷ de Burgaro de eodem loco multas et magnas quantitates piscium et allecum infra limites supradictos transsierint,⁷⁸ pro et de quibus nichil recepit quia dominus, actentis gratis et acceptabilibus serviciis domino per dictum Anthonium de Contessa diu factis et impensis et in quibus diuturne perseverat ipsum Anthonium una cum rebus, bonis, mercandiis, bestiis et aliis propriis, solvit, liberavit, quictavit et franchivit per decennium, die penultima mensis julii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo, ab omnibus pedagiis, leydis, gabellis, passagiis, pontanagiis et albagiis quibuslibet domino debitis in toto comitatu domini, ut per litteram domini de liberacione, quictacione et franchimento predictis, cum mandato pro predictis nichil ab eodem Anthonio exigendi, datam die et anno supra proxime dictis, cuius copiam superius reddidit in titulo herbagiorum. Et quia dominus eciam liberaliter concessit et donavit dicto Philipo de Burgario quatenus per duos annos proximos continuos die decimatercia mensis decembris anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto incohatos, franchisesis, libertatis, previlegiis, litteris et consuetudinibus gaudeat et utatur, quibus burgenses domini Avilliane gaudent et utuntur per littera domini de concessione et donacione predictis, datam Taurini, die et anno quibus supra, cuius copiam cum supplicacione reddit, in fine cuius est scripta copia littere domini directe baillivis Chablaysii, Gebennarum et Vallis Auguste, pedagiatoribus et gabellatoribus dictorum bailliatuum de mandato dictum Philippum cum rebus et mercandiis suis per loca, passus et districtus dictorum bailliatuum transire permictendi absque solucione alicuius pedagii, gabelle vel alterius impositionis, date Rippallie die XXIX mensis januarii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo. Reddit eciam copiam cuiusdam littere domini Ybleti de Chaland, locumtenentis et capitanei generalis domini ultra montes, de mandato dictum Philippum de Burgario,

⁷⁷ Lire *Philippus*.

⁷⁸ Lire *transierint*.

burgensem Avilliane, per quoscumque passus, distrectus et loca domini ultra montes, ire, stare et morare permittant cum bonis rebus et mercandiis suis, absque solucione seu exactione alicuius dacia, pedaggi, gabelle nec alterius impositionis cuiuscumque, sicut alios burgenses dicti loci Avilliane, date Ypporegie, die secunda mensis januarii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sexto. Et copiam cuiusdam alterius littere domini per quam dominus eidem Philipo liberaliter donavit et concessit per quinque annos proximos et continuos, die XXX mensis juliii, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo, quod ipse Johannes utatur, utique et gaudere possit franchessiis, libertatibus, privilegiis et bonis consuetudinibus quibus burgenses Avilliane gaudent, ipsum simili modo liberando ab omnibus [XXXV Quarti] pedaggiis, gabellis et impositionibus, date Ypporegie die et anno quibus supra

- VI^{XX} XV aleca

Item

- III turtures

Et:

- XIII ferraes

Arragium:

Recepit a se ipso que debebat pro remanencia sui computi precedentis

- III^C III^{XX} aleca

Summa, incluso arragio:

- VI^C XV aleca

- III turtures

Et:

XIII ferraes

De quibus libravit monialibus Sancte Katerine Auguste que domina eisdem in helemosinam semel graciose donavit, ut per litteram domine de donacione predicta cum mandato tradendi, et habita littera de recepta allocandi, datam Rippallie die tercia mensis marcii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sexto, quam reddit manu Anthonii Fabri, secretarii domini, signatam, una cum littera publica domini Lyoneti, capellani et receptoris dictarum dominarum monialium de testimonio premissorum, confessioneque et recepta, datam die XIII mensis marcii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sexto, manu Johannis Gontereti de Augusta notarii signata⁷⁹

- CL aleca

Summa librate

CL aleca

Et sic debet

- III^CLXV aleca

⁷⁹ Lire *signatam*.

Item - III truytias
Et - XIII ferraes
Venduntur in fine computi.

47

Venaciones:

De venacionibus animalium silvestrium vocatorum bocz esteing, pro quibus levantur de quolibet animali predictorum, capto in parrochia Vallispelline a loco dicto Les Tors de Bruson usque ad fondum vallis Oyacie, ab uno latere, et a dicto loco de Les Tors de Arpiczon usque ad fondum predictum dicte vallis, ab alio latere, per totam dictam vallem, quarterius dexter anterior cum tresdecim costis et cornu dextrum dumtaxat de dictis animalibus, etatis minoris novem annorum, nichil capit dominus ut dicit idem castellanus et quod etates dictorum animalium ad cornua dignoscuntur quodque dicti quarterii et cornu debiti reddi debent apud Vallem Pellinam per captores ipsorum animalium, ut dicit et dicitur in computo precedenti, nichil computat quia domina ipsa tradidit domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, occasione quo supra in frumento.

Arragium:

Recepit a se ipso quos et que debebat pro remanencia dicti sui
computi precedentis - VII duodenas, IX cornua
Et - XI quarteria

Summa dicti arragii: - VII duodene, IX cornua
Et - XI quarteria
Venduntur in fine computi.

Postes:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu per annum circa festum nativitatis beati Johannis Baptiste, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, a Martino Fabri de Ysologny,⁸⁰ parrochie Sancti Bartholomei supra Nuns, pro reyssia sita supra Ysologny, eidem albergata pro tanto de redditu per annum ut in computo precedenti, qui postes esse debent longitudinis octo pedum et

⁸⁰ Lire Yssologny.

latitudinis infra *duas*⁸¹ lineas unius pedis, ut dicitur in computo
precedenti - VI duodenas et dimidiam postium

Recepit ab eodem pro eodem et eodem termino festi nativitatis beati
Johannis Baptiste anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo
sexto, octuagesimo septimo et octuagesimo octavo, ad rationem sex
duodenas cum dimidia postium predictorum pro quolibet dictorum
trium annorum - XIX duodenas et dimidiam postium

Arragium:

Recepit a se ipso quas debebat pro remanencia sui computi
precedentis - XIII duodenas postium

Summa, incluso arragio: - XXXIX duodene postium
Venduntur in fine computi.

Royde seu corvate:

De roydis seu corvatis domino ibidem debitis per homines habitantes
et focum facientes in mandamento Quarti ut in computo precedenti,
nichil computat quia redduntur per eas debentes in operibus domini
quando ad ipsa mandantur, nec alias ipsas solvunt, ut dicit et dicitur in
computo precedenti, et fit eidem castellano⁸² similis iniunctio que supra
in frumento.

48

Ferra equorum:

De ferris equorum debitis de servicio per nonnullos nobiles quociens
Imperator Romanus transit per Vallem Augustam pro feudis que tenent
a domino de Quarto, nichil computat, quia dictus casus non evenit per
tempus de quo computat ut dicit, et fit eidem castellano⁸³ sibi similis
iniunctio que supra in frumento.

Feuda equorum:

De feudis equorum, seu equis quos acomodare et ministrare debent
certi nobiles Vallis Auguste ratione dicti castris de Quarto in tercio
computo precedenti speci [XXXVI Quarti] fice descriptis, quociens
dominus comes mandat dominum de Quarto venire cum armis causa

⁸¹ Le mot est ajouté dans la marge droite avec un signe de renvoi.

⁸² Dans la marge gauche: *vide*.

⁸³ Dans la marge gauche: *vide*.

serviendi et reddendi cavalcata duntaxat semel in anno per unum mensem tantum, sub certis *modis*⁸⁴ et formis in Valle Augusta in talibus usitatis, in tercio computo precedenti plenius declaratis, nichil computat quia casus non evenit per tempus de quo computat ut dicit, et fit sibi similis iniunctio⁸⁵ que supra in frumento.

Denarii census:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania tam de redditu quam servicio per annum in festo beati Stephani yemalis in crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sexto, de tercentum quaterviginti quatuor libris, septem denariis obolo monete Auguste ad XXVI, et viginti novem solidis, septem denariis, in dicta castellania de redditu et servicio per annum, ut in quatuor particulis computi precedentis de anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio et octuagesimo quarto, deductis de eisdem sexcies viginti tresdecim libris, decem octo solidis, septem denariis dicte monete, per dominam domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam traditis, occasione qua supra in frumento, debitisque in locis et per personas in computo precedenti specificice cum suis quantitibus nominatas et descriptas, et fit eidem castellano similis iniunctio⁸⁶ que supra in frumento

- II^C L libras, II solidos obolo monete Auguste
Et: - XXIX solidos, VII denarios obolo januenses ad X pro XV predictorum

Recepit ibidem pro eodem et eodem termino festi beati Stephani yemalis crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo, octuagesimo octavo et octuagesimo nono, ad rationem dictarum ducentarum quinquaginta librarum, duorum solidorum oboli monete Auguste et viginti novem solidorum, septem denariorum oboli januensium, ad decem pro quindecim dicte monete Auguste, pro quolibet dictorum trium annorum seu terminorum

- VII^C L libras, VI solidos, I denarium ob. monete Auguste
Et: - IIII libras, VIII solidos, X denarios ob. januenses ad X pro XV

⁸⁴ Le mot est ajouté dans la marge droite avec un signe de renvoi.

⁸⁵ Dans la marge gauche: *vide*.

⁸⁶ Dans la marge droite: *vide*.

Et: - IIII^{XX} III franchos auri

Recepit a Jaquemeto de Orseriis, nepote Jaquemini de Avisio pro albergamento sibi facto per dominum ut in computo precedenti in festo beati Andree anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, et prout in computis precedentibus eidem castellano fuit iniunctum, iterato iniungitur eidem⁸⁸ quod litteram domini dicti albergamenti apportet in suo computo sequenti sic quod modus ipsius [XXXVII **Quarti**] albergamenti videatur et in eodem computo quantum fuerit expediens inseratur - VIII florenos auri boni ponderis veteres

50 Recepit ab eodem Jaquemodo pro eodem et eodem termino festi beati Andree anno⁸⁹ Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sexto, octuagesimo septimo et octuagesimo octavo ad rationem supradictorum octo florenorum boni ponderis veterum pro quolibet dictorum trium annorum - XXIII florenos auri boni ponderis veteres

De uno denario monete Auguste debito per Alisiam de Arlio de Vallepellina, annis alternis, in festo beati Stephani prothomartiris ut in computo precedenti, nichil computat quia domina tradidit domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto condam, occasione qua supra in frumento.

Recepit a Johanne de Ramuesy de Quarto pro quadam parte novalis sibi albergato per dictum castellanum pro tanto per annum quamdiu domini fuerit voluntatis dumtaxat, quod novale fuit de bonis Peroneti Vachereti de Quarto quondam, quod novale diu vacavit, et pro quo toto novali debebantur tres solidi monete Auguste de servicio per annum ut in computo precedenti, et residuum dicti novalis non invenit qui albergare voluit ut dicit, sed iniungitur eidem quod residuum dicti novali alberget utiliori modo quo poterit pro domino, sic quod in suo sequenti computo valeat de ipso domino computare, et computat pro termino festi beati Stephani prothomartiris crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sexto - XII denarios monete Auguste

Recepit ab eodem pro eodem et eodem termino festi beati Stephani crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo, octuagesimo octavo et

⁸⁸ Dans la marge gauche: *vide*.

⁸⁹ Lire *annorum*.

octuagesimo nono, ad rationem dictorum duodecim denariorum monete pro quolibet dictorum trium annorum - III solidos monete Auguste

De quatuor denariis servicii debitis per Matheum de Villafrancha pro quadam pecia vacolli seu pascui communis, continente circa quatuor fossoriatas, eidem albergata ad faciendum vineam pro tanto de servicio per annum, ut in computo precedenti, nichil computat quia dictus Matheus bannitus est a terra domini et ipsam absentavit, nec invenit qui dictam peciam vacolli albergare voluerit ut dicit et dicitur in computo precedenti; et prout in computo precedenti⁹⁰ eidem castellano fuit iniunctum, iterato iniungitur eidem quod dictam peciam vacolli albergare procuret taliter quod de ipsa valeat in suo sequenti computo computare, aut alias sufficienter respondere.

- 51** De duobus denariis quos dictus Matheus debebat pro teysiis sue domus site in Villafrancha que periit incendio posito ibidem tempore guerre quam habebat dominus de Quarto cum domino Ybleto de Chalant, ut dicitur in computo precedenti, nichil computat, quia nundum fuit dicta domus reedificata nullusque possidet eius casale nec movetur de feudo domini, ut dicit et dicitur in computo precedenti. Et prout eidem castellano fuit iniunctum in computo precedenti iterato iniungitur eidem⁹¹ quod super premissis taliter remediare procuret quod de dictis duobus denariis ab inde domino in sequentibus computis computetur.

Recepit Jaquimino de Canali de Dovia, habitatore porte Sancti Ursi, quos debebat Peronetus dou Foudons, carpentator, cum dicto Jaquimino per annum ut in computo precedenti, et computat pro termino festi beati Stephani yemalis crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sexto

- VI solidos monete Auguste

Recepit ab eodem pro eodem et eodem termino festi beati Stephani yemalis crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo, octuagesimo octavo et octuagesimo nono, ad rationem dictorum sex solidorum monete Auguste pro quolibet dictorum trium annorum seu terminorum

- XVIII solidos monete Auguste

De duobus solidis annui servicii debitis per Jaquemetum, dictum Dyaquono, de Vallepellina, pro molendino de Stanno sito subtus

⁹⁰ Dans la marge gauche: *vide*.

⁹¹ Dans la marge gauche: *vide*.

Sanctum Christoforum, nichil computat quia vacat et jam diu vacavit nec potest reffici quod eyrile dicti molendini fieri non potest propter diluvium aque Durie, quo eyrile et molendina predicta periclitaverunt, ut dicit et dicitur in computo [XXXVIII Quarti] precedenti, et prout in computo precedenti⁹² eidem castellano fuit iniunctum, iterato iniungitur eidem quod dicta molendinum et Stannum alberget utiliori modo quo poterit pro domino, sic quod in suo sequenti computo valeat domino *computo valeat domino*⁹³ computare aut alias sufficiens respondere et de diligencia inde facta respondere.

De decem solidis annui servicii debitis per Jaquimum de Preil de Roysan, clericum condam, pro quadam pecia terre sita apud Roysan, non computat quia dicta pecia terre vacat et diu vacavit per et post mortem dicti Jaquimini, quia eciam non invenit qui pro tanto servicio neque eciam pro minori sine introgiis ipsam voluerit albergare, licet super hoc bonam diligenciam quam potuit fecerit ut dicit et dicitur in computo precedenti, et prout in computo precedenti eidem castellano fuit iniunctum, iterato iniungitur eidem quod dictam peciam terre alberget utiliori modo quo poterit pro domino, taliter quod de et pro ipsa valeat in suis sequentibus computis computare au alias sufficiens respondere.

52 De duobus solidis annui servicii quos debebant quidam homines domini episcopi Auguste commorantes apud Cognia, mandamenti et jurisdictionis dicti domini episcopi, pro quibusdam pascuis sitis en Les Lores, mandamenti Breissognie, et in montanea de Mareis, mandamenti Quarti, non computat quia diu est in eorum solutione cessaverunt nec ad ea pascua venerunt et eciam nundum potuit informari de nominibus debencium, ut dicit et dicitur in computo precedenti, quapropter, prout in computo precedenti sibi fuit iniunctum, iterato iniungitur eidem quod de premissis diligenter se informet taliter quod de ipsis veniat in suo sequenti computo plenarie informatus et de ipsis debite computare paratus.

De sexaginta solidis annui redditus debitis per communitatem parrochie Sancti Christofori pro quibusdam pasqueragiis et brotellis seu broilliis sitis subtus Sanctum Christoforum, prope Duriam, pro tanto datis dicte communitati per dominum Henricum dominum de Quarto

⁹² Dans la marge gauche: *vide*.

⁹³ Biffé.

condam, ad certum tempus jam diu lapsum, ut dicitur in computo precedenti, non computat quia dicta pasqueragia sunt inutilia propter habundanciam aque Durie, nec restavit ibidem aliquid ad destruendum, de quo aliquod comodum haberi possit ut dicit et dicitur in computo precedenti, iniungitur⁹⁴ tamen eidem prout sibi fuit iniunctum in computo precedenti quod, si quid in premissis fuerit utilitatis, in eo bannum iuxta formam consuetudinum Vallis Auguste apponat, ad eo quod, si dicti sexaginta solidi non solvantur ut supra de bannis bestiarum ibidem repertarum computet in computo sequenti.

Recepit a Jacobo Colombe, Petro Penthecostes, Vuillermo de Cella, Remigio de Rovoyria, Petro Blanchiflour, Vulliermeto de Mallio, Andrea Sponso, Vulliermeto Cognient, Gaspardo de Crestella, Vulliermo de Brissognia, Johanne de Balma, pro se et fratribus suis, Petro Martine, Johanne Imperatricis, Rocigniodo, Bartholomeo de Peyrola, pro hospicio filii sui de Pra, Hugoneto de Tyebant, domino Reynaldo, capellano ad eius vitam, et ab aliis hominibus de Quarto qui ad infrascripta voluerint usagiare pro omnibus et singulis broliis sitis subtus Quartum, cum arboribus, spinis et borczyis nunc et in futurum existentibus ibidem, sibi albergatis per nobilem et potentem virum dominum Henricum dominum de Quarto quondam, militem, pro tanto de redditu seu censu per annum, uno denario servicii et duobus denariis placiti, quando contingerit evenire, ut in computo precedenti, et computat pro termino festi beati Stephani yemalis crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sexto

- LX solidos, I denarium monete Auguste

- 53** Recepit ab eisdem pro eodem et eodem termino festi beati Stephani crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo, octuagesimo octavo et octuagesimo nono, ad rationem sexaginta solidorum, unius denarii monete Auguste pro quolibet dictorum trium annorum

- IX libras, III denarios monete Auguste

Remissio siliginis ad pecuniam:

De pecunia debita per certas personas dicte castellanie [XXXIX **Quarti**] Quarti pro siligine, ad rationem sex solidorum, octo denariorum bone monete cursibilis Auguste pro quolibet sestario, casu

⁹⁴ Dans la marge gauche: *vide*.

quo solverent quarta die festi Nativitatis Domini dumtaxat et non alias, ut in computo precedenti, nichil computat quia domina domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto condam, tradidit ipsam occasione qua supra in frumento.

Recepit a Bernardo de Planney de Bocza de reddito seu servicio per ipsum debito, videlicet uno anno novem denarios et alio anno decem octo denarios, ut in computo precedenti, in festo beati Stephani yemalis crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sexto et pro eodem termino anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto computavit ut in computo precedenti de decem octo denariis eiusdem monete
- IX denarios monete Auguste

Recepit ab eodem pro eodem et eodem modo et computat pro termino festi beati Stephani predicti anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo - XVIII denarios monete Auguste, item pro eodem termino anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo octavo - IX denarios dicte monete, et pro eodem termino anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono - XVIII denarios dicte monete
- III solidos, IX denarios monete Auguste

De duobus solidis monete Auguste debitis per Vulliermum, nepotem Petri Bocon de Vallepellina, pro duabus seyturiatis novallii sibi albergatis in perpetuum in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, non computat quia domina domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, ipsos tradidit occasione qua supra in frumento, prout eciam dicitur in computo precedenti.

Recepit a Petro Fabio, habitatore Ville Franche, pro quadam domo seu quasali⁹⁵ que fuit domini de Quarto quondam, sita in Villafrancha subtus capellam, eidem Petro per dictum castellanum imperpetuum albergata pro tanto de censu per annum, sine aliquibus introgiis, et computat pro termino festi beati Stephani prothomartiris crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sexto ut in computo precedenti

- XX solidos monete Auguste

54 Recepit ab eodem pro eodem et eodem termino festi beati Stephani prothomartiris crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere

⁹⁵ Lire *casali*.

anni Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo, octuagesimo octavo et octuagesimo nono, ad rationem viginti solidorum pro quolibet dictorum trium annorum seu terminorum - LX solidos monete Auguste

De tribus solidis monete Auguste debitis per Martinum dou Glacier de Olomont pro quodam *quodam*⁹⁶ novali sibi albergato imperpetuum pro tanto de servicio seu redditu per annum et pro uno floreno auri boni ponderis de introgiis de quo in suo precedenti computo computatur, nichil computat quia domina ipsos tradidit domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto condam, occasione qua supra in frumento, prout eciam dicitur in computo precedenti.

Novus redditus pro excheytis:

Recepit a Johanne de Ramuysi de Quarto quos prius faciebat seu solvebat, tam de redditu quam de servicio per annum, Reynaldo, naturali de Quarto quondam, domino pertinentes ob mortem dicti Reynaldi, deffuncti sine liberis maribus ex eo legitime procreatis, quia de feudo domini movere noscuntur, nec filia⁹⁷ in dicto feudo domini consuetudine patrie Vallis Auguste succedunt ut dicit, et computat pro termino festi beati Stephani prothomartiris quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo octuagesimo octavo, quorum duo solidi sunt de servicio et reliqui viginti solidi sunt de redditu

- XXII solidos monete Auguste

Recepit ab eodem pro eodem et eodem termino festi beati Stephani prothomartiris quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono - XXII solidos monete Auguste

Recepit a Johanne de Orto de Porczan pro certis rebus de feudo domini existentibus, sibi albergatis per dictum castellanum commissarium domini, jacentibus ultra Cristam de Puvyl, loco dicto Borney, que fuerunt de bonis Johannis Coquilliodi quondam, domino commissis et excheytis ob mortem dicti Johannis Coquilliodi, deffuncti sine liberis, pro tanto de novo redditu et servicio per annum, ultra usagia antiqua, et pro duodecim florenis auri boni ponderis veteribus de quibus infra computat in titulo introgiorum, et computat pro termino festi beati Stephani yemalis quo inceperunt currere anni Domini millesimo

⁹⁶ Biffé.

⁹⁷ Lire *filie*.

tercentesimo octuagesimo octavo, quorum duo solidi sunt de servicio et reliqui de redditu - XX solidos monete Auguste

[XL Quarti] Receptit ab eodem Johanne de Orto pro eodem et eodem termino festi beati Stephani anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono - XX solidos monete Auguste

Receptit ab Aymoneto naturali de Arnyo, pro rebus sibi albergatis per dictum castellanum de rebus et bonis que fuerunt dicti Johannis Coquilliodi quondam, domino commissis et excheytis ut supra, sitis versus Verney ultra Cristam de Puvyl, pro tanto de novo redditu per annum, ultra usagia antiqua proinde solvi consueta, et pro duodecim florenis auri boni ponderis veteribus de introgio, de quibus inferius computat in titulo introgiorem, et computat pro termino festi beati Stephani yemalis crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo octuagesimo octavo

- X solidos monete Auguste

Receptit ab eodem pro eodem et eodem termino festi beati Stephani crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono - X solidos monete Auguste

Receptit a Petro, filio Petri Voudan, de Seignins, parrochie Sancti Christofori, pro feudo et rebus que fuerunt Adde Batallion, parrochie Sancti Christofori, quondam, domino commissis et excheytis ob mortem dicti Adde, deffuncti sine liberis ex ipso legitime procreatis, et nullis propinquioribus tegniours seu parentibus dicti Adde apparentibus vel remanentibus, de mense maii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo octavo, per eundem castellanum sibi albergatis pro tanto de novo redditu per annum, ultra usagia antiqua proinde solvi solita, et pro duobus florenis auri boni ponderis de introgio, de quibus inferius computat in titulo introgiis, et computat pro termino festi beati Stephani prothomartiris crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono

- XVIII denarios monete Auguste

55 Receptit a Crispino, filio quondam Johannodi Regis de Cita de Porta Sancti Ursi Auguste, pro quadam domo sita Auguste loco dicto Cita de feudo domini existente, domino commissa ut asserit et excheyta per mortem domini Henrici domini de Quarto quondam, sibi Crispino remissa per dictum castellanum pro tanto de novo redditu per annum, ultra usagia antiqua proinde domino solvi consueta, et computat pro termino festi beati Stephani crastino festi Nativitatis Domini quo

incepterunt currere anni Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono - II solidos monete Auguste

Recepit a domino Jacobo Tarary, canonico Columpne Jovis, rectore hospitalis de Foro Valdaneo Auguste, pro medietate jornalys aque de rivo domini vocato de Preposito, per Petrum Balmein de Porroczan a domino Henrico domino de Quarto quondam aquisito in feudum perpetuum pro una fidelitate ligia et quinque solidis servicii annui, quod feudum fuit domino commissum et excheytum ob mortem dicti domini de Quarto quondam et propter donacionem inde factam per dictum Petrum Barmein dicto domino Jacobo Tararey, sibi remissa per dictum castellanum pro tanto de novo reddito per annum ultra usagia antiqua proinde domino solvi consueta, remissaque eidem dicta fidelitate et pro viginti januensibus auri boni ponderis de introgiis, de quibus inferius computat in titulo introgiorum, et computat de dicto novo reddito pro termino festi beati Stephani prothomartiris crastino festi Nativitatis Domini quo incepterunt currere anni Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono - V solidos monete Auguste

Recepit a Jaquemeto, filio quondam Johannis Fecton de Vallepellina et Theobaldo fratre suo pro duabus fossariatis vinee de novali, jacentibus ad Caschy versus Porroczan, que fuerunt de bonis magni *Vulliermi*⁹⁸ de Porroczan, domino commissis et excheytis ob mortem dicti domini Henrici, domini de quarto quondam, et dicti Magni Villi, dictis fratribus albergatis per eundem castellanum pro tanto de novo reddito per annum ultra antiqua usagia proinde domino solvi consueta, et pro duobus florenis januensibus auri boni ponderis de introgiis, et computat pro termino festi beati Stephani crastino festi Nativitatis Domini quo incepterunt currere anni Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono - XII denarios monete Auguste

Recepit a Jaquimino et Martino de Croesyvy de Dovia, fratribus, pro quadam pecia prati cum domicilio, sitis subtus Pont Pulliast, de novali, cum potestate tenendi ibidem eorum bestias, domino commissis et **[XLI Quarti]** excheytis ob mortem dicti domini de Quarto quondam, sibi remissis per dictum castellanum, commissarium domini, pro tanto de reddito seu servicio per annum ultra antiqua usagia proinde solvi solita, et pro decem florenis januensibus auri boni ponderis de introgiis, de quibus inferius computat in titulo introgiorum, et computat pro termino

⁹⁸ Le mot est ajouté dans la marge droite avec un signe de renvoi.

Anselmo Pession

festi beati Stephani crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono

- III solidos monete Auguste

Recepit a dicto Martino de Croesyvy pro licencia sibi per dictum castellanum data transmutandi quendam murum de dicto loco de Pont Pulliast usque ad novale dou Berriaz ibidem situm, pro tanto de novo reddito seu servicio per anno, sine introgiis, et computat, pro termino festi beati Stephani crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono

- I denarium monete Auguste

Mons de Durand:

Recepit a Jaquimino de Canali de Dovia pro monte et pascuis de Durando sibi imperpetuum albergatis per dictum castellanum et sibi per dominum confirmatis ut dicit pro sex libris monete Auguste de reddito seu censu per annum et pro uno denario servicii, et computat pro termino festi beati Stephani prothomartiris crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sexto

- VI libras, I denarium monete Auguste

Recepit ab eodem pro eodem et eodem termino festi beati Stephani crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo, octuagesimo octavo et octuagesimo nono, ad rationem dictarum sex librarum et unius denarii monete Auguste pro quolibet dictorum trium annorum seu terminorum

- XVIII libras, III denarios monete Auguste

56

Summa: - ML libre, V solidi, XI denarii monete Auguste ad XXVI
- CXVIII solidi, VI denarii januenese ad X pro XV

- III^{XX} XII floreni auri boni ponderis veteres

Et: - II^C XLIII franchi auri

Auxilia:

De quatuor solidis monete Auguste debitis in dicta castellania de auxilio per annum per Johannem et Johannodum Siraz de Dovia ut in computo precedenti, nichil computat quia domina ipsos tradidit domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, occasione qua supra in frumento.

Recepit a personis in septem particulis quarti computi precedentis specifice et particulariter declaratis de auxilio annis alternis ut in computo precedenti, et computat pro termino festi beati Stephani crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sexto, et in computo precedenti de ipsis computavit pro anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto, ut in eodem continetur

- LIX solidos, IX denarios monete Auguste

Recepit ab eisdem pro eodem et eodem termino festi beati Stephani crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo octuagesimo octavo et debentur annis alternis ut supra

- LIX solidos, IX denarios monete Auguste

Recepit a Jaquemina, relicta Dominici Reynerii de Avyso, domicelli, tutorio nomine filii pupilli dicti Dominici quondam pro auxilio per ipsum debito annis alternis, ut in titulo denariorum census quarti computi precedentis in festo beati Stephani yemalis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sexto, et in computo precedenti de ipsis computavit pro anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto

- XXX solidos monete Auguste

Recepit ab eadem pro eodem et eodem termino festi beati Stephani crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo octuagesimo octavo, et qui debentur annis alternis ut supra

- XXX solidos monete Auguste

Recepit a Johanne Biguey de Valle de Bocza pro auxilio annis alternis ut in computo precedenti **[XLII Quarti]** in festo beati Stephani yemalis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo, et in computo precedenti computavit pro anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto

- VIII solidos monete Auguste

Recepit ab eodem pro eodem et eodem termino festi beati Stephani yemalis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, qui debentur annis alternis ut supra

- VIII solidos monete Auguste

Summa - IX libre, XV solidi, VI denarii monete Auguste

57

Firme:

Idem reddit computum quod recepit a Johanne de Gignio, domicello, habitatore Quarti, pro firma mistraliarum mandamenti castellanie Quarti

unius anni finiti in festo beati Michaelis, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, nec inde plus recepit ut dicit

- XII florenos auri boni ponderis veteres

Recepit a Johanne Vidondo, habitatore Quarti, pro firma dictarum mistraliarum mandamenti castellanie Quarti, duorum annorum finitorum in festo beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo, et inde nichil plus recepit ut asserit juramento suo

- XXIII florenos auri boni ponderis veteres

Recepit a Jaquemeto de Cleyva de Dovia pro firma dictarum mistraliarum dicti mandamenti castellanie Quarti unius anni finiti in festo beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo octavo, nec inde plus recepit ut suo asserit juramento, et iniungitur⁹⁹ eidem quod dictam firmam, una cum aliis infrascriptis, cridari faciat modis, locis et temporibus debitis et consuetis plusque offerenti tradat, taliter quod de ipsis valeat in suo sequenti computo utilius pro domino computare, aut alias sufficiencius respondere

- XII florenos auri boni ponderis veteres

De firma mistralie Oyacie et ipsius mandamenti pro qua fuit computatum in computo precedenti de decem florenis auri boni ponderis veteribus pro firma dicte mistralie unius anni finiti in festo beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto, nichil computat quia domina dictam mistraliam tradidit domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, occasione superius declarata in frumento.

De firma dicte clericature et papirorum curie mandamenti Quarti et Oyacie pro qua fuit computatum in computo precedenti de vigintiquatuor florenis auri boni ponderis veteribus pro uno anno finito die undecima mensis novembris anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, nichil computat quia nichil pro eadem recepit per tempus de quo computat ut dicit, tam pro eo quod domina tradidit domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, castrum, castellaniam et mandamentum Oyacie, in quibus maior pars utilitatis et comodi dicti officii percipiebatur ut dicit, quam pro eo quod non invenit qui dictum officium ad firmam seu exitum quomodolibet tenere voluerit, licet bonam diligenciam quam potuit per cridas et aliis modis omnibus fecerit ut dicit, de quibus cridis et

⁹⁹ Dans la marge gauche: *vide*.

diligencia fidem fecit per litteras publicas cridarum super hiis factarum per Vuillermum dictum Marquix de Villafrancha, manderium et preconem in eadem villa tempore nundinarum ibidem tenutarum diebus tercia et quarta mensis maii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, item die VII dicti mensis maii anno predicto apud Quartum in magna janua ecclesie dicti loci per Johannem Vidondo, mistralem Quarti, receptas per Guillermmum Canelli notarium diebus et anno quibus supra, quas reddat¹⁰⁰ in quodam folio papiri scriptas et manu dicti notarii signatas. Item per alias litteras publicas cridarum inde factarum per dictum Vuillermum Marquix preconem publicum dicte Ville Franche Quarti, locis ibem cridari consuetis tempore nundinarum ibidem tenutarum diebus XXVIII, XXIX et penultima mensis octobris anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, quas eciam reddit in quodam folio papiri scriptas **[XLIII Quarti]** et manu Johannis Gontereti de Augusta notarii signatas. Item per alias litteras cridarum super hoc factarum per supradictum Vuillermum Marquisii, preconem publicum dicte Ville Franche Quarti, tempore nundinarum ibidem tenutarum receptas per Johannem Gontereti de Augusta notarium diebus octava, nona et decima mensis maii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sexto, quas reddit in quodam folio papiri scriptas et manu dicti notarii signatas. Item per alias litteras publicas cridarum super premissis factarum per dictum Vuillermum Marquisii, preconem publicum dicte Ville Franche Quarti, receptas per Johannem Casei de Augusta notarium tempore nundinarum ibidem tenutarum diebus XXVII, XXVIII et XXIX mensis octobris anno predicto millesimo tercentesimo octuagesimo sexto, quas reddit in quodam folio papiri scriptas et manu dicti notarii signatas. Item per alias litteras publicas cridarum super premissis factarum per supradictum Vuillermum Marquix, preconem publicum dicte Ville Franche Quarti, in dicta villa, locis cridari solitis, receptas per Johannem Gontereti de Augusta notarium tempore nundinarum tenutarum ibidem diebus martis, mercuri et jovis ante festum beatorum Philippi¹⁰¹ et Jacobi anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo, quas reddit in quodam folio papiri scriptas et manu dicti notarii signatas.

58

¹⁰⁰ Lire *reddit*.

¹⁰¹ Lire *Philippi*.

Item per aliam litteram publicam cridarum super hiis factarum per Jaquemetum Cleva de Dovia, manderium Quarti, in porticu ecclesie dicti loci ubi cride generales fieri sunt consuete, receptam per Demetrium de Augusta notarium, die septima mensis julii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo, quam reddit manu dicti notarii scriptam et signatam. Item per alias litteras publicas cridarum propter hoc factarum per Vuillermetum Marquisii, preconem publicum in dicta Villa Franca Quarti, locis proclamari solitis, receptas per Johannem Gontereti de Augusta notarium publicum, diebus XXVIII, XXIX et penultima mensis octobris anno predicto millesimo tercentesimo octuagesimo septimo, quas reddit in quodam folio papireo scriptas et manu dicti notarii signatas. Item per alias litteras cridarum pretextu firme dicte clericature factarum per Vuillermetum Marquix, preconem publicum in dicta Villa Franca mandamenti Quarti, locis preconizari solitis, receptas per Johannem Gontereti de Augusta notarium tempore nundinarum dicte Ville Franche, diebus martis, mercuri et Jovis post festum beatorum apostolorum Philipi et Jacobi, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo octavo, quas reddit in quodam folio papiri scriptas et manu dicti notarii signatas. Item per aliam <litteram> publicam cridarum propter hoc factarum per Jaquemetum de Cleva de Dovia, mistralem Quarti, in porticu ecclesie parrochialis dicti loci Quarti, ubi cride generales solite sunt fieri, recepta¹⁰² per Johannem Casei juniorem de Augusta notarium, die septima mensis junii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo octavo, quam reddit manu dicti notarii signatam. Et per alias litteras cridarum de et super premissis factarum in Villa Francha mandamenti Quarti locis proclamari solitis per dictum Vuillermetum Marquix, preconem publicum dicti loci, receptas per Johannem Gontereti de Augusta notarium publicum diebus XXVIII, XXIX et XXX mensis octobris, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo octavo, quas reddit in quodam folio papiri scriptas et manu dicti notarii signatas. Quibus non obstantibus, iniungitur eidem¹⁰³ quod dictam firmam cridari faciat modis, locis et temporibus debitis et consuetis plusque offerenti tradat taliter quod de eadem valeat in suo sequenti computo computare aut alias sufficiencius respondere.

¹⁰² Lire *receptam*.

¹⁰³ Dans la marge gauche: *vide*.

Recepit a Petro Rigoti de Quarto pro firma manderie dicti loci Quarti unius anni finiti die secunda mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, ut in computo precedenti, nec inde [XLIII Quart] plus habere potuit ut suo asserit juramento

- II florenos auri boni ponderis veteres

Recepit ab eodem Petro Rigoti pro eadem firma trium annorum finitorum die secunda mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo octavo, nec inde plus recepit nec habere potuit, licet super hoc bonam diligenciam quam potuit fecerit ut asserit, quibus non obstantibus iniungitur eidem quod dictam firmam debite cridari faciat et plus offerenti tradat taliter quod de eadem valeat utilius pro domino in suos sequenti computo computare, aut alias sufficiencius respondere. Et computat de dicta firma ad racionem duorum florenorum boni ponderis veterum pro quolibet dictorum trium annorum

- VI florenos auri boni ponderis veteres

Recepit ab eodem Jaquemeto de Cleva pro eadem firma manderie Sancti Christofori trium annorum finitorum die secunda mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo octavo, ad racionem duorum florenorum auri boni ponderis veterum pro quolibet dictorum trium annorum, nec inde plus habere potuit licet bonam diligenciam quam potuit super hoc fecerit ut dicit et fit eidem similis iniunctio¹⁰⁴ quo supra

- VI florenos auri boni ponderis veteres

59 De firma manderie Vallispelline pro qua fuit computatum in computo precedenti de viginti solidis monete Auguste pro uno anno finiti die secunda mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto et aliis precedentibus, nichil computat quia domina *nostra comitissa Sabaudie*¹⁰⁵ tradidit dictam manderiam domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, occasione qua supra in frumento.

De firma manderie de Dovia pro qua fuit computatum in computo precedenti de dimidio floreno auri boni ponderis vetere pro uno anno finiti die secunda mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto, nichil computat quia tradita fuit per dominam ut supra.

¹⁰⁴ Dans la marge gauche: *vide*.

¹⁰⁵ La phrase est ajoutée dans la marge droite avec un signe de renvoi.

Anselmo Pession

Recepit a Jaquemeto Hugonodi de Cerisey pro firma mistralie de Bocza unius anni finiti die secunda mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, ut in computo precedenti nec inde plus recepit ut dicit

- dimidium florenum auri boni ponderis veterem

Recepit ab eodem Jaquemeto pro eadem firma unius anni finiti die secunda mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sexto et inde nichil plus recepit ut dicit

- dimidium florenum auri boni ponderis veterem

Recepit ab Henrico de Turre de Stipulis pro firma mistralie de Bocza duorum annorum finitorum die secunda mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo octavo, et est augmentata dicta firma de tribus denariorum grossorum turonensium pro quolibet dictorum duorum annorum, nec inde plus habere potuit ut dicit

- VI denarios grossos turonenses veteres

Et: - I florenum auri boni ponderis veterem

Recepit a Jaquemeto Sartore de Villafrancha pro firma leyde nundinarum Villefranche que tenentur ibidem bis in anno, videlicet die martis propinquiore festi apostolorum Philipi et Jacobi, et die festi apostolorum Simonis et Jude, et computat pro termino festi apostolorum Philipi et Jacobi anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto: - XX solidos monete Auguste. Item pro termino festi apostolorum Symonis et Jude anno predicto: - IIII libre dicte monete. Item pro termino festorum beatorum Philipi et Jacobi anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sexto: - XXVIII solidos. Item pro termino festi beatorum Symonis et Jude anno supradicto: - IIII libras, X solidos. Item pro termino festi apostolorum Philipi et Jacobi anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo: - XX solidos. Item pro termino festi beatorum Symonis et Jude anno eodem: - C solidos. Item pro termino festi apostolorum Philipi et Jacobi anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo octavo: - XX solidos, et pro termino festi beatorum Symonis et Jude anno eodem: - C solidos dicte monete Auguste, nec inde plus recepit ut suo asserit juramento; quequidem leyda levatur terminis supradictis et modis in tercio computo precedenti plenius declaratis

- XXII libras, XVIII solidos monete Auguste

De firma banni vini quod venditur in Villa Francha a die prima mensis augusti usque ad diem festi Assumpcionis Beate Marie inclusive

eiusdem mensis domino [XLV Quarti] pertinentis ibidem ut in computo precedenti, nichil computat quia non invenit qui proinde aliquid se daturum obtulerit per tempus de quo computat ut dicit, licet super hoc bonam diligenciam fecerit ut suo juramento asserit. Quibus non obstantibus, iniungitur eidem¹⁰⁶ quod dictam firmam una cum aliis supra et infra scriptis credari faciat modis, locis et temporibus debitis et consuetis et plus offerenti tradat taliter quod de eisdem valeat in suo sequenti computo pro domino utilius computare aut alias sufficiens respondere.

De firma ponderis domini de Villa Francha quod levatur pro singulis rebus que ponderantur ibidem ad grossum pondus domini, unus denarius monete cursibilis Auguste, ut in computo precedenti, nichil computat quia nichil proinde aliquid se daturum obtulerit ut suo juramento asserit, quare fit eidem similis iniunctio que supra in particula proxime precedenti.

60 De firma pratorum domini de Ryns inclusis fructibus arborum in eisdem existencium, pro firma quorum fuit computatum in computo precedenti de decem septem florenis auri boni ponderis veteribus pro uno anno finito in festo Nativitatis domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto, nichil computat quia domina dicta prata, seu firmam ipsorum, tradidit domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, causis superius in frumento declaratis.

De sex solidis monete Auguste debitis et solvi consuetis per Johannodum de Roveyn et consortes suos de Roveyn pro pascuis de Ryns, sibi per dominum de Quarto quondam accensatis ad certum tempus, de quo declaracionem adhuc habere non potuit, ut dicit et dicitur in computo precedenti, nichil computat quia domina dicta pascua et ipsorum exitus tradidit supradicte domine Pantissalee de Saluciis, relicte sepedicti domini Henrici domini de Quarto quondam, occasione superius in frumento declarata.

Summa - XXII libre, XVIII solidi monete Auguste
Et: - LXVI floreni et dimidius auri boni ponderis veteres

Teysie domorum :

¹⁰⁶ Dans la marge gauche: *vide*.

De teysiis domorum Ville Franche nichil computat hic, eo quod includuntur in denariis¹⁰⁷ census, prout et de quibus ut supra computat, maxime quia super domibus Ville predicte, quando casus evenit, dominus percipit in eisdem laudes, ut dicit et dicitur in computo precedenti.

[XLVI Quarti]

Introgia pro excheytis :

Idem reddit computum quod recepit ad causam extentarum domini que recipiuntur per Johannem Gontereti, commissarium domini ad dictas extentas in dicta castellania recipiendas pro domino, et pretextu excheytarum et commissionum feudorum tam per mortem domini de Quarto quondam quam tenementariorum in recepcione dictarum extentarum repertarum, et primo ab Aymonodo de Arnyo, naturali, pro quodam feudo iacente ad Vareli sibi albergato pro tanto de introgiis et sub serviciis et usagiis antiquis, quod feudum domino pervenit ex successione Johannis Coquilliodi, deffuncti sine liberis

- V florenos auri boni ponderis veteres

Recepit ab eodem Aymonodo de Arnyo pro quibusdam aliis rebus iacentibus verso Verney ultra Cristam et circumstantes existentibus de rebus feudalibus dicti Johannis Coquilliodi quondam, domino commissis et excheytis ut supra, sibi albergatis pro tanto de introgiis et sub serviciis et usagiis inde dari consuetis, et pro decem solidis monete Auguste de augmento¹⁰⁸ de quibus supra computat in titulo denariorum census

- XII florenos auri boni ponderis veteres

Recepit a Johanne de Orto de Porroczan, parrochie Quarti, pro certis aliis rebus que fuerant de bonis feudalibus dicti Johannis Coquilliodi quondam, domino excheytis ut supra, sitis ultra Cristam de Puvil loco dicto Verney, sibi albergatis pro tanto de introgiis et pro decem octo solidis monete Auguste de reddito et duobus solidis de servicio per annum, de quibus supra computat in titulo denariorum census

- XII florenos auri boni ponderis veteres

Recepit a Vulliermo de Chameros, parrochie Quarti, pro quibusdam rebus sibi per dictum castellanum albergatis, existentibus de rebus feudalibus dicti Johannis Coquilliodi domino ut supra excheytis, sitis in villa Quarti, pro tanto de introgiis, sub censibus et serviciis antiquis et

¹⁰⁷ Lire *denariorum*.

¹⁰⁸ Dans la marge gauche: *novus redditus*.

pro quatuor sestariis vini de novo reddito per annum augmentato, de quo supra computat in titulo vini - XXV florenos auri januenses

- 61** Receptit a communitatibus mandamentorum, castellaniarum Quarti et Bressognie existentibus et gaudentibus sub franchesiis et libertatibus dictarum castellaniarum et in ipsis mandamentis commorantibus, burgensibus Villefranche Quarti exclusis, pro concordia per ipsas communitates facta cum dicto castellano ad hec per dictum commissarium deputato, ut dicit per manus reverendi in Christo Patris domini Jacobi, Dei gracia augustensis episcopi, domini Eballi, domini Montis Joveti, capitanei et locumtenentis domini ultra montes, de et supra commissione et excheyta feudorum que dicte communitates tenebant a dominis de Quarto quondam de directo feudo domini moventibus,¹⁰⁹ de quibus per dominum non fuerant revestiti et eadem feuda tenuerunt usque nunc sine laude et consensu domini, sibi remissis et de novo albergatis per dictum commissarium de consilio dictorum dominorum pro tanto de introgiis et sub serviciis et usagiis proinde dari solitis domino singulis annis solvendis, per instrumentum receptum manu Johannis Gontereti notarii et procuratoris domini in Valle Augusta, ultra centum januenses auri factos per dominos superius nominatos de droliis in dicta compositione distribuendos ad dispositionem dicti domini capitanei - III^C florenos januenses auri

Receptit a Johanne Johannis de Bressognia et Johannodo de Prato eiudem loci pro concordia per eos cum dicto castellano facta manu supradicti capitanei de et supra commissione feudorum que tenebant a dominis Quarti unacum Aymonodo Micheleti, cuius causam gerunt, in novalibus, pascuis, nemoribus nigris et aquis de feudo domini moventibus pro tanto de introgiis, et sub serviciis, usagibus et tributis annualibus domino solvi solitis - L florenos auri januenses

Receptit a Johanne dicto Mellnat de Vallepellina pro concordia cum dicto castellano per eum facta super feudis commissis novali que tenebat a dominis Quarti, sitis versus la Mornya,¹¹⁰ subtus magnum rivum domini, ultra servicia et usagia antiqua [XLVII Quarti] pro tanto de introgio - XXXII florenos auri januenses

Receptit a Johanne Coquiliod de Avylie, parrochie de Roysan, pro concordia per eum facta cum dicto castellano pro novalibus et aqua que

¹⁰⁹ Lire *movencium*.

¹¹⁰ Lire *Moryna*.

tenet subtus rivum domini in parrochia de Roysan, domino commissis pro tanto de introgio et pro serviciis et usagiis antiquis

- VII florenos auri januenses

Recepit a domino Jacobo Tarary, canonico Columpne Jovis et rectore hospitalis de foro Valdaneo Auguste, pro concordia per eum *per eum*¹¹¹ facta cum dicto castellano de medietate unius jornalae aque rivi domini vocati de Preposito, quam aquam a domino de Quarto quondam tenebat Petrus Barmens de Bauz de Porozan insuper in novis redditibus denarii census pro tantum de introgiis

- XX florenos auri januenses

Recepit a Jaquemeto quondam Johannis Facton¹¹² de Vallepellina et Theobaldo eius fratre, pro concordia per eosdam fratres cum dicto castellano facta de duabus fossoriatis vinee novalis, sitis ad Porozan versus Caschi, que fuerunt Magni Vulliermi de Porozan quondam domino commissis ut supra et pro tanto de introgiis

- II florenos auri januenses

Recepit a Jaquimino et Martino de Croesyvy de Dovia fratribus, pro quadam concordia per eosdem facta cum dicto castellano de et super quadam pecia novalis sita subtus Ponopuliat¹¹³ et potestate tenendi eorum bestias ibidem, domino commissa ut supra in titulo denariorum census, in novis redditibus pro tanto de introgiis

- X florenos januenses auri

Recepit a Petro, filio Petri Voudan de Segnins, pro tanto de introgiis pro quadam concordia facta cum dicto castellano, commissario domini supradicto, pro et supra quibusdam rebus feudalibus de feudo domini moventibus et domino excheytis ob mortem Adde Bataillon de Bagneres, parrochie Sancti Christofori, ut supra in titulo novi redditus denarii census

- II florenos boni ponderis veteres

Recepit a Jaquimino de Dovia, burgense Porte Santi Ursi pro quadam infeudacione eidem Jaquimino per dictum castellanum facta de quadam posa aque rivi domini vocati de Preposito, quam tenebat Brunodus Saix, mandamenti de Cly, omni ebdomada die sabati, de qua faciebat domino unam fidelitatem melius et unum denarium servicii annui, et dictus Jaqueminus fecerit quinque solidos census monete Auguste cursibilis et

¹¹¹ Biffé.

¹¹² Lire *Fecton*.

¹¹³ Lire *Pont Puliast*.

pro dicto denario monete predicte de servicio annuali solvi consueto, et eidem Jaquemino remissa fidelitate predicta pro tanto de intgogio
- XXV libras monete cursibilis Auguste

Summa - XXV libre monete Auguste
- XXXI floreni auri boni ponderis veteres
Et: - III^C XLVI floreni januenses auri

62

Laudes et vende :

Idem rendit computum quod recepit ab Anthonio Parmer de Balma et Vincencio Vorpo, habitatore parrochie Sancti Christofori, pro quadam infeudacione facta per dictum Anthonium eidem Vincencio de quadam pecia prati jacente in pratis Roverie¹¹⁴ in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo die XXIII mensis aprilis, et pro viginti florenis auri boni ponderis de introgio

- IIII libras monete cursibilis Auguste

Recepit a Johanne Mugnerii, alias de Palu, et Petro Mugnerii de Ciran pro quadam vendicione facta eidem Johanni per dictum Petrum de quodam domo jacente in Villafrancha, anno quo supra, die XXIII mensis aprilis

- X solidos monete predicte

Recepit ab Anthonio Parmer et Johanne Marqueti pro quadam infeudacione dicto Johanni per dictum Anthonium facta de quadam pecia prati jacente in pratis Revoerie, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, die X mensis junii, et pro decem octo florenis auri boni ponderis de introgio

- LXXII solidos monete predicte

Recepit a Johanne Gailliard de Vallepellina et Vulliermo de Voce, alias de Bocon, pro quadam infeudacione dicto Vulliermo per dictum Johannem facta de quadam pecia terre jacentem in Bruson, anno quo supra, die penultima decembris, pro VI solidis introgiorum

- XII denarios monete predicte

[XLVIII Quarti] Recepit a Perrerio Suarni de Vallepellina et predicto Vincencio pro quadam infeudacione per dictum Perrerium facta dicto Vincencio de quadam pecia terre jacente en Bruson, anno et die proxime scriptis, pro quadraginta solidis introgiorum

- VI solidos, VIII denarios monet predicte

¹¹⁴ Lire Revoerie.

Anselmo Pession

Recepit a Johanne Normeti de Villafrancha a Uldriodo Testorum habitatore ibidem pro vendicione dicto Uldriodo per ipsum Johannem facta pro duobus casalibus jacentibus in Villafrancha, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, die XII mensis februarii, precio quatuor florenorum auri boni ponderis

- XVIII solidos monete predictae

Recepit a Bartolomeo Tarida et Jaquimino de Junel pro quadam infeudacione per dictum Bartholomeum dicto Jaquimino facta de quadam perciola prati jacente ad Junel, et quadam posa aque Montavene¹¹⁵ anno quo supra, die XIII februarii, pro XX solidis introgiurum

- III solidos, III denarios monete predictae

Recepit a Peronetus Chauchio de Dovia et Jaquemeto eius genero et Petro Stephani de Alyan pro quadam infeudacione facta dicto Petro per predictos Chocho et Jaquemetum de illis rebus et possessionibus quos ipsi donacione habuerunt a loco de Pont Puliast superius que fuerunt quondam Jaquimini et Peroneti de Croso, anno quo supra die quarta marcii, pro centum libris monete Auguste introgiurum

- XVI libras, XIII solidos, III denarios monete predictae

Recepit a Vulliermeto Marquix de Villafrancha et Petro Vullienorum eiusdem loci pro quadam infeudacione facta dicto Petro per dictum Vulliermetum de quadam pecia vinee jacente supra Villafrancham eis Grimones¹¹⁶ anno quo supra die quinta mensis marcii, pro tribus florenis et dimidium auri boni ponderis introgiurum

- XV solidos, IX denarios monete predictae

Recepit a Martino Reymondi Amyceis et Johanne Maria de Effra pro quadam infeudacione per eum facta dicto Johanni de quadam pecia terre jacente ad Ciram, et quibusdam posis aque, anno quo supra die XXV marcii, pro decem solidis monete Auguste introgiurum

- XX denarios monete predictae

Recepit a Petro Sofflod de Villafrancha pro quadam vendicione sibi <facta> per Clementem de Perrina de Breysia de quodam curtilli domus site in Villafrancha, anno quo supra die penultima octobris, pro precio septem florenorum auri boni ponderis de introgio

- XXXI solidos, VI denarios monete predictae

¹¹⁵ Lecture douteuse.

¹¹⁶ Lecture douteuse (Germones?)

Recepit a Jaquemino de Girard de Royssan¹¹⁷ et Peroneto de Villa pro quadam infeudacione facta dicto Peroneto per dictum Jaquemum de quibusdam rebus sitis ou Racione, anno quo supra die XVI novembris, pro tribus florenis cum dimidium auri boni ponderis introgiurum - XV solidos, IX denarios monete predictae

Recepit a Johanne Martini de Prabax de Dovia et Johannodo Grossi de Olomont, pro quadam vendicione per dictum Johannem dicto Johannodo facta de quodam novali vocato la Bolia supra Doviam, anno quo supra die penultima decembris, pro XL solidis monete Auguste

- VI solidos, VIII denarios monete predictae

63 Recepit a Petro et Jaquimino fratribus, filiis quondam Martini de Prabax de Dovia, pro quadam infeudacione dicto Jaquimino per dictum Petrum facta de quibusdam rebus sitis apud Doviam, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto, die V mensis februarii, pro sexaginta solidis monete Auguste introgiurum

- X solidos monete predictae

Recepit a Bartholomeo de la Rivery, habitatore in Villafrancha testorum¹¹⁸ pro quadam vendicione sibi facta per Girardum Borgognion de quadam domo sita in Villafrancha et quadam pecia vinee site extra Villafrancham, anno quo supra die XXII marcii, precio decem florenorum auri boni ponderis - XLV solidos monete predictae

Recepit a liberis quondam Peroneti Bariaz¹¹⁹ de Vallepellina et Aymoneto de Frassinia de Olomon pro quadam infeudacione per ipsos liberos dicto Aymoneto facta de quibusdam rebus sitis in Frassinia, anno quo supra die XXVII marcii, pro quindecim libris introgiurum

- L solidos monete predictae

Recepit a Johanne, filio quondam Vionini de Rola, habitatore de Roysan, pro quadam vendicione sibi facta per Johannem dictum Mochiachat de illis rebus quas idem venditor habebat in parrochia de Roysan, anno quo supra die tertia aprilis, pro quadraginta libris introgiurum - VI libras, XIII solidos, III denarios monete predictae

[XLIX Quarti] Recepit a Johanne Martini de Prabax et Petro Stephanini de Alian de Dovia pro quadam infeudacione facta dicto Johanni per dictum Petrum de quarta parte cuiusdam pecie terre site in

¹¹⁷ Lire *Roysan*.

¹¹⁸ *Sic*.

¹¹⁹ Lire *Beriacz*.

Dovia, loco dicto Retro les Plans Pra, anno quo supra die XXII aprilis,
pro triginta solidis introgiurum - V solidos monete predictae

Recepit a Petro Pupuni de Blavy et Jaquimino de Ladret de Roisan
pro quadam infeudacione facta per dictum Petrum dicto Jaquimino de
quibusdam rebus sitis ad Roisan, anno quo supra die decima novembris,
pro XXXV libris introgiurum

- CXVI solidos, VIII denarios monete predictae

Recepit a Johannodo de Ladret de Roisan pro quadam infeudacione
sibi facta per Andream Morelli de quadam pecia prati siti ad Roisan in
prato de curia et quibusdam aliis rebus, anno quo supra dei XXI
decembris, pro centum quatuordecim solidis introgiurum

- XIX solidos, I denarium monete predictae

Recepit ab Andrea Morelli et Johannodo de Ladret de Roisan pro
quadam infeudacione facta per dictum Andream dicto Johannono de
quadam pecia terre jacente ou Rechis apud Roisan, anno et die quibus
supra, pro viginti octo solidis introgiurum

- IIII solidos, VII denarios, obolum monete predictae

Recepit ab Anthonio Parmer de Quarto et Dominico de Viely Mortaz
pro quadam infeudacione facta per dictum Anthonium dicto Dominico
de quadam posa aque rivi de Villa de Rins, anno Domini millesimo
tercentesimo octuagesimo quinto die V januarii, pro quatuordecim
floreis auri introgiurum

- LXIII solidos monete predictae

Recepit a Johanne Marqueti et Margarita, filia quondam Guillermeti
de Teytio notarii, pro infeudacione facta per dictum Johannem eidem
Margarite de medietate cuiusdam domus jacente in Villafrancha et
viridario et orto ibidem, et quadam pecia terre jacente ultra fossatum de
Vielymorta, anno quo supra die sexta januarii, pro tresdecim floreis
auri veteribus introgiurum

- LVIII solidos, VI denarios monete predictae

Recepit a Johanne Mataffan¹²⁰ de Roisan pro quadam infeudacione
facta eidem per Ysabellam de Berrio de quibusdam rebus sitis apud
Blavy, anno quo supra die penultima julii, pro viginti solidis
introgiurum

- III solidos, IIII denarios monete predictae

64 Recepit a Johanne Perole et Anthonio de Sinna¹²¹ parrochie Quarti
pro quadam infeudacione dicto Anthonio facta per dictum Johannem de

¹²⁰ Lire *Matafan*.

¹²¹ Lecture douteuse.

quadam pecia vinee novali jacente ad Quartum in territorio de Pra, anno quo supra die decima augusti, pro quadraginta solidis introgiurum

- VI solidos, VIII denarios monete predictae

Recepit ab Aymoneto Nerni de Villa supra Nuns et Aymonodo naturalis de Arnyo pro quadam infeudacione facta dicto Aymoneto per dictum Aymonodum de quadam posa aque rivi de villa superius, anno quo supra die XXII decembris, pro VIII florenis introgiurum

- XXXVI solidos monete predictae

Recepit ab Mermeto Sartoris de Villafrancha et Udriodo Testorum, habitatorum ibidem, pro quadam infeudacione facta per dictum Mermetum dicto Udriodo de quadam pecia vinee sita supra Villafrancham, anno quo supra die vicesima septima decembris, pro undecim florenis et dimidium auri introgiurum

- II solidos, IX denarios monete predictae

Recepit a Johanne de Orto de Porczan¹²² et Aymonodo naturalis¹²³ de Arnyo pro quadam infeudacione per dictum Johannem dicto Aymonodo facta de quadam pecia vinee et territorii jacentibus ad Verney, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sexto die XVII februarii, pro quadraginta solidis introgiurum

- VI solidos, VIII denarios monete predictae

Recepit ab Anthonio Parmer, Petro et Johanne Gilios de Bagneres, fratribus, pro quadam infeudacione facta dicto Anthonio per dictos fratres de quadam pecia terre jacente in Olees, anno quo supra die XXVIII februarii, pro quadraginta solidis introgiurum

- VI solidos, VIII denarios monete predictae

Recepit a Dominico de Viely Morta pro quadam infeudacione sibi facta per Aymonodum naturalem de Arnio de quadam aqua pissine de Vallely, anno quo supra die ultima februarii, pro uno floreno auri boni ponderis introgii

- IIII solidos, VI denarios monete predictae

Recepit a Petro Hugoneto de Cella de Quarto pro quadam infeudacione sibi per Vulliermum Cognen de Quarto facta de quadam pecia terre jacente apud Quartum et quadam pecia prati seu viridarii jacente ibidem, anno quo supra die VII aprilis, pro duobus florenis veteribus introgii

- IX solidos monete predictae

¹²² Lire *Porroczan*.

¹²³ Lire *naturali*.

Recepit ab Aymoneto, filio Johannodi Sartoris de Crey [**L Quarti**] de Gigno pro quadam infeudacione eidem facta pet Vulliermum Cognen de Quarto de duabus domibus jacentibus apud Quartum, anno quo supra die XIII novembris pro decem florenis introgii

- XLV solidos monete predictae

Recepit a Johanne Chapuis de Roisan, Jaquemeto eius genero et Berthodo Foresterii, pro quadam infeudacione per dictos Johannem et Jaquemetum dicto Berthodo facta de quadam pecia terre jacente loco dicto Chaumayour, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sexto die XX novembris, pro duobus solidis introgii

65

- IIII denarios monete predictae

Recepit a dicto Johanne eius genero et Johanne Benedicte de Blavy pro quadam infeudacione per dictos Johannem et eius generum dicto Johanni Chapuys facta, anno quo supra et die predictis, de quadam domo jacente ou Berio pro duobus solidis introgii

- IIII denarios monete predictae

Recepit a dicto Johanne Benedicte et Johanne Chapuys et eius genero pro quadam infeudacione facta dicto Johanne Benedicte per dictos Johannem Chapuis et Jaquemetum, de certis rebus jacentibus ad Blavy et pro quadam infeudacione facta per dictum Johannem Benedicte dictis Johanni Chapuis et eius genero, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sexto die XXI novembris, de quadam pecia terre jacente eys Chans pro quindecim solidis introgii pro qualibet dictarum infeudacionum

- V solidos monete predictae

Recepit a Johannodo de Ladret de Roisan pro quadam infeudacione facta eidem per Andream Morelli de Roisan, anno quo supra die decima decembris, pro viginti solidis introgii

- III solidos, IIII denarios monete predictae

Recepit a Francisco Calderarum de Coni, habitatore in Villafrancha, pro quadam infeudacione sibi facta per Martinum et Jaquemetum Marqueti de quodam casali sito in Villafrancha, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo, die decimanona junii, pro quinque florenis introgii

- XXII solidos, VI denarios monete predictae

Recepit a Mermeto Sartorum de Vallafrancha et Johanne dicto Charoton de Friburgo pro quadam infeudacione facta per dictum Mermetum dicto Johanni de quadam domo sita in Villafrancha, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo die undecima mensis februarii, pro quinquaginta sex solidis introgii

- IX solidos, IIII denarios monete predicte

Recepit a Johanne Beconton de Olomon pro quadam donacione sibi et Anthonie eius uxori facta de rebus feudalibus moventibus de feudo domini sitis subtus rivum Prepositi, anno eodem die decima februarii, pro viginti libris introgii - LXVI solidos, VIII denarios monete predicte

Recepit a Johanne Maliat de Oyacia, habitatore apud Pollen, pro quadam infeudacione sibi facta per Johannem Marqueti de quadam pecia et territorio jacentibus supra Villam Francham, loco dicto Chamlon, anno quo supra die prima marcii, pro vigintibus florenis introgii - IIII libras, XIII solidos, VI denarios monete predicte

Recepit a Johanneta, filia quondam Umberteti Gaspardi de Crestalla, et Franciso Porchier, eius viro, pro quadam vendicione eidem facta per Anthonium, filium Johannodi de Septumiam, mandamenti de Cly, de rebus feudalibus dicti Gaspardi sitis in parrochia Quarti, anno quo supra die XVI maii, precio viginti octo florenorum auri boni ponderis

- VI libre, VI solidos monete predicte

Recepit a Francisco Porchier de Noz et Petro Bisochon pro quadam infeudacione per dictum Franciscum et eius uxorem facta dicto Petro de quadam pecia terre jacente ad Quart, loco dicto Planta, anno quo supra die quarta novembris, pro septem florenis introgii

- XXXI solidos, VI denarios monete predicte

66 Recepit a Petro et Johanne fratribus, filiis quondam Anthonii Juvenis de Villa supra Nuns et Johanne et Aymoneto de Very de Claverorum¹²⁴ pro quadam infeudacione facta per dictos Petrum et Johannem dictis fratribus Petro et Aymoneto de quibusdam rebus jacentibus ad Ciran, anno quo supra, die decima decembris pro quadraginta libris introgiorum - VI libras, XIII solidos, IIII denarios monete predicte

Recepit ab Aymonodo naturalis de Arnyo de Johanne, filio Jaquimini Brigian pro quadam infeudacione facta per dictum Aymonodum dicto Johanni de quadam pecia territorii jacente ad Verney, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo octavo, die XVIII februarii pro quinquaginta quatuor solidis introgii - IX solidos monete predicte

Recepit a Vulliermeto, filio Jaquemeti Cleva de Dovia, pro quadam infeudacione sibi facta per Aymonodum **[LI Quarti]** naturalem de Arnyo nomine suo et eius uxoris facta de certis rebus jacentibus in Villa supra Nuns, anno eodem die XXIII februarii pro decem libris introgii

¹²⁴ Lecture douteuse.

Anselmo Pession

- XXXIII solidos, IIII denarios monete predicte

Recepit a Johanne Vidondo, eius uxore, Aymonodo naturali de Arnyo et eius uxore pro quibusdam infeudacionibus factis per dictos Johannem et eius uxorem dictis Aymonodo et eius uxori et eciam per dictos Aymonodum et eius uxorem dictis Petro et eius uxori de certis rebus, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo octavo die XXVII marcii, pro medio floreno pro qualibet dictarum infeudacionum de introgio

- IIII solidos, VIII denarios, obolum

Recepit ab Aymonodo naturali de Arnyo et Vulliermo de Curiis de Villa supra Nuns pro quadam infeudacione per dictos Aymonodum et Johannetam eius uxorem dicto Vulliermo facta de certis rebus jacentibus in Villa supra Nuns, anno eodem die ultima marcii pro quatuordecim florenis auri introgii

- LXIII solidos

Recepit a Johanne Marqueti et Hugone de Cyran pro quadam infeudacione facta dicto Hugoni per dictum Johannem de quodam peciola terre sita ad Cyran, anno eodem die XIII aprilis pro XL solidis introgii

- VI solidos, VIII denarios monete predicte

Recepit a Petro Valleti de Curiis de Porczans pro quadam infeudacione sibi facta per Aymonodum naturalem de Arnyo de usu pissine de Vallely, anno quo supra die XXII pro X solidis introgii

- XX denarios monete predicte

Recepit a dicto Aymonodo pro quadam infeudacione sibi facta per Petrum de Curiis de certis rebus jacentibus ad Chantigan, anno et die proxime dictis, pro octo solidis introgii

- XVI denarios monete predicte

Recepit a dictis Aymonodo et eius uxori et Vullienco de Villa, anno et die supradictis, pro quadraginta solidis introgii

- VI solidos, VIII denarios monete predicte

Recepit a Johanne Marqueti et Johanne Pulio pro quadam infeudacione facta per dictum Johannem Marqueti dicto Pulio de quadam pecia prati jacente loco dicto Royos, anno quo supra die XXVIII aprilis, pro quatuor florenis introgii

- XVIII solidos monete predicte

Recepit a Petro Gilio et Remigio de Rovorey pro quadam infeudacione facta per dictum Petrum dicto Remigio pro quadam pecia prati jacente ad Rovorey, anno quo supra die XXV aprilis, pro quatuor florenis introgii

- XVIII solidos monete predicte

Recepit a Johanne Corna pro quadam infeudacione sibi facta per Girardum, filium Heustacii de Charery, et eius matre de certis rebus, anno quo supra die penultima maii, pro centum solidis introgii

- XVI solidos, VIII denarios monete predictae

67 Recepit a Petro Probihominis pro quadam infeudacione sibi facta per Aymonodum naturalem de Arnyo de certis rebus, anno quo supra die octava septembris, pro quindecim libris introgii

- L solidos monete predictae

Recepit a Bonifacio naturalis Jacobi Nerni pro quadam infeudacione sibi facta proximo die de certis rebus per dictum Aymonodum pro XVI libris introgii

- LIII solidos, IIII denarios monete predictae

Recepit a Johanne et Vulliermeto fratribus, filiis quondam Bartholomei Mugnerii de Castro Quarti, Petro Mugnerii de Ciran et Hugoneto Bergognon, alias Grillion, habitatore Quarti, pro quadam infeudacione facta per dictos Mugnerios dicto Hugoneto Bergognon de quodam molendino jacente juxta pontem Quarti et prato de supra, anno eodem die ultima octobris, pro duobus florenis auri veteribus introgiorum

- IX solidos, V denarios monete predictae

Recepit a Jaquemino Vullienorum, burgense Ville Franche, et Johanne Mocillion de Villa supra Nuns pro quadam infeudacione per dictum Jaquimum facta dicto Johanni de quadam pecia vinee et territorii, jacentibus subtus Villam Francham, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, die XX januarii, pro tribus florenis auri veteribus introgii

- XIII solidos, VI denarios monete predictae

Recepit ab Aymoneto Landrant de Plantata de Nuns et Stephano Bonat de Villa supra Nuns, pro quadam infeudacione per dictum Aymonetum dicto Stephano facta de quadam pecia vinee et territorii jacente subtus Villam Francham, anno et die quibus supra, pro duobus florenis auri veteribus introgiorum

- IX solidos monete predictae

Recepit a Johanne Vorberti de Signins et Johanne, filio Colini de Glacier de Olomon, pro quadam infeudacione et affiliatione nomine filiologii dicto Johanni Colini per dictum Johannem Vorberti tenente¹²⁵ a domino de Quarto et postmodum a domino nostro comite percipiendum post decessorum dicti Johannis Vorberti, anno eodem die XXII junii, pro sex viginti florenis auri veteribus introgiorum

- XX florenos auri boni ponderis veteres

¹²⁵ Lecture douteuse.

Recepit a Jaquemeto, genero Valini de Morgona quondam, et Johanni, filio quondam Johannis Marione de Morgona, **[LII Quarti]** pro quadam infeudacione facta per dictum Jaquemetum dicto Johanni de quadam pecia de expiney supra Quartum, anno eodem die secunda februarii, pro uno floreno auri vetere introgii

- IIII solidos, VI denarios monete predictae

Recepit a Johanne Marqueti et Aymonodo naturali, pro quadam infeudacione facta per dictum Johannem eidem Aymonodo de quadam pecia vinee jacente retro Cyraz, anno eodem die quarta februarii, pro novem florenis et dimidio januensibus auri introgii

- XLIIII solidos, IIII denarios

Recepit a Brunodo et Jaquemeto Salaz de Noz pro quadam infeudacione eidem¹²⁶ facta per Johannem et Marquetum fratres de alpe nova de Brenguey et pratis et pascuis eiusdem, anno eodem die XXV februarii, pro decem florenis auri veteribus introgii

- XLV solidos monete predictae

Recepit ab Anthonio Parmer, Hugone de Vignel, Vulliermodo et Petro fratribus, filiis quondam Vulliermi Ducis de Avisio, pro quadam infeudacione facta per dictum Anthonium eisdem Hugone et fratribus de uno jornali aque rivi de Villa supra Nuns, vocati de burgensibus de Ville Franche, anno eodem die tercia mensis aprilis, pro triginta duobus florenis januensibus auri introgii - VII libras, IX solidos, IIII denarios

Summa - CXVI libre, X solidi, IX denarii monete Auguste

Et: - XX floreni auri boni ponderis veteres

68

Aqua rivi Prepositi vendita ultra aquam accensatam:

Idem reddit computum quod recepit manu Petri Morelli de Rivo, administratoris et dispensatoris aque rivi vocati de Preposito, de et pro aqua dicti rivi vendita per eundem Petrum pluribus et diversis personis, ultra aquam accensatam seu traditam ad servicium de quo supra computati titulo denarii census in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, et respondet plus ipso anno quam anno proxime precedente de quadraginta octo solidis monete Auguste, nec inde plus recepit ut dicit - VII libras, XVIII solidos, monete Auguste

¹²⁶ Lire *eisdem*.

Recepit manu Petri Morelli de et pro aqua dicti rivi per ipsum ut supra vendita in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sexto, et respondet minus ipso anno quam anno proxime precedenti de quadraginta quatuor solidis dicte monete Auguste, nec inde plus recepit ut dicit - CXIII solidos monete predictae

Recepit manu Petri Morelli de et pro aqua dicti rivi per ipsum ut supra vendita in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo, et respondet plus de quadraginta uno solidis ipso anno quam anno proxime precedenti - VII libras, XV solidos dicte monete

Recepit manu eiusdem Petri Morelli de et pro aqua dicti rivi domini vocati de Preposito per ipsum vendita ut supra in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo octavo, et respondet minus ipso anno de triginta solidis monete Auguste quam anno proxime precedenti, nec inde plus recepit ut suo juramento asserit

- VI libras, V solidos dicte monete

Pasqueragium montis de Durando:

De pasqueragio montis de Durando nichil computat hic quia dictus castellanus, ex commissione domini, dictum montem et eius pasqueragium¹²⁷ et exitum albergavit perpetuo Jaquimino de Canali, et dominus ipsum pasqueragium eidem Jaquimino confirmavit pro sex libris monete Auguste de redditu per annum, et pro uno denario servicii de quibus supra computat in titulo denarii census, quare non fiat hic ulterius mencio.

Banna concordata:

Idem reddit computum quod recepit a Johanne Nycoleti Biatricis de Olomont manu Jaquemini eius fratris, quia ipse Johannes inculpabatur certa bona mobilia furtive cepisse in hospicio liberorum quondam Girardeti de Stabulo

- XXIII florenos et tres partes unius floreni boni ponderis veteres

Recepit a Laurencio, genero Perrini de Parlea, et dicto Perrino, quia inculpabantur indebite posuisse unum terminum seu metam subtus Veyny in parrochia Sancti Christofori in via publica seu rivo inter res dicti Perrini et res Parvi Aymoneti de Soreley, sine consensu dicti

¹²⁷ Dans la marge gauche: *non fiat hic ulterius mencio quod ipse fit supra in denarii census.*

Aymoneti et castellani predicti pro jure domini, quia res de directo dominio feudi domini movere noscuntur

- XVIII florenos auri boni ponderis veteres

69 Receptit a filio Regis de Effra inculpato invenisse dictos Laurencium et Perrinum ad metam predictam ponendam

- III florenos et dimidium boni ponderis veteres

Receptit a Johanne dicto Grillion de Seignyns pro bannis et penis per ipsum spretis

- XV solidos monete Auguste

Receptit a Jaquimino Adde de Parlea inculpato cidisse certam plantam nemoris de Arlo supra Effra quanti **[LIII Quarti]** tatem sine licentiam castellani

- VII libras, X solidos monete Auguste

Receptit a Johanne Mataffan de Roysan inculpato plura banna commisisse

- III florenos veteres

Receptit a Girardo de Vallepellina inculpato falsum testimonium tulisse in causa appellacionis vertente inter Margaronam, uxorem Johannis Perole appellatam, ex una parte, et Perrerium de Quarto de Valle Pellina appellantem, ex parte altera

- III januenses et quartum unius januensis auri

Receptit a Jaquemino de Mallio de Quarto pro bannis et penis spretis per eius uxorem

- LXXV solidos monete Auguste

Receptit a Sulpicio de Butie inculpato in vita domini Henrici domini de Quarto plura furta in mandamento Quarti perpetrare et carcerem dicti domini de Quarto tunc violasse

- XXIII florenos auri boni ponderis veteres

Receptit a Johanne et Francisco fratribus, filiis condam Girardi de Bifranio,¹²⁸ inculpatis indebite cidisse et tellasse¹²⁹ quandam plateam insulle existentem circa Duriam a parte Quarti et inde unus ipsorum se in processu deierasse¹³⁰

- XV januenses auri

Receptit a Martino de Soreley inculpato de crimine supradicto

- I januensem et dimidium auri

Receptit a Johanne Hugoneti Joli pro eodem

- I januensem et dimidium auri

Receptit a Jaquemeto Brocardi de Sancto Christoforo pro eodem

- III partes unius januensis auri

¹²⁸ Lecture douteuse.

¹²⁹ *Sic.*

¹³⁰ *Sic.*

Hugues Garnier 1385-1389

- Recepit ab Aymoneto Brocardi eius fratre pro eodem
- XXX solidos monete Auguste
- Recepit a Jaquimino Clerico de Meysata pro eodem
- III partes unius floreni boni ponderis veteris
- Recepit a Jaquimino de Parlea pro eodem
- I januensem et dimidium auri
- Recepit a Petro et Johanne de Charrerri fratribus pro eodem
- I januensem et dimidium auri
- Recepit a Petro Collierii de Segnyns pro eodem
- tres partes unius floreni auri boni ponderis veteris
- Recepit a filio Aymoneti de Grangia de Segnyns pro eodem
- XX solidos monete Auguste
- Recepit a Johanne de Chandony de Sancto Christoforo pro eodem
- I januensem et dimidium auri
- Recepit a Martino de Soreley supradicto pro bannis et penis per ipsum spretis
- III florenos auri boni ponderis veteres
- Recepit a Johanne, filio Jaquemini Brigand de Quarto inculpato furtum commisisse infra castrum Quarti
- VII florenos et dimidium auri boni ponderis veteres
- 70** Recepit a Remegio Truchodi de Pasquier pro bannis et penis commissis per eius filium
- XLV solidos monete Auguste
- Recepit a Dominico de Carro de Charvenczo pro bannis et penis spretis per eius filium
- XLV solidos monete Auguste
- Recepit a Petro de Pasquier pro bannis et penis spretis per eum
- I florenum et dimidium veterem
- Recepit a Johanne dicto Grillion de Seignins pro quadam appellacione per eum facta de falso in Johannodum de Bruna
- XLV solidos monete predicte Auguste
- Recepit a Petro, filio quondam Jaquimini Peronini des Alex, de Effra pro bannis et penis per eum spretis
- XXX solidos dicte monete
- Recepit a Johanne de Oytiron,¹³¹ mandamenti de Cly, pro bannis per eum spretis in Villafrancha
- tres partes unius januensis auri
- Recepit a Bertholeta de Plantata de Nuns pro bannis per eum spretis in dicta Villa Francha
- tres partes unius januensis auri

¹³¹ Lire *Oytiroi*.

Anselmo Pession

Recepit a Petro, famulo Petri Vulliermete de Avysio, parrochie Quarti, inculpato se temerarie immiscuisse de exercendo officium jurisdictionis sine licencia castellani nec erat officarius domini

- I januensem et dimidium auri

Recepit a communitate hominum de Bocza pro bannis nemorum communium de Bocza - XXII solidos, VI denarios monete Auguste

Recepit a Jaquimino de Junello de Effra ex concordia per eum facta cum dicto castellano eo quia idem Jaquiminus sentencialiter fuerat bannitus de non intrando mandamentum Quarti usque ad voluntatem domini et fuerat positus in berlinam per dictum castellanum

- IIII florenos et dimidium auri boni ponderis veteres

Recepit ab Anthonio dicto Taryn, habitatore in villa Quarti, inculpato scoreriam seu adulterium commisisse

- I florenum et dimidium auri boni ponderis veterem

Recepit a Johanne Benedicte de Blavy parrochie de Roysan pro bannis et penis spretis - XXX solidos monete Auguste

Recepit a Petro de Decima de Olomont pro penis per eum spretis in eo quia se obligaverat de se representando in castro Quarti certo termino sub pena centum florenorum auri, nec se representavit tempore debito dictam penam commictendo - XLV januenses auri

Recepit a Martino Gorraiz pro adulterio per eum commisso

- tres partes unius floreni auri boni ponderis vetereris

Summa - XXV libre, II solidi, VI denarii monete Auguste

- IIII^{XX} XIII floreni et dimidium auri boni ponderis veteres

Et: - LXXIIII floreni et dimidus januenses auri

Banna condempnata:

De bannis condempnatis in quibus idem castellanus [**LIIII Quarti**] percipit duos solidos in qualibet libra ut in computo precedenti, nichil computat quia nichil pro ipsis recepit per tempus de quo computat ut dicit.

Banna minuta:

De bannis minutis nichil computat quia includuntur in firmis mistraliarum, champeriorum et foresteriorum, de quibus supra computat ut dicit.

[LI] Advoerie:

Idem reddit computum quod recepit a Vulliermeto Filiestro de Effra pro advoeria seu tutela liberorum quondam Johannis Tuvaiz de Segnyns sibi per dictum castellanum data pro tanto semel - II januenses auri

De uno obolo auri pridem debito per Jaquemetum deis Raspaillies pro advoeria seu tutela Thomasseti, filii quondam Jaquimini Girardi de Oignian, de et pro quo in computo precedenti computavit, nichil computat hic quia dictus Jaquemetus non plus tenet dictam advoeriam quia idem homassetus est extra advoeriam et complevit etatem quatuordecim annorum ut asserit

Summa - II januenses auri

71

Exitus sigilli:

Idem reddit computum quod recepit de et pro exitu sigilli curie domini de Quarto a quodam Dallion parrochie de Alleyn, pro sigillo cuiusda littere date per baillivum Auguste sigillo dicti baillivi sigillate et eciam per dictum castellanum - XIII solidos monete Auguste

Recepit a domino Michele de Molendino, capellano in ecclesia Auguste, pro sigillo cuiusdam processus et sentencie in causa coram dicto castellano ventilata inter dictum dominum Michelem ex una parte et Johannem dictum Comuna de Sancto Christoforo ex altera

- I florenum auri parvi ponderis

Recepit a Johanne de Crey de Gignio pro sigillo quorundam processus et sentencie cause ventilate inter dictum Johannem et filium quondam Aymoneti de Alyo - I florenum auri parvi ponderis

Summa - XIII solidi monete Auguste

Et: - II floreni auri parvi ponderis

Cheyserie seu escheytis:

Idem reddit computum quod recepit de cheyseriis seu escheytis domino pertinentibus in dicta castellania, quando casus evenit, per plures homines dicti mandamenti Quarti per modum et formam declaratos in computo precedenti de annis Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio et octuagesimo quarto et aliis precedentibus, et primo ab Hugonodo, filio quondam Petri Pupuni pro

cheseria dicti sui patris, ultra siliginem, ligumen et vinum de quibus supra computat pro uno pravo cacabo heris et uno pravo dolio

- LIII solidos monete Auguste

Recepit a Jaquimino Bruneti de Blavi, genero quondam Vionini dou Gorrey, de Roysan, pro cheyseria dicti quondam Vionini, ultra frumentum et siliginem de quibus supra computat

- II libras monete Auguste

Recepit ab uxore quondam Johannis de Chomar de Roysan pro cheseria dicti quondam Johannis viri sui, ultra terciam partem fructuum adhuc anno presenti millesimo tercentesimo octuagesimo nono pendencium, de quibus in auo computo sequenti computabit

- VII libras monete Auguste

Summa - XXI libre, XIII solidi monete Auguste

Placita nobilium:

Idem reddit computum quod recepit a Petro, filio quondam Johannis de Ginioz domicelli, parrochie Quarti, pro medietate placiti per ipsum debiti domino per mortem Johannis, fratris dicti Petri

- XX solidos monete Auguste

De placito domino debito per mortem filii Dominici Reynerii de Avisio, domicelli quondam, non computat quia nichil adhuc pro eodem recepit pro eo quod feudum domini inter tenentes illud est in questione et de ipso pendet lis ut dicit; iniungitur¹³² tamen sibi quod dictam questionem breviter terminari procuret et instet quantum poterit dictumque placitum recuperet, taliter quod de eodem valeat in suo sequenti computo domino plenarie computare.

*De placito debito per Johannem et Henricum, filios quondam Peroneti de Turre de Stabulis, domicellos, non computat quia nundum habere potuit informaciones dicti placiti quia regithie non sunt complete ut dicit sed iniungitur eidem quod dictas regithias instet terminari sic quod de dicto placito et aliis ibidem debitis valeat in suo sequenti computo domino computare.*¹³³

Alia placita tenementariorum:

¹³² Dans la marge gauche: *vide*.

¹³³ La phrase est ajoutée dans la marge droite avec un signe de renvoi.

Recepit a personis inferius nominatis in villis et villagiis infrascriptis commorantibus, debentibus placita per mortem tenementariorum. Et primo a Bonifacio, genero quondam Aymonodi Champapont [**LV Quart**] debente sex solidos, unum denarium servicii pro quibus levatur duplum de placito et ultra quarta pars dicti placiti pro domina, et quinta pars eiusdem placiti pro mistrali, quia sic est levare solitum ad moviendo tempore dicti placiti, ut dicitur in computo precedenti

- XVII solidos, VII denarios, obolum et quintum unius denarii monete Auguste

Recepit ab eodem Bonifacio pro placito per ipsum debito per mortem Johannis, filii dicti quondam Aymonodi Champapont pro medietate tocius servicii predicti

- VIII solidos, IX denarios, obolum, decimum et vigesimum unius denarii dicte monete

72 Recepit a genero Johannodi Montjou, debente viginti unum denarios de servicio pro placito per ipsum debito per mortem dicti Johannodi ad rationem predictam

- V solidos, obolum pict. et decimum unius denarii dicte monete

Recepit a Johanne Mataffan, alias Chapuis, de Blavy, pro Jaquemeta Chapuisi, debente de servicio duodecim solidos, octo denarios, obolum de servicio pro placito domino debito per mortem dicte Jaquemete per modum supradictum - XXXVI solidos, X denarios, pictam dicte monete

Recepit a Jaquimino Girardi Pititeti¹³⁴ et eius consortibus des Plaz debentibus de servicio quinque solidos, unum denarium de servicio pro placito domino debito per mortem dicti Girardi, ad rationem et per modum predictos

- XIII solidos, VIII denarios, obolum et quintum duorum denariorum pictavensium

Recepit a liberis Thomassini de Macino debente de servicio quatuor denarios pro placito domino debito per mortem dicti Jaquimini per modum supradictum

- XI denarios, obolum et decimum unius denarii dicte monete

Recepit ab Hugonodo, filio Petri Pupuni de Blavi, debente de servicio sexdecim solidos, quinque denarios pro placito per ipsum debito per mortem dicti Petri ut supra

¹³⁴ Lire *Piteti*.

- XLVII solidos, VII denarios et vigesimum unius denarii dicte monete

Recepit a liberis Johannis Facton¹³⁵ debentibus duodecim denarios pro Magno Vulliermo de Porroczan pro placito domino debito per mortem dicti Johannis Facton ad rationem et per modum superius declaratum

- II solidos, X denarios, obolum, quintum et decimum unius denarii dicte monete

Apud Sanctum Christoforum:

Recepit a liberis Petri de Charrera debentibus de servicio quatuor solidos pro placito domino debito per mortem dicti Petri de Charrera ut supra

- XI solidos, VII denarios, quintum et decimum unius denarii dicte monete

Recepit ab eisdem liberis pro placito domino per eosdem debito per mortem dicti Petri de Charrera, eorum patris quondam, pro sex denariis servicii per ipsos debitis pro Stanno, ad rationem et per modum superius declaratos

- XVII denarios picatenses, decimum et vigesimum unius denarii dicte monete

Recepit ab eisdem liberis pro placito per ipsos debito per mortem Jaquimini eiusdem Petri filii ut supra

- VI solidos, VI denarios pictavenses dicte monete

Recepit a liberis Johannis Aymoneti de Soreley debente de servicio duos solidos, decem denarios pro placito domino debito per mortem dicti Johannis Aymoneti ad rationem et per modum superius declaratos

- VIII solidos, II denarios, obolum et decimum unius denarii dicte monete

Recepit ab eisdem liberis debentibus viginti solidos servicii pro Rins, pro placito per ipsos debito domino per mortem dicti Johannis ad tantum taxato

- VI solidos dicte monete

Recepit a liberis Oddonis de Fonte de Signins debentibus de servicio duodecim denarios pro placito domino debito per mortem dicti Oddonis ut supra

- II solidos, X denarios, obolum, quintum et decimum unius denarii dicte monete

¹³⁵ Lire *Fecton*.

Recepit ab eisdem liberis pro parte sua placiti viginti trium solidorum, quatuor denariorum debitorum per dictum Oddonem quondam et alios suos consortes pro placito inde domino debito ad tantum taxato - V solidos, X denarios dicte monete

Recepit a liberis Johannis Gillio, debentibus tres solidos, sex denarios de servicio pro placito domino debito per mortem dicti Johannis Gillio ad rationem prius dictam

- X solidos, I denarium, obolum pict. et decimum unius denarii dicte monete

Recepit a Jaquemeto Richardo de Bagnieres debente pro Johanne fratre suo de servicio tres denarios pro placito inde domino debito ob mortem dicti Johannis

- VIII denarios, obolum et quintum unius denarii dicte monete

Recepit a liberis Adde dou Chivaley, debentibus de servicio tres denarios pro placito inde domino debito per mortem dicti Adde ut supra

- VIII denarios, obolum et quintum unius denarii dicte monete

Recepit ab eisdem liberis debentibus de servicio quinque solidos pro rivo, pro placito inde domino ut supra debito per mortem dicti Adde

- XIII solidos, VI denarios dicte monete

73 Recepit a liberis Jaquemeti de Veyny debente de servicio duos solidos, sex denarios pro placito inde domino ut supra debito per mortem dicti Jaquemini - VII solidos, II denarios dicte monete

Recepit ab eisdem liberis pro parte sua placiti debiti pro rivo ob mortem dicti Jaquemini - III solidos, VII denarios dicte monete

Recepit a liberis Johannis de Alian, debentibus sex denarios de servicio pro placito per ipsos domino debito per mortem dicti Johannis d'Alian

- XVII denarios, pictam, decimum et vigesimum unius denarii dicte monete

Recepit ab eisdem liberis debentibus de servicio duos solidos, sex denarios pro rivo *pro servicio*¹³⁶ pro placito [LVI Quarti] domino per ipsos inde debito per mortem dicti Johannis ad rationem et per modum superius declaratos - VII solidos, III denarios dicte monete

Recepit a liberis Aymonini de Fonte de Signins, debentibus de servicio tres denarios pro placito domino per ipsos domino debito ut supra per mortem dicti Aymonini

¹³⁶ Biffé.

Anselmo Pession

- VIII denarios, obolum et quintum unius denarii dicte monete
Recepit ab eisdem liberis pro parte sua placiti domino per ipsos debiti pro rivo ob mortem dicti Aymonini
- V solidos, X denarios dicte monete

Parrochia Quarti:

Recepit ab heredibus Johannis Brodiour debentibus de servicio sex denarios pro placito domino per ipsos ut supra debito ob mortem dicti Johannis
- III solidos, I denarium dicte monete

Recepit ab heredibus Johannis Stephanini de Lalays debentibus sex denarios de servicio pro placito per ipsos domino debito per mortem dicti Johannis Stephanini

- XVII denarios et quintum duorum denariorum dicte monete

Recepit ab heredibus Micheleti de Septumian pro feudo Gaspardi, debentibus decem septem denarios servicii pro placito proinde ut supra domino per ipsos ut supra debito¹³⁷ per mortem dicti Micheleti

- IIII solidos, I denarium, quintum et decimum unius denarii dicte monete

Recepit a filiabus Johannis Perole debentibus tres solidos, unum denarium de servicio pro rebus de Fellyneri pro placito domino per ipsos ut supra debito per mortem dicti Johannis Perole

- VIII solidos, XI denarios, quintum et decimum unius denarii dicte monete

Apud Crestella et Morgona:

Recepit ab heredibus Peroneti Vallini de Morgona, debentibus quinque solidos, sex denarios servicii in tercia parte pro placito domino proinde per ipsos debito per mortem dicti Peroneti Vallini

- V solidos, III denarios obolum pict. dicte monete

Ultra Crestam de Puvyl:

Recepit ab heredibus Vuilliermeti Caller debentibus duos solidos, sex denarios de servicio pro placito domino per ipsos ut supra debito per mortem dicti Vuilliermeti
- VII solidos, III denarios dicte monete

Recepit ab heredibus Aymoneti de Arnyo, clerici, Francisci eius nepoti et Aymoneti, filii quondam Petri de Arnyo, debentibus tresdecim solidos, undecim denarios servicii pro placito per ipsos debito ut supra per mortem dictorum Aymoneti, Francisci et Aymoneti

- IX solidos, V denarios et quintum unius denarii dicte monete

¹³⁷ Sic.

Villa supra Nuns:

Recepit ab Aymoneto, genero Johannis de Fonte de Villa supra Nuns, debente duos solidos, novem denarios de servicio pro placito per ipsum domino proinde debito per mortem dicti Johannis de Fonte

- VII solidos, XI denarios, obolum et quintum unius denarii dicte monete

Recepit ab eodem Aymoneto pro sex solidos de servicio per ipsum debito pro herbagio de Brena, pro placito domino inde debito ut supra per mortem dicti Johannis

- XVII solidos, III denarios, obolum, quintum et decimum unius denarii dicte monete

Recepit a nepotibus Hugoneti de Fonte pro quindecim denariis de servicio et placito inde domino debito per mortem dicti Hugoneti de Fonte

- II solidos, V denarios, obolum dicte monete

Recepit ab eisdem nepotibus pro septem solidis servicii aliunde per eos debitis pro placito proinde domino debito per mortem dicti Hugoneti

- XX solidos, I denarium et quintum unius denarii dicte monete

Recepit ab eisdem nepotibus pro placito per ipsos debito per mortem filie dicti Hugoneti de Fonte

- XXIII solidos, VI denarios, obolum et quintum unius denarii dicte monete

74 *Apud Effra:*

Recepit a liberis quondam Johannis Mugnerii de Effra, debentibus septem denarios de servicio pro placito domino per ipsos debito per mortem dicti Johannis Mugnerii

- XX denarios, quintum et decimum unius denarii dicte monete

Recepit a liberis quondam Johannis Gomberti de Cort debentibus septem solidos, sex denarios, obolum servicii pro placito domino per ipsos debito per mortem dicti Johannis

- XXI solidos, X denarios et quintum unius denarii dicte monete

Recepit ab eisdem debentibus aliunde quinque solidos servicii pro placito domino per ipsos debito per mortem dicti Johannis Gomberti ad tantum taxato

- V solidos dicte monete

Recepit ab eisdem liberis debentibus aliunde septem solidos, sex denarios de servicio pro aqua rivi Prepositi pro placito domino proinde debito ad tantum taxato

- XVIII denarios dicte monete

Recepit pro jure suo placiti consortium suorum

- II solidos, III denarios dicte monete

Anselmo Pession

Recepit a filio quondam Jaquimini Peronini des Ales, debente sex denarios de servicio pro Stanno, pro placito domino per ipsum ut supra debito per mortem dicti Jaquimini quondam

- XVII denarios et quintum duorum denariorum dicte monete

Recepit a liberis Jaquimini Regis de Effra, debentibus duos solidos, sex denarios, obolum servicii pro placito [LVII Quarti] domino per ipsos ut supra debito per mortem dicti Jaquemini eorum patris quondam

- VII solidos, III denarios, pictam et quintum unius denarii dicte monete

Recepit ab eisdem debentibus aliunde duodecim denarios servicii pro placito per ipsos ut supra debito

- II solidos, X denarios, obolum quintum et decimum unius denarii dicte monete

Recepit a Bono Johanne de Varia, propinquiore tegniour Bartholomei Graner de Noz debente duodecim denarios servicii, pro placito domino per ipsum debito per mortem dicti Bartholomei

- V solidos, III denarios, obolum, quintum et decimum unius denarii dicte monete

Villa Francha:

Recepit a liberis quondam Robini de Stabulo debentibus tres solidos servicii pro placito domino per ipsos ut supra debito per mortem dicti Robini eorum patris

- VIII solidos, VIII denarios et quintum duorum denariorum dicte monete

Recepit a liberis quondam Pupuni, filii Laurenceti dez Bachelars de Bressognia, debentibus quatuor denarios servicii pro aqua vinearum pro placito domino proinde per ipsos ut supra debito per mortem dicti Pupuni quondam

- XI solidos, VII denarios, obolum et quintum unius denarii dicte monete

Recepit ab heredibus Petri Vullencorum de Neyran debentibus quatuor solidos, novem denarios servicii pro placito domino per ipsos ut supra debito per mortem dicti Petri quondam

- XIII solidos, V denarios, obolum et quintum unius denarii dicte monete

Recepit a liberis Jaquemini, filii Johannis Lombardi de Villafrancha, debente tres solidos servicii pro placito domino per ipsos ut supra debito per mortem dicti Johannis Lombardi quondam

- VIII solidos, VIII denarios et quintum duorum denariorum dicte monete

Parrochia Sancti Johannis Auguste:

Recepit a liberis quondam Petri Beata, cerdonis, civis Auguste, debentibus quinque solidos servicii pro placito domino per ipsos debito per mortem dicti Petri Beata ad tantum taxato

- X solidos monete Auguste

75 *Parrochia Sancti Laurentii Auguste:*

Recepit ab heredibus Andree Cabaz debentibus duos solidos servicii pro piscina, pro placito domino per ipsos debito per mortem dicti Andree, ad rationem et per modum prius superius declaratos

- V solidos, IX denarios, obolum et quintum duorum denariorum dicte monete

Recepit ab eisdem heredibus debentibus aliunde octo solidos servicii pro placito domino per ipsos proinde sicut supra debito per mortem dicti Andree

- XXIII solidos, II denarios et quintum duorum denariorum dicte monete

Recepit ab heredibus Johannodi et Johannis, filiorum Aymonodi Pelliparii, pro placito per eosdem debito per mortem dictorum Johannodi et Johannis pro rivo, ad tantum taxato

- XX solidos dicte monete

De aliis placitis domino in dicta castellania debitis, nichil computat quia casus dictorum placitorum non evenit per tempus de quo computat ut dicit.

De placito debito per filium quondam Jaquemini Peronini des Ales pro parte sua placiti consortum ob mortem dicti Jaquimini, non computat quia sua pars nundum est divisa ab aliis nec potuit adhuc scire partem sibi contingentem ibidem ut dicit, quare inungitur eidem¹³⁸ quod dictam partem instet declarari et placitum proinde debitum recuperet, sic quod de ipso computet in suo computo sequenti.

De placitis debitis per Hugonodum Grosserii, Richardum, generum Petri Martineti Grosserii, Clemenciam, filiam quondam Cotini, et Reymondum, cerdonem burgensem de Villafrancha, non computat quia feuda que tenent sita sunt tam in mandamento Quarti quam in mandamento Breissognie et servicia seu redditus debitos per predictas

¹³⁸ Dans la marge gauche: *vide*.

personas simul solvere consueverunt, sic quod ante factas ibidem recogniciones declarare nesciret quantitates placiti debiti per easdem personas, quare, prout eidem fuit iniunctum in computo precedenti, iterato iniungitur¹³⁹ **[LVIII Quarti]** quod super hoc taliter se informet quod in suo sequenti computo predicta possit declarare et de premissis in eodem sequenti computo computare.

De placitis, si et que debentur per dictos Les Aymonoz de Aviso, parrochie Sancti Martini de Corliano prope Augustam, item de placito debito per plures de Jovenczano, parrochie dicti loci de Jovenczano, mandamenti Aymeville, nichil computat quia declarare nescit utrum quantitates quas debent sint de redditu seu servicio, quoniam, si pro servicio deberent, ad solucionem placiti tenentur, alias non, ut dicit et dicitur in computo precedenti. Quapropter¹⁴⁰ prout eidem fuit iniunctum in computo precedenti iterato iniungitur sibi quod de de premissis plenius se informet placitaque debita recuperet sic quod de ipsis in suo sequenti computo valeat computare aut alias suficiencius respondere.

De placitis debitis ob mortem supradicti domini Henrici, domini de Quarto quondam, et bone memorie principis illustris domini nostri domini Amedei Sabaudie comitis, quondam genitoris domini in multis locis et per multas personas, ultra placita de quibus tam in presenti quam precedentibus suis computavit computis, non computat quia quedam ex ipsis personis debent redditum et servicium simul, et dividi non possunt ante factas recogniciones, et de ceteris non potuit informaciones habere, ut dicit et dicitur in computo precedenti, quibus non obstantibus fit eidem similis iniunctio¹⁴¹ que supra.

Summa

- XXVII libre, VIII solidi, I denarius, obolus et vicesimus unius denarii monete Auguste

Donaciones prothocollorum:

De donacionibus prothocollorum nichil computat quia nichil pro eisdem recepit per tempus de quo computat ut dicit.

¹³⁹ Dans la marge gauche: *vide*.

¹⁴⁰ Dans la marge gauche: *vide*.

¹⁴¹ Dans la marge gauche: *vide*.

Excheyte usurariorum:

De excheytis usurariorum nichil computat quia nichil proinde recepit per tempus de quo computat ut dicit.

76

Excheyte hominum domini:

Idem reddit computum quod recepit manu Henrici de Turre de Stipulis, mistralis de Bocza, de bonis et rebus mobilibus Rolete naturalis Johannis Tissour de Bocza, deffuncte sine liberis masculis legitimis, cuius bona pertinent domino, ultra partem quam baillivus Auguste¹⁴² habuit de dictis bonis, et eciam partem dictorum bonorum pertinentem Henrico predicto et Johanni de Turre eius fratri, racione cheyserie eisdem pertinentis - VI florenos auri boni ponderis veteres

Recepit manu domini Petri Chiriaco, canonici Auguste, de et pro duabus partibus bonorum mobilium Johannodi de Parva Blavy quondam, de Porroczan, deffuncti sine liberis et aliis heredibus abintestato, domino pertinentibus, ultra terciam partem capitulo Auguste, racione cheyserie pertinentem et debitam

- IIII libras, XVI solidos, VIII denarios monete Auguste

Inventa:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de inventis ad eius noticiam perventis per tempus de quo computat, videlicet pro una ove et uno parvo vitulo simul venditis pro tanto

- XII solidos monete Auguste

Summa

- XII solidi monete Auguste

Dona et auxilium:

De donis e auxiliis domino factis et concessis in dicta castellania pro eius nova milica anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto et eciam in annis Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo et octuagesimo octavo, pro guerris et oneribus domini substinendis, non [LIX Quarti] computat hic quia de ipsis respondet alibi particulariter et ad partem.

Decime nascencium:

¹⁴² Dans la marge gauche: *Baillivus Auguste*.

Anselmo Pession

De firma seu exitum decime agnorum que levantur in partibus Vallispelline et Dovie die Jovis Sancta, nichil computt quiq domina ipsam decimam tradidit domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, occasione superius in frumento declarata, ut dicitur in computo precedenti. De exitu decime que levantur circa Augustam ut supra in frumento et siligine, nichil computat quia nichil pro eodem *recepit*¹⁴³ per tempus de quo computat ut asserit juramento suo.

Summa tocius recepte huius computi:

- M III^C XXXII libre, XIII solidi, V denarii, obolus, monete Auguste ad XXVI

- C XVIII solidi, VI denarios januenses ad X pro XV predictorum
- II floreni auri parvi ponderis

- III^C X floreni auri boni ponderis veteres

- V^C XXII floreni et dimidius januenses auri

Et:

- II^C XLIII franchi auri

De quibus libravit

Custodia rivi Prepositi:

Libravit Petro Morelli de Rivo, administratori et rectori rivi domini vocati de Preposito, cui datur sex libre monete Auguste de salario per annum pro labore substento per eum circa regimen, custodiam et administracionem dicti rivi domini vocati de Preposito, ut in computo precedenti, et solvit sibi pro annis Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, octuagesimo sexto, octuagesimo septimo et octuagesimo octavo, ad racionem dictarum sex librarum monete Auguste pro quolibet dictorum annorum, per litteram publicam dicti Petri Morelli de testimonio premissorum confessioneque et recepta, datam die secunda mensis aprilis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, quam reddit manu Johannis Gontereti notarii scriptam et signatam - XXIII libras monete Auguste

Libravit Bonifacio Champapont de Roysano, custodi rivi vocati de Preposito a loco principii dicti rivi vocato de la Morina usque ad locum vocatum de Valle Suana, subtus Roysan, quasi per unam leucam, capienti pro custodia dicti rivi sexaginta solidos monete Auguste per

¹⁴³ Le mot est ajouté dans la marge droite avec un signe de renvoi.

annum, ultra siliginem, vinum et seraceum sibi pro eodem in suis titulis allocatos, et solvit eidem pro annis Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, octuagesimo sexto, octuagesimo septimo et octuagesimo octavo, ad rationem dictorum sexaginta solidorum monete Auguste pro quolibet dictorum quatuor annorum, per litteram publicam dicti Bonifacii Champapont de testimonio premissorum, confessioneque et recepta, datam in castro Quarti die secunda mensis aprilis, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, manu Johannis Gontereti de Augusta notarii scriptam et signatam, superius redditam in libratibus siliginis - XII libras monete Auguste

77 Libravit Vulliermeto dicto Chapel, de Reyma, habitatori Auguste, pro salario suo duorum annorum finitorum de mense junii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo, per quod tempus vacavit colligendo decimas domini que levantur in certis possessionibus existentibus a torrente Clausi Novi, inter Sarron¹⁴⁴ et Augustam, per modum et formam superius declaratos in frumento et siligine more solito, ut in computo precedenti, et solvit eidem ad rationem trium florenorum auri boni ponderis veterum pro quolibet dictorum duorum [LX] annorum, per litteram publicam dicti Vulliermeti Chapel de testimonio premissorum, confessioneque et recepta, datam Auguste die XIII mensis aprilis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, quam reddit manu Johannis Gontereti de Augusta notarii signatam - VI florenos auri boni ponderis veteres

Libravit Johanni, dicto Roveyn, habitatori Auguste, colligenti dictas decimas domini versus Augusta, que levantur in certis possessionibus ut supra, pro salario suo duorum annorum finitorum mense junii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, qui ad premissa vacavit capienti tres florenos auri boni ponderis veteres per annum more solito ut supra, per litteram publicam dicti Johannis de testimonio premissorum, confessioneque et recepta, datam Auguste die XII mensis aprilis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, quam reddit manu Johannis Gontereti de Augusta notarii signatam - VI florenos auri boni ponderis veteres

Pensiones ordinarie:

¹⁴⁴ Lire Sarrum.

Anselmo Pession

Libravit domino Jacobo de La Suera, capellano prebendario altaris ecclesie Beate Marie, prioratus Sancti Ursi Auguste, percipienti ratione dicti altaris singulis annis quinque sestaria, eminam siliginis, unum obolum servicii et unum denarium de placito quando contingerit, pro et super quadam pecia prati superius in libratis siligins confinata, movente de feudo dicti altaris, ut per instrumentum albergamenti facti Alexandro de Stabulo de dicta pecia prati, copiatum de verbo ad verbum in libratis siliginis tercii computi precedentis, et solvit eidem pro quatuor terminis festorum beati Michaelis annorum Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, octuagesimo sexto, octuagesimo septimo et octuagesimo octavo, ad rationem unius oboli dicte monete Auguste pro quolibet dictorum quatuor annorum seu terminorum, per litteram publicam dicti domini Jacobi de testimonio premissorum confessioneque et recepta, datam Auguste die XII mensis marcii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, manu Johannis Gontereti de Augusta notarii scriptam et signatam, superius in libratis siliginis redditam

- II denarios monete Auguste

Libravit domino Berthodo, priori Sancti Ursi Auguste, in quibus dominus eidem domino priori tam de servicio quam helemosina per annum tenetur, ultra caponem et siliginem superius in suis titulis allocatos, et quos dictus dominus de Quarto quondam eidem priori annuatim debebat pro feudo quod ab ecclesia Sancti Ursi tenebat, ut in instrumento recognicionis dicti domini Henrici, domini de Quarto quondam, in libratis siliginis secundi computi precedentis de verbo ad verbum est copiato. Et solvit eidem pro annis Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, octuagesimo sexto, octuagesimo septimo et octuagesimo octavo, ad rationem decem septem solidorum, unius denarii monete Auguste pro quolibet dictorum quatuor annorum, per litteram publicam dicti domini Berthodi de testimonio, confessioneque et recepta, datam Auguste die XII mensis marcii, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, superius redditam in libratis siliginis

- LXVIII solidos, IIII denarios monete Auguste

Libravit sacriste seu priori dicte ecclesie Sancti Ursi Auguste, quibus dominus Henricus dominus de Quarto quondam in eius ultima voluntate dedit et legavit sexaginta unum solidos monete Auguste per annum, ut in computo precedenti, et solvit sibi pro annis Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, octuagesimo sexto, octuagesimo septimo et octuagesimo octavo, ad rationem dictorum sexaginta unius

solidorum monete Auguste pro quolibet dictorum quatuor annorum, per litteram dicti domini prioris de testimonio premissorum confessioneque et recepta, datam die et anno in particula precedenti descriptis in libratis siliginis redditam, continentem eciam confessionem de recepta particule precedentis, et sic est dicto priori seu sacriste tam in presenti quam precedenti computis satisfactum de dicto legato, pro sex annis inceptis die XVII mensis julii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, pro quibus dictus dominus legatum solvi mandavit, ut in computo precedenti, quare ulterius non solvatur nec eciam allocabitur sine novo mandato domini - XII libras, IIII solidos monete Auguste

78 Libravit domino Petro Chiriaci, canonico et distributori ecclesie Beate Marie de Augusta, quos supradictus dominus **[LXI Quarti]** Henricus, dominus de Quarto quondam, eidem ecclesie debebat tam de servicio quam helemosina per annum, ultra unum caponem propter hoc supra in suo titulo allocatum, pro feudo quod ab eadem ecclesia tenebat, vocato de Establo, ut in quodam instrumento compositionis facte inter capitulum dicte ecclesie et dictum dominum de Quarto quondam in libratis siliginis tercii computi precedentis de verbo ad verbum copiato, saltem clausule ad hoc facientes. Et solvit eidem pro termino festi beati Stephani yemalis, annorum Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sexto, octuagesimo septimo et octuagesimo octavo, ad rationem decem novem solidorum monete Auguste pro quolibet dictorum trium annorum, per litteram publicam dicti domini Petri de testimonio premissorum confessioneque et recepta, datam die XV mensis aprilis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, superius redditam in libratis caponum, manu Johannis Gontereti notarii signatam - XXXVIII solidos monete Auguste

Libravit domino Aymoni de Sala, canonico et distributori dicte ecclesie Beate Marie de Augusta, pro eodem et eodem modo, et solvit sibi pro termino festi Beati Stephani yemalis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, per litteram dicti domini Aymonis de confessione et recepta, datam Auguste die XV mensis aprilis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, superius redditam in libratis caponum - XIX solidos monete Auguste

Libravit Petro, filio Jaquimini des Alex de Effra quondam, in quo dictus dominus Henricus, dominus de Quarto quondam, eidem Jaquimino tenebatur de censu per annum pro quadam pecia prati domini sita in pratis domini apud Olees que movetur de feudo dicti Jaquimini

Anselmo Pession

quondam, sub annua pensione novem eminalium siliginis, sibi superius allocata in libratis siliginis, et unius denarii servicii, solvendorum singulis annis in festo beati Michaelis, ut in quodam instrumento vendicionis inde facte per Petrum et Johannem fratres, filios quondam Colerii Alborum de Segnins, de laude et consensu Jaquimini Peronini des Alex de Effra, supradicto domino Henrico, domino de Quarto quondam, recepto per Johannem Gontereti de Augusta, notarium publicum, sub anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo, die quinta mensis maii, in libratis siliginis tercii computi precedentis de verbo ad verbum copiato, et solvit eidem pro terminis festi beati Michaelis annorum Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, octuagesimo sexto, octuagesimo septimo et octuagesimo octavo, ad rationem unius denarii monete Auguste pro quolibet dictorum quatuor annorum, per litteram publicam dicti Petri de testimonio premissorum, confessioneque et recepta, datam Auguste die XIII mensis aprilis, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, superius redditam in libratis siliginis - II denarios monete Auguste

Libravit Petro Vulliermete de Aviso, parrochie Quarti, in quibus dictus dominus Henricus, dominus de Quarto quondam, eidem Petro tenebatur annuatim pro quadam pecia prati sita in pratis domini apud Ollees, ut in quodam instrumento publico, recepto per Johannem Gontereti notarium, sub anno Domini millesimo tercentesimo sexagesimo nono, indicione septima, die decima quarta mensis januarii, in libratis siliginis tercii computi precedentis copiato de verbo ad verbum, et solvit eidem pro terminis festi beati Michaelis annorum Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, octuagesimo sexto, octuagesimo septimo et octuagesimo octavo, ad rationem trium denariorum monete Auguste pro quolibet dictorum quatuor annorum, per litteram publicam dicti Petri Vulliermete de testimonio premissorum, confessioneque et recepta, datam die XIII mensis aprilis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, superius redditam in libratis siliginis - XII denarios monete Auguste

Prandia:

Libravit personis in tercio computo precedenti specificè nominatis pro prandiis datis et debitis eisdem singulis annis in crastinum Nativitatis Domini dum solvunt servicia debita per easdem, ut in computo precedenti, que prandia sunt numero quinque, que valent,

computato quolibet dictorum quatuor priorum prandiorum, sex denariis, et ultimo tribus denariis, [LXII Quarti] more solito, ut in computo precedenti, et allocantur eidem pro terminis festi beati Stephani yemalis annorum Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sexto, octuagesimo septimo, octuagesimo octavo et octuagesimo nono, ad rationem duorum solidorum, trium denariorum monete Auguste pro quolibet anno duo solidi et tres denarii monete Auguste pro quolibet dictorum quatuor annorum - IX solidos monete Auguste

Libravit personis in quarto computo precedenti particulariter nominatis et descriptis, debentibus de royo per annum quinque modia, undecim sestaria, eminam, tres quarteronos et tercium unius quarteroni vini ad parvam mensuram, quibus quando dictum vinum solvunt dari debet unus denarius pro quolibet sestario vini, ut in computo precedenti, et allocantur eidem pro terminis vindemiarum annorum Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, octuagesimo sexto, octuagesimo septimo et octuagesimo octavo, ad rationem quinque solidorum, undecim denariorum, oboli monete Auguste

- XXIII solidos, X denarios monete Auguste

79 Libravit domino Petro Chiriaci, canonico ecclesie Beate Marie de Augusta, vicemistrali reffectorii capituli, pro uno prandio seu reffectorio simplici per dominum Henricum, dominum de Quarto quondam, debito et fiendo capitulo dicte ecclesie singulis annis, pro feudo quod ab eadem ecclesia et capitulo tenebat, ut in instrumento publico transactionis facte cum dicto capitulo per dictum dominum de Quarto quondam, recepto per Aymonem Boveti de Porta Sancti Ursi notarium publicum, sub anno Domini millesimo tercentesimo sexagesimo septimo, indicione quinta, nonas aprilis, quod in tercio computo precedenti exhibuit, et solvit sibi pro annis Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, octuagesimo sexto, octuagesimo septimo et octuagesimo octavo, ad rationem centum solidorum monete Auguste pro quolibet dictorum quatuor annorum, per litteram publicam dicti domini Petri de testimonio premissorum, confessioneque et recepta, datam Auguste die XV mensis aprilis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, quam reddit manu Johannis Gontereti de Augusta notarii signatam

- XX libras monete Auguste

Libravit Reynaudo, filio naturali domini Henrici domini de Quarto quondam, quos dominus eidem graciose donavit, percipiendos singulis annis quamdiu vitam duxerit naturalem, super redditibus castellanie

Quarti, solvendo in festo Nativitatis Domini, ut per litteram domini de donacione predicta cum mandato pro singulis solucionibus ut premittitur factis allocandi, datam Auguste die XV mensis novembris anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, in tercio computo precedenti de verbo ad verbum copiatam, et allocantur eidem pro termino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sexto, quo anno dictus Reynaudus decessit ab humanis ut dicit, et domino eius bona fuerunt excheyta, ut supra in titulo novi redditus denariorum census, et per litteram publicam dicti Reynaudi de testimonio, confessione et recepta, datam apud Quartum die XXIII mensis februarii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sexto, quam reddit manu Guilliermi Guillionis de Santo Germano notarii signatam, nec ulterius allocantur eidem propter mortem dicti Reynaudi - X florenos auri parvi ponderis

Deducuntur eidem pro dicto Reynaudo, naturali de Quarto quondam, quos idem Reynaudus debebat domino de redditu seu servicio per annum super quodam feudo quod a domino tenebat, domino excheyto per mortem dicti Reynaudi ut supra, qui includuntur in summa denarii census de quibus supra computat pro annis Domini millesimo tercentesimo octuagesimo octavo et octuagesimo nono, termino festi beati Stephani yemalis, de albergamento cuius feudi superius computat in titulo novi redditus denarii census pro dictis duobus annis, et deducuntur eidem ad rationem duodecim denariorum monete Auguste pro quolibet dictionum duorum annorum - II solidos monete Auguste

Exoneracio debiti Vulliermeti de Aleysino:

- 80** Libravit Vulliermeto de Allesino¹⁴⁵ de Verrecio, domicello, [**LXIII Quartil**] in exoneracionem duorum millium florenorum auri boni ponderis veterum, in quibus illustris principissa domina nostra domina Bona de Borbonio, Sabaudie comitissa genitrix domini nostri domini Amedei Sabaudie comitis, nominibus suo et dicti domini nostri, tenebatur eidem Vulliermeto de Aleysino, pretextu cuiusdam transactionis per eandem dominam quibus supra nominibus facte cum dicto Vulliermeto de Aleysino, de super et pro eo quod idem Vulliermetus, domine conquerendo humiliter monstraverat quod licet inclite recordacionis illustris princeps dominus noster dominus

¹⁴⁵ *Sic.*

Amedeus Sabaudie comes quondam, genitor domini, manibus eius et camere sue reducerit universa castra, villas, homines, homagia, iurisdictiones, redditus, possessiones, res et bona que bone memorie dominus Henricus dominus de Quarto quondam intra comitatus Sabaudie limites suis temporibus possidebat, eaque tenuerit et possiderit tamquam sibi et suis justo suo tempore titulo adquisita, tam ex eo quia de feudo suo novebantur quam aliis justis causis, tamen eadem hereditas et bona quecumque dicti domini Henrici domini de Quarto quondam, feudalia ad eundem Vulliermetum tam jure comuni quam ab intestato tamquam proximiori, quam eciam vigore consuetudinis patrie, debent racionabiliter pertinere et reddi debere, quosquidem hereditatem, res et bona dicti domini Henrici domini de Quarto quondam, dictus Vulliermetus pro se et suis domine recipienti ut supra quictavit penitus et remisit sub pactis tamen et convencionibus que secuntur. In primis quod dictus Vulliermetus de Allesino de Verrecio, pro se et suis heredibus et successoribus universis, maribus et femellis, quictat, liberat penitus et remittit domine recipienti nominibus quibus supra mediantibus infrascriptis, omnia, universa et singula jura, acciones, raciones et dreyturas reales et personales, meras, unicas, utiles, precharias et directas sibi competentes et competituras quecumque et quomodocumque, in rebus et hereditate quondam dicti domini Henrici domini de Quarto, tam feudalibus quam aliis quibuscumque, dans, cedens, finiens et concedens domine recipienti ut supra omnia jura sua, omnesque suas acciones reales et personales et alias quascumque eidem Vulliermeto competentes quovismodo, cum promissionibus et juramentis in talibus opportunis. Item quod mediantibus predictis domina, quibus supra nominibus, dat et concedit eidem Vulliermeto duo millia florenorum auri boni ponderis veterum, quos eidem Vulliermeto solvi et satisfieri vult per dictum castellanum Quarti, qui nunc est et pro tempore fuerit, de et supra preysiis, redditibus et bonis domini dicte castellanie Quarti, per terminos et modos inferius designatos. Videlicet quatercentum florenos auri et ponderis predictorum in tunc proximo carnisprevio, et alios quatercentum florenos auri boni ponderis veteres consimili termino carnisprevii anno revoluto, et sic annis singulis eodem termino anno revoluto quatercentum florenos boni ponderis veteres, usque ad plenam solucionem dictorum duorum millium florenorum.¹⁴⁶

¹⁴⁶ Dans la marge gauche: *vide pro domino*.

Tali tamen pacto et condicione appositis inter dominam, quibus supra nominibus, et ipsum Vulliermetum quod mille floreni postremi seu qui novissime solvi debent per modum et terminos supradictos, ponantur et comendentur in civitate Auguste in manibus alicuius probi et sufficientis mercatoris, eligendi per dictum Vulliermetum, de consciencia baillivi nostri Vallisauguste et castellani Quarti, qui mercator ipsos mille florenos in mercandiis et denariatis implicet et ipsos custodiat, nec ipsos dicto Vulliermeto expediat sive tradat, donec et quousque dictus Vulliermetus vel sui redditus paratos invenerit pro ipsis mille florenis implicandis, quorum mille florenorum fructus et lucrum qui **[LXIII Quarti]** exinde pervenire poterunt donec in redditibus implicati fuerint, dictis Vulliermeto et suis competant et pertineant pleno jure, et per talem mercatorem debeant eidem et suis annis singulis effectualiter expediri et ipsos redditus sive fuerint de puro et francho allodio seu de feudo, et sive pro ipsis, homagium domino debeatur, sive non, idem Vulliermetus eadem feuda ut supra acquirenda sub homagio ligio reconosci facere teneatur domino per unum ex suis filiis masculis qui ad dictam fidelitatem prestandam et dictum homagium faciendum et recognoscendum domino perpetuo teneantur. Et si forte aliquo casu mercator electus seu eligendus et in cuius manibus ponentur dicti mille floreni postremo male uteretur substantia sua, ita quod periculum eveniret, tunc illi mille floreni de manibus suis capi debeant per dictos Vulliermetum, baillivum et castellanum, qui in alterius sufficientis mercatoris manibus ponant et comendent, sub modo et formam superius declaratis. Item quod pro rebus et bonis acquirendis ut supra pro dictis mille florenis et usque ad summam dictorum mille florenorum veterum, si de feudo seu directo dominio moveri noscantur, laudes et vendas domino contingentes minime solvere teneantur, quoniam ipsas laudes et vendas domina quibus supra nominibus eidem Vulliermeto ex nunc pro tunc de gratia speciali donavit et concessit. Et pro tanto sit pax, finis et concordia inter dominam, nominibus quibus supra, ex una parte, et dictum Vulliermetum de Allexino, ex altera. Per litteram domine de testimonio premissorum cum mandato per dictum castellanum Quarti modis, formis et terminis superius declaratis solvendi et tradendi habitaque in prima solutione cum copia dicte littere domine instrumento seu littera publica de recepta, in sequentibus dumtaxat littera de recepta, et in ultima solutione dictas litteras domine transactionis obligatoria retinendo et in computis domini reddendo allocandi, datam Chamberiaci

die XIX julii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, cuiusquidem littere tenor sub forma vidimus in computo precedenti de annis Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio et octuagesimo quarto, de verbo ad verbum plenarie est insertus, in quoquidem computo eidem castellano fuerunt allocati in duobus particulis occies centum floreni auri boni ponderis veteres in exoneracionem priorum mille florenorum boni ponderis veterum. Et solvit sibi pro plenaria solutione dictorum priorum mille florenorum auri boni ponderis veterum, per litteram publicam dicti Vulliermeti Alexini de confessione et recepta, datam Auguste die sexta mensis aprilis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono quam reddit, manu Johannis Gontereti de Augusta notarii signatam, continentem confessionem de recepta aliarum quantitatum proxime sequencium - II^C florenos auri boni ponderis veteres

- 81** Libravit eidem Vulliermeto de Alexino de Verrecio in exoneracionem postremorum mille florenorum auri boni ponderis veterum, restancium de summa duorum millium florenorum boni ponderis veterum prius eidem Vulliermeto per dominam, nominibus suo et domini, pretextu transactionis et compositionis facte inter ipsos de et super bonis et hereditate domini Henrici, domini de Quarto quondam, debitorum ut supra, traditos de expressis consensu et voluntate dicti Vulliermeti et castellani Quarti, Jaquimino de Canali de Dovia, burgensi Auguste, secundum formam et ordinacionem in littera domine de transactione predicta plenius descriptas, qui ultimi mille floreni boni ponderis veteres per formam dicte transactionis remanere debent in manibus unius sufficientis et ydoney mercatoris civitatis Auguste, fructibus et comodo ipsorum dicto Vulliermeto pleno jure pertinentibus donec implicaverit eosdem mille florenos in bonis et sufficientibus redditibus et bonis de feudo et sub homagio domini perpetuo remanentibus laudibus et vendis pro dicto aquiremento domino debitis eidem Guillermeto de Alexino per dominam, nominibus suo et domini, quantitatis penitus et remissis vigore transactionis supradicte cuius virtute dictus castellanus solvit, tradidit realiter et expedivit dicto Jaquimino de Canali, burgensi civique et mercatori Auguste, quantitatem subscriptam in depositum et in exoneracionem dictorum postremorum mille florenorum auri boni ponderis veterum, per litteram publicam dictorum Vulliermeti de Alexino et Jaquemeti de Canali de testimonio premissorum confessioneque et recepta, datam Auguste die

sexta mensis aprilis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, manu Johannis Gontereti de Augusta notarii signatam, in particula supra proxime scripta redditam, et sic est eidem Vulliermeto de Alexino satisfactum in exoneracionem dictorum duorum millium florenorum [LXV Quart] auri boni ponderis veterum, sibi prius ut supra debitorum, tam in presenti quam precedenti computis de mille sexcentis florenis auri boni ponderis veteribus

- VI^C florenos auri boni ponderis veteres

82

Solucio supradicti Vulliermeti de Alexino:

Deinde satisfecit integre tam eidem Vulliermeto de Alexino quam Jaquimino de Canali de Dovia, burgensi Auguste, racione depositi supradicti de dictis duobus millibus florenis auri ponderis veteribus per aliam litteram publicam dictorum Vulliermeti de Alexino et Jaquimini de Canali, civis Auguste, de testimonio premissorum confessioneque et recepta et insuper mille florenorum auri boni ponderis veterum infrascriptorum, cuius littere tenor sequitur et est talis:

“Anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, die sexta mensis aprilis, cum mandato illustris domine nostre domine Bone de Borbonio, Sabaudie comitisse, Hugo Garnerii, alias Rode, de Chamberiaco, domicellus castellanus Quarti, pro illustri domino nostro Sabaudie comite, dare et solvere teneretur Vulliermeto Alixini de Verrecio, domicello, duo millia florenorum auri boni ponderis veterum, de et super preysiis, redditibus et bonis aliis castri castellanie Quarti, solvendorum sub certis terminis, videlicet anno quolibet termino carnisprevii quatercentum florenos, usque ad plenam solucionem dictorum duorum millium florenorum, sub tali pacto et condicione quod mille floreni postremi seu qui novissime solvi debent per terminos supradictos ponantur et commendentur in civitate Auguste in manibus alicuius probi et sufficientis mercatoris eligendi per dictum Vulliermetum, qui ipsos mille florenos in mercandia et denariatis bonis implicet et ipsos custodiat, nec ipsos dicto Vulliermeto expediat sive tradat donec et quousque dictus Vulliermetus vel sui redditus paratos invenerit pro ipsis mille florenis implicandis, quorum mille florenorum fructus et lucrum qui ex inde pervenire poterunt donec in redditibus implicati fuerunt, dicto Vulliermeto et suis competant et pertineant pleno jure et per talem mercatorem debeant eidem et suis annis singulis effectualiter expediri, prout predicta laciis sic contineri dicitur in

quadam littera ab eadem domina nostra comitissa emanata, dataque Chamberiaci die XIX mensis julii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio. Verum, cum de supradictis mille florenis qui in manibus dicti Vulliermeti solvi debebantur pro tercio termino carnisprevii anni Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sexto, dicto Vulliermeto restarent ad solvendum per dictum castellanum ducenti floreni auri veteres, inde est quod in mei Johannis Gontereti de Augusta notarii publici presencia, personaliter constitutus prescriptus Vulliermetus Alexini. Confessus fuit et publice recognovit se realiter habuisse et recepisse a jam dicto castellano Quarti predictos ducentos florenos auri veteres, de ipsis seque tenuit idem Vulliermetus a dicto castellano pro bene soluto, tacito et contento. Ceterum super solutione et deposito ex supradictis mille florenis in deposito penes unum mercatorem in Augusta ponendis et per dictum casellanum prout supra solvendis prefatus Vulliermetus Alixini de industria et probitate Jaquimini de Canali de Dovia, burgensis Auguste, ad plenum confisus, de jam dicti castellani consensu, supradictos mille florenos elegit et poni ordinavit in deposito per castellanum antedictum, et sub modo et forma supra descriptis et aliis condicionibus in jam nominata littera domine nostre comitisse contentis in manibus dicti Jaquimini; qui quidem Jaquiminus condicionibus, formis et modis dicti depositi prescriptis et in littera supradicta auditis et intellectis, omnisque dicti depositi in se suscipiens, in presencia consensuque et mandato expressis ipsius Vulliermeti ibidem presentis et volentis, confessus fuit siquidem dictus Jaquiminus et publice recognovit se nomine et causa depositi antedicti habuisse et recepisse a jam dicto castellano Quarti plenam solutionem de mille florenis auri boni ponderis veteribus, per ipsum custodiendis et servandis modo et forma in supradicta littera domine descriptis sibi, tamen quod emolumenta fructus et lucrum ipsorum qui exinde pertinere poterunt dicto Vulliermeto et suis pertinenat prout supra. Datum et actum Auguste, in domo mei notarii infrascripti, die et anno quibus supra, ita est receptum per me Johannem Gontereti de Augusta notarii et manu Johannis Casei, fratris mei junioris notarii, levatum”.

Quam litteram reddit et sic, inclusis sexcentum florenis veteribus supradictis, est eidem Vulliermeto integre satisfactum de dicto debito duorum millium florenorum **[LXVI Quarti]** auri boni ponderis veterum, sibi prius ut supra debitorum tam in presenti quam precedenti computis per modum et formam in ipsis computis declaratos

- M florenos auri boni ponderis veteres

83

Opera rivi Prepositi:

Libravit in operibus et reparacione rivi domini vocati de Preposito prout inferius per ordinem declaratur. Et primo manibus de consilioque et consensu Petri Morelli de Rivo et Bonifacii Champapont de Roysano, custodium dicti rivi, Vincencio de Nuce, Petro Bestend, Bonifacio, genero Vulliencii de Pertuys, Jacobo de Pertuys, Johanne de Carreria, Anthonio Alamand et dicto Angilliz Alamando, pro tachia sibi data cindendi duo millia billionorum nemoris breve, cisorum in nemoribus vallis Oyacie pro copriendo dictum rivum domini de Preposito in locis neccessariis propter et contra ruynas more solito, prout supra in libratis siliginis, ultra siliginem, seraceum et vinum sibi pro eodem ministratos ut supra per litteram publicam supranominatorum Vincencii de Nuce et aliorum sociorum suorum de testimonio confessione et recepta, datam in Vallepellina die nona mensis februarii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, manu Johannis Gontereti de Augusta notarii signatam, superius redditam in libratis siliginis

- XII libras, X solidos monete Auguste

Libravit manu Petri Gorraiz de Dovia, mistralis Oyacie pro domina dicti loci, pro salario ducentum quaterviginti trium hominum vacancium quasi per unam diem chaciando billionos supradictos per aqua Bautegii alias Butier et per berreaceos moncium a loco vallis Oyacie parrochie Vallispelline et ultra lo Mellier, ubi cisi fuerunt ut supra, usque ad pontem Oyacie, capiente quolibet per diem de salario, ultra expensas superius allocatas in libratis siliginis, seracei et vini, tres solidos monete cursibilis Auguste quia non sunt de hominibus domini sed de hominibus domine Oyacie, parrochie Vallispelline, per litteram publicam dicti Petri Gorraiz de testimonio premissorum confessioneque et recepta, datam in Vallepellina die IX mensis februarii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, manu Johannis Gontereti de Augusta notarii signatam, superius in libratis siliginis

- XLII libras, IX solidos monete Auguste

Libravit manu dicti Petri Gorraiz pro salario triginta quatuor hominum operariorum parrochie predictae Vallispelline, vacancium quasi per unam diem chaciando et conducendo dictos billionos per supradictam aquam Bautegii a dicto ponte Oyacie usque ad grappatam factam subtus Rins in parrochia de Roysans, pro dictis billionis de aqua

extrahendis, capiente quolibet homine de salario per diem duos solidos monete Auguste ultra expensas ministratas et allocatas ut supra, per litteram publicam dicti Petri Gorraiz superius designatam et redditam in libratis siliginis - LXVIII solidos monete Auguste

Libravit in empcione et pro precio triginta sex librarum ferri emptarum ad faciendum duodecim grapis pro extrahendo et conducendo dictos billionos per et extra dictam aquam Bautegee, quia jam plures grape predictorum hominum fuerant perditae in aqua et balmis dicte aque, qualibet libra ferri vendita precio octo denariorum monete Auguste: - XXIII solidos monete Auguste, et Vulliermo, fabro de Martineto pro factura dictarum duodecim graparum factarum de ferro supradicto, facto pacto cum ipso pro tanto: - XXVI solidos monete Auguste, *per litteram publicam de testimonio premissorum confessioneque et recepta, datam Auguste die XXIII mensis aprilis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono quam reddit manu Johannis Gontereti notarii signatam*¹⁴⁷

- L solidos monete Auguste

84

Opera castri:

Libravit Dominico de Viellimorta, carpentatori, burgensi Ville Franche, pro suis salario et expensis quater viginti et unius dierum quibus, diversis temporibus, vacavit in reparacionibus tectorum castri domini de Quarto, tam recoperiendo quam alia ibidem necessaria faciendo in annis Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, octuagesimo sexto, octuagesimo septimo et octuagesimo octavo, in quibus reparacionibus ultra alia in dicto castro de provisione reperta dictus carpentator testificatur implicasse quatuor millia tavallionorum nemoris peyssie et sexdecim milliarum clavinorum per ipsum castellanum dicto carpentatori ministratorum, capienti per diem sex solidos monete Auguste de salario inclusis expensis, ut per litteram publicam dicti Dominici de testimonio premissorum, confessioneque et recepta, datam Auguste die XIII mensis aprilis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, quam reddit manu Johannis Gontereti de Augusta notarii signatam, et allocantur eidem de mandato supradictorum magistrorum computorum domini

- XXIII libras, VI solidos monete Auguste

¹⁴⁷ La phrase est ajoutée dans la marge droite avec un signe de renvoi.

Libravit in empcone et pro precio sexdecim milliarium clavinorum, quolibet milliari decem solidis monete Auguste et quatuor milliarium tavallionorum nemoris peyssie [**LXVII Quarti**] per ipsum castellanum emptorum, quolibet milliari triginta solidis dicte monete Auguste, per supranominatum Dominicum de Viellimorta, carpentatorem, implicatorum in reparacionibus tectorum castri domini de Quarto ut supra, et allocantur eidem per juramentum dicti castellani et de mandato quo supra - XIII libras monete Auguste

Opera fontis:

Libravit in empcone et pro precio viginti quinque librarum ferri emptarum qualibet libra octo denariorum monete Auguste: - XVI solidos, VIII denarios dicte monete, et Petro Bret, fabro habitatori Auguste, pro factura viginti quinque viriarum ex dicto ferro factarum et implicatarum in reparacione bornellorum fontis dicti castri domini de Quarto, facto pacto cum eodem fabro pro tanto: - XXV solidos dicte monete; et allocantur eidem sub juramento et de mandato predictis et per litteram dicti Petri Bret fabri de testimonio premissorum confessioneque et recepta, datam Auguste die XXIII mensis aprilis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, quam reddit manu Johannis Gontereti de Augusta notarii signatam et per Johannem Casei scriptam - XLI solidos, VIII denarios monete Auguste

Libravit manu Johannis Cua de Dovia, porterii et clavigeri castri domini de Quarto, Petro de la Rey de Quarto pro suis salario et expensis adaquandi et rigandi pratum seu viridarium et vineam Reynaudi, naturalis de Quarto, in annis Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo et octuagesimo octavo, capienti pro quolibet dictorum annorum decem octo solidos monete Auguste, pacto facto cum eodem pro tanto, ultra recorsum dicti viridarii, de quorum exitibus superius computat in titulis vini et feni, et allocantur eidem de mandato quo supra et per litteram publicam dicti Johannis Cuaa de testimonio premissorum, datam in castro Quarti die secunda mensis aprilis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono quam reddit - XXXVI solidos monete Auguste

Deducuntur eidem qui includuntur in titulo denarii census et de quibus superius computavit pro filio Hugonodi de Basso Molendino, burgense Auguste prope Portam Sancti Ursi, prout supra in tutulo cere, sub quo titulo de una libra cere computat, in quo vero titulo cere fit

mencio, quod quando idem Johannes solveret dictam libram cere quod quinque solidi infrascripti deducantur, quiquidem quinque solidi deducuntur eidem pro termino festi beati Stephani yemalis annorum Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sexto, octuagesimo septimo, octuagesimo octavo et octuagesimo nono, pro quibus quatuor annis superius computavit de dicta libra cere in suo titulo, ut in libratis computi precedentis ante summa librate - XX solidos monete Auguste

85

Execuciones malefactorum:

Libravit pane dato Jaquemino de Junello de Effra, parrochie Quarti, detenti in carceribus domini castri Quarti propter sua demerita spacio sexdecim dierum, deinde finaliter condempnati ad ponendum in berlina alias pilliericz, et banniti a mandamento Quarti ad voluntatem domini, et allocantur eidem ad rationem duorum denariorum viennensium seu unius denarii fortis per diem more solito, ut in computo precedenti, cambsis ipsis viennensibus ad grossos turonenses, quiquidem Jaquiminius fuit postmodum in dicta castellania reconciliatus per concordiam de qua supra computat - II denarios grossos turonenses

Expense castellani:

Libravit ad expensas suis ipsius castellani factas, causis et modis declaratis in quadam cedula cuius tenor est talis:

“Voyssi les despens que je Hude Rode hay fait en allans de Quart a Thurin per respondre a monsieur de ce que il mavoit mandé surs le fait de la value de la terre que Pierre de Dorche le soloit avoir a Cly et je la li portay a Turin, et y hay mis tant en aler quant en demorer a Turin qu'en retourner à deux chevaux et I vallet, XI jours, et hay despendu contant ferrente¹⁴⁸ par jour: - X denarios grossos turnenses. Et sachys que je me parti de Quart le XXI jour de octobre lan MCCCLXXXV, summa: IX solidos, II deniers gros”.

Et allocantur eidem dicte expense per litteram domini de testimonio premissorum cum mandato allocandi, datam Thaurini die XXVIII mensis octobris, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, quas cedulam et litteram domini reddit simul annexas

- IX solidos, II denarios grossos turonenses

¹⁴⁸ Lecture douteuse.

Allocantur eidem quos solvit et libravit ad expensas sui ipsius castellani factas eundo de Quarto apud Thaurinum cum certa parte subsidii per homines Quarti domino concessi noviter anno subscripto, domino per ipsum castellanum portati, ibidem stando cum duobus equis et inde redeundo per litteram domini de testimonio premissorum cum mandato allocandi, [LXVIII Quarti] datam Thaurini die XXV mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sexto, quam reddit manu Petri Ducis secretarii domini signatam

- VII florenos auri parvi ponderis

Libravit Johanni de Roncheta, domicello, commissario domine, cum baillivo Auguste in locis et castellaniis bailliatus Auguste pro nonnullis negociis domine et domini explicandis, pro suis expensis famuli et duorum equorum suorum factis cum dicto baillivo tam in Augusta quam in Valle Digna octo diebus, expensis dicti baillivi non computatis, et pro expensis dicti Johannis suorumque famuli et equorum fiendis tunc pro suo recessu de Augusta ad dominam apud Rippalliam transeundo per montem Jovis, ut per litteram domine de commissione predicta cum mandato expensas quas in locis suis facient cum suis equis et familia solvendi et ministrandi, et habita cum copia dicte littere domine littera de recepta allocandi, datam Rippallie die secunda decembris anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sexto, cuius copiam reddit manu Gulliermi Canelli notarii signatam una cum littera publica dicti Johannis de Rocheta de confessione et recepta quantitatis subscripte, data die XXVI mensis decembris anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sexto, in fine littere domine superius copiate scripta, et manu supradicti Gulliermi Canelli notarii signata

- XII florenos auri parvi ponderis

86

Anthonii Fabri:

Allocantur eidem quos domina confessa est habuisse et recepisse a dicto castellano super exitibus et obvencionibus dicte castellanie, manu videlicet Anthonii Fabri, thesaurarii expensarum hospicii domine, qui de ipsis domino computare debet, apportatos per Petrum Jocerandi, familiarem domine, mutuo per eundem castellanum facto domine super dictis exitibus et obvencionibus, ut per litteram domine de testimonio premissorum cum mandato allocandi, datam Rippallie die XIX mensis marcii, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo,

quam reddit sigillo domine et dicti Anthonii Fabri signetis anulli et manuali sigillatam et signatam - LX florenos auri parvi ponderis

Libravit Yenuy de Prez, scuttifero et commissario domini, pro nunnulis arduis negociis domini per Vallem Augusta, et alia loca per partes Pedemoncium nomine domini exponendis et peragendis, per dominum misso pro porto expensarum per dictum Yenuy de Prez factarum Auguste, cum suis familia et equis, in domo Viscardi de Verrecio hospitis per dictis negociis domini, quibus vacavit spacio triginta unius dierum, ut per litteram domini de commissione predicta cum mandato sibi parte domini credendi, expensas, pecunias, marrones, clientes, salvum et securum conductum, equos, bestias ad bastum et alia neccessaria, vacando ad premissa deliberandi, tradendi et expediendi, et habita confessione dicti Yenuy de Prez manu sua signata cum copia dicte littere domini de recepta allocandi, datam¹⁴⁹ Rippallie die XXVIII mensis aprilis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo, cuius copiam reddit in fine cuius est scripta confessio dicti Yenuy de Prez de recepta subscripte quantitatis, data die quinta mensis junii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo, manu propria dicti Yenuy de Prez signata

- VI florenos et dimidium auri parvi ponderis

Allocantur eidem quos solvit et libravit causis et modis in quadam cedula, cuius tenor est talis:

“Hugo Rode. Lan MCCCLXXXVI, le secon jour du mois de disambre, monsieur Girars Destres et messieurs Amey Dorlie, Amblard Gerbais et Pierre Magnin me tramirent a Rippallie parler a madame e a son conseil dou fait dou reliour, et je Hugue Ronde y allay a II chivaux et I vallet et demoury tant en aler tanque a Rippallie qu'en venir, IX jours, et hay despendu VI floren, IX deniers gros parvi ponderis”.

Et allocantur eidem per litteram domine de testimonio premissorum cum mandato allocandi, datam Chamberiaco die XX mensis maii, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo octavo, quas cedulam et litteram domine reddit simul annexas

- VI florenos, IX denarios grossos turonenses parvi ponderis

Allocantur eidem quos pro domina suisque nomine et mandato solvere respondit Andreas Bellatruche de Chamberiaco, cui domina in ipsis tenebatur mutuo per eundem Andream domine gracie facta, pro

¹⁴⁹ Lire date.

ipsis per dominam nostram dominam Bonam de Borbonio genitricem et dominam Bonam de Biturio¹⁵⁰ consortem domini Sabaudie, comitissas, dandis cuidam scuttifero illustris domini comitis Virtutum, domini Mediolani, qui scuttifer eisdem dominabus annunciavit et apportavit nova de nativitate novi fillii¹⁵¹ dicti domini comitis Virtutum, inclusis quatuor florenis auri boni ponderis per eudem castellanum **[LXIX Quarti]** dicto Andree responsis pro cambio ducentorum florenorum auri parvi ponderis infrascriptorum de moneta emptoria, ut per litteram domine de testimonio premissorum cum mandato allocandi, datam Chamberiaco, die VII mensis novembris anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo octavo, quam reddit sigillo domine sigillatam et manu Martini de Calcibus, secretarii domini, signatam

Et: - II^C florenos auri parvi ponderis
- IIII florenos auri boni ponderis

Allocantur eidem quos solvit et libravit ad expensas suis ipsius equorum et familie suorum, factas eundo et veniendo de Augusta Chamberiacum, causis et modo contentis in quatuor particulis quorum tenor est talis:

- 87 “Je Hugo Rode demande que me soit paye ces despens: et premierement je me parti de Quart le Xme jour de juygn lan MCCCLXXXVIII pour aler a Chambery parler a madame de Savoye dou fait de les commissions de la terra de Quart et le prodouie de Quart aussi, et hay demore tant en aler quant en venir VI jours antiers et a II chivaux et a I vallet, et hay despendu per jour X deniers gros. Item quand je fui a la Rochi de Cuinis je y layssay I de mes chivaux malade et y ha demore VIII jours et costet per jour II deniers gros. Summe per toutz: VI s. IIII den. gros. Item le X jour dans lan que dessus, je Hugo Rode me partis de Quart par aler a Chambery par devers madame de Savoye a II chivaux et I vallet et y amenay les prodouies de la terre de Quart per acorder de novallies avoy madame et il ne volirent riens acorder, mes (*mais*) me fust enjoint que je les aiornasse trey tous et en parties par devant le conseil de madame et je sisis (?) et y mis VII jours tant en aler quant en venir et hay despendu V s. X den. gross. Item le XXI jour d’aust lan que dessus je me parti de Quart a II chivaux et I vallet per aler a Chambery per parler a madame de Savoye du fait des

¹⁵⁰ *Sic.* Il s’agit de Bonne de Berry.

¹⁵¹ Giovanni-Maria Visconti, né en 1388.

homes de Quart par ce quil ne voloyent consentir en nul ajornemant ne en nul acort et quant je men sui retornes il venirent a madame et adonque et madame les mit en cognissance. Et y mis VI jours tant en aler quant en retourner, et hay despendu per jour X d. gros. Summe: V s. gros. Item le XXIII jour de octobre je Hugo Rode me partis de Quart per aler a Chambery per parler a madame de Savoye du fait de III^C floren que devoit payer li produie de Quart par lacorde que ha fait monsieur le capitayn du fait de novallies que madame nordoniet son playsir et aussi per confermer et sceler lacorde quar (*car*) autrement il ne payrians riens; et y hay mis VIII jours a II chivaux et I vallet, nonobstant ce que je hay demore a mayson es queulx VIII jours jay despendu VI s. ung den. gros”.

Et allocantur eidem per litteram domine de testimonio premissorum cum mandato allocandi, datam Chamberiaco die tercia mensis novembris anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo octavo, quas particulas et litteram domine reddit simul annexas

- XXIII solidos, X denarios grossos

Allocantur eidem quos solvit et libravit ad expensas sui ipsius, unius famuli et duorum equorum suorum, factas de mandato domini relacione domini Ludovici de Cossonay, consilii domini, veniendi de Quarto apud Rippalliam causis et prout in cedula, cuius tenor est talis:

“Je Hugo Roda, chastellans de Quart, demande qu’il me soyent compte et paye ces despens que je hay fait en aller et venir et retourner de Quart en Rippallie: et premierement je me partiz de Quart le VII^{me} jour de fevrier pour aler a Rippallie, a II chivaux et I vallet, et de Rippallie on me tramit en hostez (*Aoste*) pour querir le dix des preysuniers qui sunt en la tours doste (*d’Aoste*) et ha nom li premiers Domeyno de Vulpian et li autris Anthon du Porcz de Clavays, et y hay mis deys le VII^{me} jour de fevrier jusque a VIII^{me} jour de marcz, inclus mon realler, qui sunt en summa XXIX jour, et hay despendu per jour lon parmilautre: X dem. gros. Et sacheys que je ny compte riens les marrons qui mont aydee a passer les montagnies, meis y metes (*mettez-y*) ce que bons pleyra”.

Et allocantur eidem per litteram domini de testimonio premissorum cum mandato allocandi, datam Rippallie die quinta mensis marcii anno Domini [LXX Quart] millesimo tercentesimo octuagesimo nono, quam litteram domini reddit in fine cedula superius copiate scriptam, sigillo

domine in absencia sui cancellarii sigillatam et manu Guilliermi Genevesii secretarii domini signatam

- XX florenos auri parvi ponderis

Libravit sibi ipsi quos dominus eidem Hugoni castellano semel gracie donavit certis consideracionibus et causis in auxilium sue redempcionis quam erga Tuchinos rebelles domini Canapicii fecit nuper ad causam sue capcionis, que redempcio ascendit ad IX^C florenos ducatos auri ut dicit, ut per litteram domini de donacione predicta cum assignacione de eisdem sibi facta in et super emolumentis que domino evenient circa recepcionem extentarum domini eorum que domino pertinent ad causam domini Henrici domini de Quarto quondam per Johannem Gontereti de Augusta notarium, procuratorem et commissarium domini ad hec deputatum, mandatoque solvendi per illum, qui emolumenta predictarum extentarum recipiet, et habita littera domini de recepta allocandi, datam Chamberiaco die XII mensis marcii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo octavo quam reddit sigillo domini sigillatam et manu Petri Magnini de Chamberiaco secretarii domini signatam, et allocantur eidem in presenti computo actento quod de emolumentis racione dictarum extentarum perceptis in recepta superius computavit in titulo introgiurum

- II^C florenos auri parvi ponderis

- 88** Libravit sibi ipsi castellano quos domina ad supplicacionem ipsius castellani eidem semel gracie donavit certis causis moventibus eam ad hec, in auxilium sue redempcionis facte erga Tuchinos et rebelles Canapicii, habendos et recipiendos in et super emolumentis pervenientibus circa recepcionem extentarum domini eorum que domino pertinent ad causam domini Henrici de Quarto quondam, recipiendarum per Johannem Gontereti de Augusta notarium, commissarium domini ad hec ordinatum, ut per litteram domine de donacione predicta, assignacioneque et mandato solvendi per illum qui emolumenta dictarum extentarum recipiet, et habita littera de recepta allocandi, datam Chamberiaco die lune XXIII marcii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo octavo, quam reddit annexa dicte sue supplicacioni, et allocantur ei in presenti computo actento quod superius computat de emolumentis que pervenerunt ex dictis extentis, videlicet in titulo introgiurum

- C florenos auri parvi ponderis

Allocantur eidem quos solvit et libravit ad expensas sui ipsius castellani factis causis descriptis in duabus cedulis, quarum tenor sequitur et est talis:

“Expense facte per Hugonem Garnerii, castellanum Quarti. Primo libravit ad expensas sui ipsius, duorum equorum et unius valleti, factas eundo de Quarto apud Ypporegiam mandatus per Ybletum de Chalant, capitaneum Pedemoncium, pro facto Tuchinorum, ad que vacavit eundo, stando et redeundo quinque diebus, finitis die octava januarii anno octuagesimo sexto; - IIII florenos, II denarios grossos turonenses parvi ponderis. Item pro expensis ipsius factis cum equis, uno nobili et tribus valletis garniis, mandatus per dominum capitaneum predictum pro facto Thuchinorum de Quarto apud Ypporegiam, ad que vacavit quinque diebus, finitis die XXmo januarii anno predicto: - X florenos parvi ponderis; in fine cuius cedulae est scripta littera consilii domini ultramontani de testimonio premissorum cum rogatu allocandi, data Ypporegie die XVIII januarii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo octavo. Tenor secunde cedulae: anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo octavo, die quarta mensis marcii, movit Hugo Roda de Chamberiaco, castellanus Quarti, a loco Querii de mandato egregii et potentis militis domini Eballi, domini de Chalant et Montis Joveti, capitanei Pedemoncium pro illustri et magnifico principe domino nostro domino Amedeo Sabaudie comite, eundo de Chamberiaco portando tres litteras prefato domino nostro comiti de credencia super facto Verrute ex parte jam dicti capitanei, et vacavit idem castellanus Quarti ad predicta cum duobus equis et uno valleto, tam eundo Chamberiacum per montem Cenisii, quam inde redeundo quod magnam difficultatem habuit in transitu dicte montanee, sexdecim diebus, quibus expendit pro predictis: - XIII florenos auri parvi ponderis. Cui cedulae est annexa littera dicti domini capitanei de testimonio cum rogatu allocandi, data Auguste die XXII julii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo octavo, et allocantur eidem per litteram domini de mandato allocandi, habito ab eodem castellano corporali juramento, quod contenta in dictis **[LXXI Quarti]** parcellis continent veritatem, et expensas fecit ex causis in dictis cedulis scriptis, que continent in eisdem, datam Rippallie die decima maii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, quasquidem litteras et cedulas reddit simul annexas

- XXVIII florenos, II denarios grossos parvi ponderis

Libravit Johanni de Gontereto, procuratori domini in Valle Augusta, quos dominus eidem semel graciose donavit pro suis expensis factis per eum cum uno valletto et duobus equis, viginti quatuor diebus tunc finiendis die vicesima secunda mensis marcii, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo octavo, quibus, incluso suo regressu, vacavit veniendo de Valle Augusta apud Chamberiacum et stando ibidem de mandato et pro certis negociis domini, per litteram domini de testimonio donacioneque mandato solvendi, et habita littera de recepta allocandi super prioribus comodis et obvencionibus per ipsum castellanum recipiendis et domino in eius officio procure procurando, datam Chamberiaco die XVIII mensis marcii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo octavo, quam reddit sigillo domini sigillatam et manu Petri Magnini de Chamberiaco, secretarii domini, signatam, una cum littera publica dicti Johannis Gontereti de confessione et recepta, data die penultima mensis aprilis, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, manu sua propria scripta et signata, continente confessionem de recepta septem aliorum florenorum inferius descriptorum - XV florenos auri parvi ponderis

Libravit eidem Johanni de Gontereto, procuratori domini in Valle Augusta, pro suis expensis factis veniendo personaliter de speciali mandato domine ad dominam, de Augusta apud Chamberiacum pretextu questionum motarum pro domino contra multos de mandamentis Quarti et Breissognie, idemque stando propter hec et inde redeundo, cum duobus equis et uno valletto, per litteram domini de testimonio premissorum mandatoque vice domino realiter expediendi et solvendi, ac habita littera de recepta allocandi, datam¹⁵² Chamberiaco die secunda mensis julii, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo octavo, sub sigillo domine, quam reddit manu Petri Magnini de Chamberiaco secretarii domini signatam et per litteram publicam dicti Johannis de Gontereto de confessione et recepta, superius redditam in particula proxime precedente - VII florenos et dimidium auri parvi ponderis

Libravit eidem Johanni de Gontereto, procuratori domini in Valle Augusta, pro expensis suis, unius valletti et duorum suorum equorum, factis veniendo de Augusta apud Chamberiacum ibidemque stando et inde redeundo, mandatus per dominos et magistros computorum domini causa ipsos de quibusdam factis domino tangentibus informandi et

¹⁵² Lire *data*.

quasdam alias informaciones pro domino apportandi, per litteram dictorum magistrorum clausam de mandato predicto, datam Chamberiaco die nona mensis marcii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, quam reddit. Ad que vacavit spacio octo dierum et allocantur eidem de mandato domini Johannodi Provane, militis, Anthonii Barberii et Petri Magnini de Chamberiaco, magistrorum et auditorum computorum domini

- VI florenos auri parvi ponderis

89

Capella domini:

Libravit domino Eballo de Nuns, capellano, curato ecclesie Quarti, celebranti et celebrare debenti tres missas in capella domini Ville Franche et alias tres missas in capella domini castris de Quarto, singulis ebdomadis ad honorem Dei, Beateque Marie Virginis gloriose, beatorumque Anthonii et Nycolay, sanctorum suorum, pretextu quorum percipit et percipere debet singulis annis viginti quinque libras cursibiles monete Auguste ex ordinacione domini et per eius litteram de mandato solvendi et allocandi, datam Rippaillie die XX augusti anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo, copiatam de verbo ad verbum in quarto computo precedenti, et solvit eidem pro uno anno finito die vicesima mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, per instrumentum publicum dicti domini Eballi de confessione et recepta, scriptum et signatum per Johannem Casei de Augusta notarii juniorem, sub anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, indicione octava, die prima mensis octobris, quod reddit

- XXV libras monete Auguste

Libravit domino Berthodo, priori Sancti Ursi Auguste, rectori et vices gerenti in ecclesia beati Exubii de Quarto pro domino Eballo, curato dicte ecclesie, in partibus remotis existente, celebranti missas ut supra per dominum ordinatas, a medio mensis januarii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sexto usque ad [LXXII Quarti] diem primam mensis maii anno predicto, nec ulterius celebravit idem curatus neque alter pro ipso in dicta capella, per litteram publicam dicti domini prioris de confessione et recepta, datam Auguste die duodecima mensis marcii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, quam reddit

- VII libras, V solidos monete Auguste

Libravit domino Johannini Enfantays de Vallepellina, capellano et prebendario in ecclesia Quarti, celebranti tres missas singulis ebdomadis

in ausencia dicti domini Eballi de Nuns, curati Quarti, in partibus remotis existentis, in capella castri domini de castro¹⁵³ et in capella domini Ville Franche nullus servivit quia non invenit qui in eadem servire voluerit ut dicit, et solvit sibi pro duobus annis finitis die vicesima mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo octavo, ad rationem medietatis supradictarum viginti quinque librarum monete cursibilis Auguste pro quolibet ditorum duorum annorum, per litteram publicam dicti domini Johannis Enfantaiz de confessione et recepta, datam Auguste die XXIII mensis aprilis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, quam reddit manu Johannis Gontereti de Augusta notarii signatam, et iniungitur sibi quod diligenter procuret habere unum vel duos ydoneos sacerdotes qui missarum solemnities deservant in capellis domini supradictis, secundum formam et ordinacionem per dominum prout supra statutas

- XXV libras monete Auguste

Salarium:

Libravit sibi ipsi capienti viginti quinque florenos auri parvi ponderis de salario per annum pro regimine dicte castellanie, ex ordinacione domini per eius litteram in secundo computo precedenti de verbo ad verbum copiatam, et allocantur eidem salarium ad rationem ipsius pro quatuor annis integris, inceptis die prima inclusive mensis maii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto et finitis die prima exclusive mensis maii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, de quibus computat ut supra

- C florenos auri parvi ponderis

90

Remanencia computi precedentis:

Allocantur eidem in quibus dominus sibi tenebatur pro remanencia sui computi precedentis, finiti die prima exclusive mensis maii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, receptique per Georgium de Cletis, clericum domini, de quibus idem castellanus habebat litteram domini de debito, obligacione et mandato allocandi, datam Thononi, die XXI^{ma} mensis maii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, quam reddit in presenti computo et fuit cancellata

- II^M LXVIII florenos auri parvi ponderis

¹⁵³ Lire *Quarto*.

Et: - IIII denarios, obolum, I tercius unius denarii grossi turonensis

Libravit Andree Bellatruche de Chamberiaco, quondam thesaurario domini, manu Thome Pellynti de Pontebellivici¹⁵⁴ in exoneracionem placitorum per ipsum castellanum recuperatorum in dicta castellania et debitorum ob mortem felicis recordacionis domini nostri Amedei Sabaudie comitis quondam, genitoris domini, per litteram dicti Thome Pellynti de confessione et recepta, nomine dicti Andree Bellatruche scriptam Auguste manu propria dicti Thome Pellynti, die XV decembris anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, quam reddit manu dicti Thome signatam, de quibus idem Andreas Bellatruche computavit in suo computo thesaurarie, finito die vicesima nona exclusive mensis marcii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, quos idem castellanus sibi pecierat allocari in fine sui computi precedentis in quo de dictis placitis domino computavit

- L florenos auri boni ponderis veteres

Libravit eidem Andree Bellatruche manu dicti Thome Pellinti in exoneracionem dictorum placitorum de quibus idem Andreas Bellatruche computavit in suo computo thesaurarie superius proxime designati, quos idem castellanus pecierat sibi allocari in fine sui computi precedentis pro expensis dicti Thome Pellinti

- XV florenos auri boni ponderis veteres

Summa librate expensarum, salarii et allocati cum remanencia sui computi precedentis

- II^C XXXVIII libre, X solidi, IIII denarii monete Auguste ad XXVI

- II^M VIII^C IIII^{XX} floreni auri, V denarii, obolum, I tercius unius denarii grossi turonensis parvi ponderis

- IIII floreni auri boni ponderis

Et: - M II^C LXXVII floreni auri boni ponderis veteres

Et sic, cambsis et conversis omnibus et singulis monetis supradictis, tam recepte quam librate, ad florenos auri parvi ponderis, computatisque singulis decem solidis januensibus pro quindecim solidis monete Auguste, singulis viginti sex solidis dicte monete Auguste pro uno floreno auri boni ponderis vetere, valente tresdecim denari obolum grossi turonenses parvi ponderis, quolibet floreno parvi ponderis pro duodecim denariis grossi turonensibus parvi ponderis, quolibet [LXXIII

¹⁵⁴ Commune de Pont-de-Beauvoisin en Savoie.

Quarti] floreno januense auri pro quatuordecim denariis grossis turonensibus parvi ponderis et quolibet francho auri pro quindecim denariis grossis turonesibus parvi ponderis et econverso, factisque deduccionibus debitis hinc inde, dicto Hugoni Garnerii, castellano, debentur: - II^M CI floreni auri parvi ponderis

Et: - IIII denarii et duodecim unius denarii grossi turonensis
91 De quibus deducuntur quos debebat pro remanencia precii bladorum et victualium sibi castellano venditorum in fine sui computi dicte castellanie Quarti, finiti die decima exclusive mensis septembris anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, prout eciam in fine computi precedentis fit mencio - XXIII denarii grossi turonenses

Item deducuntur sibi quos debebat pro remanencia precii bladorum et victualium sibi venditorum in fine computi dicte castellanie finiti dei vicesima prima exclusive mensis maii, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, et prout eciam in fine dicti computi precedentis continetur

- XI solidi, XI denarii, III quarti, dimidius quartus unius denarii grossi

Summa deducti

- XIII solidi, X denarii, III quarti, dimidius quartus unius denarii grossi turonensis

Et sic, computatis monetis ut supra, factisque deduccionibus debitis hinc inde, dicto Hugoni Garnerii castellano debentur finaliter

- duo millia quatercenti septem floreni auri parvi ponderis

Et: - quinque denarii, sextus et vicesimus quartus unius denarii grossi turonensis

De quibus nullam habet litteram domini de debito, quequidem remanencia allocatur eidem castellano in suo computo sequenti. Et sit hic eque de dicta remanencia.

Vendiciones:

Idem reddit computum quod recepit de et pro precio bladorum et victualium infrascriptorum per ipsum debitorum et sibi venditorum per inferius nominatos, preciiis sequentibus.

Fruementum:

Et primo pro precio viginti trium modiorum frumenti de anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio et arragiorum

computi precedentis, sibi venditorum per Andream Bellatruche de Chamberiaco, quondam thesaurarium Sabaudie, inclusorum in summa quaterviginti decem septem modiorum, unius sestarii, trium eminalium frumenti per ipsum debitorum ut supra, quolibet modio precio duorum florenorum auri parvi ponderis - XLVI florenos auri parvi ponderis

Recepit pro precio triginta duorum modiorum frumenti de anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto et octuagesimo quinto, sibi venditorum pretextu littere domine de vendicione predicta, date die secunda mensis junii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sexto, inferius in libratibus copiate de summa dictorum quaterviginti decem septem modiorum, unius sestarii, trium eminalium frumenti per ipsum castellanum debitorum ut supra, quolibet modio duobus florenis parvi ponderis - LXVIII florenos auri parvi ponderis

Recepit pro precio quatuordecim modiorum frumenti de anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sexto, sibi venditorum per aliam litteram domine de dicta vendicione, datam Rippallie die XIX marcii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo, copiatam inferius in libratibus pecunie, de summa supradictorum quaterviginti decem septem modiorum, unius sestarii, trium eminalium frumenti per ipsum castellanum debitorum ut supra, quolibet modio duobus florenis auri parvi ponderis

- XXVIII florenos auri parvi ponderis

Recepit pro precio viginti octo modiorum unius sestarii et trium eminalium frumenti de anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo et octuagesimo octavo, restancium de supradicta summa quaterviginti decem septem modiorum, unius sestarii, trium eminalium frumenti per ipsum debitorum ut supra, sibi venditorum per Martinum de Calcibus, thesaurarium Sabaudie, et Petrum Magnini de Chamberiaco, magistrum et auditorem computorum domini, die quarta mensis septembris anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, quolibet modio frumenti duobus florenis auri parvi ponderis

- LVI florenos, IIII denarios, obolum, grossos turonenses parvi ponderis

[LXXIII Quart] *Siligo:*

- 92 Recepit pro precio centum octo modiorum siliginis de anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio et arragiis computi precedentis, sibi venditorum per Andream Bellatruche de Chamberiaco, quondam thesaurarii domini, inclusorum in firma sepcies centum

Anselmo Pession

quingenta quatuor modiorum, quatuor sestariorum, unius quartane, quinque eminalium et quarti unius eminalis siliginis per ipsum debitorum ut supra, quolibet modio precio decem septem denariorum grossorum turonensium - VII libras, XIII solidos grossos turonenses

Recepit pro precio ducentorum septuaginta novem modiorum, unius sestarii siliginis de annis Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto et octuagesimo quinto, venditorum eidem pretextu littere domine de vendicione predicta, data die secunda mensis junii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sexto, inferius in libratis copiate, de summa supradictorum sepcies centum quingenta quatuor modiorum, quatuor sestariorum, unius quartane, quinque eminalium et quarti unius eminalis siliginis, per ipsum castellanum debitorum ut supra, quolibet modio precio decem octo denariorum grossorum turonensium

- XX libras, XVIII solidos et X denarios grossos turonenses

Recepit pro precio centum modiorum siliginis de anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sexto, sibi venditorum per aliam litteram domine de dicta vendicione, datam Rippallie die XIX mensis marcii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo, inferius copiatam in libratis dictarum vendicionum, de summa dictorum sepcies centum quingenta quatuor modiorum, quatuor sestariorum, unius quartane, quinque eminalium et quarti unius eminalis siliginis, per ipsum debitorum ut supra, quolibet modio decem octo denariis grossis turonensibus - VII libras, X solidos grossos turonenses

Recepit pro precio ducentorum sexaginta septem modiorum, trium sestariorum, unius quartane, quinque eminalium et quarti unius eminalis siliginis de annis Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo et octuagesimo octavo, restancium de dicta summa sepcies centum quingenta quatuor modiorum, quatuor sestariorum, unius quartane, quinque eminalium et quarti unius eminalis siliginis, per ipsum debitorum ut supra et sibi venditorum per supranominatos umco, magistrum computorum domini, die quarta mensis septembris anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, quolibet modio decem octo denariis grossis turonensibus

- XX libras, I solidum, IIII denarios, quartum et sextum unius denarii grossi turonensis

Avena:

Recepit pro precio septem sestariorum avene de anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, sibi venditorum per Andream Bellatruche de Chamberiaco, quondam thesaurarium Sabaudie, inclusorum in summa quindecim modiorum, quinque sestariorum avene per ipsum debitorum ut supra, quolibet sestario duobus denariis obolo grossis turonensibus

- XVII denarios obolo grossos turnenses

Recepit pro precio duorum modiorum, trium sestariorum avene de annis Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto et octuagesimo quinto, venditorum pretextu littere domine de dicta vendicione, data die secunda mensis junii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sexto, inferius in libratis copiate, de summa dictorum quindecim modiorum, quinque sestariorum avene per ipsum debitorum ut supra, quolibet modio duodecim denariis grossis turonensibus

- II solidos, VI denarios grossos turonenses

Recepit pro precio unius modii avene de anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sexto, sibi venditi per aliam litteram domine de dicta vendicione, datam die XIX mensis marcii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo, inferius copiatam in libratis dictarum vendicionum, de summa dictorum quindecim modiorum, quinque sestariorum avene per ipsum debitorum ut supra, pro tantum

- I florenum parvi ponderis

Recepit pro precio undecim modiorum et unius sestarii avene de annis Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo et octuagesimo octavo, restancium de dicta summa quindecim modiorum, quinque sestariorum avene, per ipsum debitorum ut supra et sibi venditorum per prenomatos Martinum de Calcibus, thesaurarium Sabaudie, et Petrum Magnini de Chamberiaco, magistrum computorum domini, die quarta mensis septembris anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, quolibet modio duodecim denariis grossis turonensibus

- XI solidos, II denarios grossos turonenses

93

Ordeum:

Recepit pro precio trium modiorum, quatuor sestariorum ordei de anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, sibi venditorum per Andream Bellatruche, quondam thesaurarium domini, inclusorum in summa decemseptem modiorum, duorum sestariorum

trium quartanarum, quinque eminalium ordei per ipsum debitorem ut supra, quolibet modio quindecim denariis grossis turonensibus

- IIII solidos, VII denarios grossos turonenses

Recepit pro precio septem modiorum, trium sestariorum ordei de annis Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto et octuagesimo quinto, sibi venditorum pretexto littere domine de dicta vendicione, data die secunda mensis junii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sexto, inferius in libratibus dictarum vendicionum copiate, de summa dictorum decemseptem modiorum, duorum sestariorum, trium quartanarum, quinque eminalium ordei per ipsum debitorem ut supra, quolibet modio precio tresdecim denariorum grossorum turonensium

- VIII solidos, I denarium, obolum grossos turonenses parvi ponderis

[LXXV Quarti] Recepit pro precio trium modiorum ordei de anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sexto, sibi venditorum per aliam litteram domine de dicta vendicione, datam die XIX mensis marci anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo, inferius copiatam in libratibus dictarum vendicionum, de summa dictorum decemseptem modiorum, duorum sestariorum, trium quartanarum, quinque eminalium ordei per ipsum castellanum debitorem ut supra, quolibet modio precio tresdecim denariis grossis turonensibus

- III solidos, IIII denarios, obolum grossos turonenses

Recepit pro precio trium modiorum, unius sestarii, trium quartanarum et quinque eminalium ordei de annis Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo et octuagesimo octavo, restancium de dicta summa decem septem modiorum, duorum sestariorum, trium quartanarum et quinque eminalium ordei, per ipsum debitorem ut supra et sibi venditorum per supradictos Martinum de Calcibus, thesaurarium Sabaudie, et Petrum Magnini de Chamberiaco, magistrum computorum domini, die quarta mensis septembris anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, quolibet modio tresdecim denariis grossis turonensibus

- III solidos, VII denarios, dimidium quartum et duodecimum unius denarii grossos

Recepit pro precio unius emine arveillierum per ipsum debite et sibi vendite pro tanto

- II denarios, obolum grossos turonenses

Recepit pro precio quatuor eminalium fabarum per ipsum debitarum et sibi venditarum ut supra, quolibet eminali sexto unius denarii grossi turonensis - II tercios unius denarii grossi turonensis

Recepit pro precio tresdecim modiorum, duorum sestariorum, emine et dimidii eminalis nucum per ipsum debitarum et sibi venditarum ut supra, quolibet sestario duobus denariis, obolo unius denarii grossi turonensis

- XVI solidos, IX denarios, I tertium unius denarii grossi turonensis

Recepit pro precio decemseptem quintalium, septuaginta sex librarum et dimidiam caseorum per ipsum debitarum et sibi venditorum ut supra, quolibet quintali sexdecim denariis grossis turonensibus

- XXIII solidos, VIII denarios, I quartum unius denarii, grossos turonenses

Recepit pro precio centum decem octo seraceorum, novem ruczarum et dimidiam et dimidio quarto unius rucze seraceorum, ad decem ruczas pro seraceo per ipsum debitarum et sibi venditorum ut supra, quolibet seraceo decem denariis grossis turonensibus

- IIII libras, XIX solidos, I denarium, obolum, dimidium quartum <denarii> grossi turonensis

Recepit pro precio triginta librarum butiri per ipsum debitarum et sibi venditarum ut supra, quolibet libra tertia parte unius denarii grossi turonensis - X denarios grossos turonenses

Recepit pro precio trium sestariorum et duorum eminalium senapii per ipsum debiti et sibi venditi ut supra, quolibet eminali duobus solidis monete Auguste - VII libras, VIII solidos monete Auguste

Recepit pro precio mille ducentorum septuaginta novem caponum, duodecime et dimidii quarti duodecime partis unius caponis, per ipsum debitarum et sibi venditorum ut supra, quolibet capone tribus partibus unius denarii grossi turonensis

- LXXIX solidos, XI denarios, sextum, dimidium quartum unius denarii grossi

Recepit pro precio quaterviginti tresdecim pernecium per ipsum debitarum et sibi venditarum ut supra, quolibet pernecio obolo grosso turonense - III solidos, X denarios, obolum grossos turonenses

Recepit pro precio unius agni per ipsum debiti et sibi venditi ut supra pro tanto - II denarios grossos turonenses

Recepit pro precio unius canalis et dimidium castronem per ipsum debitarum et sibi venditarum ut supra, qualibet canali quinque denariis grossis turonensibus - VII denarios, obolum grossos turonenses

Recepit pro precio sexaginta duorum muthonum seu castronum per ipsum debitorum et sibi venditorum ut supra, quolibet castrone sex denariis grossis turonensibus - XXXI solidos grossos turonenses

94 *Vinum:*

Recepit pro precio quadraginta novem modiorum vini de anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, sibi venditorum per Andream Bellatruche de Chamberiaco, quondam thesaurarium Sabaudie, inclusorum in summa ducentorum quinquaginta octo modiorum, octo sestariorum, duorum quarteronorum et dimidium vini per ipsum castellanum debitorum ut supra, quolibet modio duobus florenis et dimidio auri boni ponderis veteris, cambsis ad grosso turonenses parvi ponderis

- VI libras, XVII solidos, IX denarios, tres quartos unius denarii grossos turonenses

Recepit pro precio quaterviginti quindecim modiorum vini de annis Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto et octuagesimo quinto, sibi venditorum pretextu littere domine data Rippallie, die XIX mensis marcii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sexto, copiatam¹⁵⁵ inferius in libratis dictarum vendicionum, de summa supradictorum ducentorum quinquaginta octo modiorum, octo sestariorum, duorum quarteronorum et dimidium vini per ipsum castellanum debitorum ut supra, quolibet modio sexdecim denariis grossis turonensibus

- VI libras, VI solidos, VIII denarios grossos turonenses

Recepit pro precio quadraginta modiorum vini de anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sexto, sibi venditorum per aliam litteram domine de dicta vendicione, datam Rippallie die XIX mensis marcii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo, copiatam inferius in libratis dictarum vendicionum, de summa supradictorum ducentorum quinquaginta octo modiorum, octo sestariorum, duorum quarteronorum et dimidium vini per ipsum castellanum debitorum ut supra, quolibet modio sexdecim denariis grossis turonensibus - LIII solidos, III denarios grossos turonenses

¹⁵⁵ Lire copiatata.

Recepit pro precio septuaginta quatuor modiorum, octo sestariorum, duorum quarteronorum et dimidii vini [**LXXVI Quart**] de annis Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo et octuagesimo octavo, restancium de dicta summa ducentorum quinquaginta octo modiorum, octo sestariorum, duorum quarteronorum et dimidium vini, per ipsum castellanum debitorum ut supra et sibi venditorum per Martinum de Calcibus, thesaurarium Sabaudie, et Petrum Magnini de Chamberiaco, magistrum computorum domini, die quarta mensis septembris anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, quolibet modio duobus solidis, tribus denariis grossis turonensibus

- VIII libras, VIII solidos, I quartum, dimidium quartum <unius denarii> grossi turonensis

Recepit pro precio quindecim fassorum recorsi per ipsum debitorum et sibi venditorum ut supra, quolibet fasso uno denario, obolo grosso turonense

- XXII denarios, obolum grossos turonenses

Recepit pro precio tercentorum duorum fassorum et quarte partis unius fassi communis feni, per ipsum debitorum ut supra et sibi venditorum, quolibet fasso duobus denariis grossis

- L solidos, IIII denarios, obolum grossos turonenses

95 Recepit pro precio centum quaterviginti decem septem fassorum feni croysiati,¹⁵⁶ per ipsum debitorum ut supra et sibi venditorum, precio quolibet fasso duorum denariorum oboli grossorum turonensium

- XLI solidos, obolum, grossos turonenses

Recepit pro precio triginta trium fassorum pallearum per ipsum debitorum ut supra et sibi venditorum, quolibet fasso uno denario grosso turonense

- II solidos, IX denarios grossos turonenses

Recepit pro precio unius quartane mellis per ipsum debite ut supra et sibi vendite pro tanto

- III solidos monete Auguste

Recepit pro precio duodecim tibiaram porci per ipsum debitarum ut supra et sibi venditarum, qualibet tibia decemocto denariis monete Auguste

- XVIII solidos monete Auguste

Recepit pro precio sex quarteriorum vacharum per ipsum debitorum ut supra et sibi venditorum, quolibet quarterio duodecim solidis monete Auguste

- LXXII solidos monete Auguste

¹⁵⁶ Ailleurs on trouve *teysiati*.

Anselmo Pession

Recepit pro precio quatercentum sexaginta quinque alecum per ipsum debitorum ut aupra et sibi venditorum quolibet cento uno floreno vetere

- IIII florenos, IX denarios, obolum, dimidium quartum grossos turonenses

Recepit pro precio trium turturum seu troytiarum per ipsum debitarum ut supra et sibi venditarum qualibet troytia decem solidis monete Auguste - XXX solidos monete Auguste

Recepit pro precio quatuordecim ferratarum piscium seu ferres per ipsum debitarum ut supra et sibi venditarum, qualibet ferrata duodecim denariis monete Auguste - XIII solidos monete Auguste

Recepit pro precio undecim quarteriorum de bocz esteyng per ipsum debitorum ut supra et sibi venditorum, quolibet quarterio tribus solidis monete Auguste - XXXIII solidos monete Auguste

Recepit pro precio triginta novem duodenarum postium per ipsum debitorum et sibi venditorum ut supra, qualibet duodena decem solidis monete Auguste - XIX libras, X solidos monete Auguste

Summa dictarum vendicionum:

- XXXV libre, VIII solidi monete Auguste

- CIX libre, XI solidi, V denarii, II tercii et quartus unius denarii grossi turonenses, inclusis florenis parvi ponderis

Et:

- IIII floreni, IX denarii, obolus, dimidius quartus unius denarii grossi turonensis, boni ponderis veteres

De quibus libravit, manu Andree Cusini de Chamberiaco, Andree Bellatruche de Chamberiaco, quondam thesaurario Sabaudie recipienti pro domino, et qui Andreas Bellatruche de ipsis domino computavit in suo computo dicte thesaurarie sunt die vicesima nona exclusive mensis marcii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, in prima pagina quarti folii dicti computi - C florenos auri parvi ponderis

Libravit eidem Andree Bellatruche, manu Martini de Calcibus sui clerici, manualiter traditos tempore quadragesime anno predicto millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, de quibus idem Andreas domino computavit in suo computo dicte thesaurarie sunt ut in particula precedenti - L ducatos auri

Libravit eidem Andree Bellatruche, quondam thesaurario Sabaudie, recipienti pro domino, et qui Andreas de ipsis computavit in suo computo dicte thesaurarie finito prout supra, folio XLIX, secunda pagina - VII libras, I denarium grossos turonenses

Libravit Anthonio Fabri de Burgeto, secretario et thesaurario expensarum hospicii domine, qui Anthonius de ipsis computare debebit de et supra preciiis bladorum et victualium dicte castellanie sibi venditorum per litteram domine cuius tenor est talis:

- 96 “Bona de Borbonio, comitissa Sabaudie, dilectis magistris et receptoribus computorum nostrorum et illustris geniti nostri carissimi comitis, salutem. Audita relacione nobis facta per dilectum familiarem nostrum Petrum Jocerandi quem in Vallem Augustam miseramus pro victualibus nostris vendendis super valore victualium infrascriptorum, mandamus vobis quatenus dilecto Hugoni Garnerii, alias Rode, castellano nostro Quarti, victualia que nobis debebit per arrestum et conclusionem sui dicte castellanie primi computi vendatis preciiis infrascriptis, videlicet quodlibet modium frumenti ad mensuram Quarti duobus florenis parvi ponderis, quodlibet modium siliginis decem octo denariis grossis turonensibus, quodlibet modium ordeï tresdecim denariis grossis, quodlibet modium avene duodecim denariis grossis, quodlibet modium vini sexdecim denariis grossis, cetera vero victualia et res **[LXXVII Quarti]** alias quas debebit eidem vendatis, prout hactenus extitit usitatum et sicut videbitis faciendum. Cuiquidem castellano nostro super preciiis dictorum victualium et rerum aliarum sine difficultate qualibet allocetis ducentos septuaginta tres florenos auri, undecim denarios grossos turonenses parvi ponderis, quos ab eodem habuimus et nos realiter habuisse confitemur in pluribus et diversis particulis de et supra preciiis antedictis, manu dilecti secretarii nostri Anthonii Fabri,¹⁵⁷ thesaurarii hospicii nostri, qui de ipsis nobis computare debebit, necnon et centum sexdecim florenos auri, octo denarios grossos turonenses parvi ponderis pro precio sexaginta modiorum siliginis et viginti modiorum vini per ipsum de nostri mandato expeditorum secundum precia supradicta dilecto consiliario nostro domino Aymoni de Chalant, militi, domino Fenicii et Aymeville, pro certis tractis et libratis per ipsum factis in hospicio nostro, manu

¹⁵⁷ Dans la marge gauche: *Anthonius Fabri*.

dicti nostri thesaurarii,¹⁵⁸ qui eciam de de¹⁵⁹ dicta florenorum et grossorum turonensium quantitate nobis debetur computare. Datum Rippallie, die secunda juniii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sexto per dominam relacione domini, Ja<cobus> de Monx<iato>, Anthonius Fabri”.

Quam litteram reddit, manu dicti Anthonii Fabri signatam et sigillo domine signetoque dicti Anthonii Fabri signatam

- III^C III^{XX} X florenos, VII denarios grossos turonenses parvi ponderis

Libravit eidem Anthonio Fabri, secretario et thesaurario expensarum hospicii domine, de et super preciis bladorum et aliorum victualium sibi venditorum ut supra per litteram domine de vendicione cum mandato quantitatem subscriptam allocandi, cuius tenor est talis:

“Bona de Borbonio, comitissa Sabaudie, dilectis magistris et receptoribus computerum nostrorum et illustris geniti nostri carissimi comitis, salutem. Mandamus vobis quatenus dilecto Hugoni Garnerii dicto Roda, castellano nostro Quarti, in eius primo dicte castellanie computo, sine difficultate qualibet allocetis precia victualium infrascriptorum, sibi venditorum nostri¹⁶⁰ nomine et mandato per dilectum familiarem nostrum Petrum Jocerandi, prout infra. Et primo quatuordecim modiorum frumenti ad mensuram Quarti, quolibet modio duobus florenis parvi ponderis, centum modiorum siliginis, quolibet modio decem octo denariorum grossorum, unius modii avene, uno floreno parvi ponderis, trium modiorum ordeï, quolibet modio tresdecim denariis obolo grossis turonensibus et quadraginta modiorum vini ad dictam mensuram, quolibet modio sexdecim denariis grossis; quas preciorum quantitates, ascendentes ad ducentos triginta quinque florenos, octo denarios obolum grossos turonenses parvi ponderis, apportatos per dictum Petrum Jocerandi a dicto castellano, habuimus et nos habuisse realiter confitemur, manu dicti secretarii Anthonii Fabri, thesaurarii hospicii nostri,¹⁶¹ qui de ipsis nobis computare debet. Datum Rippallie, die XIX marcii, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo, per dominam Anthonius Fabri”.

¹⁵⁸ Dans la marge gauche: *idem*.

¹⁵⁹ Répété.

¹⁶⁰ Lire *nostris*.

¹⁶¹ Dans la marge gauche: *idem*.

97 Quam reddit, sigillo domine et signeto dicti Anthonii Fabri sigillatam
- II^C XXXV florenos, VIII denarios, obolum, grossos turonenses
parvi ponderis

Libravit eidem Anthonio Fabri,¹⁶² thesaurario expensarum domine, qui de ipsis computare debet in exoneracionem victualium dicte castellanie Quarti de anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo sibi venditorum, inclusis quinquaginta florenis eidem castellano per eundem Anthonium Fabri responsis pro domino Bonifacio de Chaland, pro precio unius roncini, habiti per eundem dominum Bonifacium a dicto Hugone castellano, ut per litteram publicam dicti Anthonii de confessione et recepta, datam Chamberiaco, die XXVII mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo octavo, quam reddit manu dicti Anthonii Fabri signatam

- VI^{XX} XII florenos auri parvi ponderis

Allocantur eidem quos domina habuisse et recepisse confessa fuit habuisse¹⁶³ a dicto castellano super et de precio bladorum et aliorum victualium dicte castellanie annorum Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo, octuagesimo octavo et precedencium, manu supradicti Anthonii Fabri,¹⁶⁴ secretarii et thesaurarii hospicii domine, qui de ipsis computare debet, ut per litteram domine de testimonio premissorum cum mandato allocandi, datam Rippallie, die XXIII mensis aprilis, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, quam reddit manu supradicti Anthonii Fabri signatam

- LX florenos auri parvi ponderis

Libravit eidem Anthonio Fabri, secretario et thesaurario supradicto, de et super precii victualium domini dicte castellanie anni Domini millesimo tercentesimo octuagesimo octavo, qui Anthonius Fabri de ipsis computare debet¹⁶⁵ ut per litteram publicam dicti Anthonii de testimonio premissorum, confessioneque et recept, datam Rippallie die tertia mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, sub signeto cereo dicti Anthonii Fabri, quam reddit manu Johannis D...albes, in ausencia dicti Anthonii Fabri signatam

- II^C L florenos auri parvi ponderis

¹⁶² Dans la marge gauche: *idem*.

¹⁶³ Répété.

¹⁶⁴ Dans la marge gauche: *idem*.

¹⁶⁵ Dans la marge gauche: *idem*.

Libravit Francisco Calodi et Andree Cusini de Chamberiaco, clericis et receptoribus computorum domine et domini, pro locagio sex curruum portancium computos domini, tunc apud Thononem existentes, apud Chamberiacum, facto pacto cum charrotonis pro tanto per dictos clericos domini: - XVIII florenos auri parvi ponderis. Item et pro expensis dictorum Francisci et Andree et duorum suorum clericorum, factis de Thononio apud Chamberiacum conducendo dictos computos: - IIII florenos auri parvi ponderis, ut per litteram [LXXVIII Quarti] domine de testimonio premissorum cum mandato solvendi et habita littera de recepta prenominatorum clericorum domini allocandi de et super precii bladorum et victualium dicte castellanie Quarti de anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto, datam¹⁶⁶ Rippallie die vicesima nona mensis junii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, quam reddit. Et per confessionem dictorum Francisci et Andree de recepta factam in computo, presentibus Anthonio Barberii, Petro Magnini, magistris, et Johanne Perilliatti, clerico computorum domini, die XXI mensis octobris anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo - XXII florenos auri parvi ponderis

98 Libravit domino Anthonio de Chignino, militi, magistro hospicii domini, in quibus inclite recordacionis dominus Amedeus Sabaudie comes quondam, avus domini, eidem domino Anthonio, tunc scuttifero, tenebatur pro precio unius corserii per dictum dominum, quondam avi domini, a dicto domino Anthonio habiti et per eundem dominum quondam dati domino Henguerrando de Eydyn, militi Parisii, mense februarii anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo septimo, ut per litteram dicti domini quondam de debito, testimonioque premissorum et promissione solvendi, datam Stabilloni, die XIII mensis marcii anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo septimo, sub sigillo dicti domini quondam, manu Petri Vicini, clerici domini signatam, quam reddit. Et allocantur sibi de mandato domini Aymonis de Chalant militis, Anthonii Barberii et Petri Magnini de Chamberiaco, magistrorum computorum domini, et per confessionem dicti domini Anthonii de Chignino militis, factam orethenus in fine computi dicte castellanie Quarti de anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto precedenti, et per aliam litteram quondam genitoris domini de mandato super et in computis domini, tam in victualibus quam aliis,

¹⁶⁶ Lire *data*.

cum diligencia perquiri faciendi et tradendi¹⁶⁷ ...¹⁶⁸ idem dominus Anthonius in summa seu particulis de predictis sibi debitis, possit habere bonam et brevem solucionem. Quam supranominati magistri computorum domini sibi fieri facerent et hiis officariis domini qui quicquam solverent de predicti, idem quod solverint allocari faciendi habita copia dictarum litterarum domini et in fine solucionis contentarum in dictis litteris originalibus earundem litterarum recentis, una cum confessionibus sufficientibus de recepta, datam Rippallie die decima marcii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, cuius copiam reddit et est eciam copiata in fine supradicti computi precedentis, et solvit eidem domino Anthonio de Chignino quantitatem subscriptam pretextu litterarum et mandati cum confessione dicti domini Anthonii de recepta superius designatarum
- VI^{XX} franchos auri

Exoneracio debiti supradicti domini Anthonii de Chignino:

Libravit supradicto domino Anthonio de Chignino, militi, in exoneracionem tercentum octuaginta septem florenorum et quatuor denariorum grossorum turonensium parvi ponderis per inclite recordacionis dominum Amedeum Sabaudie comitem quondam, avum domini, dicto domino Anthonio de Chignino debitorum pro stipendiis ipsius temporis quo dicto domino nostro quondam servivit ultra Tissinum cum duabus lanceis in guerris eiusdem domini quondam, facto super hoc computo apud Thaurinum, die XXV mensis octobris anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo quarto, et de quibus idem dominus Anthonius habebat cedula domini de debito manu Thome Orselli scriptam et signatam anno et die predictis, annexam littere dicti domini quondam de debito quantitatis predictae, nec non sexaginta franchorum auri aliunde per dictum dominum quondam ipsi domino Anthonio debitorum, pro precio unius trocterii grisi per ipsum dominum quondam a dicto domino Anthonio, tunc scuttifero, habiti et donati Grosso Stephano, marescallo dicti domini nostri quondam, ut per litteram dicti domini quondam de debito quantitatis florenorum et franchorum predictorum promissioneque solvendi, datam Chamberiaco, die prima mensis marcii anno Domini millesimo tercentesimo

¹⁶⁷ Lecture douteuse.

¹⁶⁸ Illisible.

octuagesimo primo, sub sigillo dicti domini quondam, manu Micheleti de Croso signatam. Quas cedulam et litteram domini ostendit in fine sui computi precedentis de anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto, ut in fine ipsius continetur simul annexas et penes se retinuit quousque sibi fuerit integre satisfactum de debito supradicto. Et copiam ipsarum reddit in presenti computo, et allocantur sibi de mandato supradictorum magistrorum computorum domini, virtute littere domini directe dictis magistris et receptoribus computorum domini superius in librata precedenti designate et in fine computi precedentis copiate, et per confessionem dicti domini Anthonii orethenus factam in fine dicti computi precedenti [LXXIX Quarti] de recepta quantitatis infrascripte, in exoneracionem debitorum predictorum, in littera et cedula predictis simul annexis descriptorum

- L florenos auri parvi ponderis

- 99 Libravit supradicto Anthonio Fabri, secretario et thesaurario expensarum hospicii domine, quos domina habuisse et recepisse confessa fuit ab eodem castellano in exoneracionem precii victualium dicte castellanie anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto, tam in quadraginta florenis parvi ponderis per ipsum Hugonem castellanum traditis et libratis Anthonio Mallieti, clerico domini, quam in decem florenis parvi ponderis eciam per ipsum Hugonem castellanum libratis Anthonio Barberii de Chamberiaco, magistro computorum domini, et in sex florenis parvi ponderis realiter traditis Anthonio Fabri, secretario et thesaurario supradicti,¹⁶⁹ qui de particulis suprascriptis seu de quantitate presentis particule computare debet, ut per litteram domine de testimonio premissorum cum mandato allocandi, datam Chamberiaco die X mensis novembris anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo octavo, quam reddit manu dicti Anthonii Fabri signatam

- LVI florenos auri parvi ponderis

Summa librate et allocati

- M III^C XXXVI floreni, IIII denarii, obolus, grossi turonenses parvi ponderis, inclusis grossis

Et:

- L ducati auri
- CXX franchi auri

¹⁶⁹ Dans la marge gauche: *Anthonius Fabri*.

Hugues Garnier 1385-1389

Et sic, cambsis et conversis omnibus et singulis monetis supradictis tam recepte quam librate ad florenos auri parvi ponderis, computatisque singulis viginti quatuor solidis monete Auguste pro uno floreno auri parvi ponderis, quolibet floreno parvi ponderis pro duodecim denariis grossis turonensibus, quolibet floreno auri boni ponderis vetere pro tresdecim denariis obolo grossis turonensibus, quolibet ducato auri pro quatuordecim denariis grossis turonensibus, et econverso, factisque deduccionibus hinc inde, dictus castellanus debet domino:

- V^C IIII^{XX} I florenos, unum denarium, dimidium quartum et duodecimum unius denarii grossi turonensis parvi ponderis, de quibus respondet in deduccione post conclusionem sui computi sequentis de annis Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono et nonagesimo, ut in fine dicti computi continetur.

Et sit hic eque de dictis vendicionibus.

Sixième compte d'Hugues Garnier alias Rode¹⁷⁰

(1^{er} mai 1389 – 31 mai 1391)

[I]¹⁷¹ Computus viri nobilis Hugonis Garnerii, alias Rode, domicelli, castellani Quarti in Valle Augusta, de redditibus et exitibus eiusdem castellanie, a die prima inclusive mensis maii, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, usque ad diem primam exclusive mensis iunii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, videlicet de duobus annis integris, quatuor septimanis et tribus diebus, receptus apud Chamberiaco, presentibus domino Johannardo Provane, milite, et Anthonio Barberii de Chamberiaco, magistris et auditoribus computorum domini, per Johannem Parilliati de Chamberiaco, clericum domini, examinatusque per dictum Petrum Magnini de Chamberiaco, magistrum computorum domini, die vicesimaprima mensis marcii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio.

Sciendum est¹⁷² quod de duobus millibus florenorum auri boni ponderis veterum ad quos domina nostra Bona de Borbonio, Sabaudie comitisse, nominibus suo et domini nostri Sabaudie comitis, transegit cum Guilliermo de Alexino, domicelli, pro iuribus et accionibus que et quas idem Vulliermus pretendebat se habere in hereditate et bonis domini Henrici domini de Quarto quondam, tamquam proximior agnatus dicti domini de Quarto quondam, restant in deposito de communi consensu dicte domine et dicti Guillermi de Alexino mille floreni auri boni ponderis veteres in manibus Jaquimini de Canali de Dovia, burgensis Auguste, qui ipsos recepit a dicto castellano Quarti, pretextu dicte transaccionis, pro ipsis implicandis in bona et legali mercandia¹⁷³ quorum fructus pertineat dicto Vulliermo donec et quousque dictus Vulliermus de Alexino reperiat redditus et servicia

¹⁷⁰ ASTO, *Quart, châteltenie*, inventario 68, foglio 99, mazzo n° 5/1, 1389-1392.

¹⁷¹ Les comptes d'Hugues Garnier sont écrits sur parchemins cousus ensemble et numérotés par des chiffres romains.

¹⁷² Dans la marge gauche: *vide*.

¹⁷³ Lire *mercatura* ou *mercatione*.

acquirendos de eisdem mille florenis quos redditus de ipsis acquirendos tenere debeat idem Guillelmus, seu unus ex filiis ipsius, de feudo et sub homagio domini, ut dicitur plenius in libratis pecunie computorum dicte castellanie Quarti de annis Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, octuagesimo quarto, octuagesimo quinto, octuagesimo sexto, octuagesimo septimo et octuagesimo octavo, et ponatur presens memoriale in quarto computo sequenti ad plenioram memoriam premissorum.

Item sciendum est quod Bartholomeus de Mota, olim procurator domini in Valle Augusta, debet computare de exitibus dictarum¹⁷⁴ castellanie et locorum et ceteris domino ibidem pertinentibus, a die penultima inclusive mensis julii, anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo septimo, qua die dominus Henricus dominus de Quarto quondam decessit ab humanis, usque ad diem decimam exclusive mensis septembris, anno predicto millesimo tercentesimo septuagesimo septimo, videlicet de sex septimanis integris, exceptis tamen hiis de quibus idem castellanus computavit in quinto computo precedenti in recepta ab eodem Bartholomeo, ut dicit in computo precedenti.

Qui castellanus juravit et sub pena viginti quinque librarum forcium tociens commictenda per ipsum quociens contrarium reperiretur, bene et fideliter computare de omnibus et singulis receptis et libratis factis per ipsum aut alium eius nomine, in dicto officio pro domino quoquomodo, castrumque et edificia domini ad sostam tenere sumptibus domini moderatis novasque constituciones et statuta computorum domini suo posse adimplere et illesas servare.

101

Fruementum:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu per annum de viginti tribus modiis, quinque sestariis, emina et una quartana frumenti prius *apud Oyaciam et*¹⁷⁵ in dicta castellania debitis de redditu per annum ut in computo precedenti, deductis de eisdem novem modiis, tribus sestariis, emina frumenti, debitis per personas in computo precedenti de anno Domini millesimo tercentesimo

¹⁷⁴ Lire *dictorum*.

¹⁷⁵ Les mots sont ajoutés dans la marge droite avec un signe de renvoi.

octuagesimo tercio et octuagesimo quarto specificè nominatis de mandato domine, relatione domini Aymonis de Chalant, militis, consilarii et magistri quondam computorum domini, facta in dicto computo precedenti, quas frumenti quantitates **[II Quarti]** domina expediri et deliberari mandavit domine Pantassalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, per dictum castellanum virtute et ex causa ut dixit dictus dominus Aymo de Chalant in secundo computo precedenti cuiusdam compositionis, instrumenti seu litterarum receptorum, ut dixit idem dominus Aymo per dominum Egidium Drueti, secretarium domini, pretextu dotis et aliorum iurium que dicta domina Pantissalea se habere pretendebat in et super bonis dicti domini Henrici domini de Quarto, sui viri quondam, sub modis, formis, condicionibus et capitulis pro domino facientibus, declaratis contentis et descriptis in eisdem. Et licet in computo precedenti eidem castellano fuerit iniunctum quod regithias seu extentas ibidem recepi inceptas per Johannem Gontereti, procuratorem et commissarium domini terminari et compleri procuraret sic quod de nominibus personarum, redditus et servicia, usagia et alia tributa quecumque debencium, cum quantitatibus debitis per easdem, in presenti computo veniret plenarie informatus, et declaraturus quantitates ibidem debitas, tam de reddito quam servicio, cum pro quantitatibus debitis de servicio debeatur duplum de placito, quando locus evenit, et pro reddito nullum debetur placitum ut dicit et dicitur in computo precedenti, de quibus mencio fiat in singulis titulis sequentibus presentis computi, ut sciri possit quid debeatur ibidem de reddito et quid de servicio. Item cum fuerit eidem iniunctum quod litteram domine compositionis per dominam facte cum domina Pantassalee, sive sit instrumentum, habere procuraret ab eadem, taliter quod in presenti computo videretur et inseriretur quantum fuisset opportunum. Dicit tamen dictus castellanus et Johannes de Gontereto, procurator et commissarius domini predictus, quod extentas domini ibidem inceptas complere non potuit eo quod idem commissarius vacavit per dictum tempus de mandato domini complendo et recipiendo extentas domini castellanie *domini*¹⁷⁶ de Cly; dicit etiam quod dictam litteram a domina Pantissalee habere non potuit pro eo quod dicta domina non fuit a tempore dicte iniunctionis citra in Valle Augusta sed moratur in partibus Burgondie. Quibus non obstantibus iniungitur sibi

¹⁷⁶ Biffé.

expressius quod dictas extentas seu regithias terminari faciat sic quod modus dicti servicii et redditus prout supra videatur litteramque dicte domine compositionis predicte apporet, sic quod tenor ipsius in eodem sequenti computo quantum fuerit neccesse inseratur. Et computat de dicto frumento, facta deducione pro dicta domina Pantassalee ut in computo precedenti, pro termino festi beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, factis deducionibus et iniunctionibus supradictis

102 - XIII modia, II sestaria, I quartanam frumenti

Decime:

Recepit de exitu decimarum que levantur in certis possessionibus consistentibus a torrente Clausi Novi, inter 102, ro et Augustam, usque ad civitatem Auguste, in quibus decimis dominus de Monte Joveto percipit medietatem, dominus Jacobus Bonerii de Dovia, canonicus augustensis, terciam partem residue medietatis,¹⁷⁷ et dominus, racione castri de Quarto, duas partes ipsius medietatis, ut dicit et dicitur in computo precedenti et computat, pro termino messium anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono - I sestarium frumenti

Recepit ibidem pro eodem et eodem termino messium anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo, nec inde plus recepit ut dicit

- I eminam frumenti

De exitu decime vocate de Rins, mandamenti de Quarto, nichil computat quia dominus mandavit ipsam deciman expediri Preposito Auguste, ad quem dicta decima pertinet et pertinebat ex antiquo, licet dominus Henricus, quondam dominus de Quarto, dum viveret, ipsam decimam teneret pro tribus modis siliginis, [III Quarti] sub tamen tali condicione quod quociescumque domino placuerit,¹⁷⁸ illam decimam possit habere et percipere sub simili forma quam dictus dominus de Quarto quondam tenebat dum viveret in humanis, ut dicitur in quarto computo precedenti, ubi littera domini de mandato expediendi eidem Preposito dictam decimam est copiata.

Exitus terrarum:

De exitu terre domini vocate de Ryns, continentis circa duas modiatas terre, nichil computat quia tradita fuit dicte domine Pantissalee pretextu compositionis supradicte, ut dicit et dicitur plenius in titulo

¹⁷⁷ Le mot est ajouté dans la marge droite avec un signe de renvoi.

¹⁷⁸ Dans la marge gauche: *vide pro domino*.

Anselmo Pession

siliginis secundi computi precedentis de anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio et octuagesimo quarto.

Cheyserie seu excheyte:

Recepit pro cheyseria obventa domino per mortem Johannis de Chomar de Roysano, ultra siliginem et pecuniam de quibus in computo precedenti *computi*¹⁷⁹ computavit - I emina frumenti

Summa, computatis sex eminalibus pro una quartana, duabus quartanis pro una emina, duabus eyminis pro uno sestario, et sex sestariis pro uno modio ut in computo precedenti

- XXIX modia, I sestarius frumenti

De quibus allocantur eidem que traxit et libravit ad expensas hospicii domine factas Auguste mense octobris anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo, manu Anthonii Fabri, secretarii et thesaurarii expensarum hospicii domine, qui de ipsis domino computare debet, ultra centum viginti pecias pollaillie, triginta octo sestaria vini, unum modium avene ad mensuram Auguste, et quaterviginti fassos feni, que quantitates sibi inferius in suis titulis allocantur, ut per litteram domine de testimonio premissorum cum mandato allocandi, datam Ypporrhie die ultima mensis novembris anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo, quam reddit sigillo domine sigillatam et signetis dicti Anthonii Fabri manuali et cereo signatam

- XIII modia, II sestaria frumenti ad mensuram Auguste

Deducuntur sibi pro liberis Johanne Marione de Morgona debentibus singulis annis unam emina frumenti de redditu per annum, pro qua in quinto computo precedenti per errorem et ex inadvertencia fuit scriptum dictos liberos debere per annum et ab ipsis recepisse unum sestarium frumenti pro anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, licet non debeant per annum nisi dumtaxat unam eyminam frumenti, ut in extentis domini receptis per supradictum Johannem de Gontereto ut dicitur in computo precedenti, et deducuntur eidem pro annis Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono et nonagesimo pro quolibet dictorum duorum annorum una emina frumenti, ut in computo precedenti

- I sestarium frumenti

Summa allocati et deducti: - XIII modia, IIII sestaria frumenti

¹⁷⁹ Répété.

Et sic debet - XV modia, III sestaria frumenti
Respondet in computo sequenti.

Siligo:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania tam de redditu quam servicio per annum in festo beati Michaelis, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo ono, et in festo beati Stephani yemalis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo, de novies viginti quatuor modiis, tribus sestariis et uno eminali siliginis in dicta castellania *et apud Oyaciam*¹⁸⁰ de redditu et servicio debitis per annum ut in computo precedenti, deductis de eisdem quadraginta septem modiis, quinque sestariis, una quartana, uno eminali cum dimidio siliginis occasione qua supra in frumento, et fit sibi¹⁸¹ similis iniunctio que ibidem in frumento, et computat pro terminis festorum beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono et beati Stephani yemalis anno Domini millesimo tercentesimo momagesimo

- VI^{XX} XVI modia, III sestaria, eminam, V eminalia et dimidiam siliginis

Recepit ibidem pro eodem et eisdem terminis festorum beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo et beati Stephani yemalis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo

- VI^{XX} XVI modia, III sestaria, I eminam, V eminalia et dimidiam siliginis

Recepit a Theobaldo de Crista de Roysan pro terra de Lunyczan eidem per dictum castellanum imperpetuum pro tanto de redditu per annum sine introgiis aliquibus albergata, ut in computo precedenti in festo beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono

- II modia siliginis

Recepit ab eodem pro eodem et eodem termino festi beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo

- II modia siliginis

Decime:

¹⁸⁰ Les mots *et apud Oyaciam*, sont ajoutés dans la marge droite avec un signe de renvoi.

¹⁸¹ Dans la marge gauche: *vide*.

Recepit de et pro exitu decimarum que levantur in certis possessionibus consistentibus a torrente Clausi Novi, inter Sarro et Augustam, usque ad civitatem Auguste, manu Johannis Ravayn, habitatoris Auguste, collectoris anno presenti dicte decime, in quibus decimis dominus de Monte Joveto percipit medietatem, **[IIII Quarti]** dominus Jacobus Bonerii de Dovia, canonicus augustensis, terciam partem residue medietatis, ut supra in frumento et ut eciam dicitur in computo precedenti, et computat, pro termino messium anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono - VII sestaria siliginis

Recepit de eodem exitu manu eadem eodem termino messium anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo - V sestaria siliginis

De exitu decime terrarum vocatarum de Ryns, nichil computat quia reperta fuit in integrum pertinere preposito Auguste cui dominus per eius litteras ipsam remisit ut supra in frumento.

Exitus terrarum:

De exitu terrarum vocatarum de Ryns, nichil computat quia pertinent domine Pantassalee, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, occasione qua supra in frumento.

Cheyserie seu excheyte:

Recepit de et pro cheyseria debita ob mortem Johannis de Chomar de Roysan, domino pertinente ob mortem dicti Johannis de Roysan, deffuncti, ultra frumentum et pecuniam de quibus tam supra quam infra computat in suis titulis et de alia tercia *parte*¹⁸² computavit in computo precedenti - II sestaria siliginis

Summa, computatis sex eminalibus pro una quartana, duabus quartanis pro una emina, duabus eminis pro uno sestario et sex sestariis pro modio, in singulis bladis ad mensuram Quarti seu Auguste, que mesure sunt heedem ut dicit et dicitur in computo precedenti

- II^C LXXIX modia, III sestaria, I quartana, V eminalia siliginis

De quibus libravit domino Berthodo, priori Sancti Ursi Auguste, quos, ultra capones et pecuniam inferius in suis titulis allocatas pro eodem, dictus dominus de Quarto quondam eidem domino priori annuatim debebat pro feudo quod ab eadem ecclesia tenebat, ut in instrumento confessionis, recognitionis et regithie domini Henrici, militis, domini de Quarto quondam, factis ecclesie et priori predictis,

¹⁸² Le mot est ajouté dans la marge droite avec un signe de renvoi.

instrumento recepto per Martinum de Campolorenzal notarium publicum, sub anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo, indicione octava, die ultima mensis maii, copiato de verbo ad verbum in quarto computo precedenti, et solvit sibi pretextu littere domini, copiate simili modo in dicto quarto computo precedenti, de mandato solvendi et allocandi, et allocantur eidem pro terminis festi beati Michaelis annorum Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono et nonagesimo, pro quolibet dictionum duorum annorum seu terminorum, quinque sestaria, tres quartane siliginis, per litteram publicam dicti domini prioris de confessione et recepta, datam Auguste die XIX mensis aprilis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo, quam reddit manu Johannis Gontereti de Augusta notarii signatam, continentem confessionem de recepta plurium aliarum quantitatum caponum et pecunie simili modo debitarum et in suis titulis inferius allocatarum

104

- I modium, V sestaria, eminam siliginis

Libravit Petro, filio Jaquimini Peronini des Alex quondam de Effra in quibus vir nobilis et potens dominus Henricus dominus de Quarto, miles quondam, eidem Jaquimino tenebatur de censu per annum pro quadam pecia prati domini sita in pratis domini apud Oloes,¹⁸³ que moventur de feudo dicti Jaquimini quondam sub annua pensione infrascripta, ut in quodam instrumento vendicionis facte per Petrum et Johannem fratres, filios quondam Colerii Arborum¹⁸⁴ de Segnins, de laude et consensu Jaquimini Peronini de Alloes de Effra supradicto domino Henrico domino de Quarto quondam, instrumento recepto per Johannem Petri Gontereti de Augusta, notarium publicum, sub anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo, indicione octava, die quinta mensis maii, cuius tenor in quarto computo precedenti de verbo ad verbum est insertus, et solvit sibi pro terminis festorum beati Michaelis annorum Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono et nonagesimo, pro quolibet dictionum duorum annorum novem eminalia siliginis, per litteram publicam dicti Petri de confessione et recepta, datam Auguste die secunda mensis *maii*,¹⁸⁵ anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, quam reddit manu Johannis Gontereti

¹⁸³ Lire *Olees*.

¹⁸⁴ Lire *Alborum*.

¹⁸⁵ Le mot est ajouté dans la marge droite avec un signe de renvoi.

Anselmo Pession

notarii signatam, continentem confessionem de recepta duorum denariorum monete Auguste sibi inferius in libratibus pecunie allocatorum pro eodem et dicto tempore - III quartanas siliginis

Libravit Petro Vuillermete de Avysio, parrochie Quarti, in quibus dictus dominus Henricus, dominus de Quarto quondam, dicto Petro tenebatur annuatim pro quadam pecia prati, sita in pratis domini apud Oloes, ut in quodam publico instrumento recepto per Johannem de Gontereto notarium, anno Domini millesimo tercentesimo sexagesimo nono, indictione septima, die decima quarta mensis januarii, cuius tenor in quarto computo precedenti de verbo ad verbum est insertus. Et solvit eidem pro terminis festorum [V Quarti] beati Michaelis annorum Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono et nonagesimo, ad rationem duorum sestariarum siliginis pro quolibet dictorum duorum annorum, per litteram publicam dicti Petri Vuillermete de confessione et recepta, datam Auguste die nona mensis maii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, quam reddit, manu Johannis de Gontereto de Augusta notarii signatam, continentem confessionem de recepta sex denariorum monete Auguste sibi debitorum simili modo pro tempore supradicto, qui sibi inferius in libratibus pecunie allocantur

- IIII sestaria siliginis

Prandia:

Libravit personis in quarto computo precedenti specificè et particulariter nominatis et descriptis pro prandiis datis et debitis eisdem singulis annis in crastinum Nativitatis Domini, dum solvunt servicia debita per easdem more solito, ut in computo precedenti, que prandia sunt numero triginta quinque, quartus et sextus unius prandii, ultra duodecim prandia tradita dicte domine Pantasalee ut supra, et datur pro quolibet prandio dimidius panis siliginis valoris dimidii eminalis siliginis, ut in computo precedenti, et allocantur eidem pro terminis festorum beati Stephani prothomartiris in crastinum festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo et nonagesimo primo, ad rationem decem septem eminalium, tercii, quarti et dimidii quarti unius eminalis siliginis pro quolibet dictorum duorum annorum

- I sestarium, I quartanam, V eminalia, quartum et sextum unius eminalis siliginis

Libravit domino Jacobo de La Suera, capellano prebendario altaris Beate Marie, siti in ecclesia Sancti Ursi Auguste, percipienti ratione dicti altaris singulis annis de censu, quinque sestaria, eminam siliginis, unum obulum servicii et unum denarium de placito quando accidit, pro et super quadam peciam prati domini in quarto computo precedenti plenius confinata, sita loco dicto Establo, de feudo dicti artaris¹⁸⁶ existente, que pecia prati ad manus domini Henrici domini de Quarto quondam pervenit ex successione Alixandri de Stabulo, de et pro quibus tam in presenti quam precedentibus computis computavit in recepta pro dicta pecia prati et certis aliis rebus, videlicet superius cum maiori summa de septem modiis siliginis et inferius pro eodem de viginti solidis monete Auguste computabit, ut per instrumentum albergamenti dicto Alixandro facti, cuius tenor in quarto computo precedenti de verbo ad verbum est insertus, et solvit eidem pro termino festi beati Michaelis annorum Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono et nonagesimo, ad rationem quinque sestariorum, emine siliginis pro quolibet dictorum duorum annorum, per litteram publicam dicti domini Jacobi de confessione et recepta, datam Auguste die secunda mensis maii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, quam reddit manu Johannis Gontereti de Augusta notarii signatam, contentem confessionem de recepta unius denarii monete Auguste sibi simili modo librata, qui sibi inferius in libratis pecunie allocatur

- I modium, V sestaria siliginis

Rivus Prepositi:

Libravit Bonifacio, genero Aymonodi Champapont, custodi rivi domini vocati de Preposito, a loco principii dicti rivi, vocato de Laz Morina, usque ad locum vocatum de Valle Suana, subtus Roysan, quasi per unam leucam, per quod spacium custodire debet dictum rivum pro uno modio siliginis per annum, ultra seraceum, *vinum*¹⁸⁷ et pecuniam sibi inferius in suis titulis allocatos, et solvit eidem de mandato, modis et causis in computis precedentibus plenius declaratis et expressis, pro annis Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono et nonagesimo, per litteram publicam dicti Bonifacii de confessione et recepta, datam Auguste die nona mensis maii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, quam reddit manu Johannis Gontereti de Augusta

¹⁸⁶ Lire *altaris*.

¹⁸⁷ Le mot est ajouté dans la marge droite avec un signe de renvoi.

notarii signatam, continentem confessionem de recepta seracei, vini et pecunie pro eodem sibi inferius in suis titulis allocatos

- II modia siliginis

[VI Quarti] Reparacio dicti rivi:

Libravit in operibus et reparacione supradicti rivi domini vocati de Preposito prout inferius specificifice declaratur. Et primo, manu Bonifacii, generi quondam Aymonodo Champapont de Roysan, administratoris aque dicti rivi, pane dato tercentum sexaginta quatuor hominibus operariis de roydys seu corvatis operantibus et reparantibus dictum rivum reparacione *indigente*¹⁸⁸ pro tunc a loco de la Moryna usque ad torrentem de Roysan in valle, in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo, tempore quadragesime, ad que vacaverunt quasi per unam diem, capiente quolibet per diem quinque quarterios panis. Item pane dato tercentum quadraginta duobus hominibus operariis de roydys seu corvatis operantibus et reparantibus dictum rivum, pro tunc reparacione indigentem, a loco predito et usque ad locum predictum, in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo tempore quadragesime, ad que vacaverunt quasi per unam diem capiente quolibet ut supra, ultra vinum et nuces sibi datos pro eodem et inferius allocatos in sui titulis, et sunt in quolibet eminali unus panis seu de quolibet sestario viginti quatuor panes, more solito, ut in computo precedenti. Et allocantur eidem per litteram publicam dicti Bonifacii de testimonio premissorum, confessioneque et recepta, datam in castro Quarti, die nona mensis maii, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, quam reddit in quodam folio papiri cum quadam alia confessione scriptam et manu Johannis Gontereti de Auguste notarii signatam, *que confessio est minor de uno eminali siliginis quam deberet esse*¹⁸⁹: - VI modia, I eminam, V eminalia et dimidiam siliginis. Libravit in operibus et reparacione dicti rivi vocati de Preposito, manu Petri Morelli de Rivo de Poroczan, administratoris dicti rivi, pane dato viginti septem hominibus operariis de roydys seu corvatis, vacantibus in reparacione dicti rivi in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo post Pascha, et post primam reparacionem in eodem rivo tempore quadragesime summarie factam, quia dictus rivus propter inundacionem aquarum et multitudinem pluviarum in pluribus locis cumulatus fuerat, ultra vinum

¹⁸⁸ Le mot est ajouté dans la marge droite avec un signe de renvoi.

¹⁸⁹ La phrase est ajoutée dans la marge droite avec un signe de renvoi.

et seraceum sibi ministratos pro eodem inferius, ut per litteram publicam dicti Petri Morelli de testimonio premissorum, confessioneque et recepta, datam in Augusta, die octava mensis maii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, quam reddit in supradicto folio papiri scriptam et manu Johannis Gontereti de Augusta notarii signatam: - I sestarium, I quartanam, III eminalia et III partes unius eminalis siliginis. Item pane dato sexdecim hominibus operariis de roydis seu corvatis, vacantibus in reparacione dicti rivi post primam reparacionem in eodem rivo tempore quadragesime anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo factam, et immediate post Pacha, quia dictus rivus in pluribus locis erat cumulatus, ultra vinum et seraceum sibi datos pro eodem, capiente quolibet quinque quarteria¹⁹⁰ pani ut supra, per litteram publicam dicti Petri de testimonio et recepta superius proxime redditam: - I eminam, I quartanam, II eminalia siliginis, que particule sunt in summa:

- II sestaria, V eminalia et tres partes unius eminalis siliginis

106 *Alpis de Chavalari:*

Libravit Petro de Pasquerio et eius consortibus de Riegni, parrochie Quarti, tenentibus alpem de Chavalari, quibus dominus de Quarto quondam annuatim solvere consuevit, quando solvunt quatuor caseos debitos per tenentes dictam alpem quando vestitur, id est bestie ponuntur in eadem pro fructum fiendo, de quibus quatuor caseis dictus castellanus infra computat in eorum titulo in recepta, et allocantur eidem pro annis Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono et nonagesimo, ad rationem quatuor eminalia siliginis pro quolibet dictorum duorum annorum, more solito, ut in computo precedenti

- I quartanam, II eminalia siliginis

[VII Quarti] *Alpis de Seneveri:*

Libravit Johannodo de Balma de Quarto et eius consortibus tenentibus alpem de Seneveri, que dictus dominus Henricus, dominus de Quarto quondam, annuatim solvebat dictis consortibus quando dicta alpis vestitur, id est quando bestie mictuntur in eadem ad fructum faciendum, pro duobus caseis domino debitis pro dicta alpe de quibus infra computat sub eorum titulo in recepta, et solvit eisdem more solito ut in computo precedenti pro annis Domino millesimo tercentesimo

¹⁹⁰ Lire *quarterios*.

octuagesimo nono et nonagesimo, ad rationem duorum eminalium siliginis pro quolibet dictorum duorum annorum - III eminalia siliginis

Deducuntur eidem pro Hugoneto, filio Valleti de Vignyel, Petro Hugoneti de Vignuel, Vallichono de Vignuel et suis consortibus causam habentibus Hugoneti de Vignuel, pro quibus computatum fuit in computum dicti loci *Quarti de anno Domini millesimo*¹⁹¹ de anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo particulariter de tribus sestariis siliginis, ex inadvertencia scriptoris et castellani, licet non debeant nisi dumtaxat tres eminas siliginis de censu per annum, prout fidem fecit in quarto computo precedenti per duo publica instrumenta in eodem computo de verbo ad verbum copiata, que tria sestaria siliginis eciam includuntur in summa recepte dicte siliginis, et deducuntur eidem pro annis Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono et nonagesimo, ad rationem trium eminarum siliginis pro quolibet dictorum duorum annorum more solito, ut in computo precedenti - III sestaria siliginis

Deducuntur eidem pro Bartholomeo et Johanne Perole et suis consortibus pro quibus computavit in suis computis precedentibus et presenti summarie, et in computo de anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo particulariter, de tribus eminis, uno eminali et dimidio siliginis, ex inadvertencia et per errorem dicti castellani licet non debeant nisi dumtaxat tres eminas siliginis de censu per annum, ut per confessiones et recogniciones dicti Bartholomei factas per ipsum nominibus suo et Johannis eius fratris et consortium suorum designatorum in quarto computo precedenti, et deducuntur eidem pro annis Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono et nonagesimo, pro quolibet dictorum duorum annorum unum eminale cum dimidio siliginis more solito, ut in computo precedenti - III eminalia siliginis

107 Deducuntur eidem pro Petro Macheti de Escheveno et consortibus suis debentibus de reddito annis alternis quinque sestaria siliginis in festo beati Michaelis, de quibus particulariter computavit in suo computo de anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo septimo et eciam in presenti summarie quemadmodum si annuatim deberentur pro annis Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono et nonagesimo, pro quolibet dictorum duorum annorum, licet debeantur ut supra dumtaxat annis alternis, prout fidem fecit in quarto computo

¹⁹¹ Biffé.

precedenti per instrumentum publicum recognicionis dicti Petri Macheti, receptum per Johannem Gontereti notarium, procuratorem et receptorem extentarum domini in Valle Augusta, anno Domini millesimo tercentesimo sexagesimo secundo, indicione decimaquinta die vicesima quarta mensis septembris, copiatam in quarto computo precedenti, et deducuntur eidem causis et modis in dicto quarto computo precedenti plenius declaratis, pro anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo, de quo supra computat, licet nichil pro dico anno debeat ut supra - V sestaria siliginis

Collectura feni:

Libravit manu Johannis Cuaa de Dovia, porterii Quarti, pane dato sexdecim hominibus operariis de roydys seu corvatis, recoligentibus quasi per unam diem et levantibus fena decimarum pratorum domini de Stanno et herbagiorum domino debitorum a **[VIII Quarti]** Maladeria usque ad Pontem Lapideum, in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, capiente quolibet per diem quinque quarteria panis siliginis ut in computo precedenti, ultra vinum et seraceum sibi inferius allocatos, de quibus eciam inferius computat in recepta in titulo feni: - I eminam, II eminalia siliginis. Item manu eadem pane dato quindecim hominibus operariis de roydys seu corvatis vacantibus in recollectione dicti feni in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo, capiente quolibet ut supra, ultra vinum et seraceum sibi ut supra inferius allocatos: - I eminam, I quartanam, dimidium eminalis et quartum unius eminalis siliginis. Item ad expensas duodecim hominum de roydys seu corvatis videlicet sex quolibet dictorum duorum annorum domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono et nonagesimo, ad flagellandum blada domini de Augusta, quasi per unam diem, capiencium quolibet ipsorum per diem quinque quarteria panis siliginis ut supra, ultra seraceum et vinum sibi inferius allocatos: - I eminam, III eminalia siliginis. Item manu supradicti Johannis Cuaa ad expensas viginti quatuor hominum operariorum de roydys seu corvatis vacancium ad cindendum de nemore in insula domini de Quarto pro circullis fiendis ad opus doliorum domini religandorum pro vino domini recolligendo, in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, ultra vinum et seraceum sibi inferius allocatos pro eodem: - I sestarium, I quartanam siliginis. Item manu eadem ad expensas viginti octo hominum operariorum de roydys seu corvatis vacancium ad idem quasi per unam diem in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo, capiente

quolibet dictorum hominum quinque quarteria panis siliginis per diem more solito ut in computo precedenti, ultra vinum et seraceum sibi inferius in suis titulis allocatos, ut per litteram publicam dicti Johannis Cuaa de testimonio premissorum, datam in castro Quarti die nona mensis maii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, continentem plures alias libratas sibi inferius in suis titulis allocatas, quam reddit in quodam folio papiri scriptam et manu Johannis Gontereti de Augusta notarii signatam, et eciam per aliam litteram publicam Guilliermi Cutellerii de Chamberiaco, clerici et familiaris dicti castellani, de testimonio premissorum, datam in castro Quarti die decima mensis maii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, quam eciam reddit manu suprascripti notarii signatam: - I sestarium, I quartanam, V eminalia siliginis. Que particule sunt in summa: - III sestaria, III quartanas, III eminalia et tres partes

Collectura nucum:

Libravit manu prenominati Johannis Cuaa de Dovia, clavigeri et porterii castri domini de Quarto, pane dato sex hominibus et octo mulieribus operariis de roydīs seu corvatis, vacantibus quasi per unam diem succuciendo et colligendo nuces in arboribus domini circa castrum Quarti, in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, et quinque tam hominibus quam mulieribus vacantibus ad idem in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo, qui sunt numero XIX homines et mulieres, vacantes ad idem quasi per unam diem, capiente quolibet per diem quinque quarteria panis ultra vinum et seraceum, ut in computo precedenti: - I eminalia, unam quartanam, V eminalia et tres partes unius eminalis siliginis.

108 *Opera castri:*

Item pane dato viginti sex hominibus operariis de roydīs seu corvatis vacantibus et ministrantibus Dominico de Viellimorta, carpentatori, coperienti et vacanti viginti sex diebus in reparacione tectorum dicti castri domini de Quarto, infra tempus de quo computat per plura temporis intervalla, videlicet de anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, et triginta duobus hominibus operariis de roydīs seu corvatis vacantibus ad idem cum eodem carpentatore in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo, quasi per **[IX Quarti]** unam diem, qui sunt numero quinquaginta octo operarii, capiente quolibet per diem quinque quarteria panis ut supra: - III sestaria, dimidium eminalis siliginis. Item pane dato quatuor hominibus operariis de roydīs seu

corvatis quasi per unam diem vacantibus in relevacione et reparacione magne trabis alias bordunal subtus magnam salam castrum Quarti, quia columpna a trabe relinquebatur ob dicte trabis destructionem,¹⁹² capientibus quolibet ut supra: - V eminalia siliginis. Item pane dato viginti sex hominibus operariis de roidis, quasi per unam diem vacantibus tam in cindendo et aducendo a nemore domini vocato de Panperdu supra Quartum certam quantitatem plantarum pro palis et latis seu perchiis, quam in cindendo in insulis Quarti et adportando ad castrum predictum de spinis et borsis¹⁹³ pro claudendo parvum vergeretum ante castrum predictum claudendoque eundem, capientibus ut supra: - I sestarium, I quartanam, II eminalia et dimidium siliginis. Item septuaginta uno hominibus operariis de roydis, quasi per unam diem vacantibus ad cindendum decem octo pecias seu trabes nemoris brenve in nemore domini vocato de Arlo supra Effra, mandamenti Quarti, ipsasque aducendo in castrum pro reffectione et reparacione magne thopie seu trilie existentis iuxta dictum castrum, ipsasque trabes ibidem implicando cum partitis per eosdem operarios cisis in insula domini de Quarto, apportatis per ipsos et implicatis ibidem, vacantibus eciam reparando et ligando dictam topiam quasi per unam diem ut supra, quia topia presens existens ibidem omnino erat destructa propter putredinem fuste et vetustatem eiusdem, manu Petri Rigot, manderii Quarti, ministratis dictis operariis dum clauserunt dictum vergeretum et refficerunt topiam predictam, capientibus quolibet ut supra: - III sestaria, eminam, III eminalia et tres partes unius eminalis siliginis.

Opera fontis:

Et quaterviginti sexdecim hominibus de roydis seu corvatis quasi per unam diem vacantibus tam cindendo in nemore domini vocato de Panperdu supradicto bornellos pro fonte castrum domini de Quarto reparando, ipsos apportando, carpentando, perforando et implicando in locis reparacione indigentibus, in annis Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono et nonagesimo, capientibus quolibet ut supra: - V sestaria siliginis, ut per litteram publicam Johannis Cuaa de Dovia, porterii Quarti, de testimonio premissorum, datam die nona mensis maii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, quam reddit

¹⁹² Lecture douteuse.

¹⁹³ Lecture douteuse.

manu Johannis Gontereti de Augusta notarii signatam, que particule suprascripte sunt in summa:

- II modia, II sestaria, I quartanam, dimidium eminale siliginis

Deducuntur eidem pro Reynaldo, naturali de Quarto quondam, cuius bona ob mortem ipsius Reynaldi deffuncti sine liberis ad manus domini pervenerunt, de quorum bonorum fructibus et exitibus computat tam infra quam supra in recepta, qui Reynaldus sue vite temporibus domino debebat per annum unum sestarium siliginis et duodecim denarios servicii, de quibus idem castellanus computavit particulariter in suo computo dicti officii de anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo septimo, et in singulis aliis suis computis sequentibus cum maiori summa, et deducitur eidem dictum sestarium siliginis pro annis Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono et nonagesimo, pro quibus duobus annis computat, quia res pro quibus debebatur dictum sestarium siliginis tradite fuerunt per dictum Reynaldum, naturalem de Quarto quondam, Johanni de Ramuysi pro viginti duobus solidis monete Auguste et uno capone per annum, de quibus infra in suis titulis computat ut dicit

- II sestaria siliginis

[X Quarti]

Summa librate deducti et allocati:

- XVIII modia, I sestarium, emina, II tercii, I quartus unius eminalis siliginis

Et sic debet:

- II^C LXI modia, I sestarium, III quartanas, III eminalia et duodecimum unius eminalis siliginis.

Respondet in computo sequenti.

109

Avena:

Item reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu per annum circa festi beati Michaelis ab Aymoneto Curnillion, genero Anthonii Sulpicii de Ponte, parrochie Sancti Christofori, ut in computo precedenti anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono

- I modium avene

Recepit ab eodem ibidem pro eodem et eodem termino festi beati Michaelis in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo

- I modium avene

Decime:

Hugues Garnier 1389-1391

Recepit manu Johannis de Roveyn, habitatoris Auguste, de et pro exitu decimarum que levantur in certis possessionibus consistentibus a torrente Clausi Novi, inter Sarro et Augustam, usque ad civitatem Auguste, in quibus decimis dominus de Montejoveto percipit medietatem, dominus Jacobus Bonerii de Dovia, canonicus augustensis, terciam partem residue medietatis ut supra in frumento et siligine, in messibus anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, nec inde plus recepit ut dicit - I sestarium avene

Recepit manu eadem pro eodem et eodem termino messium anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo, nec plus pro eodem recepit ut suo asserit juramento - I quartanam avene

Summa - II modia, I sestarium, I quartana avene

De quibus allocantur sibi quod traxit et libravit ad expensas hospicii domine, factas Auguste mense octobris anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, manu Anthonii Fabri, secretarii et clerici expensarum hospicii domine, qui de ipso computare debet¹⁹⁴ per litteram domine de testimonio premissorum, confessioneque et recepta superius redditam in librata frumenti et designatam

- I modium avene

Summa allocati: - I modium avene

Et sic debet - I modium, I sestarium, I quartanam avene

Respondet in computo sequenti.

Ordeum:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu per annum circa festum beati Michaelis, ut in computo precedenti anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, de octo sestariis, una quartana et dimidia ordei domino in dicta castellania *et apud Oyaciam*¹⁹⁵ deberi solitis de redditu per annum, deductis de ipsis quinque sestariis, emina, una quartana et tribus eminalibus ordei, per dominam domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto

¹⁹⁴ Dans la marge gauche: *Anthonius Frabri*.

¹⁹⁵ La phrase *et apud Oyaciam* est ajoutée dans la marge droite avec un signe de renvoi.

quondam, traditis occasione qua supra in frumento, debitis in locis et per personas in computo de annis Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio et octuagesimo quarto particulariter descriptas, et fiunt eidem castellano similes iniunctiones¹⁹⁶ que supra in frumento

- II sestaria, eminam ordeï

Recepit ibidem pro eodem et eodem termino festi beati Michaelis, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo

- II sestaria, eminam ordeï

110 *Marescalcia:*

Recepit a Berthodo Mugnerii de Lignian et consortibus suis de et pro marescalcia per annum, debita per eosdem in festo beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, et quia in computo precedenti sibi fuit iniunctum, quod in presenti computo nominaret dictos consortes, dicti *idem*¹⁹⁷ idem castellanus quod hoc facere non potest donec regithie domini que recipiuntur ibidem per Johannem Gontereti, commissarium domini¹⁹⁸ ad hec ut dicit, *sint complete*,¹⁹⁹ quibus non obstantibus fit eidem castellano similis iniunctio que supra

- I sestarium ordeï

[XI Quarti] Recepit a quinque personis in quarto computo precedenti de anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo septimo declaratis et speciffice nominatis de reddito per annum in festo beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono

- XIII sestaria ordeï

Recepit ab eisdem ibidem, pro eodem et eodem termino anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo

- XIII sestaria ordeï

Cheyserie seu excheyte:

De cheyseriis seu excheytis nichil <computat> ibidem quia nichil pro eisdem recepit per tempus de quo computat ut dicit.

Summa computatis mensuris ut supra in frumento

- V modia, III sestaria ordeï

Respondet in computo sequenti.

¹⁹⁶ Dans la marge gauche: *vide*.

¹⁹⁷ Biffé.

¹⁹⁸ Dans la marge gauche: *vide*.

¹⁹⁹ Les mots sont ajoutés dans la marge droite avec un signe de renvoi.

Pisa ciseria:

De exitu terre domini vocate de Ryns, nichil computat in pisis ciseris occasione superius in frumento declarata.

Ligumina pro cheyseriis seu excheytis:

De liguminibus pro cheyseriis seu excheytis, nichil computat quia nichil pro eisdem recepit per tempus de quo computat ut dicit.

Nuces:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu per annum circa festum beati Michaelis, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, de novem sestariis nucum domino pridem debitis ibidem de redditu per annum ut in computo precedenti, deductis de ipsis duobus sestariis nucum per dominam domine Pantissalee, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, traditis occasione qua supra in frumento, et apud Vallem Pellinam per Johannem, filium Francisci Enfantays, <debitis> - VII sestaria nucum

Recepit ibidem pro eodem et eodem termino festi beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo, facta deductione qua supra - VII sestaria nucum

Recepit manu Johannis Cuaa de Dovia, porterii Quarti, de et pro exitu arborum nucum terrarum domini de Quarto, tam ante, circa et retro dictum castrum Quarti, quam eiam in ortis domini et viridariis domini circumstantibus, et de exitibus arborum nucum terrarum domini de Ryns nichil computat, quia tradite fuerunt dicte domine Pantissalee, occasione qua supra in frumento, in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono - VIII sestaria nucum

Recepit ibidem pro eodem manu eadem, de et pro exitu dictorum arborum nucum, in anno Domini millesimo nonagesimo, nec inde plus recepit ut suo asserit juramento - III eminas nucum

De exitu arborum nucum viridarii Reynaldi, naturalis domini de Quarto quondam, quod pervenit ad manus domini ut in computo precedenti, nichil computat quia dominus dictum viridarium una cum domo dicti Reynaldi quondam, sita loco dicto la Vanchella, et quadam pecia vinee continente circa septem fossoriatas sita loco dicto Reyes, cum suis confinibus, albergavit perpetuo Petro de Bocza de Valle Augusta, pro sexcies viginti florenis auri boni ponderis veteribus, ad rationem quatuordecim solidorum monete domini pro quolibet dictorum

florenorum, per dominum a dicto Petro de Bocza, habitatore²⁰⁰ manu Anthonii Fabri secretarii et thesaurarii expensarum hospicii domine,²⁰¹ qui de ipsis computat seu computare debet in suo computo dictarum thesaurarie et expensarum de anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, et de quibus idem Petrus de Bocza habet litteram domini de albergamento testimonioque et confessione premissorum sub usagiis et tributis inde dari confitens, datam Rippallie die quinta mensis maii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, prout dicitur in computo Anthonii Fabri supradicto. Quam litteram apporet in suo computo sequenti ut tenor ipsius videatur et quantum neccessarium videbitur in eodem sequenti computo inseratur.

Summa - III modia, V sestaria, eminam nucum
[XII Quarti] *Reparacio rivi Prepositi:*

De quibus libravit manu Bonifacii de Champapont, custodis rivi domini vocato de Preposito, tempore quadragesime anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo, ad espensas tercentum sexaginta quatuor hominum operariorum de roydis seu corvatis, vacancium in reparacione dicti rivi domini vocati de Preposito, capiente quolibet per diem unam ambostatam nucum, de quibus sunt quadraginta octo ambostate in quolibet sestario, more solito ut in computo precedenti, et sic librantur in quolibet sestario quadraginta homines operarii, ultra panem, vinum sibi pro eodem ministratos, sibi superius et inferius in suis titulis allocatos, ut per litteram publicam dicti Bonifacii de testimonio premissorum, datam die nona mensis maii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, superius in libratis siliginis; - VII sestaria, eminam, IIII ambostatam nucum. Item et ad expensas tercentum quadraginta duorum hominum operariorum de roydis seu corvatis, vacancium quasi per unam diem in reparacione dicti rivi domini vocati de Preposito, tempore quadragesime anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, capiencium ut supra, per litteram publicam dicti Bonifacii redditam et designatam prout supra: - VII sestaria, VI ambostatas nucum. Que particule sunt in summa
- XIII sestaria, eminam, X ambostatas nucum

²⁰⁰ *Auguste?*

²⁰¹ Dans la marge gauche: *Anthonius Fabri*.

Summa librate: - XIII sestaria, emina, X ambostate nucum
Et sic debet: - VIII sestaria, III quartanas, II ambostatas nucum
Respondet in computo sequenti.

111

Casei:

De quindecim quintalibus, duodecim libris cum dimidia casei in dicta castellania debitis de redditu per annum, nichil computat, quia domina ipsa tradidit domine Pantassalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto condam, occasione declarata in secundo computo precedenti, in qua nomina personarum et quantitates per ipsas debite plenius et speciffice describuntur.

Alpagium:

Recepit a Johanne de Balma de Quarto, Jaquemeto Corna de Morgona et consortibus eorum pro alpe de Seneveri, pro duobus caseis domino ibidem debitis per annum circa festum beati Michaelis, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono

- XIII libras caseorum

Recepit ibidem pro eodem alpe et ab eisdem et eodem termino beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo

- XIII libras caseorum

Recepit a Petro de Pasquerio et consortibus suis pro alpe de Chavalleyri, pro quatuor caseis domino debitis per annum quando vestitur, id est quando bestie ponuntur in eadem alpe pro fructu faciendo, et quando dicti quatuor casei solvuntur debet dari solventibus pro quolibet caseo unus panis siliginis, valoris unius eminalis siliginis, ut dicitur in computo precedenti; et simili modo solvuntur duo panes pro duobus caseis ut supra debitis pro alpe de Segneveri, et computat pro termino festi beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono

- XXX libras caseorum

Recepit ab eodem Petro pro eadem alpe et eodem termino festi beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo

- XXX libras caseorum

Summa: - IIII^{xx} VIII libre caseorum
Respondet in computo sequenti.

Seracei:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de quaterviginti quindecim seraceis pridem domino debitis in dicta castellania de redditu per annum circa festum *beati Michaelis*²⁰² anno millesimo tercentesimo octuagesimo nono, ut in computo precedenti, deductis de ipsis septuaginta quinque seraceis cum dimidio, per dominam domine Pantissalee predicte, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, traditis occasione superius in frumento declarata, **[XIII Quarti]** debitisque per personas in secundo computo precedenti speciffice descriptas, in quo etiam quantitates et particule per dictas personas debite particulariter sunt descripte. Et fit eidem castellano similis iniunctio²⁰³ que supra in frumento, tam super declaracione serviciorum et reddituum, quam super apportacione litterarum dicte domine Pantissalee

- XIX seraceos et dimidium

Recepit ibidem pro eodem in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo et eodem termino festi beati Michaelis

- XIX seraceos et dimidium

Summa:

- XXXIX seracei

Rivus Prepositi:

De quibus libravit Bonifacio, genero Aymondi Champapont de Roysano, custodi rivi domini vocati de Preposito, capienti pro custodia dicti rivi ut supra in siligine et ut in computo precedenti, et solvit sibi pro terminis festorum beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono et nonagesimo, ad rationem duorum seraceorum cum dimidio pro quolibet dictorum duorum annorum more solito, per litteram publicam dicti Bonifacii de confessione et recepta, datam Auguste die nona mensis maii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, superius redditam in libratis siliginis

- V seraceos

Opera dicti rivi:

Libravit manu Petri Morelli de Rivo de Porroczan, rectoris et administratoris dicti rivi domini vocati de Preposito, ad expensas viginti septem hominum operariorum de roydis seu corvatis, reparancium dictum rivum de Preposito immediate post Pascha, post primam reparacionem anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo, quia

²⁰² Les mots sont ajoutés dans la marge droite avec un signe de renvoi.

²⁰³ Dans la marge gauche: *vide*.

dictus rivus propter inundaciones aquarum et multitudines pluviarum in pluribus locis erat cumulatus, ad que vacaverunt quasi per unam diem, videlicet a loco de la Morina usque ad torrentem de Roysan, capientibus singulis sex operariis seu hominibus unam ruczam seracei, et fiunt in quolibet seraceo ante carnisprivium duodecim rucze seu partes, et post Pascha decem rucze, et omni tempore de qualibet rucza librantur sex operarii; secatoribus vero pratorum dantur singulis quatuor una rucza, et illis quibus ut supra prandium datur in siligine, singulis octo una rucza seracei, ut dicit et dicitur in computo precedenti, ultra panem et vinum sibi pro eodem allocatos, per litteram publicam dicti Petri Morelli de testimonio premissorum confessioneque et recepta, datam Auguste, die octava mensis maii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, superius redditam in libratis siliginis: - III ruczes²⁰⁴ et dimidiam seracei. Item manu eadem ad expensas sexdecim hominum operariorum de roydys seu corvatis, vacancium quasi per unam diem in reparacione dicti rivi, post primam reparacionem in eodem rivo factam tempore quadragesime immediate post Pascha, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, quia dictus rivus propter multitudines pluviarum extitit in pluribus locis cumulatus, capiencium ut supra: - II ruczes et duas partes unius rucze seracei, per litteram publicam dicti Petri Morelli superius proxime designatam et in libratis siliginis redditam, que particule sunt in summa:

- VII ruczes et sextum unius rucze seracei

- 112** Libravit ad expensas sex hominum de roydys seu corvatis quasi per unam diem flagellancium blada decime domini de Augusta in annis Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono et nonagesimo, quolibet dictorum duorum annorum per homines qui sunt numero pro dictis duobus annis XII homines, capiencium singulis sex hominibus unam ruczam seracei more solito ut in computo precedenti, ultra panem et vinum, per litteram publicam Gulliermi Cutillerii²⁰⁵ de testimonio confessioneque et recepta, datam in castro Quarti die decima mensis maii, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo superius redditam in libratis siliginis - II ruczas seracei

Libravit ad expensas sexdecim hominum de roydys seu corvatis, vacancium quasi per unam diem recolligendo et levando fena

²⁰⁴ Lire *ruczas*.

²⁰⁵ Lire *Cutellerii*.

decimarum pratorum domini de Stanno et herbagiorum domino debitorum a Maladeria usque ad Pontem Lapideum, in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, et ad expensas quindecim hominum ad idem vacancium in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo, capiencium ut supra, per litteram publicam Johannis Cuaa [XIII Quart] de Dovia de testimonio premissorum confessioneque et recepta, datam die nona mensis maii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, superius redditam in libratis siliginis, qui operarii sunt numero pro dictis duobus annis, XXXI operarii

- V ruczes et sextum unius rucze

Libravit manu supradicti Johannis Cuaa ad expensas vigintiquatuor hominum de roydys seu corvatis vacancium quasi per unam diem colligendo maeriam pro circulis fiendis ad opus doliiorum domini religandorum ipsosque portancium a nemore insule domini de Quarto ubi ipsos circulos fecerunt et ciderunt usque apud Villam Francham et ad castrum domini de Quarto et apud Augustam, pro doliis in quibus vinum domini fuit repertum religandum in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, et viginti octo hominibus simili modo ad idem vacantibus in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo, capientibus ut supra: - VIII ruczes et duas parte unius rucze seracei. Item ad expensas quatuordecim, tam hominum quam mulierum, de roydys seu corvatis vacancium quasi per unam diem succuciendo et colligendo nuces arborum circa castrum Quarti in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, et ad expensas quinque tam hominum quam mulierum ad idem vacancium in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo, capiencium singulis sex unam ruczam seracei ut supra: - III ruczes et sextum unius rucze. Item ad expensas viginti sex hominum operariorum de roydys seu corvatis vacancium et ministrancium quasi per unam diem Dominico de Vielli Morta, carpentatori, neccessaria in reparacione tectorum castrum domini de Quarto per ipsum reparatorum in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, et triginta duobus hominibus operariis de roydys seu corvatis vacantibus quasi per unam diem ministrando neccessaria dicto Dominico de Vielli Morta, carpentatori, reparanti et relectanti²⁰⁶ tecta castrum domini de Quarto, qui sunt numero quinquaginta octo homines, capientibus singulis sex unam ruczam seracei ut supra: -

²⁰⁶ Sic.

IX ruczes et duas partes unius rucze seracei. Item ad expensas quatuor hominum operariorum de roydys quasi per unam diem vacancium relevando et reparando magnam trabem, alias bordunal, subtus magnam salam castris Quarti, quia columpna a trabe relinquebatur ad deffectum dicte trabis: - duas partes unius rucze seracei. Item ad expensas viginti sex hominum operariorum de roydys quasi per unam diem vacancium tam in cindendo et aducendo in et de nemore domini vocato de Panperdu supra Quartum certam quantitatem plantarum pro palis et latis alias perches, quam incindendo in insulis Quarti et ad portando ad castrum predictum de spinis et borsiis pro claudendo parvum vergeretum ante castrum predictum, capiencium ut supra: - IIII ruczes et tercium unius rucze seracei. Item septuaginta uno hominibus quasi per unam diem <vacancium> ad cindendum decem octo pecias breve seu trabes in nemore domini vocato de Arlo supra Effra, ipsasque trabes aducuntibus de dicto nemore ad castrum predictum pro reparacione magne topie existentis iuxta dictum castrum et ipsas trabes in dicta topia implicantibus, capientibus ut supra: - I seraceum, I ruczam et dimidiam et tercium unius rucze. Item quaterviginti sexdecim hominibus operariis de roydys vacantibus quasi per unam diem tam cindendo in nemore domini vocato de Panperdu pro bornellis fontis castris domini de Quarto reparandis, quam ipsos bornellos portando, carpentando, perforando et in locis reparacione [XV Quarti] indigentibus implicando, in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono et nonagesimo, capientibus ut supra: - IIII ruczes et tercium unius rucze seracei ad duodecimum pro seraceo, quia viginti sex operarii ex predictis vacaverunt ad predicta ante carnisprevium et reliqui post Pascha, et: - I seraceum, I ruczam et duas partes unius rucze seracei ad decimum, per litteram publicam supradicti Johannis Cua de testimonio confessioneque et recepta superius designatam et in libratibus siliginis redditam, que particule sunt in summa

- IIII ruczes et tercium unius rucze seracei ad duodecimum

Et: - V seraceos

113

Prandia:

Libravit illis quibus solvendo servicia prandia dantur ut supra in libratibus siliginis, et dantur singulis octo pro prandio una rucza seracei, et fiunt in seraceo duodecim rucze cum sit ante carnisprivium, scilicet in crastinum Nativitatis Domini incipiente currere anno Domini millesimo

tercentesimo nonagesimo, more solito ut in computo precedenti, et allocantur pro triginta quinque prandiis, quarto et sexto unius prandii, debitis ibidem modo superius in libratis siliginis declarato:

- IIII ruczes, quartum et sextum unius rucze seracei ad duodecim

Summa librate : - XII seracei, III ruczes, sextus et dimidius quartus unius rucze ad X

Et sic debet: - XXVI seraceos, IIII ruczes quartum et dimidium quartum unius rucze.

Respondet in computo sequenti.

Butiri :

De triginta libris butiri prius domino debitis in dicta castellania de redditu per annum per Georgium Alamandi, Jacobum Veillionis et liberos Jacobi Alamandi, habitatores vallis Oyacie, nichil computat quia domina domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, tradidit dictas triginta libras butiri occasione qua supra in frumento. Et fit eidem castellano similes iniunctiones²⁰⁷ que supra in frumento.

Senapium:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de una emina, duobus eminalibus senapii pridem domino debitis ibidem de redditu per annum, ut in computo precedenti, deductis de ipsis duobus eminalibus senapii debitis apud Doviam, videlicet per personas et particulas in secundo computo precedenti particulariter nominatas et descriptas per dominam domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, occasione quo supra in frumento traditis in festo beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, et fit eidem castellano similis iniunctio²⁰⁸ que supra in frumento

- I eminam senapii

Recepit ibidem pro eodem et eodem termino festi beati Michaelis anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo

- I eminam senapii

Summa:

- I sestarium senapii

²⁰⁷ Dans la marge gauche: *vide*.

²⁰⁸ Dans la marge gauche: *vide*.

respondit in computo sequenti.

Capones et galline:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de quater centum decem octo caponibus, quarta parte unius caponis et quinta parte duodecime partis unius caponis, pridem debitis in dicta castellania de redditu per annum circa carnisprevium et de viginti caponibus ibidem plus deberi repertis de redditu per annum eodem termino per dictos castellanum et Johannem Gontereti notarium, receptorem excentarum domini in dicta castellania Quarti, ut in computo precedenti, quequidem due particule sunt in summa quatercentum triginta octo capones, quarta pars unius caponis et quinta pars duodecime partis unius caponis, deductis de ipsis ducentis sexaginta septem caponibus et dimidio per dominam domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, traditis occasione qua supra in frumento, debitis per personas in computo precedenti particulariter et specificce nominatas, et computat pro termino carnisprevii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo, [XVI Quarti] et fiunt eidem castellano similes iniunctiones²⁰⁹ que supra in frumento

- CLXX capones, III quartos et quintam partem duodecime partis unius caponis

Recepit ibidem pro eodem et eodem termino carnisprevii anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo

- CLXX capones, III quartos et quintam partem duodecime partis unius caponis

De tribus gallinis redditus annui debitis, una cum decem solidis annui servicii, per Jaquimum de Parlea pro quodam novali seu terra de novo ad culturam redacta, que fuit per dominum de Quarto albergata Adde de Parlea, patri dicti Jaquimini quondam, quod novale fuit postea repertum esse de feudo quod a domino de Quarto tenebant Petrus et Vioninus de Clusellina, domicelli, et adhuc tenent in feudum nobile, ut per instrumentum publicum recognicionis et regithie dictorum fratrum, receptum per Johannem Gontereti notarium et procuratorem domini in Valle Augusta, sub anno Domini millesimo tercentesimo sexagesimo sexto, indicione quarta, die undecima mensis januarii, ostensum in tercio computo precedenti, nichil computat quod dicti fratres et eorum heredes

²⁰⁹ Dans la marge gauche: *vide*.

ut dicti castellanus et procurator asserunt, adhuc dictum feudum tenent et deserviunt, ut dicitur in computo precedenti.

Recepit a Johanne Ramuesi de Quarto quem debebat per annum Reynaldo naturali de Quarto, cuius Reynaldi bona fuerunt et sunt domino excheyta et commissa ob mortem dicti Reynaldi ut supra, ultra alia servicia et usagia de quibus computat ut infra, et computat pro termino carnisprevii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo

- I caponem

Recepit ab eodem pro eodem et eodem termino carnisprevii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo

- I caponem

Summa:

- III^C XLIII capones et dimidius quartus et quintus duodecime partis unius caponis

114

De quibus libravit domino priori Sancti Ursi quem, ultra siliginem superius et pecuniam inferius allocatas eidem in suis titulis, dominus de Quarto debet annuatim pro feudo quod ab ecclesia Sancti Ursi tenebat, et solvit *et solvit*²¹⁰ eidem pro terminis festi beati Ursi, quod collitur die secunda mensis februarii annorum Domini millesimo tercentesimo nonagesimo et nonagesimo primo, ad rationem unius caponis pro quolibet ditorum duorum annorum, pretextu recognitionis domini de Quarto quondam copiate in libratis siliginis quarti computi precedentis et per litteram publicam domini Berthodi de Nuns, prioris Sancti Ursi, de confessione et recepta, datam die decima nona mensis aprilis, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, superius redditam in libratis siliginis

- II capones

Libravit domino Petro Chyriaci, canonico et distributori ecclesie beate Marie de Augusta, quos, ultra pecuniam infra in suo titulo allocatam, dominus de Quarto quondam eidem ecclesie debebat annuatim pro feudo quod dominus ab eadem ecclesia tenet, vocato de Establo, ut in quodam publico instrumento compositionis facte inter venerabiles dominos Anthonium de Billens, prepositum, et capitulum Auguste, et potentem virum dominum Henricum, dominum de Quarto, militem quondam, recepto per Aymonetum Boveti de Porta Sancti Ursi, notarium publicum, sub anno Domini millesimo tercentesimo

²¹⁰ Biffé.

sexagesimo septimo, indicione quinta, nonas aprilis, in quarto computo precedenti plenius declarato, et solvit sibi pro termino carnisprevii annorum Domini millesimo tercentesimo nonagesimo et nonagesimo primo, ad rationem unius caponis pro quolibet dictorum duorum annorum, ut per litteram publicam dicti domini Petri Chiriaci de confessione et recepta, datam Auguste die octava mensis maii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, quam reddit manu Johannis Gontereti de Augusta notarii signatam, [XVII Quarti] continentem eciam quasdam alias libratas pecunie sibi inferius pro eodem allocatas - II capones

Allocantur eidem quas traxit et libravit ad expensas hospicii domine factas Auguste mense octobris anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo, manu Anthonii Fabri, secretarii et thesaurarii expensarum hospicii domine,²¹¹ qui de ipsis computare debet, ut per litteram domine de testimonio premissorum cum mandato allocandi, datam Ypporrigie die ultima mensis novembris anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo, superius redditam in librata frumenti, continentem plures alias quantitates bladi, vini et feni sibi in suis titutlis allocatas - VI^{XX} pecias pollallie

Deducitur eidem pro Aymoneta, filia quondam Peronodi Roncigniodi de Quarto, pro qua computavit particulariter in computo de anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo septimo et in presenti et aliis precedentibus summarie de uno capone, per errorem et ex inadvertencia, licet non debeat nisi dumtaxat medietatem unius caponis de redditu per annum, per instrumentum publicum recognitionis dicte Aymonete receptum per Johannem Gontereti, notarium publicum, procuratorem et receptorem extentarum domini in Valle Augusta, sub anno Domini millesimo tecentesimo sexagesimo septimo, indicione quinta, die vicesima secunda mensis januarii, copiatum in tercio computo precedenti, et deducitur eidem pro terminis carnisprevii annorum Domini millesimo tercentesimo nonagesimo et nonagesimo primo, pro quolibet dictorum duorum annorum dimidius capo

- I caponem

Summa librate et deducti: - CXXXV capones et pecie pollallie
Et sic debet:

²¹¹ Dans la marge gauche: *Anthonius Fabri*.

- II^c XVIII capones et dimidium quartum et quintum duodecime partis unius caponis
Respondet in computo sequenti.

Pernices:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu per annum de decemocto pernicibus domino pridem debitis ibidem in festo Nativitatis Domini in parrochiis, locis et villagiis in quarto computo precedenti de anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo particulariter nominatis, deductis de ipsis tribus pernicibus per dominam domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, occasione qua supra in frumento, traditis et debitis per personas et in locis in computo precedenti specificie declaratis, et computat pro termino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo *et nonagesimo primo*,²¹² et fit eidem castellano similis iniunctio²¹³ que supra in frumento

- XV pernicies

Recepit ibidem ab eisdem pro eodem et eodem termino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo

- XV pernicies

De una pernice quam Aymonodus Cuyllier de Porta Sancti Ursi quondam, pater Emerici Cuyllier notarii, recognovit una cum duobus denariis debere domino de Quarto quondam, singulis annis quibus fieret bequeria ante domum ipsius Aymonodi, sitam in civitate Auguste loco dicto Cyta, iuxta carrerias publicas antierius domum Eymerici de Roncheto inferius et exitum seu parvum alorium superius, non computat quia non fuit ibidem bequeria seu macellum per tempus de quo computat ut dicit.

Summa: - XXX pernicies
Respondet in computo sequenti.

Castrones seu mutones:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu per annum in festo beati [XVIII Quarti] Martini yemalis de viginti

²¹² Biffé.

²¹³ Dans la marge gauche: *vide*.

septem castronibus, una canali cum dimidia castronis ibidem pridem domino debitis ut in secundo computo precedenti, deductis de ipsis viginti tribus castronibus, una canali cum dimidia castronis per dominam domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, occasione qua supra in frumento traditis debitisque per personas et in locis in computo precedenti specificè descriptis, et computat pro termino festi beati Martini yemalis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono - IIII castrones

Recepit ibidem pro eodem et eodem termino festi beati Martini yemalis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo, factis deductionibus²¹⁴ et iniunctione quibus supra - IIII castrones

115

Decime agnorum:

De exitu decimarum agnorum domino prius domino pertinentis²¹⁵ ratione dicti loci de Quarto, apud Olomont, parrochie Vallispelline, et apud Doviam, parrochie dicti loci, pro quo fuit computatum in quinto computo precedenti de tribus agnis, nichil computat quia dicte decime sunt infra limites tradicionis per dominam facte dicte domine Pantissalee, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, occasione qua supra in frumento.

Herbagium:

Recepit de et pro herbagio muthonum transeuncium per dictam castellaniam pro quibus levantur apud Pontem Lapideum, pro singulis quinque trentenariis muthonum transeuncium per mandamentum Quarti et Oyacie, unus mutho pro herbagio, ut in computo precedenti, et computat pro annis Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono et nonagesimo, de quibus computat ut supra, nec inde plus recepit per dictum tempus ut dicit et suo asserit juramento, licet plures quantitates muthonum transsierint per dictum locum Quarti, dicit tamen dictus castellanus quod Anthonius de Contessa, civis Ypporrigie, plures quantitates muthonum et agnorum duci et transsiri fecit infra tempus de quo computat, pro quibus ab eodem nichil recepit quia dominus dictum Anthonium liberavit, quictavit et franchivit ab omnibus pedagiis, leydis, gabellis, passagiis, pontonagiis et herbagiis spacio decem annorum,

²¹⁴ Dans la marge gauche: *vide*.

²¹⁵ Pour *pertinencium*.

Anselmo Pession

incohatorum die penultima mensis julii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo, cuius copiam reddidit in computo precedenti manu Johannis Casei de Augusta junioris notarii signatam

- II castrones

Summa

- X castrones

Respondet in computo sequenti.

Vinum:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu per annum in vindemiis de sex modiis, tribus sestariis, tercio, quarto et dimidio quarto unius sestarii vini ad parvam mensuram Auguste, triginta duobus modiis, octo sestariis, una emina, una quartana cum dimidia ad magnam mensuram Auguste, deducto de eisdem uno sestario vini ad magnam mensuram Auguste per dominam domine Pantissalee, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, occasione qua supra in frumento, in parrochia de Roysan pro loco de Rins, tradito et debito per personas in computo precedenti specificice nominatas in vindemiis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono

- VI modia, III sestaria, tercium, quartum, dimidium quartum unius sestarii ad parvam mensuram Auguste

Et:

- XXXII modia, VII sestaria, emina, I quartanam et **[XIX Quarti]** dimidiam vini ad magnam mensuram Auguste

Recepit ibidem pro eodem, facta deductione predicta, in vindemiis anno Domini millesimi tercentesimi nonagesimo

- VI modia, III sestaria, tercium, quartum, dimidium quartum unius sestarii vini ad parvam mensuram Auguste

Et:

- XXXII modia, VII sestaria, emina, I quartanam et dimidiam vini ad magnam mensuram Auguste.

Recepit a personis in tribus particulis quarti computi precedentis particulariter et specificice nominatis de redditu per annum in vindemiis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, modis et causis in dicto quarto computo precedenti declaratis

- VI modia, III sestaria, dimidiam quartanam vini

Recepit ibidem ab eisdem pro eodem et eodem termino vindemiarum annorum Domini millesimo tercentesimo nonagesimo

- VI modia, IIII sestaria, dimidiam quartanam vini

Recepit a Johanne Vidondo, habitatore Quarti, pro quadam vinea modici valoris *vocata*²¹⁶ de Crista, que erat deserta, dicto Johanni per eundem castellanum pro tanto sine introgiis aliquibus albergata ut in computo precedenti de reddito per annum in vindemiis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono - I quartanam vini

Recepit ab eodem pro eodem et eodem termino vindemiarum anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo - I quartanam vini

116 Recepit a Vuillio de Chamero pro quibusdam rebus que fuerunt de bonis Johannis Coquilliodi, parrochie Quarti quondam, domino excheytis et commissis ob mortem dicti Johannis, sitis in villa Quarti, sibi albergatis per dictum castellanum tamquam commissarium domini pro tanto de novo reddito *per annum*,²¹⁷ sine introgiis, ultra servicia et alia antiqua usagia proinde solvi solita, et computat pro vindemiis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono - IIII sestaria vini

Recepit ab eodem pro eodem et eodem termino vindemiarum anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo - IIII sestaria vini

Recepit manu Johannis dicti Roveyn, habitatoris Auguste, collectoris decimarum domini que levantur in certis possessionibus exsistentibus a torrente Clausi Novi, inter Sarro et Augustam, usque ad civitatem Auguste, in quibus dominus percipit duas partes medietatis, et reliquam terciam partem ipsius medietatis percipit dominus Jacobus Bonerii de Dovia, canonicus augustensis, et reliquam medietatem percipit dominus de Monte Joveto sicut supra in frumento et siligine, in vindemiis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo octavo, et inde nichil plus recepit seu habere potuit ut dicit et suo asserit juramento

-II modia et dimidium vini

Recepit manu eadem pro eisdem decimis in vindemiis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo - III modia vini

Recepit manu Udrici de Parlea et Johannis de Parlea de exitu cuiusdam pecie vinee jacentis in parrochia Sancti Christofori, loco dicto Fontanelles, que fuit Michaelis de Parlea quondam, in vindemiis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, nec inde plus recepit ut suo asserit iuramento - I quartanam vini

²¹⁶ Le mot est ajouté dans la marge droite avec un signe de renvoi.

²¹⁷ Le mot est ajouté dans la marge droite avec un signe de renvoi.

Recepit manu eadem pro eadem decima in vindemiis annis Domini millesimo tercentesimo nonagesimo, nec inde plus recepit, ut suo asserit iuramento - I quartanam vini

Exitus vinee domini:

De exitu vinee domini vocate de Ryns, continentis circa decem fossoriatas, nichil computat quia domina ipsum exitum tradidit domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, occasione superius in frumento declarata.

Exitus vinearum Reynaldi naturalis de Quarto:

De exitu vinee et topiarum seu trilliarum que fuerunt Reynaldi naturalis de Quarto quondam, continencium circa septem fossoriatas, site apud Quartum loco dicto a la Rayta, nichil computat quia dicta vinea cum domo et [XX Quarti] viridario dicti Reynaldi, tradite fuerunt cum suis confinibus et pertinenciis per dominum quondam genitorem domini in albergamentum perpetuum Petro de Bocza de Valle Augusta, sub intrgogiis sexcies viginti florenorum auri boni ponderis veterum ut supra in titulo nucum.²¹⁸

Summa, computatis quatuor quarteronis pro una quartana, duabus quartanis pro una emina, duabus eminis pro uno sestario et duodecim sestariis pro uno modio, tam ad magnam quam parvam mensuram, et computatis novem sestariis ad parvam mensuram pro octo sestariis ad magnam mensuram, et quia sic equipolere dicuntur ut dicitur in computo precedenti

- IIII^{XX} XV modia, VIII sestaria, tercius et quartus unius sestarii vini ad magnam mensuram Auguste.

De quibus

Rivus Prepositi:

- 117** Libravit Bonifacio, genero Aymonodi Champapont, custodi rivi domini vocati de Preposito, a loco principii dicti rivi vocato de La Morina, usque ad locum vocatum de Vallesuana subtus Roysan, quasi per unam leucam, per quod spacium custodire debet dictum rivum pro tanto de vino per annum, ultra seraceum, siliginem et pecuniam sibi pro eodem libratos in suis titulis, allocatos more solito et ut in computo precedenti, et solvit sibi pro annis millesimo tercentesimo octuagesimo nono et nonagesimo, ad rationem unius sestarii vini pro quolibet

²¹⁸ Dans la marge gauche: *Cheyserie seu excheyte, nichil ibidem.*

dictorum duorum annorum, per litteram publicam dicti Bonifacii de testimonio premissorum, confessioneque et recepta, datam Auguste die nona mensis maii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, superius redditam in libratis siliginis - II sestaria vini.

Libravit manu supradicti Bonifacii, generi Aymonodi Champapont parrochie de Roysan, custodis dicti rivi domini supradicti vocati de Preposito, ad expensas tercentum sexaginta hominum operariorum de roydys seu corvatis, vacancium quasi per unam diem in reparacione rivi domini vocati de Preposito tempore quadragesime anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo et ad expensas tercentum quadraginta duorum hominum operariorum de roydys seu corvatis quasi per unam diem vacancium in reparacione dicti rivi tempore quadragesime anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, capiencium quolibet ipsorum per diem unum quarteronum vini more solito ut in computo precedenti, et per litteram publicam dicti Bonifacii de testimonio premissorum, confessioneque et recepta, datam Quarti, die nona mensis maii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, superius redditam in librata siliginis; qui homines sunt numero pro duabus supradictis particulis VII^C VI homines valentes ad rationem supradictam - III modia, VIII sestaria, II quartanas vini

Libravit manu Petri Morelli de Rivo de Porroczan, administratoris aque dicti rivi vocati de Preposito, ad expensas viginti septem hominum operariorum de roydys seu corvatis, vacancium quasi per unam diem in reparacione dicti rivi domini vocati de Preposito, in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo, post Pascha, ultra primam reparacionem in eodem rivo tempore quadragesime eodem anno factam, quia dictus rivus propter inundaciones aquarum et multitudines pluviarum in pluribus locis cumulatus fuerat, capiencium quolibet ut supra, ut per litteram publicam dicti Petri Morelli de testimonio premissorum, confessione et recepta, datam Auguste die octava mensis maii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, superius redditam in libratis siliginis: - I sestarium, eminam, III quarteronos vini. Et sexdecim hominibus operariis de roydys seu corvatis, vacantibus quasi per unam diem immediate post Pascha anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, post primam reparacionem ibidem tempore quadragesime dicto anno factam, capientibus ut supra: - I sestarium vini. Que due particule sunt in summa

- II sestaria, eminam, III quarteronos vini

118 Libravit manu Johannis Cuaa de Dovia, porterii castri Quarti, ad expensas sexdecim hominum operariorum de roydis seu corvatis, vacancium quasi per unam diem levando fena²¹⁹ decimarum pratorum domini de Stanno subtus Sanctum Christoforum et herbagiorum domini que levantur in certis pratis a Ponte Lapideo usque circa et subtus ecclesiam Sancti Christofori, in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, capiencium ut supra: - I sestarium vini. Item ad expensas quindecim hominum operariorum de roydis seu corvatis, vacancium ad idem in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo, capiencium ut supra: - I eminam, I quartanam, III quarteronos vini.²²⁰ Item ad expensas viginti quatuor **[XXI Quarti]** hominum operariorum de roydis seu corvatis vacancium quasi per unam diem colligendo circulos in insula domini de Quarto, ipsos circulos cindendo, portando, faciendo et carpentando, et eosdem implicando in doliis in quibus vinum domini fuit depositum, tam in Villa Francha et castro Quarti quam in Augusta, in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, et viginti octo hominum vacancium ad idem et simili modo, in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo, quasi per unam diem, qui sunt numero LII homines, capiente quolibet ut supra: - III sestaria, I quartanam vini. Item ad expensas quatuordecim tam hominum quam mulierum operariorum de roydis seu corvatis quasi per unam diem vacancium subcuciendo et colligendo nuces arborum circa castrum Quarti, capiencium per diem ut supra, in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, et ad expensas quinque tam hominum quam mulierum vacancium ad idem et simili modo in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo, qui sunt numero XIX persone, tam homines quam mulieres, capientes ad rationem predictam per diem: - I sestarium, III quarteronos vini. Item ad expensas²²¹ viginti sex hominum operariorum de roydis seu corvatis vacancium per plura temporis intervalla quasi per unam diem ministrando Dominico de Viellimorta, carpentatori, necessaria coperiendo et reparando tecta castri domini de Quarto in locis reparacione indigentibus, spacio viginti sex dierum in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, et triginta duobus hominibus de roydis seu corvatis, vacantibus ad idem

²¹⁹ Dans la marge gauche: *Collectores feni.*

²²⁰ Dans la marge gauche: *Collectores circolorum.*

²²¹ Dans la marge gauche: *Opera castri.*

et simili modo ministrantibus necessaria Dominico de Viellimorta reparanti tecta dicti castri domini de Quarto in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo. Qui sunt numero LVIII homines, capiente quolibet ut supra: - III sestaria, eminam, II quarteronos vini. Item ad expensas quatuor hominum operariorum de roydīs seu corvatis vacancium quasi per unam diem in relevacione et reparacione magne trabis, alias bordonal, subtus magna salam castri Quarti, quia columpna a trabe relinquebatur ob dicte trabis deffectum, capiencium ut supra: - I quartanam vini. Item ad expensas viginti sex hominum operariorum de roydīs seu corvatis, vacancium quasi per unam diem cindendo et aducendo in et de nemore domini vocato de Panperdu, supra Quartum, certam quantitatem plantarum pro palis et lactis seu perchiis spinarumque et borziarum, pro claudendo parvum vergeretum ante dictum castrum de Quarto, dictum vergeretum claudendo, capiencium ut supra: - I sestarium, eminam, II quarteronos vini. Item ad expensas septuaginta unius hominum de roydīs seu corvatis vacancium quasi per unam diem cindendo decemocto pecias seu trabes nemoris brenve in nemore domini vocato de Arlo, supra Effra, mandamenti Quarti, ipsasque apportando ad dictum castrum pro reparacione et reffectione magne topie existentis infra dictum castrum et illas implicando ibidem, et cindendo perticas in insula Quarti pro reparacione dicte topie, ipsasque perticas ad dictum castrum portando et ipsas in reparacione dictarum topiarum implicando et ligando, que topia propter vetustatem et putredinem erat destructa, capiencium quolibet ut supra: - III sestaria, I quartanam, III quarteronos vini. Item ad expensas²²² quaterviginti sexdecim hominum de roydīs seu corvatis vacancium quasi per unam diem tam cindendo in nemore domini vocato de Panperdu bornellos pro fonte castri domini de Quarto, ipsosque apportando, perforando et in locis reparacione indigentibus implicando, in annis Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono et nonagesimo, capiente quolibet unum quarteronum vini ut supra: - VI sestaria vini, ut per litteram publicam supra nominati Johannis Cuaa de testimonio premissorum, confessioneque et recepta, datam in castro Quarti die nona mensis maii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, superius redditam in libratīs **[XXII Quarti]** siliginis, que particule sunt in summa: - I modium, X sestaria, V quarteronos vini

²²² Dans la marge gauche: *Opera fontis*.

119 Libravit manu Guillermi Cutellerii, clerici et familiaris dicti castellani ad expensas sex hominum operariorum de roydīs seu corvatis vacancium quasi per unam diem flagellando blada decimarum domini in Augusta cum aliis pareriis domini tempore messium anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, et ad expensas aliorum sex hominum ad idem vacancium et simili modo in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo, qui sunt numero XII homines, capiente quolibet ut supra, per litteram dicti Guillermi Cutellerii de testimonio premissorum, confessioneque et recepta, datam in castro Quarti die decima mensis maii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, superius redditam in libratis siliginis - III quartanas vini

Allocantur sibi que traxit et libravit ad expensas hospicii domine factas Auguste mense octobris anno subscripto manu Anthonii Fabri,²²³ secretarii et clerici expensarum hospicii domine, qui de ipsis computare debet, ut per litteram domine de testimonio premissorum confessione et mandato allocandi, datam Ypporegie die ultima mensis novembris anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo, superius redditam in librata frumenti - XXXVIII sestaria vini

Summa librate et allocati:

- IX modia, I sestarium, III quartane et dimidia vini

Et sic debet:

- IIII^{XX} VI modia, III sestaria, tercium, quartum et dimidium quartum unius sestarii vini

Respondet in computo sequenti.

Fenum:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de marescalcia per annum circa festum nativitatis beati Johannis Baptiste a personis in locis et villagiis in computo de anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo specificè nominatis, de triginta quatuor fassis et duodecima parte unius fassi feni teysiati, prius debitis domino ibidem per annum ut supra, deductis de ipsis uno fasso cum dimidio feni teysiati, per dominam domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, traditis, debitisque in locis et per personas in secundo computo precedenti nominatas. Et

²²³ Dans la marge gauche: *Anthonius Fabri*.

computat pro termino festi nativitatis beati Johannis Baptiste anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono

- XXXII fassos et dimidium et duodecimum unius fassi feni teysiati

Recepit ibidem pro eodem et eodem termino festi nativitatis beati Johannis Baptiste anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo, factis deduccione predicta et iniunctionibus²²⁴ superius in frumento declaratis

- XXXII fassos et dimidium et duodecimum unius fassi feni teysiati

Decime :

Recepit manu Johannis de Roveyn, habitatoris Auguste, de et pro exitu decimarum domini que levantur in certis possessionibus existantibus a torrente Clausi Novi, inter Sarro et Augustam, usque ad civitatem Auguste, in quibus dominus percipit duas partes medietatis, et reliquam terciam partem ipsius medietatis percipit dominus Jacobus Bonerii de Dovia, canonicus augustensis, reliquam vere medietatem percipit dominus de Monte Joveto, ut in computo precedenti, in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, et respondet plus ipso anno de tribus fassis feni quam in anno proxime precedenti

- XXII fassos feni

Recepit manu eadem pro eodem exitu dictarum decimarum que levantur ut supra, et computat pro anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo, et respondet minus de tribus fassis feni quam anno proxime precedenti, nec inde plus recepit ut dicit

- XIX fassos feni

Recepit manu Jaquemeti de Cleva, mistralis Quarti, de exitu decimarum pratorum domini vocatorum de Stanno, sitorum substus Sanctum Christoforum, domino pertinencium ex causa permutacionis facte per predecessores domini de Quarto quondam cum curato tunc Sancti Christofori, ut in quarto computo precedenti, in quo **[XXIII Quarti]** instrumento dicte permutacionis de verbo ad verbum est copiatum circa festum nativitatis beati Johannis Baptiste, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, et respondet plus de tribus fassis feni quam anno proxime precedenti

- XXIII fassos feni

120 Recepit manu eadem pro exitu decimarum dictorum pratorum circa festum nativitatis beati Johannis Baptiste anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo, et respondet minus ipso anno de duobus fassis feni quam anno proxime precedenti, nec inde plus recepit ut dicit

²²⁴ Dans la marge gauche: *vide*.

- XXII fassos feni

Herbagia:

Recepit manu Jaquemeti de Cleyva de Dovia, mistralis Quarti, de et pro herbagio seu exitu herbagiorum que levantur a Ponte Lapideo usque Maladeriam Quarti, in certis pratis inter dictos confines existentibus, ultra alia herbagia debita per nonnullos cives et burgenses Auguste redacta ad pecuniam, de qua computat inferius in denariis census, et quia in quarto computo precedenti et aliis computis sequentibus eidem castellano fuit iniunctum²²⁵ quod declaret modum levandi dicta herbagia, nomina debencium et prata supra et in quibus levantur, tocusque negotii veritatem, dicit prout eciam dixit in suis computis precedentibus quod dictam declaracionem facere non potest quousque regithie seu extente domini que ibidem recipiuntur per Johannem Gontereti commissarium domini ad hec deputatum sint complete, quas compleri instet suo posse, et nichilominus tamen fit eidem castellano iterato similis iniunctio,²²⁶ et computat pro termino festi nativitatis beati Johannis Baptiste anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono - IX fassos et dimidium feni

Recepit ibidem pro eodem et eodem termino festi nativitatis beati Johannis Baptiste anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo, et fit eidem similis iniunctio - IX fassos et dimidium feni

De exitu cuiusdam pecie prati seu viridarii continentis circa duas seyтурatas prati, sitas apud Quartum loco dicto Lavenchella, circa domicilium, curtes et ortum qui fuerunt Reynaldi de Quarto naturalis quondam, domino pertinencium ob mortem dicti Reynaldi ut in computo precedenti, nichil computat quia dominus domum, vineam et pratium seu viridarium dicti Reynaldi tradidit in feudum et albergamentum perpetuum Petro de Bocza de Augusta, domicello, sub introgiis et modis superius in titulo nucum plenius declaratis, et fit eidem castellano²²⁷ simili iniunctio que supra et dicto titulo.

De exitu pratorum domini videlicet prati vocati de Olees, prati vocati de Ryns, cuiusdam pecie prati site apud Lugniczan, cuiusdam pecie prati et gerbi seu helini²²⁸ vocate de Plantatis et pratorum domini vocatorum

²²⁵ Dans la marge gauche: *vide*.

²²⁶ Dans la marge gauche: *vide*.

²²⁷ Dans la marge gauche: *vide*.

²²⁸ Lecture douteuse.

de Ravoyra, nichil computat in feno occasione in quarto computo precedenti declarata, et maxime quia dicte pecie pratorum sunt tradite tam in albergamentum quam domine Pantissalee, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, ut in computo precedenti.

Summa - CVI fassi communes feni
Et: - LXV fassi et sextus unius fassi feni teisiati

De quibus libravit ad expensas hospicii domine factas Auguste mense octobris anno subscripto manu Anthonii Fabri,²²⁹ secretarii et clerici expensarum hospicii domine, qui de ipsis domino computare debebit, ut per litteram domine de testimonio premissorum cum mandato allocandi, datam Ypporegie, die ultima novembris anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo, superius redditam in librata frumenti - III^{XX} fassos feni

Summa librate [XXIII Quart] - III^{XX} fassos feni
Et sic debet - XXVI fasso feni communes
Et: - LXV fassos et sextum unius fassi feni tensiati
Respondet in computo sequenti.

121

Pallee:

Idem reddit computum quod recepit manu Johannis de Roveyn, habitatoris Auguste, de et pro exitu decimarum certarum terrarum et possessionum existencium a torrente Clausi Novi usque ad civitatem Auguste, manu *Vuilleti Chapelli*, habitatoris Auguste,²³⁰ et levatur per modum superius in frumento, siligine, vino et feno declaratum. Et fit eidem castellano similis iniunctio²³¹ que supra in frumento, et computat anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, nec inde plus recepit ut suo asserit juramento ut in anno precedenti

- IIII fassos pallearum

Recepit ibidem pro eodem in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo et respondet minus ipso anno quam anno proxime precedenti de uno fasso pallearum, et inde nichil plus recepit ut suo asserit juramento - III fassos pallearum

²²⁹ Dans la marge gauche: *vide*.

²³⁰ Probable faute de l'écrivain.

²³¹ Dans la marge gauche: *vide*.

De exitu terrarum domini de Ryns, nichil computat quia domina dictas terras tradidit domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, occasione superius in frumento declarata, et fit eidem castellano similis iniunctio²³² que supra in frumento

Summa: - VII fassi pallearum
Respondet in computo sequenti.

Cera:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu seu servicio per annum in festo beati Stephani Prothomartiris, crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo de sexaginta duabus libris, tercio et quarto unius libre cere ad pondus Auguste pridem domino debitis in dicta castellania in parrochiis, villis, villagiis et locis aliis et per personas in quinto computo precedenti specificie nominatas, deductis de eisdem quadraginta novem libris et duodecima parte unius libre cere ad pondus Auguste, per domiam domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, occasione quo supra in frumento traditis, debitisque in locis et per personas in secundo computo precedenti nominatas et specificie descriptas, et fit eidem castellano similis iniunctio²³³ que supra in frumento

- XIII libras et dimidiam cere ad pondus Auguste

Recepit ibidem pro eodem et eodem termino festi beati Stephani Prothomartiris, crastino festi Nativitatis Domini, quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, et fit eidem similis iniunctio - XIII libras et dimidiam cere ad pondus Auguste

Recepit a Johanne, filio Hugonodi de Basso Molendino, burgense Auguste prope Portam Sancti Ursi, de servicio per annum ut in quarto computo precedenti in quo instrumentum assignacionis et recognicionis factarum per dictum Hugonodum, patrem dicti Johannis, fuit et est copiatum, pro qua eciam debet duplum de placito²³⁴ quando accidit et prout dicitur in computis precedentibus quando dictus castellanus

²³² Dans la marge gauche: *vide*.

²³³ Dans la marge gauche: *vide*.

²³⁴ Dans la marge gauche: *vide placitum*.

computat de dicta libra cere in recepta, debent sibi deduci in titulo denariorum census quinque solidos monete Auguste pro quolibet anno pro quo de ipsa libra cere computabit et computaverit, cum non reperiatur de ipsis fore obligatus nisi pro dicta libra cere, ut dicitur in computo precedenti, et computat pro termino festi beati Stephani Prothomartiris in crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo - I libram cere

Recepit ab eodem pro eodem et eodem termino festi beati Stephani in crastinum festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo - I libram cere

Exitus examinum apium comandarum:

Recepit a Johanne Ramuysii de Quarto pro exitu quatuor examinum apium que tenet ad comandam ut in computo precedenti, per tempus de quo computat, nec inde plus recepit ut asserit suo juramento

- II libras et dimidiam cere

Apes orti:

Recepit de exitu quatuor examinum apium [XXV Quarti] nunc existencium in orto domini de Quarto, per tempus de quo computat et inde nichil plus recepit per tempus predictum ut dicit - VI libras cere

De exitu sex examinum apium quod custodit dictus Champer de Augusta ad medium exitus ut in computo precedenti nichil computat quia nichil pro eisdem recepit per dictum tempus ut dicit.

Arragium:

Recepit a se ipso quos debebat pro remanencia sui computi precedentis

- IIII^{XX} X libras, I unciam et tercium unius uncie cere ad pondum Chamberiaci

122

Summa computatis singulis tresdecim unciis pro una libra cere ad pondus Auguste, singulisque sexdecim libris cere ad pondus Auguste pro tresdecim libris cere ad pondus Chamberiaci, ut in computo precedenti

- CXLVIII libre, IIII uncie et dimidia et tercium unius uncie sicere ad pondum Auguste

De quibus libravit Petro Jocerandi, familiari et commissario domine recipienti pro domino et qui de ipsis domino computare debet de preysia dicte castellanie Quarti anni Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, per litteram publicam dicti Petri Jocerandi de

Anselmo Pession

testimonio premissorum, confessioneque et recepta datam Auguste die quarta mensis Junii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo, quam reddit manu Johannis Sapientis notarii signatam et manu videlicet Guilliermi Cutellerii solventis nomine dicti castellani

- XI libras et dimidiam cere ad XIII uncias

Summa librate:

- XI libre et dimidia cere ad pondus Auguste, XIII unciarum

Et sic debet:

- CXXXVI libras, XI uncie et tercius unius uncie cere ad pondus Auguste

Respondet in computo sequenti

Mel:

De exitu examinum apium superius in titulo cere nominatorum, nichil computat in melle quia nichil inde recepit per tempus de quo computat ut dicit.

Piper de placito:

De duabus libris piperis debitibus per Priorem Sancti Ursi de placito quando contingit evenire pro feudo quod tenet a domino taxato ad tantum in pipere, ultra pecuniam per ipsum debitam pro eodem, de quibus fuit computatum in computo de annis Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio et octuagesimo quarto, pro placito debito ob mortem recollende memorie domini nostri Amedei Sabaudie comitis quondam, genitoris domini, dicto anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio mense marcii deffuncti, non computat quia casus dicti placiti non evenit pro tempore de quo computat ut dicit.

Lingue boum :

De linguis boum et vacharum quas dominus percipit ibidem in macello Ville Franche, de quolibet bove et vacha occisis in dicto macello Ville Franche, causa vendendi minutim, lingua ipsius animalis, ut in computo precedenti, nichil computat quia nulla talia animalia occisa fuerunt ibidem per tempus de quo computat ut dicit.

Sal:

De exirtu leyde salis que levatur apud Villam Francham in duabus nundinis que tenentur ibidem die martis propinquiori festo beatorum Philippi et Jacobi et die festi apostolorum Symonis et Jude, videlicet a quolibet vendente sal in dictis nundinis una ambostata seu manata salis, ut in computo precedenti, nichil computat in sale quia includitur in firma leyde, de qua infra computat in firmis pecunie, ut in computo precedenti.

Tibie porci:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu seu servicio per annum, ut in computo precedenti, in festo beati Stephani prothomartiris, crastino festi Nativitatis Domini, quo inceperunt currere anni millesimo tercentesimo nonagesimo ab Anthonio Palmerii de Quarto alias de Balma - II tibias porci

Recepit ab eodem pro eodem et eodem termino festi beati Stephani Prothomartiris crastino festi Nativitatis Domini, quo inceperunt currere anni Domini [XXVI Quart] millesimo tercentesimo nonagesimo primo - II tibias porci

Summa: - IIII tibie porci

Respondet in computo sequenti.

123

Membrum vache:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu per annum in festo beati Stephani prothomartiris, crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo, a Jaquemeto Salterii de Roysano, Petro Domengii, Jaquemeto Morelli et consortibus eorum, omnibus de Roysano, parrochie dicti loci - I quarterium vache

Recepit ab eisdem pro eodem et eodem termino festi beati Stephani yemalis prothomartiris, in crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo - I quarterium vache

Summa: - II quarterii vache

Respondet in computo sequenti.

Pedagium piscium et allecum:

Idem reddit computum quod recepit de et pro exitu pedagii domini vocati de Augusta domino pertinentis racione castris de Quarto. Et levantur pro quolibet milliari alecum que portantur tendendo ad partes Auguste per Montem Jovis seu per Montem de Ferreys,²³⁵ quadraginta aleca²³⁶ pro singulis viginti quinque palaes seu de ferraes, una pecia earundem, et pro singulis tresdecim turturibus seu truytiis, una pecia earundem, exceptis civibus Auguste et burgensibus Porte Sancti Ursi Auguste, qui dictum pedagium tantummodo debent per modum superius declaratum, de et pro similibus piscibus et alecibus emptis per eos et apportatis ab aqua vocata de Pissibachi, que est inter Sanctum Mauricium Aganensem²³⁷ et Martigniacum, tendendo ab eadem aqua versus partes Auguste. Pro ceteris vero similibus piscibus et alecibus, emptis per eos ultra dictam aquam de Pissibachi in partibus Sancti Mauricii et Vuaudi, non debent pedagium predictum nisi venderent pisces et aleca predictos infra limites et portarentur per emptores extra limites dyocesis Auguste, quo casu super portu credi debet corporalibus iuramentis emptorum, et inde nichil plus recepit per tempus de quo computat ut suo asserit iuramento, licet Anthonius de Contessa, civis Ypporegie, et Philipus²³⁸ de Burgaro de eodem loco plures quantitates piscium et allecum infra limites supradictos transierit, seu transire fecerit, pro quibus nichil recepit quia dominus, actentis gratis et acceptabilibus serviciis domino per dictum Anthonium de Contessa diu factis et impensis et in quibus diuturne perseverat ipsum Anthonium una cum rebus, bonis, mercandiis, bestiis et aliis propriis, solvit, liberavit, et quictavit ac franchivit per decennium, die penultima mensis julii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo incohatum, ab omnibus pedaggiis, leydis, gabellis, passagiis, pontanagiis et albagiis quibuslibet domino debitis in toto comitatu domini, ut per litteram domini de liberacione, quictacione et franchimento predictis, cum mandato pro predictis nichil ab eodem Anthonio exigendi, datam die et anno supra proxime dictis, cuius copiam reddidit in computo precedenti

- IX^{XX} aleca

Item

- I truytiam

²³⁵ Col Ferret.

²³⁶ Lire *allecia*.

²³⁷ Lire *Agaunensem*.

²³⁸ Lire *Philippus*.

Et: - XIII bisoles
Summa: - C III^{XX} aleca
- I truytiam
Et: XIII bisoles
Respondet in computo sequenti

124

Venaciones:

De venacionibus animalium silvestrium vocatorum bocz estayng, pro quibus levantur de quolibet animali predictorum, capto in parrochia Vallispelline a loco dicto Les Tors de Bruson usque ad fondum vallis Oyacie, ab uno latere, et a dicto loco de Les [XXVII Quart] Tors Arpiczon usque ad fondum predictum dicte vallis, ab alio latere, per totam dictam vallem, quarterius dexter anterior cum tresdecim costis et cornu dextrum dumtaxat de dictis animalibus, etatis novem annorum et ultra, quoniam de ceteris etatis minoris novem annorum nichil capit dominus, ut dicit idem castellanus et quod etates dictorum animalium ad cornua dignoscuntur quodque dicti quarterii et cornu debiti reddi debent apud Vallem Pellinam per captores ipsorum animalium, ut dicit et dicitur in computo precedenti, nichil computat quia domina dictas venciones tradidit domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, occasione quo supra in frumento et ut in computo precedenti.

Arragium:

Recepit a se ipso que debebat pro remanencia sui computi precedentis - VII duodenas, IX cornua de bocz estayng

Summa: - VII duodene, IX cornua de bocz estayng
Respondet in computo sequenti.

Postes:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu per annum circa festum nativitatis beati Johannis Baptiste, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, a Martino Fabri de Ysologny,²³⁹ parrochie Sancti Bartholomei supra Nuns, pro reyssia sita supra Ysologny, eidem albergata pro tanto de redditu per annum ut in

²³⁹ Lire Yssologny.

computo precedenti, qui postes esse debent longitudinis octo pedum et latitudinis infra duas lineas unius pedis, ut dicitur in computo precedenti

- VI duodenas et dimidiam postium

Recepit ab eodem pro eodem et eodem termino festi nativitatis beati Johannis Baptiste anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo

- VI duodenas et dimidiam postium

Summa: - XIII duodene postium

Repondet in computo sequenti.

Royde seu corvate:

De roydis seu corvatis domino ibidem debitis per homines habitantes et focum facientes in mandamento Quarti ut in computo precedenti, nichil computat quia redduntur per eas debentes in operibus domini quando ad ipsa mandantur, nec alias ipsas solvunt, ut dicit et dicitur in computo precedenti, et fit eidem castellano²⁴⁰ similis iniunctio que supra in frumento.

Ferra equorum:

De ferris equorum debitis de servicio per nonnullos nobiles quociens Imperator Romanus transit per Vallem Augustam pro feudis que tenent a domino de Quarto, nichil computat, quia dictus casus non evenit per tempus de quo computat ut dicit, et fit eidem castellano²⁴¹ sibi similis iniunctio que supra in frumento.

Feuda equorum:

De feudis equorum, seu equis quos acomodare et ministrare debent certi nobiles Vallis Auguste racione dicti castris de Quarto in quarto computo precedenti specificè descriptis, quociens dominus comes mandat dominum de Quarto venire cum armis causa serviendi et reddendi cavalcata dumtaxat semel in anno per unum mensem tantum, sub certis modis et formis in Valle Augusta in talibus usitatis, in quarto computo precedenti plenius declaratis, nichil computat quia casus non

²⁴⁰ Dans la marge gauche: *vide*.

²⁴¹ Dans la marge gauche: *vide*.

evenit per tempus de quo computat ut dicit, et fit sibi similis iniunctio²⁴² que supra in frumento.

Denarii census:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania tam de redditu quam servicio per annum in festo beati Stephani prothomartiris crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo, factis deduccionibus occasione composicionis et tradicionis factarum per dominam domine Pantissalee, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam traditis, modis et formis specifice declaratis in computo precedenti de annis Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio et octuagesimo quarto, et fiunt eidem castellano similes iniunctiones²⁴³ que supra in frumento

- II^C L libras, II solidos, obolum monete Auguste

Et: - XXIX solidos, VII denarios, obolum, januenses ad X pro XV predictorum

Recepit ibidem pro eodem et eodem termino festi beati Stephani prothomartiris crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo [XXVIII Quarti] nonagesimo primo

- II^C L libras, II solidos, obolum monete Auguste

Et:

- XXXIX solidos, VII denarios, obolum januenses ad X pro XV predictorum

125 Recepit a personis in octo particulis computi precedentis de annis Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, octuagesimo sexto, octuagesimo septimo et octuagesimo octavo speciffice et particulariter nominatis et descriptis tam de redditu quam servicio per annum terminis festorum beati Andree apostoli et beati Stephani prothomartiris, crastini festi Nativitatis domini, et computat pro dicto termino festi beati Andree anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono

- XXIII florenos auri boni ponderis veteres

Et pro termino festi beati Stephani prothomartiris anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo

- IIII libras, XIX solidos, X denarios, monete Auguste

Et: - LXI franchos auri

²⁴² Dans la marge gauche: *vide*.

²⁴³ Dans la marge droite: *vide*.

Anselmo Pession

Recepit ab eisdem ibidem pro eodem et eodem termino festi beati Andree apostoli anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo

- XXIII florenos auri boni ponderis veteres

Et pro termino festi beati Stephani prothomartiris crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo

- IIII libras, XIX solidos, X denarios monete Auguste

Et:

- LXI franchos auri

Recepit a Johanne Ramuysi de Quarto quos prius faciebat seu solvebat tam de redditu quam servicio per annum Reynaldo naturali de Quarto quondam, domino pertinentes ob mortem dicti Reynaldi, ut in computo precedenti, et computat pro termino festi beati Stephani prothomartiris quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo

- XXII solidos monete Auguste

Recepit a Johanne de Orto de Porczan pro certis rebus de feudo domini existentibus, sibi albergatis per dictum castellanum, jacentibus ultra Crestam de Puvyl, loco dico Verney, que fuerunt de bonis Johannis Quoquilliodi quondam, domino commissis et exceytis ob mortem dicti Johannis Coquilliodi, deffuncti sine liberis ut in computo precedenti, et computat pro termino festi beati Stephani prothomartiris quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo

- XX solidos monete Auguste

Recepit ab Aymoneto naturali de Arnyo pro rebus sibi albergatis per dictum castellanum de rebus et bonis que fuerunt dicti Johannis Coquilliodi quondam, domino commissis et excheytis ut supra, situs versus Verney ultra Cristam de Puvyl, et computat pro termino festi beati Stephani crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo

- X solidos monete Auguste

Recepit a Petro filio Petri Voudan de Seignins, parrochie Sancti Christofori, pro feudo et rebus que fuerunt Adde Batallion, parrochie Sancti Christofori quondam, domino commissis et exceytis ob mortem dicti Adde deffuncti sine liberis, ut in computo precedenti, et computat pro termino festi beati Stephani prothomartiris crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo

- XVIII denarios monete Auguste

Recepit a Crispino, filio quondam Johannodi Regis de Cita de Porta Sancti Ursi Auguste, pro quadam domo sita Auguste loco dicto Cita de feudo domini existente, domino commissa et excheyta per mortem dicti Henrici domini de Quarto quondam, sibi ipsius remissa per dictum castellanum ut in computo precedenti, et computat pro termino festi beati Stephani crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo

- II solidos monete Auguste

Recepit a domino Jacobo Tarary, canonico Columpne Jovis, rectore hospitalis de Foro Voldaneo Auguste, pro medietate jornalys aque de rivo domini vocato de Preposito, per Petrum Balmein de Porroczan a domino Henrico domino de Quarto quondam aquisito in feudum perpetuum pro una fidelitate ligia et quinque solidis servicii annui, quod feudum fuit commissum domino [XXIX Quarti] et excheytum ob mortem dicti domini de Quarto quondam et propter donacionem inde factam per dictum Petrum Barmeim dicto domino Jacobo Tarari, sibi remissa per dictum castellanum, ut in computo precedenti, et computat pro termino festi beati Stephani prothomartiris crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo

- V solidos monete Auguste

126 Recepit a Jaquemeto, filio quondam Johannis Fecton de Vallepellina et Theobaldo fratre suo, pro duabus fossariatis vinee de novali, jacentibus ad Caschy versus Porroczan, que fuerunt de bonis Magni Vulliermi de Porroczan, domino commissis et excheytis ob mortem dicti domini Henrici, domini de quarto quondam, et dicti Vulliermi, dictis fratribus albergatis per eundem castellanum ut in computo precedenti, et computat pro termino festi beati Stephani crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo

- XII denarios monete Auguste

Recepit a Jaquimino et Martino de Croesyvy de Dovia, fratribus, pro quadam pecia prati cum domicilio, sitis subtus Pont Pulliast, de novali, cum potestate tenendi ibidem eorum bestias, domino commissis et excheytis ob mortem domini de Quarto quondam, sibi remissis per dictum castellanum, commissarium domini, ut in computo precedenti, et computat pro termino festi beati Stephani crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo

- III solidos monete Auguste

Recepit a dicto Martino de Croesyvy pro licencia sibi per dictum castellanum data transmudandi quendam murum de dicto loco de Pont Pulliast usque ad novale dou Berriaz ibidem situm, ut in computo precedenti, et computat pro termino festi beati Stephani crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo - I denarium monete Auguste

Mons de Durand:

Recepit a Jaquimino *de Canali*²⁴⁴ de Dovia pro monte et pascuis de Durando sibi imperpetuum albergatis per dictum castellanum et sibi per dominum confirmatis ut in computo precedenti, et computat pro termino festi beati Stephani crastino Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo

- VI libras, I denarium monete Auguste

Recepit a personis in decem particulis supra proxime contentis et descriptis, tam de redditu quam servicio per annum, et computat pro termino festi beati Stephani prothomartiris crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo

- IX libras, IIII solidos, VIII denarios monete Auguste

De quatuor denariis servicii debitis per Matheum de Villafrancha pro quadam pecia vacolli seu pascui communis continente circa quatuor fossoriatas eidem albergata ad faciendum vineam pro tanto de servicio per annum ut in computo precedenti, nichil computat quia dictus Matheus bannitus est a terra domini et ipsam absentavit, nec invenit qui dictam peciam vacolli albergare voluerit ut dicit et dicitur in computo precedenti, et prout in computo precedenti dicto castellano fuit iniunctum, iterato iniungitur²⁴⁵ eidem quod dictam peciam vacolli albergare procuret taliter quod de ipsa valeat in suo sequenti computo computare aut sufficiencius respondere.

127 De duobus denariis quos dictus Matheus debebat pro teysiis sue domus site in Villafrancha que periit incendio posito ibidem tempore guerre quam habebat dominus de Quarto cum domino Ybleto de Chalant, ut dicitur in computo precedenti, nichil computat, quia nundum fuit dicta domus rehedificata nullusque possidet eius casale nec

²⁴⁴ Les mots sont ajoutés dans la marge droite avec un signe de renvoi.

²⁴⁵ Dans la marge gauche: *Matheus*.

movetur de feudo domini, ut dicit et dicitur in computo precedenti.²⁴⁶ Et prout eidem castellano in computo precedenti fuit iniunctum iterato iniungitur sibi et expressius quod super [XXX Quarti] premissis taliter remediare procuret quod de dictis duobus denariis ab inde domino in sequentibus computis computetur.

De duobus solidis annui servicii debitis per Jaquemetum, dictum Dyaqueno, de Vallepellina, pro molendino de Stanno sito subtus Sanctum Christoforum, nichil computat quia vacat et jam diu vacavit nec potest reffici quod eyrile dicti molendini fieri non potest propter diluvium aque Durie, quo eyrile et molendina predicta periclitaverunt, ut dicit et dicitur in computo precedenti, et prout in computo precedenti²⁴⁷ eidem castellano fuit iniunctum, iterato iniungitur sibi quod dicta molendinum et Stannum alberget utiliori modo quo poterit pro domino, sic quod in suo sequenti computo valeat utilius pro domino computare aut alias sufficiencius respondere et de diligencia super hoc facta fidem debitam facere.

De decem solidis annui servicii debitis per Jaquimum de Preil de Roysan, clericum quondam, pro quadam pecia terre sita apud Roysan, non computat quia dicta pecia terre vacat et diu vacavit pre et post mortem dicti Jaquimini, quia eciam non invenit qui pro tanto servicio neque eciam pro minori sine introgiis ipsam voluerit albergare, licet super hoc bonam diligenciam quam potuit fecerit ut dicit et dicitur in computo precedenti, et prout in dicto computo precedenti et aliis pluribus computis precedentibus dicto castellano fuit iniunctum, iterato iniungitur²⁴⁸ eidem quod dictam peciam terre alberget utiliori modo quo poterit pro domino, taliter quod de et pro ipsa valeat in suis singulis computis sequentibus computare aut alias sufficiencius respondere.

De duobus solidis annui servicii quos debebant quidam homines domini episcopi Auguste commorantes apud Cognia, mandamenti et juridicionis dicti domini episcopi, pro quibusdam pascuis sitis en Les Lores, mandamenti Breissognie, et in montanea de Mareis, mandamenti Quarti, non computat quia diu est in eorum solutione cessaverunt nec ad ea pascua venerunt et eciam nundum potuit informari de nominibus debencium, ut dicit et dicitur in computo precedenti, quapropter, prout

²⁴⁶ Dans la marge gauche: *vide*.

²⁴⁷ Dans la marge gauche: *vide*.

²⁴⁸ Dans la marge gauche: *vide*.

in computo precedenti sibi fuit iniunctum, iterato iniungitur eidem²⁴⁹ quod de premissis diligenter se informet taliter quod de ipsis veniat in suo sequenti computo plenarie informatus et de ipsis debite computare paratus.

De sexaginta solidis annui redditus, debitis per communitatem parrochie Sancti Christofori pro quibusdam pasqueragiis et brotellis seu broilliis sitis subtus Sanctum Christoforum, prope Duriam, pro tanto datis dicte communitati per dominum Henricum dominum de Quarto quondam, ad certum tempus jam diu lapsum, ut dicitur in computo precedenti, non computat quia dicta pasqueragia sunt inutilia propter habundanciam aque Durie, nec restavit aliquid ad destruendum, de quo aliquod comodum haberi possit ut dicit et dicitur in computo precedenti, iniungitur²⁵⁰ tamen eidem prout alias sibi fuit iniunctum in computo precedenti quod, si quid in premissis fuerit voluntatis, in eo bannum iuxta formam consuetudinum Vallis Auguste apponat, ad eo quod, si dicti sexaginta solidi non solvantur ut supra de bannis bestiarum ibidem repertarum computet in suis sequentibus computis.

- 128** Receptit a Jaquimino de Canali de Dovia, burgense Porte Sancti Ursi, pro quodam casali domus cum curtibus, plateis et pertinenciis sito versus Stannum subtus Sanctum Christoforum in angulo pratorum de Stanno juxta prata et pro sito Stanni domini subtus Sanctum Christoforum prout circuitus dicti Stanni ibidem erat et aqua existebat, videlicet a rebus Maladerie de supra usque ad aliam chanciatam ab alio latere, juxta **[XXXI Quarti]** broillia Sancti Christofori. Item in quadam pecia brolii sita subtus et prope situm molendini et chanciatam dicti Stanni juxta stratam et loz Gorrey de subtus, prout dictum brolium tenere solebat Aymo de Charrerri tunc temporis molendinarius ibidem. Item pro quodam plantu gorrarum seu salicium et populorum sito subtus dictum brolium et supra et juxta brolium Johannis de Ginio²⁵¹ quondam et choudanam prout dictum plantum percipiebat et tenebat dominus de Quarto quondam. Item pro una pecia territorii et vacolli sita prope et subtus Alloes que dicitur Campus de Canali prout circuitus clausure muri circuit dictam peciam. Item pro una pecia vacolli et territorii sita ibidem iuxta predicta peciam dictam de Canali et torrentem de Mallio.

²⁴⁹ Dans la marge gauche: *vide*.

²⁵⁰ Dans la marge gauche: *vide*.

²⁵¹ Lire *Gignio*.

Item pro una noturna aque de rivo vocato de Fratre Boudino qualibet ebdomada percipienda, que ut dicitur superest et superesse solita est tempore domini de Quarto quondam, et citra et superesse posset ultra tamen jura aquariciorum tenencium a domino prata de Stanno et Anthonio Palmerii tenenti prata de Ollees a domino per dictum castellanum commissario²⁵² nomine domini eidem albergatis pro centum solidis de censu, uno denario servicii annuatim in festo beati Stephani et duobus denariis placiti quando casus acciderit, sine plus capere ullo casu; quorum centum solidorum, quadraginta solidi sunt pro supradicto sito dicti Stanni et viginti solidi sunt pro dictis brolio et plantu de subtus dictum Stannum, et reliqui quadraginta solidi, cum predicto denario servicii, sunt pro certis rebus superius nominatis et designatis. Et fuerunt dicte res eidem Jaquimino ut predicatur albergate sine introgiis, quia dicte res omnino vacabant, instrumento publico inde recepto per Johannem Gontereti de Augusta notarium sub anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, indicione decima, die decima septima mensis aprilis, et computat pro dicto termino festi beati Stephani crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo, incluso dicto denario servicii

- C solidos, I denarium monete Auguste

Recepit ab eodem pro eodem et eodem termino festi beati Stephani crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo

- C solidos, I denarium monete Auguste

Recepit ab eodem Jaquimino de Canali pro uno doczono seu bornello aque rivi domini vocati de Preposito, percipiendo omni ebdomada qualibet die sabati prout illam a domino tenere consueverat Brunodus de Sayx, mandamenti de Cly, cum certa parte territorii de novali ad capiendum ubi voluerit subtus dictum rivum pro faciendo quatuor fossariatas vinee, pro quibus aqua et novali dictus Brunodus domino faciebat unum denarium servicii annui et debebat unam fidelitatem melius per dictum castellanum eidem Jaquimino albergatis pro quinque solidis annui census, uno denario servicii e vigintiquinque libris monete Auguste de introgio, de quibus computavit in suo computo precedenti sub titulo introgiorum, et computat de dictis censu et servicio pro

²⁵² Lire *commissarium*.

termino festi beati Stephani crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo octuagesimo

- V solidos, I denarium monete Auguste

Recepit ab eodem pro eodem et eodem termino festi beati Stephani crastino festi Nativitatis quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo

- V solidos, I denarium monete Auguste

- 129** Recepit ab Hugoneto de Vignyuel, Petro Vuillermeti de Vignyuel, Girardo de Orto, Johannodo, filio quondam Petri Perrodi de Vignyuel, Valuchono, filio Vulliermi Perrodi de Vignyuel, Johanne Parisot, genero Johannodi de Vignyuel, Anthonio de Vignyuel et Girardo, filio quondam *filio quondam*²⁵³ Francisci de Vignyuel, tenentibus in albergamentum feudi perpetui a domino de Quarto quondam certas res novallium et **[XXXII Quarti]** pascuorum cum certis aquis, de directo dominio feudi domini pridem moventes, et quas dictus castellanus dum extente domini per Johannem Gontereti, commissarium domini, reciperentur, dicebat domino, ob mortem dicti domini de Quarto, fore commissas pariter et excheytas, qui castellanus et commissarius domini ut asserit in hac parte dictas commissionem et excheytam, quibus supra nominibus remisit et quictavit, dictasque res cum pascuis et aquis et pertinenciis per eos uti et haberi solitis in mandamento Quarti eisdem de Vignyuel supranominatis albergavit perpetuo pro tanto de servicio per annum, in festo beati Stephani prothomartiris et pro viginti octo florenis auri januensibus, valente quolibet quatuordecim denariis grossis turonensibus, *de quibus infra computat in titulo introgiurum*,²⁵⁴ et pro octo solidis monete Auguste de toto placito quando accidit sine plus capere ullo casu, instrumento ut dicitur inde recepto per Johannem Gontereti de Augusta notarium, sub anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, indicione duodecima, die undecima mensis julii, ultra tamen omnia alia onera annualia proinde per eos fieri debita antea et solita. Et computat de dicto servicio pro termino festi beati Stephani prothomartiris anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo

- IIII solidos monete Auguste

Recepit ab eisdem pro eodem et eodem termino festi beati Stephani prothomartiris anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo

²⁵³ Biffé.

²⁵⁴ La phrase est ajoutée dans la marge droite avec un signe de renvoi.

Hugues Garnier 1389-1391

- IIII solidos monete Auguste

Recepit a Johanne de Vayri et Aymoneto eius fratre, Marieta Troteri, Hugoneto Borgoygnion, habitatoribus Carrerie, Petro, filio quondam Aymoneti de Canali de Aviso, filio quondam Johannodi Eymerici de Aviso, heredibus Remigii de Fonteyl, et consortibus suis, pro recognitione per eos de novo facta de montibus de Chaleby, pro tanto de novo servicio per annum, licet alias dicta pascua moncium non tenerent a domino, ut dicit instrumento dicte recognitionis inde ut asserit recepto per Johannem Gontereti de Augusta notarium commissarium et receptorem extentarum domini ibidem, sub anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, et computat de dicto servicio pro termino festi beati Stephani prothomartiris crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo

- XII denarios monete Auguste

Recepit ab eisdem pro eodem et eodem termino festi beati Stephani crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo

- XII denarios monete Auguste

Summa:

- V^C XXXIX libre, XIII solidi, V denarii monete Auguste ad XXVI

- LIX solidi, III denarii januenses ad X pro XV

- XLVI floreni veteres

Et:

- VI^{XX} II franchi auri

Auxilia:

De quatuor solidis monete Auguste pridem domino debitis in dicta castellania de auxilio per annum per Johannem et Johannodum Siraz de Dovia ut in computo precedenti, nichil computat quia domina ipsos tradidit domine Pantissalee, relicte domini Henrici domini de Quarto *Quarto*²⁵⁵ quondam, occasione qua supra in frumento.

Recepit a personis in septem particulis quinti computi precedentis specificis et particulariter declaratis de auxilio annis alternis ut in computo precedenti, et computat pro termino festi beati Stephani crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo, et in computo precedenti de ipsis

²⁵⁵ Biffé.

computavit pro anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo octavo, ut in eodem continetur

- LIX solidos, IX denarios monete Auguste

Recepit a Jaquemina, relicta Dominici Reynerii de Avyso, domicelli, tutorio nomine filii pupilli dicti Dominici quondam pro auxilio per ipsum debito annis alternis, ut in titulo denariorum census quinti computi precedentis in festo beati Stephani crastino festi [XXXIII **Quarti**] Nativitatis Domini quo inceperunt currere anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo et in computo precedenti de ipsis computavit pro anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo octavo, ut in eodem computo continetur - XXX solidos monete Auguste

Recepit a Johanne Biguey de Valle de Bocza pro auxilio annis alternis debito ut in computo precedenti in festo beati Stephani crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, et in suo computo precedenti de ipsis computavit pro anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono ut in eodem computo continetur - VIII solidos monete Auguste

Summa - IX libre, XV solidi, VI denarii monete Auguste

130

Firme:

Idem reddit computum quod recepit a Jaquemeto de Cleva de Dovia pro firma dictarum mistraliarum mandamenti Quarti unius anni finiti in festo beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, ut in computo precedenti, nec inde plus recepit ut dicit

- XII florenos auri boni ponderis veteres

Recepit ab eodem Jaquemeto pro eadem firma unius anni finiti in festo beati Michaelis, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nonagesimo, et inde nichil plus habere potuit, licet bonam diligenciam quam potuit per cridas et alias super hoc fecerit ut dicit, quibus non obstantibus iniungitur eidem castellano²⁵⁶ quod dictam firmam, una cum aliis supra et infra scriptis, debite cridari faciat modis, locis et temporibus debitis et consuetis plusque offerenti tradat, taliter quod de ipsis valeat in suo sequenti computo utilius pro domino computare et sufficiens respondere - XII florenos auri boni ponderis veteres

²⁵⁶ Dans la marge gauche: *vide*.

De firma mistralie Oyacie et ipsius mandamenti pro qua fuit computatum in computo dicte castellanie, de annis Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio et octuagesimo quarto, de decem florenis auri boni ponderis veteribus pro firma dicte mistralie unius anni finiti in festo beati Michaelis, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto, nichil computat quia domina dictam mistraliam tradidit domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, occasione superius declarata in frumento.

De firma clericature et papirorum curie mandamenti Quarti et Oyacie, pro qua fuit computatum in secundo computo precedenti de vigintiquatuor florenis auri boni ponderis veteribus pro uno anno finito die undecima mensis novembris anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, nichil computat quia nichil pro eadem recepit per tempus de quo computat ut dicit, tam pro eo quod domina tradidit domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, castrum, castellaniam et mandamentum Oyacie, in quibus maior pars utilitatis et comodi dicti officii percipiebatur ut dicit, quam pro eo quod non invenit qui dictum officium ad firmam seu exitum quomodolibet tenere voluerit, licet bonam diligenciam quam potuit per cridas et aliis modis omnibus fecerit ut dicit, de quibus cridis et diligencia fidem facit per litteras publicas cridarum super hiis factarum per Vuillermetum dictum Marquix de Villafrancha, preconem publicum dicti loci, diebus ultimis mensis aprilis, prima, secunda mensis maii, quibus diebus tenute fuerunt ibidem nundine anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, quas reddit manu Johannis Gontereti de Augusta notarium signatas, et in quodam folio papiri scriptas. Item per alias litteras cridarum super hoc factarum per eundem Vuillermetum, dictum Marquix, preconem predictum, diebus XXVIII, XXIX et XXX mensis octobris, anno predicto millesimo tercentesimo octuagesimo nono, quibus diebus fuerunt ibidem tenute nundine, qua litteras reddit in quodam [XXXIIII Quarti] folio papiri scriptas et manu dicti Johannis Gontereti notarii signatas. Item per alias litteras cridarum super hoc factarum per eundem Vuillermetum dictum Marquix, preconem domini, diebus secunda, tertia et quarta mensis maii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo, quas reddit in quodam folio papiri scriptas e manu dicti notarii signatas. Item per alias litteras cridarum inde factarum per dictum Vuillermetum Marquix, preconem domini, diebus XXVIII, XXIX et XXX mensis octobris, anno Domini millesimo

tercentesimo nonagesimo, quas reddit in quodam folio papiri scriptas et manu dicti notarii signatas, et, ex abundantia, per alias litteras cridarum super hoc factarum per Petrum, dictum Rigot, manderium Quarti, in ecclesia parochiali de Quarto infra magnum porticum eiusdem ecclesie, loco et more solitis, dum missarum solempnia celebrantur ibidem, diebus vicesima secunda mensis maii, quinta et duodecima mensis junii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo, quas reddit in quodam folio papiri scriptas et manu Johannis Pesoleti de Butier, augustensis dyocesis notarii, signatas, quibus nonobstantibus, iniungitur eidem castellano²⁵⁷ quod dictam firmam cridari faciat modis, locis, temporibus et diebus debitis et consuetis et plus offerenti tradat, taliter quod de ipsa valeat in suo sequenti computo utilius pro domino computare aut alias sufficiens respondere.

Recepit a Petro Rigoti de Quarto pro firma manderie dicti loci unius anni finiti die secunda mensis augusti, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, nec inde plus recepit ut dicit

- II florenos auri boni ponderis veteres

Recepit ab eodem pro eadem firma unius anni finiti die secunda mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo, nec inde plus recepit licet bonam diligenciam quam potuit super hoc fecit ut dicit, et fit eidem²⁵⁸ similis iniunctio que supra

- II florenos auri boni ponderis veteres

Recepit a Jaquemeto de Cleyva de Dovia pro firma manderie Sancti Christofori, unius anni finiti die secunda mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono ut in computo precedenti, et nichil plus inde recepit ut dicit - II florenos boni ponderis veteres

131 Recepit ab eodem Jaquemeto de Cleva pro esdem firma unius anni finiti die secunda mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo, nec inde plus habere potuit licet bonam diligenciam super hoc fecerit ut dicit, et fit eidem²⁵⁹ similis iniunctio que supra

- II florenos auri boni ponderis veteres

De firma manderie Vallispelline pro qua fuit computatum in secundo computo precedenti de viginti solidis monete Auguste pro uno anno finiti die secunda mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo

²⁵⁷ Dans la marge gauche: *vide*.

²⁵⁸ Dans la marge gauche: *vide*.

²⁵⁹ Dans la marge gauche: *vide*.

octuagesimo quarto et aliis precedentibus, nichil computat quia domina nostra Sabaudie comitissa tradidit dictam manderiam domine Pantissalee de Saluciis, relictæ domini Henrici domini de Quarto quondam, occasione qua supra in frumento.

De firma manderie de Dovia pro qua fuit computatum in secundo computo precedenti de dimidio floreno auri boni ponderis veterem pro uno anno finito die secunda mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto, nichil computat quia tradita fuit per dominam ut supra.

Recepit ab Henrico de Turre de Stipulis pro firma mistralie de Bocza unius anni finiti die secunda mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono

- III denarios grossos turonenses veteres

Et: - dimidium florenum auri boni ponderis veterem

Recepit ab eodem pro eadem firma mistralie de Bocza unius anni finiti die secunda mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo [XXXV Quarti] et inde nichil plus habere potuit ut dicit, et fit eidem similis iniunctio que supra - III denarios grossos veteres

Et: - dimidium florenum boni ponderis veterem

Recepit a Mermeto Sartore de Villafrancha pro firma leyde nundinarum Villefranche que tenentur ibidem bis in anno, videlicet die martis propinquiore festi apostolorum Philippi et Jacobi, et die festi apostolorum Simonis et Jude, et computat pro termino festi apostolorum Philippi et Jacobi anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono: - XX solidos monete Auguste. Item pro termino festi apostolorum Symonis et Jude anno predicto: - C solidos dicte monete, nec inde plus recepit ut dicit et suo asserit juramento. Quequidem leyda levatur terminis predictis et modis in quarto computo precedentis plenius declaratis - XII libras monete Auguste

Recepit manu Guillermi Cutillerii de Chamberiaco, clerici dicti castellani, pro eadem firma et computat pro termino festi apostolorum Philippi et Jacobi anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, nec inde plus recepit ut dicit et suo asserit juramento

- XVI solidos monete Auguste

132 De firma banni vini quod venditur in Villa Francha a die prima mensis augusti usque ad diem festi Assumpcionis Beate Marie inclusive eiusdem mensis domino pertinentis ibidem, ut in computo precedenti, nichil computat quia non invenit qui proinde aliquid se daturum

obtulerit per tempus de quo computat ut dicit, licet super hoc bonam diligenciam fecerit ut suo asserit juramento. Quibus non obstantibus, iniungitur eidem²⁶⁰ quod dictam firmam, una cum aliis supra et infra scriptis, cridari faciat modis, locis et temporibus debitis et consuetis et plus offerenti tradat, taliter quod de eisdem valeat in suo sequenti computo utilius pro domino computare aut alias sufficiencius respondere.

De firma ponderis domini de Villa Francha, quod levatur pro singulis rebus que ponderantur ibidem ad grossum pondus, unus denarius monete cursibilis Auguste, ut in computo precedenti, nichil computat quia nichil proinde recepit per tempus de quo computat ut dicit, nec invenit qui se aliquid daturum obtulerit ut suo asserit juramento, quare fit eidem similis iniunctio²⁶¹ que proxime supra.

De firma pratorum domini de Ryns, inclusis fructibus arborum in eisdem existencium, pro firma quorum fuit computatum in secundo computo precedenti de decem septem florenis auri boni ponderis veteribus pro uno anno finito in festo Nativitatis domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto, nichil computat quia domina dicta prata, seu firmam ipsorum, tradidit domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, causis et rationibus in computo precedenti plenius declaratis.

De sex solidis monete Auguste debitis et solvi consuetis per Johannodum de Roveyn et *consortes suos de Roveyn*²⁶² pro pascuis de Ryns, sibi per dominum de Quarto quondam accensatis ad certum tempus, de quo declaracionem nundum habere potuit, ut dicit et dicitur in computo precedenti, nichil computat quia domina dicta pascua et ipsorum exitus tradidit supradicte domine Pantissalee de Saluciis, relicte seupradicti domini Henrici domini de Quarto quondam, occasione qua supra.

Summa: - XII libre, XVI solidi monete Auguste
Et - XXXIII floreni et dimidius auri boni ponderis veteres

Teysie domorum :

²⁶⁰ Dans la marge gauche: *vide*.

²⁶¹ Dans la marge gauche: *vide*.

²⁶² La phrase est ajoutée dans la marge droite avec un signe de renvoi.

De teysiis domorum Ville Franche nichil computat hic, eo quod includuntur in denariis²⁶³ census prout et de quibus ut supra computat maxime quia super domibus Ville predictae, quando casus evenit, dominus percipit in eisdem laudes, ut dicit et dicitur [XXXVI Quarti] in computo precedenti.

133

Introgia:

Idem reddit computum quod recepit ab Hugoneto de Vignyuel, Petro Vuillermeti de Vignyuel, Girardo de Orto, Johannodo, filio quondam Petri Perrodi de Vignyuel, Valuchono, filio Vulliermi Perrodi de Vignyuel, Johanne Parisot, genero Johannodi de Vignyuel, Anthonio de Vignyuel tenentibus in albergamentum feudi perpetui a domino de Quarto quondam certas res novallium et pascuorum cum certis aquis, de directo dominio feudi domini pridem moventes, et quas dictus castellanus dum extente domini per Johannem Gontereti, commissarium domini, reciperentur, dicebat domino, ob mortem dicti domini de Quarto, fore commissas pariter et excheytas, qui castellanus et commissarius domini ut asserit in hac parte dictas commissionem et excheytam, quibus supra nominibus remisit et quictavit, dictasque res cum pascuis et aquis et pertinenciis per eos uti et haberi solitis in mandamento Quarti eisdem de Vignyuel supra nominatis albergavit perpetuo pro tanto de introgiis et pro quatuor solidis monete Auguste, de quibus supra computat in titulo denarii census, et pro octo solidis monete Auguste pro toto placito quando accidit, sine plus capere ullo modo, instrumento ut dicitur inde recepto per Johannem Gontereti de Augusta notarium, sub anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, indicione duodecima, die undecima mensis julii, ultra tamen omnia alia onera annualia proinde per eos fieri debita antea et solita - XXVIII florenos januenses auri ad XIII denarios grossos

Recepit a Johanne Gontereti de Augusta notario pro introgiis tocuis aque de Clusella percipiende per eum omni quindena in qualibet die lune ab aurora usque ad noctem, et pro aqua rivi de Villa supra Sarrum percipienda in qualibet quindena die lune ab aurora usque ad noctem, domino pertinentibus et eidem Johanni Gontereti per eundem castellanum Quarti, in hac parte commissarium domine, albergatis pro tanto de introgiis et pro septuaginta solidis monete cursibilis Auguste de

²⁶³ Lire *denariorum*.

Anselmo Pession

redditu et uno denario servicii per annum, solvendis singulis annis termino festi beati Stephani prothomartiris crastino festi Nativitatis Domini, in manibus castellani dicti loci de Sarro, qui inde domino computare debebit, instrumento inde ut dicitur recepto per Johannem Pescleti de Butier, notarium publicum, de mense maii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo - XXXII libras monete Auguste

Summa - XXXII libre monete Auguste
Et: - XXVIII floreni januenses auri ad XIII denarios grossos

Laudes et vende:

Idem reddit computum quod recepit a Petro de Arlio de Vallepellina, nobili, quia ipse Petrus emerat a Petro, Martino et Jaquemeto, liberis quondam Peroneti Berraz²⁶⁴ de Vallepellina, nobilis, quandam decimam sitam in mandamento Quarti apud Porroczan, certas alias res in parrochia de Aleyn seu de Stipulis existentes et de feudo directo domini moventes, una cum certis aliis rebus extra mandamentum Quarti, videlicet in mandamento Oyacie situatis, nec de feudo domini moventibus, sub certa florenorum quantitate, instrumento inde ut dicitur recepto manu Martini de Campolorenczal [XXXVII Quarti] notarii, sub anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo de mense februarii, ex quibus rebus videlicet decima et aliis rebus in parrochia predicta de Aleyn seu de Stipulis situatis actenta parte quantitatis precii vendicionis predictae, domino competentibus pro laudibus et vendis suis, triginta tres libre, sex solidi, octo denarii monete Auguste cursibilis, quas eidem castellano loco et tempore debitis non persolvit pro domino, sed potius vendicionem predictam non faciendo fidem dicto castellano de eadem per instrumentum antedictum tacendo, pro quibus dictus castellanus dicebat ipsas res de feudo domini moventes eidem domino fore commissas et excheytas, et de quibus ipse Petrus de Arlio supplicans eidem castellano nomine domini gratiam misericorditer impartiri in predictis, composuit cum eodem castellano, tam pro predictis laudibus et vendis, quam commissione predicta si quam commisisset in premissis, et per eundem castellanum gracie remissa dicto Petro commissione antedicta pro tanto, tributis et omnibus domino pro ipsis rebus fieri debitis et solitis domino salvis sempre et reservatis,

²⁶⁴ Lecture douteuse.

instrumento prout dicitur inde recepto per Johannem Gontereti de Augusta notario - LX libras monete cursibilis Auguste

Recepit a Petro Suysan habitatore in Villafrancha, pro quadam vendicione per Margaritam, filiam naturalem quondam Guillermeti de Teysis notarii quondam, et Johannem eius virum, Martino Suysan cuius vices gerit idem Petrus in hac parte, de quadam domo jacente in Villafrancha et aliis rebus extra dictam Villam sitis, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, die XI mensis januarii, precio decem florenorum auri boni ponderis veterum

134

- XLV solidos monete cursibilis Auguste

Recepit ab eodem Petro Suysan pro quadam vendicione sibi facta per Martinum Suysan predictum de domo et rebus predictis, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo octavo, die vicesima mensis januarii, precio decem florenorum auri boni ponderis veterum

- XLV solidos dicte monete

Summa

- LXIII libre, XV monete Auguste

Aqua rivi Prepositi vendita ultra aquam accensatam:

Idem reddit computum quod recepit manu Petri Morelli de Rivo, administratoris et dispensatoris aque rivi domini vocati de Preposito, de et pro aqua dicti rivi vendita per eundem Petrum pluribus et diversis personis, ultra aquam accensatam seu traditam ad servicium de quo supra computat in titulo denariorum census in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, et respondet plus ipso anno de triginta quinque solidis monete Auguste quam anno proxime precedenti, nec inde plus recepit ut dicit - VIII libras monete Auguste

Recepit manu eiusdem Petri Morelli de et pro dicta aqua domini vocata de Proposito²⁶⁵ per ipsum vendita ut supra in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo, et respondet plus ipso anno de viginti solidis monete Auguste quod anno proxime precedenti, nec inde plus recepit ut dicit - IX libras monete Auguste

Summa:

- XVII libre monete Auguste

Banna concordata:

²⁶⁵ Lire Preposito.

Idem reddit computum quod recepit a Johanne vocato de Monteys, secatore Anthonii Parmerii, inculpato violenter cepisse vestem cuiusdam mulieris de ultra Monte Jovis, ancille dicti Johannis, ipsamque usque ad sanguinis effusionem verberasse - III florenos auri parvi ponderis

Recepit a Johanne Vorberti de Signyns pro banno per eum spreto, in tenendo unam capram in domo sua ultra bannum impositum de consensu et requisicione maioris partis parrochianorum Sancti Christofori - XII solidos monete Auguste

Recepit a Jaquemeto, dicto Brigant, de Effra quia negavit in iudicio coram dicto castellano quoddam debitum sibi per Johannem Geneveys solvi petitum, pro qua negacione tenebatur domino in duplo debito et pro quo duplo ad tantum composuit - LXXV solidos monete Auguste

Recepit a Jaquemino Girardi de Ruysan²⁶⁶ pro adulterio per ipsum commissio - XLV solidos monete Auguste

Recepit a Bonifacio Bonet de Holomont, inculpato falsum testimonium tulisse in quadam causa appellacionis inter Margaronam, uxorem Johannis Perrole, ex una parte, et Perrerium de Prato de Vallepellina, ex alia, in manibus venerabilis et religiosi viri domini Girodi de Roverea, prioris Sancte Helene prope Sarrum, commissarium a domino iudice causarum appellacionum Sabaudie comitatus deputati, nec de ipso Bonifacio facere poterat idem castellanus justicie complementum, quia extra mandamentum et iuridi [XXXVIII Quarti] cionem domini debebat ut dicit

135 - VII florenos et dimidium januenses auri

Recepit a Johanne, filio dicti Bonifacii, inculpato quendam canem curie de Alleyn apud Alleyn furtive cepisse, et cuius banni medietas pertinet baillivo Auguste, licet composuerit cum dicto castellano ad tres florenos januenses auri, deducto quarto, et de uno floreno cum dimidio dictus baillivus, videlicet Nycolaus Marquisii,²⁶⁷ domino debet computare - I florenum et dimidium januensem auri

Recepit a Petro de Pasquier, parrochie Quarti, pro bannis spretis - I florenum et dimidium januensem auri

Recepit a Remigio Truchodi de Pasquier pro bannis spretis per eius filium in se degerando coram dicto castellano

- XVV solidos monete predictae

²⁶⁶ Lire *Roysan*.

²⁶⁷ Dans la marge gauche: *Nycolaus Marquisii*.

Recepit a Johanne Nycoleti Biatricis de Olomon, habitatore in parrochia Sancti Christofori, pro banno per eum commisso in tenendo in domo sua unam capram ultra bannum impositum ex consensu et requisicione communitatis dicte parrochie pro maiori parte

- IIII solidos, VI denarios monete predicte

Recepit a filio Franchi de Saquignyo inculpato se coram dicto castellano degerasse - LXXVI solidos, VI denarios monete predicte

Recepit ab Anthonio dicto Taryn, habitatore Quarti, pro adulterio per eum commisso - XL solidos dicte monete

Recepit a ...²⁶⁸ Fabro, habitatore in villa Quarti pro adulterio per eum commisso - XLV solidos dicte monete

Recepit a Petro, filio Johannis Jacobi de Quarto pro bannis per eum spretis - XLV solidos dicte monete

Recepit a Jaquemeto dicto Duret de Blavy et Francisco de Veyny, inculpatis indebite et de facto intrasse possessionemque corporalem percepisse ac sibi appropriasse res feudales quas a domino tenebat quondam Jaquiminus de Veyny, et de quibus Jaquemetus Cleva de Dovia erat in possessione, licet idem Jaquemetus Duret diceret esse propinquiorem teniour in dictis rebus quondam Francisci, filii dicti Jaquimini quondam, et cuius Jaquemeti Duret predictus Franciscus pro medietate gerebat vices in predictis, licet ipse Jaquemetus Duret coram dicto castellano non probasset se talem esse - III florenos januenses auri

Recepit a Jaquemeto, filio Johannis Clementis dou Chastellayz de Dovia, inculpato cum certis aliis personis subscriptis, infra ecclesiam Quarti unum banchum seu stannum²⁶⁹ ligneum, actum et factum pro sedendo super eodem et ibidem orando per mulieres, quod erat uxoris Johannis Vidondo de Quarto, de nocte, dum pro matutinis in ecclesia predicta in ebdomada sancta, faciendo tenebras super eodem destruxisse et extra dictam eccelsiam per pecias exportasse

136 - LXVII solidos, VI denarios monete Auguste

Recepit a Martino, filio quondam Bertodi de Laz Rey de Quarto, eiusdem criminis stanni inculpato - XXX solidos dicte monete

Recepit a fratre Anthonii Charles de Arnio eiusdem criminis stagni seu banchi inculpato - XXII solidos, VI denarios dicte monete

²⁶⁸ Le nom fait défaut.

²⁶⁹ Ou *scannum*.

Anselmo Pession

Recepit a filio Johannis Martineti de Arnyo eiusdem crimine inculpato - XXII solidos, VI denarios dicte monete

Recepit a Martino Gorray de Dovia, habitatore [XXXIX Quarti] apud Roysan, pro adulterio per eum commisso

- XLV solidos dicte monete

Recepit a Johannodo, clerico de Parlea, suo et liberorum suorum nominibus, inculpatis Udricum de Parlea verberasse

- LX solidos dicte monete

Recepit a Jaquimino Adde de Parlea pro bannis per eum spretis

- XXX solidos dicte monete

Composicio super ponderibus:

De quinquaginta florenis januensibus auri ad quos composuerunt cum domino homines castellanie Quarti pro eo quia inculpabantur falsis mensuris et ponderibus minus justis usitasse, non computat quia ipsos non recepit ut dixit, sed Anthonius Fabri,²⁷⁰ clericus et thesaurarius expensarum hospicii domine, qui de ipsis computare debet.

Summa: - XXXIII libre, X solidi, VI denarii monete Auguste
- III floreni parvi ponderis

Et: - XIII januenses et dimidius auri

Banna condempnata:

De bannis condempnatis in quibus idem castellanus percipit duos solidos in qualibet libra, nichil computat quia nichil pro eisdem recepit per tempus de quo computat ut dicit.

Banna minuta:

De bannis minutis nichil computat quia includuntur in firmis mistraliarum, champeriorum et foresteriorum, de quibus supra computat ut dicit.

Advoerie:

De advoeriis nichil computat quia nichil pro eisdem recepit per tempus de quo computat ut dicit.

Exitus sigilli:

²⁷⁰ Dans la marge gauche: *Anthonius Fabri*.

De exitu sigilli nichil ibidem quia nichil pro eodem recepit per tempus de quo computat ut dicit.

Cheyrie seu excheyte:

Idem reddit computum quod recepit de cheyseriis seu excheytis domino pertinentibus in dicta castellania quando casus evenit per plures homines dicti mandamenti Quarti per modum et formam declaratos in secundo computo precedenti de anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio et octuagesimo quarto et aliis precedentibus, et primo a Vionino Pomat de Villa supra Nuns pro cheyseria ...²⁷¹ fratris sui deffuncti eidem pro tanto manu proborum vendita ut asserit, nec plus inde recepit ut dicit

- III libras monete Auguste

Recepit a Vulliermodo, fratre quondam Johannis Gorras de Roysan alias Garaton, pro cheyseria dicti Johannis fratris sui deffuncti sine liberis eidem Vuilliermodo vendita pro tanto

- LX solidos dicte monete Auguste

Summa

- VII libre monete Auguste

137

Placita nobilium:

De placitis nobilium nichil computat quia casus non evenit per tempus de quo computat ut dicit.

De placito domino bebuto per mortem filii Dominici Reynerii de Avisio, domicelli quondam, non computat quia nichil adhuc pro eodem recepit, pro eo quod feudum domini inter tenentes illud est in questione et de ipso pendet lys, ut dicit, iniungitur tamen sibi,²⁷² prout alias fuit iniunctum, quam dictam questionem breviter terminari procuret et instet quantum poterit dictumque placitum recuperet, taliter quod de eodem valeat in suo sequenti computo domino plenarie computare.

De placito debito per Johannem et Henricum, filios quondam Perroneti de Turre de Stabulis, domicellos, non computat quia nundum habere potuit informaciones dicti placiti quia regithie nundum sunt complete ut dicit, sed prout in computo precedenti eidem fuit iniunctum, iterato iniungitur sibi²⁷³ quod dictas regithias instet terminari, sic quod

²⁷¹ Le nom fait défaut.

²⁷² Dans la marge gauche: *vide*.

²⁷³ Dans la marge gauche: *vide*.

de dicto placito et aliis ibidem debitis valeat in suo sequenti computo domino plenarie computare.

Alia placita tenementariorum:

De placitis debitis ob mortem tenementariorum que levantur diversimode quoniam aliqua sunt taxata seu moderata ad tantum et pro aliis levatur duplum servicii per tenementarios debiti et ultra quarta pars eiusdem placiti pro domina, et quinta pars pro mistrali, ut in computis precedentibus, nichil computat quia nichil proinde recepit pro eo maxime quod casus dictorum placitorum ad noticiam dicti castellani nundum pervenit per tempus de quo computat ut dicit.

De placito debito per filium quondam Jaquimini [XL Quarti] Peronini des Ales, pro parte sua placiti consortium ob mortem dicti Jaquimini, non computat quia sua pars nundum est divisa ab aliis nec potuit adhuc scire partem sibi contingentem ibidem, ut dicit et prout sibi in computo precedenti fuit iniunctum, iterato iniungitur sibi²⁷⁴ quod dictam partem instet declarari et placitum proinde debitum recuperet sic quod de ipso in suo sequenti computo valeat pro domino computare.

De placitis debitis per Hugonodum Grosserii, Richardum, generum Petri Martineti Grosserii, Clemenciam, filiam quondam Cotini, et Reymondum cerdonem, burgensem de Villafrancha, non computat quia feuda que tenent sita sunt tam in mandamento Quarti quam in mandamento Breissognie et servicia seu redditus debitos per predictas personas simul solvere consueverunt sic quod antefactas ibidem recognitiones declarare nesciret quantitates placiti debiti per easdem personas, propter quod, prout sibi fuit iniunctum in computis precedentibus, iterato iniungitur sibi²⁷⁵ quod super hoc totaliter se informet sic quod in suo sequenti computo predicta possit declarare et de premissis in eodem sequenti computo computare.

De placitis si et que debentur per dictos Los Aymonos de Avisio, parrochie Sancti Martini de Corliano prope Augustam, item de placito debito per plures de Jovenczano, mandamenti Aymeville, nichil computat quia declarare nescit utrum quantitates quas debent sint de redditu seu servicio, quoniam, si pro servicio debentur, ad solutionem placiti tenentur, alias non, ut dicit et dicitur in computo precedenti.

²⁷⁴ Dans la marge gauche: *vide*.

²⁷⁵ Dans la marge gauche: *vide*.

Quapropter prout eidem fuit iniunctum in computo precedenti iterato iniungitur²⁷⁶ sibi quod de de premissis plenius se informet placitaque debita recuperet sic quod de ipsis in suo sequenti computo valeat computare aut alias sufficiencius respondere.

De placitis debitis ob mortem supradicti domini Henrici, domini de Quarto quondam, et bone memorie principis illustris domini nostri domini Amedei Sabaudie comitis, quondam genitoris domini, in multis locis et per multas personas, ultra placita de quibus in precedentibus computis computavit, non computat quia quidam ex ipsis personis debent redditum et servicium simul, et dividi non possunt ante factas recogniciones, et de ceteris non potuit informaciones habere, ut dicit et dicitur in computo precedenti, quibus non obstantibus fit eidem similis iniunctio²⁷⁷ que proxime supra.

138

Donaciones prothocollorum:

De donacionibus prothocollorum nichil computat quia nichil pro eisdem recepit per tempus de quo computat ut dicit.

Excheyte usurariorum:

De excheytis usurariorum nichil computat quia nichil proinde recepit per tempus de quo computat ut dicit.

Excheyte hominum domini:

De excheytis hominum domini nichil computat quia nichil pro eisdem recepit per tempus de quo computat ut dicit.

Inventa:

De inventis nichil ibidem per tempus de quo computat ut dicit.

Legata:

Idem reddit computum quod recepit a Michaleta, uxore Vulliermeti Marquix de Villafrancha, herede scripto Mermeti sartoris de Villafrancha, quem ipse Mermetus in testamento suo domino legavit

- I florenum parvi ponderis

²⁷⁶ Dans la marge gauche: *vide*.

²⁷⁷ Dans la marge gauche: *vide*.

Summa: - I florenus parvi ponderis

Decime nascencium:

De firma seu exitu decime agnorum que levatur in partibus Vallispelline et Dovie die Jovis Sancta, nichil computat quia domina ipsam decimam tradidit domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, occasione [XLI Quarti] superius in frumento declarata, ut dicitur in computo precedenti.

De exitu decime que levantur circa Augustam ut supra in frumento et siligine, nichil computat quia nichil pro eadem recepit per tempus de quo computat et suo asserit juramento.

Decime canabi:

Idem reddit computum quod recepit de et pro exitu decimarum Auguste que levantur ut supra in frumento pro canabo, ibidem levato per totum tempus quo fuit castellanus Quarti, videlicet pro quolibet anno duos solidos monete Auguste - XXVIII solidos monete Auguste

Donum pro subsidio:

Idem reddit computum quod recepit ab hominibus et communitate mandamenti et castellanie Quarti, hominibus, communitate et burgensibus Villefranche dicti mandamenti inclusis, quos domino gracieose concesserunt pro sumptibus et expensis domine duchisse de Thorene in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, instante domino capitaneo Pedemoncium nomine domini et recipiente

- XII^{XX} florenos auri parvi ponderis

Recepit a communitate hominum dicti mandamenti Quarti, hominibus communitatis Villefranche predictae exclusis, quos domino gracieose concesserunt domino in Augusta existente anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo

- II^C florenos boni ponderis ad XIII denarios obolo grossos turonenses

Recepit ab hominibus communitatis Villefranche mandamenti Quarti quos domino in Augusta existente gracieose concesserunt anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo - XX florenos auri parvi ponderis

Recepit ab hominibus communitatis mandamenti Quarti, exclusa Villafrancha, quos dominabus concesserunt gracieose pro suo jocondo adventu in Augusta de anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo - C florenos auri parvi ponderis

Recepit ab hominibus communitatis Villefranche predicte quos dominabus pro suo jocondo adventu in Augusta concesserunt in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo

- XIII florenos auri boni ponderis ad XIII denarios obolo

Summa dicti doni - III^C LX floreni auri parvi ponderis

Et:

- II^C XIII floreni auri boni ponderis veteres ad XIII denarios obolo grossos

Summa tocius recepte huius computi:

- VII^C XII libre, XV solidi, VIII denarii monete Auguste ad XXVI

- LIX solidi, III denarii januenses ad X pro XV predictorum

- III^C LXIII floreni auri parvi ponderis

- II^C III^{XX} XII floreni et dimidius auri boni ponderis veteres

- XLI januenses et dimidius auri

Et: - VI^{XX} II franchi auri

139

De quibus

Custodia rivi Prepositi:

Libravit Petro Morelli de Rivo, administratori et rectori rivi domini vocati de Preposito, cui dantur sex libre monete Auguste de salario per annum pro labore substento per eum circa regimen, custodiam et administracionem dicti rivi domini vocati de Preposito, ut in computo precedenti, et solvit sibi pro annis Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono et nonagesimo, ad racionem dictarum sex librarum monete Auguste pro quolibet dictorum duorum annorum, per litteram publicam dicti Petri Morelli de testimonio premissorum confessioneque et recepta, datam Auguste die octava mensis maii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, quam reddit manu Johannis Gontereti de Augusta notarii signatam et scriptam

- XII libras monete Auguste

Libravit Bonifacio Champapont de Roysan, custodi rivi vocati de Preposito, a loco principii dicti rivi vocato de la Morina usque ad locum vocatum de Valle Suana, subtus Roysan, quasi per unam leucam, capienti pro custodia dicti rivi sexaginta solidos monete Auguste per annum, ultra siliginem, vinum et seraceum sibi pro eodem in suis titulis allocatos, et solvit sibi pro annis Domini millesimo tercentesimo

Anselmo Pession

octuagesimo nono et nonagesimo, ad rationem dictorum sexaginta solidorum monete Auguste pro quolibet dictorum duorum annorum, per litteram publicam dicti Bonifacii Champapont de testimonio premissorum, confessioneque et recepta, datam Auguste die nona mensis maii, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo, manu Johannis Gontereti de Augusta [XLII Quarti] notarii scriptam et signatam, superius redditam in libratis siliginis

- XII libras monete Auguste

Libravit Johanni de Roveyn, habitatori Auguste, pro salario suo duorum annorum finitorum de mense junii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, per quod tempus vacavit colligendo decimam domini que levatur in certis possessionibus existentibus a torrente Clausi Novi, inter Sarron²⁷⁸ et Augustam, per modum et formam superius declaratos in frumento et siligine more solito, ut in computo precedenti, et solvit eidem ad rationem trium florenorum auri boni ponderis veterum pro quolibet dictorum duorum annorum, per litteram publicam dicti Johannis de Roveyn de testimonio, confessione et recepta, datam Auguste die nona mensis maii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, quam reddit manu Johannis Gontereti de Augusta notarii signatam - VI florenos auri boni ponderis veteres

Pensiones ordinariorum:

Libravit domino Jacobo de La Suera, capellano prebendario altaris ecclesie Beate Marie, prioratus Sancti Ursi Auguste, percipienti ratione dicti altaris, singulis annis, quinque sestaria, eminam siliginis, unum obolum servicii et unum denarium de placito quando contingit, pro et super quadam pecia prati superius in libratis siliginis confinata, movente de feudo dicti altaris, ut per instrumentum dicti albergamenti facti Alexandro de Stabulo de dicta pecia prati, copiatum de verbo ad verbum in libratis siliginis quarti computi precedentis, et solvit eidem pro duobus terminis festorum beati Michaelis annorum Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono et nonagesimo, ad rationem unius oboli dicte monete Auguste pro quolibet dictorum duorum annorum seu terminorum, per litteram publicam dicti domini Jacobi de testimonio premissorum confessioneque et recepta, datam Auguste die secunda mensis maii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo,

²⁷⁸ Lire Sarrum.

manu Johannis Gontereti de Augusta scriptam et signatam, superius in
libratis siliginis redditam - I denarios monete Auguste

140 Libravit domino Berthodo de Nuns, priori Sancti Ursi Auguste, in
quibus dominus eidem domino priori tam de servicio quam helemosina
per annum tenetur, ultra caponem et siliginem superius in suis titulis
allocatos, et quos dictus dominus de Quarto quondam eidem priori
annuatim debebat pro feudo quod ab ecclesia Sancti Ursi tenebat, ut in
instrumento recognitionis dicti domini Henrici, domini de Quarto
quondam, in libratis siliginis quarti computi precedentis de verbo ad
verbum copiato. Et solvit eidem pro annis Domini millesimo
tercentesimo octuagesimo nono et nonagesimo, ad rationem decem
septem solidorum, unius denarii monete Auguste pro quolibet dictorum
duorum annorum, per litteram publicam dicti domini Berthodi de
testimonio premissorum, confessioneque et recepta, datam Auguste die
XIX mensis aprilis, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo
primo, superius redditam in libratis siliginis

- XXXIII solidos, II denarios dicte monete

Libravit sacriste seu priori dicte ecclesie Sancti Ursi Auguste, quibus
dominus Henricus dominus de Quarto quondam in eius ultima voluntate
dedit et legavit sexaginta unum solidos monete Auguste per annum, ut
in computis precedentibus, *pro missarum vigiliarumque et aliarum
orationum et anniversariorum celebrationibus et solemnitatibus in
eadem ecclesia annis perpetuis et singulis, pro salute animarum dicti
domini de Quarto quondam et ipsius predecessorum die sui obitus, per
religiosos sacerdotes seu canonicos predicte ecclesie celebrandarum et
dicendarum,*²⁷⁹ per dominam et dominum sibi confirmatos et assignatos
perpetuo habendos et percipiendos annis singulis in futurum in, de et
super centum solidis annualibus domino debitis per conventum et
domum dicte ecclesie Sancti Ursi de annuo censu, pro aquis et aquarum
decursibus quos dicta ecclesia et eius conventus a domino tenent in
feudum, per litteram domine et domini de confirmatione predicta, cum
mandato solvendi pro salute animarum dicti domini de Quarto quondam
[XLIII Quarti] et antecessorum suorum dicte ecclesie et sacriste qui
nunc est et pro tempore fuerit, et habita copia dicte littere domine et
domini cum littera dicti domini prioris seu sacriste de recepta in prima
solucione et in singulis aliis solucionibus dumtaxat littera de recepta,

²⁷⁹ La phrase est ajoutée dans la marge droite avec un signe de renvoi.

datam Auguste die vicesima mensis octobris anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo, cuiusquidem littere tenor sequitur in hec verba:

- 141** “Nos Bona de Borbonio, comitissa Sabaudie, et Amedeus, comes Sabaudie, notum facere volumus tenore presencium universis presentibus pariter et futuris, quod cum dilectus fidelis noster dominus Henricus, dominus de Quarto quondam, in sua ultima voluntate, instrumento inde confecto manu Johannis Gontereti de Augusta notarii sub anno currente millesimo tercentesimo septuagesimo septimo, dedit et legavit ecclesie et sacriste Beati Ursi Auguste sexaginta unum solidos monete cursibilis Auguste annuales, percipiendos de et super omnibus suis bonis, pro missarum, vigiliarumque et aliarum oracionum et anniversariorum celebracionibus et solempnizacionibus in eadem ecclesia annis perpetuis et singulis, pro salute animarum dicti quondam domini de Quarto et ipsius antecessorum, die sui obitus, per religiosos sacerdotes seu canonicos predictae ecclesie celebrandarum et dicendarum quorumquidem, sexaginta unius solidorum, dictus sacrista nobis quibus jura feudalia et bona dicti quondam domini de Quarto devenerunt, humiliter conquerendo, exposuit solucionem et satisfaccionem ...²⁸⁰ obtinere posse nisi per certa et limitata tempora de nostra magnificencia solita atque speciali sumpta occasione ut asserit assignacionis eiusdem quantitatis minus late seu universalis super quibus tam dictus sacrista quam eciam dilecta domicella nostra Katerina de Quarto, eiusdem domini de Quarto filia carissima, nobis devote supplicarunt²⁸¹ sibi super hiis de equo et opportuno remedio provideri; quorum supplicacioni benigniter inclinati propter ea, dictos sexaginta unum solidos animo deliberato et ex nostra certa sciencia ac de gracia speciali presentibus assignamus et affectamus predictae ecclesie Sancti Ursi et eiusdem sacriste qui nunc est et pro temporibus futuris et perpetuis fuerit, capiendos et percipiendos ac levandos annis singulis in futurum videlicet in, de et supra centum solidis annualibus nobis debitibus per conventum et domum dicte ecclesie Sancti Ursi de annuo censu pro aquis et aquarum decursibus, quas dicta ecclesia et conventus a nobis tenent in feudum, castellano nostro Quarti presenti et futuro harum serie mandantes quatenus dictos sexaginta unum solidos a data

²⁸⁰ Lecture douteuse: *vi, vim, uti* ?

²⁸¹ Lire *supplicaverunt*.

presencium in posterum, dicte ecclesie et sacriste qui nunc est et pro tempore fuerit, solvat et satisfaciat in futurum realiter expediat atque tradat vice nostra et pro salute dictarum animarum in, de et supra centum solidis superius enarratis annis singulis perpetuo, terminis quibus dicti centum solidi annualiter nobis solvuntur et solvi soliti sunt, et nos, habita per dictum castellanum a dicto sacrista cum copia presencium in prima solutione littera de confessione et recepta predictorum sexaginta unius solidorum annualium, et in singulis aliis sequentibus solutionibus littera seu instrumento duxat de recepta, dictos sexaginta unum solidos annuales in dicti castellani primo et sequentibus computis per magistros et receptores computorum nostrorum, mandamus et volumus sine difficultate qualibet allocari, statutis et ordinationibus in contrarium factis non obstantibus quibuscumque. Datum Auguste die vicesima mensis octobris anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo, per dominam et dominum, presentibus dominis Octone de Grandissono et Guigone Ravaysii, domino Sancti Mauricii. Reddite litteras portitori. Johannes Bonbat²⁸².

Quam ostendit in presenti computo et penes se retinet pro ipsa dictis ecclesie et sacriste restituenda. Cuiusquidem littere copiam reddit manibus Johannis Gontereti de Augusta et Johannis Perilliatti de Chamberiaco notarii signatam, et solvit eidem secundum formam litterarum domine et domini superius copiatarum, pro uno anno finito die vicesima mensis octobris anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, prout in eisdem litteris plenius dantur mandatis²⁸² et per litteram publicam domini Berthodi de Nuns, prioris conventus Sancti Ursi, de testimonio premissorum confessioneque et recepta, datam Auguste die XIX mensis aprilis, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, quam reddit manu Johannis Gontereti de Augusta notarii signatam, continentem maiorem summam non allocatam

- LXI solidos monete Auguste

Libravit domino Petro Chiriaci, canonico et distributori ecclesie Beate Marie de Augusta, quos supradictus dominus Henricus, dominus de Quarto quondam, eidem ecclesie debebat tam de servicio quam helemosina per annum, ultra unum caponem [XLVIII Quarti] propter hoc supra in suo titulo allocatum, pro feudo quod ab eadem ecclesia tenebat, vocato de Establo, ut in quodam instrumento compositionis

²⁸² Lecture douteuse.

facte inter capitulum dicte ecclesie et dictum dominum de Quarto quondam in libratis siliginis quarti computi precedentis de verbo ad verbum copiato, saltem clausule ad hoc facientes. Et solvit eidem pro termino festi beati Stephani prothomartiris crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo et nonagesimo primo, ad rationem decem novem solidorum monete Auguste pro quolibet dictorum duorum annorum, per litteram publicam dicti domini Petri Chiriaci de testimonio confessioneque et recepta, datam Auguste die octava mensis maii, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, manu Johannis Gontereti de Augusta notarii signatam, superius redditam in libratis siliginis

142

- XXXVIII solidos monete Auguste

Libravit Petro, filio Jaquimini des Alex de Effra quondam, in quo dictus dominus Henricus, dominus de Quarto quondam, eidem Jaquimino tenebatur de censu per annum pro quadam pecia prati domini sita in pratis domini apud Olees que movetur de feudo dicti Jaquimini quondam, sub annua pensione novem eminalium siliginis, sibi superius allocata in libratis siliginis, et unius denarii servicii, solvendorum annis singulis in festo beati Michaelis, ut in quodam instrumento vendicionis inde facte per Petrum et Johannem fratres, filios quondam Colerii Alborum de Segnins, de laude et consensu Jaquimini Peronini des Alex de Effra, supradicto domino Henrico, domino de Quarto quondam, recepto per Johannem Gontereti de Augusta, notarium publicum, sub anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo, die quinta mensis maii, in libratis siliginis quarti computi precedentis de verbo ad verbum copiato, et solvit eidem pro terminis festi beati Michaelis annorum Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono et nonagesimo, ad rationem unius denarii monete Auguste pro quolibet dictorum duorum annorum, per litteram publicam dicti Petri de Alex de testimonio premissorum, confessioneque et recepta, datam Auguste die secunda mensis maii, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, superius redditam in libratis siliginis - II denarios monete Auguste

Libravit Petro Vulliermete de Aviso, parrochie Quarti, in quibus dictus dominus Henricus, dominus de Quarto quondam, eidem Petro tenebatur annuatim pro quadam pecia prati sita in pratis domini apud Olees, ut in quodam publico instrumento, recepto per Johannem Gontereti notarium, sub anno Domini millesimo tercentesimo sexagesimo nono, indicione septima, die decima quarta mensis januarii,

in libratis siliginis quarti computi precedentis de verbo ad verbum copiato, et solvit eidem pro terminis festi beati Michaelis annorum Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, octuagesimo sexto, octuagesimo septimo et octuagesimo nono et nonagesimo, ad rationem trium denariorum monete Auguste pro quolibet dictorum duorum annorum, per litteram publicam dicti Petri Vulliermete de testimonio premissorum, confessioneque et recepta, datam die nona mensis maii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, superius redditam in libratis siliginis - VI denarios monete Auguste

Prandia:

Libravit personis in quarto computo precedenti specificifice nominatis pro prandiis datis et debitis eisdem singulis annis in crastinum Nativitatis Domini dum solvunt servicia debita per easdem, ut in computo precedenti, que prandia sunt numero quinque, que valent, computato quolibet quatuor priorum prandiorum, sex denariis, et ultimo tribus denariis, more solito, ut in computo precedenti, et allocantur eidem pro terminis festi beati Stephani yemalis annorum Domini millesimo tercentesimo nonagesimo et nonagesimo primo ad rationem duorum solidorum, trium denariorum monete Auguste pro quolibet dictorum duorum annorum - IIII solidos, VI denarios monete Auguste

[**XLV Quarto**] Libravit personis in quinto computo precedenti particulariter nominatis et descriptis, debentibus de roydo per annum quinque modia, undecim sestaria, eminam, tres quarteronos et tercium unius quarteroni vini ad parvam mensuram, quibus quando dictum vinum solvunt dari debet unus denarius pro quolibet sestario vini, ut in computo precedenti, et allocantur eidem pro terminis vindemiarum annorum Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono et nonagesimo, ad rationem quinque solidorum, undecim denariorum, oboli monete Auguste - XI solidos, XI denarios monete Auguste

- 143** Libravit domino Petro Chiriati, canonico ecclesie Beate Marie de Augusta, vicemistrali reffectorii capituli, pro uno prandio seu reffectorio simplici per dominum Henricum, dominum de Quarto quondam, debito et fiendo capitulo dicte ecclesie singulis annis, pro feudo quod ab eadem ecclesia et capitulo tenebat, ut in instrumento publico transactionis facte cum dicto capitulo per dictum dominum de Quarto quondam, recepto per Aymonem Boveti de Porta Sancti Ursi notarium publicum, sub anno Domini millesimo tercentesimo sexagesimo septimo, indictione quinta,

nonas aprilis, quod in tercio computo precedenti exhibuit, et solvit sibi pro annis Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono et nonagesimo, ad rationem centum solidorum monete Auguste pro quolibet dictorum duorum annorum, per litteram dicti domini Petri de testimonio premissorum, confessioneque et recepta, datam Auguste die octava mensis maii, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, superius redditam in libratis caponum

- X libras monete Auguste

Opera castris:

Libravit Dominico de Viellymorta, carpentatori, burgensi Ville Franche, pro suis salario et expensis quinquaginta octo dierum quibus, diversis temporibus, vacavit in reparacionibus tectorum castris domini de Quarto, in annis Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono et nonagesimo, in quibus reparacionibus dictus Dominicus, ultra alia, testificatur implicasse decem milliarum tavallionum nemoris pecie et viginti tria milliarum *clavinarum*²⁸³ per ipsum castellanum emptorum et dicto carpentatori ministratorum, capienti per diem sex solidos monete Auguste pro suis salario et expensis, licet totum dictum clavinarum non implicasse in dictis decem milliaribus cum dimidio tavallionum, sed etiam in pluribus tavallionibus veteribus clavino indigentibus, ut per litteram publicam dicti Dominici de Viellymorta de testimonio premissorum, confessioneque et recepta, datam in castro Quarti die decima mensis maii, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, quam reddit manu Johannis Gontereti de Augusta notarii signatam, et allocantur eidem de mandato domini Johannardi Provane, militis, magistri auditoris computorum domini

- XVII libras, VIII solidos monete Auguste

Libravit manu Guillermi Cutellerii de Chamberiaco, clerici, in empcione et pro precio decem milliarum cum dimidio tavallionum nemoris peyssie per eundem emptorum pluribus vicibus in annis Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono et nonagesimo, quolibet milliari precio unius floreni auri parvi <ponderis>: - X florenos et dimidium auri parvi ponderis. Item manu eadem in empcione et pro precio viginti trium milliarum clavini, quolibet milliari precio novem solidorum monete Auguste: - X libras, VII solidos monete Auguste.

²⁸³ Le mot est ajouté dans la marge droite avec un signe de renvoi.

Item manu eadem in empcione unius clavis facte pro sarrailia magne janue dicti castri domini de Quarto: - II solidos dicte monete.

144

Opera fontis:

Item manu predicti Guillierni Cutellerii in empcione et pro precio sexaginta librarum ferri per eum emptarum, qualibet precio octo denariorum monete predictae, pro faciendo sexaginta viras ferreas implicatas in bornellis fontis castri domini de Quarto: - XL solidos monete predictae. Item manu eadem pro factura predictarum sexaginta virarum predictarum factarum per ...²⁸⁴ fabrum, habitatorem Quarti, capiente pro qualibet libra duodecim denarios dicte monete: - LX solidos monete predictae. Et pro refficiendo luz tararo²⁸⁵ ferri cum quo bornelli fontis [XLVI Quarti] castri domini de Quarto perforantur quam eciam in empcione calibis ad idem implicati: - XIX solidos monete predictae. Ut per litteram dicti Guillierni Cutellerii de testimonio premissorum, datam in castro Quarti die decima mensis maii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, quam reddit manu Johannis Gontereti de Augusta notarii signatam, et que quantitates sunt in summa

Et

- XVI libras, VIII solidos monete Auguste
- X florenos et dimidium auri parvi ponderis

Capella domini:

Libravit domino Johannino de Dovia, canonico Auguste, celebranti et celebrare debenti tres missas in capella domini Ville Franche et alias tres missas in capella domini castri de Quarto, singulis ebdomadis ad honorem Dei, Beateque gloriose Virginis Marie, beatorumque Anthonii et Nycolay, sanctorum suorum, pretextu quorum percipit et percipere debet singulis annis viginti quinque libras cursibiles monete Auguste, ex ordinacione domini et per eius litteram de mandato solvendi et allocandi, datam Rippaillie die vicesima augusti, anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo, copiatam de verbo ad verbum in quinto computo precedenti, et solvit eidem pro duobus annis finitis die vicesima mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo, per litteram publicam dicti domini Johannini de Dovia de testimonio, confessioneque et recepta, datam Auguste die nona mensis

²⁸⁴ Le nom fait défaut.

²⁸⁵ Sic.

maii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, quam reddit manu Johannis Gontereti de Augusta notarii signatam

- L libras monete Auguste

Libravit Henrico de Turre de Stipulis quos domina, exigentibus eiusdem Henrici serviciis per eundem domine factis, donavit ut per litteram domine de donacione predicta cum mandato solvendi et habita littera de recepta allocandi, datam Rippallie die decima quarta mensis junii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, quam reddit, sigillo domine sigillatam et manu domini Egidii Drueti, secretarii domini signatam, una cum littera publica dicti Henrici de confessione et recepta, data die undecima mensis maii, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, manu Anthonii de Vacheri notarii signata

- X florenos auri parvi ponderis

Allocantur eidem quos traxit et finavit ad expensas hospicii domini factas de mense et anno subscriptis dum dominus dominam duchissam de Thorene²⁸⁶ per terram ipsius domini conduceret, tam citra quam ultra montes, manu Anthonii Magnini,²⁸⁷ clerici exensarum hospicii domini, qui de ipsis domino computare debebit, ut per litteram domini de testimonio premissorum cum mandato allocandi, datam Burgi, die lune XXVI julii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, quam reddit, sigillo domini sigillatam et manu dicti Anthonii Magnini signatam

- XIX solidos, IX denarios grossos

Allocantur eidem quos libravit ad expensas hospicii domini factas Auguste diebus jovis sero XVIII, veneris sequenti tota die XIX et sabati sequenti in prandio, vicesima mensis augusti anno subscripto, de quibus Petrus Ducis, secretarius et clericus expensarum hospicii **[XLVII Quarti]** domini computare debebit²⁸⁸ ut per litteram domini de testimonio premissorum cum mandato allocandi, datam Auguste dei vicesima mensis augusti, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quam reddit signeto domini sigillatam et manu Petri Ducis signatam

- LXIII solidos monete Auguste

²⁸⁶ Fille de Jean-Galeas, seigneur de Milan, épouse de Louis de Valois, duc d'Orléans, rejoignit son mari en France accompagnée par son cousin, le comte Amédée VII.

²⁸⁷ Dans la marge gauche: *Anthonius Magnini*.

²⁸⁸ Dans la marge gauche: *Petrus Ducis*.

145 Libravit Hugonino de Lucingio²⁸⁹ recipienti nominibus suo et aliorum sociorum suorum inferius nominatorum, et primo in quibus dominus tenebatur Stephano, bastardo de Lucingio, pro remanencia stipendiorum suorum temporis quo domino servivit in partibus Canapicii, Vercellesii et Montis Ferrati contra rebelles Canapicii et Theodolum, marchionem Montis Ferrati, nec non et contra rebelles Vallesii, in anno millesimo tercentesimo octuagesimo septimo, facto super predictis computo per Petrum Vicini, clericum domini, Chamberiaci, die decima januarii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo octavo, de quibus habebat cedulam domini de debito, manu dicti Petri Vicini signatam: - IX florenos, IIII denarios grossos parvi ponderis. Item in quibus dominus eidem Stephanus de Lucingio tenebatur pro remanencia stipendiorum suorum temporis quo domino servivit in adquisicione facta per dominum de civitate Nycie et nonnullis aliis locis provincie, in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo octavo, facto super predictis computo per Petrum Vicini, clericum domini, Chamberiaci, die decima decembris anno predicto, de quibus habebat cedulam domini de debito, manu dicti Petri Vicini signatam: - XXXIII florenos parvi ponderis. Item in quibus dominus tenebatur Nycodo de Greysie et Hugonino de Lucingio pro remanencia stipendiorum suorum temporis quo cum equis et armis domino servierunt in partibus Pedemoncium dominum associando, de anno subscripto, facto super predictis computo per Petrum Vicini, clericum domini, Thaurini, die nona mensis junii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto, de quibus habebat cedulam domini de debito, manu dicti Petri Vicini signatam: - XLII florenos, VIII denarios grossos turonenses parvi ponderis, et in quibus dominus tenebatur Hugonino de Lucingio, Nycodo de Lucingio, Johanni Martini et Bastardo de Lescelley, pro remanencia stipendiorum suorum temporis quo cum equis et armis dicto domino servierunt in partibus Vallesii contra rebelles Vallesii in anno subscripto, facto super predictis computo per Petrum Vicini, clericum domini, in exercitu sedunensi, die vicesima mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto, de quibus habebant cedulam domini de debito, manu dicti Petri Vicini signatam: - XLIII florenos parvi; et solvit sibi

²⁸⁹ Dans la marge gauche: *Solucio stipendiorum Hugonini de Lucingio et sociorum suorum.*

per litteram domini de mandato solvendi et habita littera dicti Hugonini de recepta allocandi, datam Ypporrigie die XXVI mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo, quas cedulas et litteram domini reddit simul annexas et est in dorso dicte littere scripta confessio dicti Hugonini de recepta, data Ypporrigie die XXVI mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo, manu Anthonii Payni notarii signata - CXXX florenos parvi ponderis

Libravit ad expensas sui ipsius castellani factas spacio quatuor dierum cum suis valetis et duobus equis, quibus vacavit tam eundo a loco Quarti Ypporrigiam, ibidemque stando et inde redeundo [**XLVIII Quarti**] pro expediendo certam pecunie quantitatem reverendo in Christo Patri et domino domino episcopo et Jacobo de Palacio, castellano Ypporrigie, quam eisdem responderat ad causam expensarum illustris principis domini nostri domini Amedei Sabaudie comitis, de mense octobris anno subscripto, et allocantur eidem per litteram domine de mandato allocandi dictas expensas, prout magistris computorum domini videbitur faciendi, datam Ypporrigie die secunda mensis novembris, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo, quam reddit sigillo domine sigillatam et manu Anthonii Fabri, secretarii domini signatam, et eciam de mandato domini Johannardi Provane, militis, magistris et auditoris computorum domini

- II florenos auri parvi ponderis

Libravit causis et rationibus in quadam cedula descriptis, cuius tenor talis est: Secuntur expensas et librate facte per Hugonem Roda de Chamberiaco, domicellum, castellanum Quarti pro illustri et magnifico principe domino nostro domino Amedeo Sabaudie comite, manu Guillermi Cutellerii de Chamberiaco, clerici dicti castellani, tam pro veniendo quesitum unum prysonierium existentem in castro Ypporrigie et illum ducendo in castrum Quarti, de mandato prefati domini nostri comitis, per litteram dicti domini clausam, datam Yporrigie²⁹⁰ die decima decembris sub signeto dicti domini et pro muallia *et custodia*²⁹¹ dicti prysonerii quam pro reducendo a castro Quarti apud Ypporrigiam in castrum domini Jacobum de Perrina de Salacza, et primo libravit ad expensas dicti Guillermi, clerici dicti castellani, et unius equi et duorum clientum quos cum ipso propter hoc duxerunt, factas anno Domini

²⁹⁰ Lire *Ypporrigie*.

²⁹¹ Le mot est écrit dans la marge droite avec un signe de renvoi.

millesimo tercentesimo nonagesimo, vacancium aducendum dictum prysonerium ab Ypporigia usque ad castrum Quarti, movencium a Quarto pro predictis die martis XIII mensis decembris, veniencium Yporigiam et redeuncium Quartum cum dicto prysonerio, et vacaverunt ad predicta quatuor diebus, cuius prysonerii nomen est hec Jacobus de Perrina de Salacza: - II florenos parvi ponderis et III denarios grossos. Libravit manu dicti Guilliermi ad expensas dicti Guilliermi et unius equi et duorum clientum cum eodem Guilliermo factas pro ducendo dictum Jacobum de Perrina de Salacza detentum a castro Quarti ad castrum Yporrigie, de mandato domini ipsum sic aducendi, per litteram domini clausam, datam Yporigie die XIII januarii sub signeto domini, vacancium ad predicta, incluso regressu ipsorum ad Quartum, quatuor diebus et moverunt dictum Jacobum a castro Quarti pro adducendo ipsum Ypporigiam die decima septima mensis januarii sequenti: - II florenos parvi ponderis et II denarios grossos. Libravit cuius supra ad expensas mualliarum dicti prysonerii trium custodum die noctuque ad custodiam ipsius prysonerii vacancium, et stetit ibidem dictus prionerius detentus carceribus Quarti predicti triginta duobus diebus, quia supradictus Jacobus de Perrina a dicto castro Quarti versus Ypporigiam ut supra fuit ductus, computatus dicto prysonerio singulo die, tam pro muallia quam pro expensis custodie: - III denarios grossos. Valent VII florenos e dimidium parvi ponderis, ut per litteram domini de testimonio premissorum cum mandato allocandi, datam Ypporigie die tertia mensis februarii, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, quam reddit annexam dicte cedulae, signeto domini sigillatam et manu Johannis Bonbat, secretarii domini, signatam

- X florenos auri parvi ponderis

Et: - X denarios grossos

146 Allocantur eidem quos domina nostra domina Bona de Borbonio, Sabaudie comitissa, confessa fuit habuisse et realiter recepisse a dicto castellano de preysia dicte castellanie anni Domini millesimi tercentesimi nonagesimi, manu Anthonii Fabri, secretarii²⁹² et thesaurarii expensarum hospicii domine, qui de ipsis computare debebit, ut per litteram domine de testimonio premissorum confessioneque et recepta, datam Ypporigie, die XXIII mensis [XLIX Quarti] februarii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo, quam reddit sigillo

²⁹² Dans la marge gauche: *Anthonius Fabri*.

domine sigilatam et signetis manuali et cereo dicti Anthonii Fabri signatam - LXXIII florenos auri parvi ponderis

Allocantur eidem in quibus dominus sibi tenebatur pro precio unius roncini per dominum habiti ab eodem et per eundem dominum dati Francisco Danieli, scuttifero domini,²⁹³ usque ad quantitatem viginti florenorum parvi ponderis, et residuum fuit eidem Francisco detractum et deductum de quadam parcella in qua dominus sibi tenebatur a tergo dicte parcellae, manu Petri Ducis, secretarii domini, ut per litteram domini de testimonio premissorum cum mandato allocandi, datam Ypporrhigie die vicesima mensis junii, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo quam reddit, signeto domini sigillatam et manu Petri Ducis, secretarii domini, signatam

- XXXVI florenos auri parvi ponderis

Libravit Johanni Girardi de Chamberiaco, clerico recipienti nomine domini Ybleti de Monte Joveto, domini de Chalant et dicti loci Montis Joveti, locumtenentis generalis et capitanei domini ultra montes, de et supra dono per homines castellanie Quarti domino gracie concesso pro expensis factis per dominam duchissam²⁹⁴ de Thorene et eius gentes, de quo supra computat in recepta, in quibus idem domino Ybletus dicto Johanni Girardi tenebatur tam eo causa mutui quam ex vendicione unius equi per ipsum dominum a dicto Johanne Girardi habiti et recepti, per litteram dicti domini locumtenentis de testimonio premissorum cum rogatu, habita littera de recepta allocandi, datam Auguste die decima quarta mensis septembris anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo, quam reddit, suo sigillo sigillatam et manu Guilliemi Meynerii notarii signatam, et per litteram publicam dicti Johannis Girardi de confessione et recepta, datam in civitate Auguste, die decima quarta mensis septembris anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo, manu Johannis Casei de Augusta junioris, notarii publici, subscripta et signata,²⁹⁵ de quibus idem dominus²⁹⁶ capitaneus domino computare debet - C januenses et ducatos auri

Allocantur eidem quos domine nostre domine Bona de Borbonio et Bona de Biturio, comitisse Sabaudie, confesse fuerunt habuisse et

²⁹³ Dans la marge gauche: *Exoneracio debiti Francisci Danielis.*

²⁹⁴ Lire *duchissam.*

²⁹⁵ Lire *scriptam et signatam.*

²⁹⁶ Dans la marge gauche: *Dominus Ybletus de Chalant.*

recepisse ab hominibus et communitate dicte castellanie Quarti per manus Hugonis Garnerii, castellani dicti loci, ex causa doni per ipsos homines et communitatem Quarti pro jucundo adventu dictarum dominarum in Augusta sibi graciose facti, receptos manu Anthonii Fabri, secretarii²⁹⁷ et clerici expensarum hospicii domine, qui de ipsis comutare debebit, ut per litteram dictarum dominarum de testimonio premissorum, cum mandato allocandi, datam Ypporrigie, die penultima mensis octobris anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo decimo²⁹⁸ quam reddit sigillo dicte domine Bone de Borbonio sigillatam et manu dicti Anthonii Fabri signatam, de quo dono superius computat in recepta - C florenos auri parvi ponderis

147 Libravit Petro Magnini de Chamberiaco, secretario domini recipienti pro domino, pretextu commissionis domino Jacobo Championis, legumdoctore et militi, potestatique Ypporrigie et sibi Petro Magnini ut asseritur facte de et pro dono facto nuper domino in dicta castellania Quarti, [**L Quarti**] inclusis viginti florenis parvi ponderis datis pro eodem per illos de Villafrancha Quarti, traditos et solutos tam domino episcopo quam Jacobo de Palacio, castellano Ypporrigie, ut per litteram dicti Petri Magnini de testimonio premissorum confessioneque et recepta, datam Ypporrigie die lune XXVI mensis septembris, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo, quam reddit manu dicti Petri Magnini, qui²⁹⁹ de ipsis domino computare debebit, signatam et eius signeto sigillatam

- II^C florenos auri boni ponderis ad XIII denarios obolo grossos

Et: - XX florenos auri parvi ponderis

Libravit Anthonio Fabri, secretario et clerico expensarum hospicii domine, qui de ipsis computare debebit, receptos per eundem Anthonium a communitate Villefranche, mandamenti Quarti, per manum dicti castellani, per litteram publicam dicti Anthonii Fabri de confessione et recepta, datam Ypporrigie die quarta mensis februarii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, quam reddit manu dicti Anthonii Fabri signatam, de quibus idem castellanus superius computat in recepta donorum factorum dominabus

- XIII florenos auri boni ponderis veteres ad XIII denarios ob. grossos

²⁹⁷ Dans la marge gauche: *Anthonius Fabri*.

²⁹⁸ Lire *nonagesimo*.

²⁹⁹ Dans la marge gauche: *Petrus Magnini*.

Allocantur sibi quos domina ab eodem castellano habuisse et recepisse confessa fuit manu Anthonii Fabri, thesaurarii³⁰⁰ hospicii domine, qui de ipsis computare debet pro primo termino et in exoneracionem tercentum viginti florenorum parvi ponderis, per ipsum castellanum domine debitorum et solvere responsorum quatuor terminis pro facto hospicii domine, racione preysie dicte castellanie Quarti de anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo, ut per litteram domine de testimonio premissorum cum mandato allocandi, datam Rippallie die octava mensis januarii, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo, quam reddit, sigillo domine sigillatam, et manu dicti Anthonii Fabri signatam, continentem eciam mandatum allocandi expensas per ipsum castellanum factas duabus vicibus veniendo de Quarto apud Rippalliam, ibidem stando et inde redeundo, una, videlicet, qua fuit citato pro respondendo domine preysiam antedictam, et alia vice qua apportavit domine quantitatem infrascriptam secundum quod videbitur magistris computorum domini racionabiliter faciendum, quequidem expense inferius allocantur eidem

- IIII^{XX} florenos auri parvi ponderis

Allocantur eidem *eidem*³⁰¹ quos domina habuisse et recepisse confessa fuit ab eodem castellano manu dicti Anthonii Fabri, thesaurarii expensarum³⁰² hospicii domine, qui de ipsis domino computare debet pro secundo termino supradicte assignacionis, ut per litteram domine de testimonio premissorum cum mandato allocandi, datam Rippaillie die tertia mensis marci anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo, quam reddit sigillo domine sigillatam et manu dicti Anthonii Fabri signatam

- IIII^{XX} florenos auri parvi ponderis

Allocantur eidem quos solvit et libravit pro domina et de eius mandato de et pro tercio termino supradicte responsioni,s facte domine super preysiis et preciis victualium dicte castellanie Quarti de anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo Georgio de Santo Michaele, civi gebennensi, in exoneracionem trattorum que fecit in hospicio domine manu Anthonii Fabri, thesaurarii hospicii³⁰³ dicte domine, qui de ipsis computare debet, ut per litteram domine de

³⁰⁰ Dans la marge gauche: *Anthonius Fabri*.

³⁰¹ Biffé.

³⁰² Dans la marge gauche: *Anthonius Fabri*.

³⁰³ Dans la marge gauche: *Idem*.

testimonio premissorum mandatoque allocandi, una cum expensis rationabiliter et sufficienter factis veniendo de loco Quarti apud Gebennas pro solvenda quantitate subscripta, cum duobus equis et uno valetto, stando ibidem et inde apud Quartum redeundo, quas magistri computorum domini viderunt rationabiliter allocandas, datam Rippaillie die vicesima mensis julii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo [LI Quarti] quam reddit sigillo domine et signeto dicti Anthonii Fabri signatam, quequidem expense inferius allocantur eidem

- IIII^{XX} florenos auri parvi ponderis

148 Libravit ad expensas sui ipsius, cum duobus equis et uno valetto, factas prima vice veniendo de Quarto apud Rippailliam pro respondendo et se obligando erga dominam racione preysie dicte castellanie. Item secunda vice, qua apportavit de Quarto apud Rippailliam quaterviginti florenos pro primo termino dicte responsionis, et tertia vice qua apportavit de Quarto apud Gebennas Georgio de Sancto Michaelae quaterviginti florenos parvi ponderis de mandato et in exoneracionem eorum, qui dictus Georgius traxit ad expensas dicti hospicii domine pro tercio anno dicte responsionis, et allocantur eidem expense pro dictis tribus viaggiis, de mandato domini Johannodi Provane militis et Anthonii Barberii de Chamberiaco magistrorum et auditorum computorum domini, facto relacione dicti Anthonii Barberii, die ultima julii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo: - XVIII florenos auri parvi ponderis. Item ad expensas unius famuli cum uno equo, factas portando de Chamberiaco apud Vallem Augustam de mandato domini Guidoni Marchiandi, secretario et commissario domini, duos grossos computos Nycolay Marquisii, dudum baillivi Vallis Auguste, qui computi fuerunt apud Chamberiacum deportati, ad que vacaverunt tam eundo quam redeundo spacio octo dierum, et allocantur eidem de mandato supradictorum magistrorum computorum domini facto ut prius ad racionem quinque denariorum oboli grossorum turonensium pro quolibet dierum octo dierum, incluso locagio dicti roncini sicut supra missi: - III solidos, VIII denarios grossos. Que particule sunt in summa:

- XXI solidos, VIII denarios grossos

Salarium:

Libravit sibi ipsi capienti viginti quinque florenos auri parvi ponderis de salario per annum pro regimine dicte castellanie, ex ordinacione domini per eius litteram in tercio computo precedenti de verbo ad

verbum copiatam, et allocantur eidem dictum salarium ad rationem ipsius pro duobus annis integris, quatuor septimanis et tribus diebus, inceptis die prima inclusive mensis maii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono et finitis die prima exclusive mensis junii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, de quibus computat ut supra

- LII florenos, I denarium, tercium et quartum unius denarii grossi parvi ponderis

Remanencia computi precedentis:

Allocantur sibi in quibus dominus eidem tenebatur pro remanencia sui computi precedentis, finiti die prima exclusive mensis maii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, receptique per Johannem Parilliatti de Chamberiaco, clericum domini, de quibus idem castellanus nullam habuit litteram domini de debito, ut in fine dicti computi continetur - II^M IIII^{XX} VII florenos auri parvi ponderis

Et: - V denarios, sexum et viginti quamrtum unius denarii grossi

Libravit magistro Bosoni de Grangiis, parrochie Sancti Marcelli, diocesis Auguste, pictori domine, quos domina, actentis gratis serviciis domine factis fideliter et impensis per eundem magistrum Bossonem sibi graciose donavit, ut per litteram domine de donacione predicta, cum mandato eidem magistro Bosoni solvendi de et super presiis³⁰⁴ et exitibus dicte castellanie Quarti de anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, et habita littera dicti magistri Bosonis de recepta allocandi, datam Rippallie die XXVIII mensis maii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo, quam reddit annexam littere domini de simili mandato solvendi et allocandi, date Chamberiaco die XI mensis julii anno predicto MCCCLXXXX, una cum duabus litteris domine et domini clausis, datis **[LII Quarti]** Rippallie die quinta septembris, et per litteram publicam dicti magistri Bosonis de testimonio premissorum confessioneque recepta, datam in civitate Auguste die vicesima mensis septembris anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, indicione decima quarta, quam reddit manu Johannis Pecheti de ...³⁰⁵ notarii signatam, continentem eciam confessionem

³⁰⁴ Lire *preysiis*.

³⁰⁵ Illisible.

aliorum quinquaginta florenorum pensionis annue infrascriptorum per dominam et dominum sibi concessa, prout in particula proxime sequenti plenius continetur - L florenos parvi ponderis

149

Pensio magistri Bosonis annualis:

Libravit magistro Bosoni de Grangiis, parrochie Sancti Marcelli dyocesis Auguste, quam domina et dominus actentis sufficientis industria et discrecione eiusdem magistri Bosonis, sperantes indubie temporibus futuris domine et domino per eundem magistrum Bosonem de artificio suo sufficienter et fideliter serviri, in suum pictorem familiarem et continuum commensalem eligerunt sibi et retinerunt cum uno famulo quem duxerit eligendum ita quod abinde inantea aliorum servitorum domine et domini consorcio agregetur et privilegiis et immunitatibus ipsorum utatur et fruatur, sub annua pensione quinquaginta florenorum auri parvi ponderis per dominam et dominum eidem, singulis annis percipiendorum quamdiu vixerit in humanis de et super preysiis et exitibus pressiarum³⁰⁶ castellanie Quarti anno quolibet in festo beati Andree apostoli, ut idem Boso serviciis domine et domini artificio pictoris et eius sciencie incohibentibus fervencius et diligencius in futurum animetur, ut per litteram domine et domini de electione, retencione et concessione predictis, cum mandato dictam pensionem annis singulis termino predicto solvendi, et habita *in prima solutione*³⁰⁷ cum copia dicte littere dicti magistri Bosonis littera de recepta et in singulis sequentibus solutionibus littera dumtaxat de recepta allocandi, datam Rippallie die vicesima octava mensis maii, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo, cuius tenor talis est:

“Nos Bona de Borbonio, comitissa, et Amedeus, comes Sabaudie, notum facimus universis quos nos, actentis sufficiencia industria et discrecione dilecti nostri Bosonis de Grangiis de parrochia Sancti Marcelli in dyocesi Augustensi pictoris, sperantes indubie temporibus futuris nobis per eum de artificio suo sufficienter et fideliter serviri, ipsum Bosonem presencium tenore in nostrum pictorem familiarem et continuum commensalem retinuimus et per presentes retinemus cum uno famulo quem duxerit eligendum ita quos abinde in antea aliorum servitorum nostrorum consorcio agregetur et privilegiis et

³⁰⁶ Lire *preysiis* et *preysiarum*.

³⁰⁷ La phrase est écrite dans la marge droite avec un signe de renvoi.

immunitatibus ipsorum utatur et fruatur, idem namque Boso nobis promisit et juravit ad Sancta Dei Euvangelia dicto officio sue picture bene et fideliter servire quociescumque eidem duxerimus iniungendum et ordinandum, et omnia aliena negocia dimictere et precepta nostra et utriusque nostrorum que ad hec complere juxta posse picturis, coloribus et aliis eidem necessariis ad officium predictum nostris missionibus ministratis, et ut idem Boso serviciis nostris tam in pingendo quam alia que dicto officio pictoris et eius serviciis movebunt fervencius et diligencius in futurum animetur, de pensione annua quinquaginta florenorum auri parvi ponderis dedimus eidem singulis annis percipiendo, quamdiu vixerit in humanis, de et super preysiis et exitibus preysiarum nostrarum castellanie nostre et mandamenti Quarti, super quibus dictam pensionem eidem per presentes assignamus, quam pensionem annuam eidem Bosoni solvi volumus in proximo festo sancti Andree apostoli et in sequentibus annis in simili festo post anni revolucionem, mandantes castellano Quarti presenti et futuro quatenus ipsi Bosoni pictori nostro dictam pensionem quinquaginta florenorum in dicto proximo festo sancti Andree apostoli et subsequenter in singulis annis in simili festo solvat et expediat, sine alterius expectatione mandati, et qualibet contradicione contraria cessante. Et habita ab eo cum copia presencium vel eius nuncio speciali in prima solucione et in sequentibus dumtaxat littera de recepta, in singulis computis dicti castellani dictam quinquaginta florenorum auri quantitatem per magistros computerum nostrorum volumus et precipimus allocari et de dictis preysiis detrahi pariter et deduci. Datum Rippallie, die vicesima octava mensis maii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo per dominam et dominum, relacione dicte domine comitisse. Johannes Ravaysii”.

Quas litteras ostendit in presenti computo et penes se retinet pro ipsis restituendis eidem magistro Bosoni pictori pro tempore futuro et interesse suo. Et solvit sibi dictam pensionem pro termino festi beati Andree [**LIII Quarti**] apostoli anno predicto millesimo tercentesimo nonagesimo, pretextu littere domine et domini supra copiate, et per litteram publicam dicti magistri Bosoni pictoris de confessione et recepta subscripte quantitatis redditam in particula seu librata supra proxime scripta, continentem confessionem de recepta dicte annue pensionis pro duobus annis seu terminis - L florenos auri parvi ponderis

Hugues Garnier 1389-1391

Summa expensarum, salariorum, libratarum et allocatarum cum remanencia sui computi precedentis

- VI^{XX} II libre, IX solidi, IIII denarii monete Auguste ad XXVI
- II^{MIX}^C XIII floreni, III denarii, II tercii, dimidius quartus unius denarii grossi turonensis parvi ponderis
- II^C XIX floreni auri boni ponderis veteres

Et: - C januenses auri

Et sic, cambsis et conversis omnibus et singulis monetis supradictis, tam recepte quam librate, ad florenos auri parvi ponderis, computatisque singulis viginti sex solidis monete Auguste seu quolibet floreno auri boni ponderis vetere pro tresdecim denariis obolo grossis turonensibus, singulis decem solidis januensibus pro quatuordecim solidis supradicte monete Auguste, quolibet floreno parvi ponderis pro duodecim denariis grossis turonensibus, quolibet januense auri pro quatuordecim denariis grossis turonensibus et quolibet francho auri pro quindecim denariis grossis turonensibus, et econverso, factisque deductionibus debitis hinc inde, dicto Hugoneto Garnerii castellano debentur:

- M VIII^C LXVII floreni auri parvi ponderis
- VIII denarii, dimidius quartus et duodecim unius denarii grossi turonensis

De quibus deducuntur quos idem castellanu debebat pro remanencia preciorum bladorum et aliorum victualium sibi venditorum in fine sui computi precedentis de annis Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, octuagesimo sexto, octuagesimo septimo, octuagesimo octavo, ut in fine dicti computi plenius continetur

- V^C IIII^{XX} I floreni, VIII denarii, dimidius quartus et duodecim unius denarii grossi parvi ponderis

Summa deducti:

- V^C IIII^{XX} I floreni, VIII denarii, dimidius quartus et duodecim unius denarii grossi turonensis parvi ponderis

Et sic debentur finaliter:

- mille ducati, quaterviginti sex floreni auri parvi ponderis.

Que remanencia allocatur sibi in suo ultimo computo sequenti.

Et sit hic eque de dicta remanencia.

Septième compte d'Hugues Garnier alias Rode³⁰⁸

(1^{er} juin 1391 - 10 mai 1392)

150

[I]³⁰⁹ Computus viri nobilis Hugonis Garnerii, alias Ronde, domicelli, castellani Quarti in Valle Augusta, de redditibus et exitibus eiusdem castellanie, a die prima inclusive mensis junii, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, usque ad diem undecimam exclusive mensis maii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, quibus die et anno ultimo dictis idem Hugo Garnerii expedivit castrum et castellaniam predictas de mandato domine per eius litteras apertas, datas Chamberiaci die XXIII mensis aprilis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, quas ostendit et retinet, Anthonieto de Solerio de Ypporrigia, domicello, castellano ibidem post ipsum, per dominam constituto, seu Hugonino Tarida de Dovia, dyocesis Auguste, vicegerenti dicti Anthonieti de Solerio, suoque nomine recipienti per instrumentum publicum dicti Hugonini Tarida de confessione et recepta nomine dicti Anthonieti, castri, mandamenti et iurisdictionis dicti loci Quarti, receptum per Johannem Petri Gontereti de Augusta notarium, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, indicione decima quinta, die undecima mensis maii, quod ostendit et penes se retinet una cum inventario per dictum Hugoninum Tarida nomine dicti Anthonieti confecto et in fine presentis computi copiato, videlicet de quinquaginta novem septimanis et una die, receptus apud Chamberiacum, presentibus domino Anthonio Barberii et Petro Magnini de Chamberiaco, magistris et auditoribus computorum domini, per Johannem Parilliati de Chamberiaco, clericum domini, et examinatus per eundem Petrum Magnini, die secunda mensis aprilis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio.

Sciendum est³¹⁰ quod de duobus millibus florenis auri boni ponderis veterum ad quos domina nostra Bona de Borbonio, Sabaudie comitisse, nominibus suo et domini nostri Sabaudie comitis, transegit cum Guilliermo de Alexino, domicelli, pro iuribus et accionibus que et quas

³⁰⁸ ASTO, *Quart, châtellenie*, inventario 68, foglio 99, mazzo n° 5/2, 1389-1392.

³⁰⁹ Les comptes d'Hugues Garnier sont écrits sur parchemins cousus ensemble et numérotés par des chiffres romains.

³¹⁰ Dans la marge gauche: *vide*.

idem Vulliermus pretendebat se habere in hereditate et bonis domini Henrici domini de Quarto quondam, tamquam proximior agnatus dicti domini de Quarto quondam, restant in deposito de communi consensu dicte domine et dicti Guillermi de Alexino mille floreni auri boni ponderis veteres in manibus Jaquimini de Canali de Dovia, burgensis Auguste, qui ipsos recepit a dicto castellano Quarti, pretextu dicte transaccionis, pro ipsis implicandis in bona et legali mercandia³¹¹ quorum fructus pertineat dicto Vulliermo donec et quousque dictus Vulliermus de Alexino reperiat redditus et servicia acquirendos de eisdem mille florenis, quos redditus de ipsis acquirendos tenere debeat idem Guillermus, seu unus ex filiis ipsius, de feudo et sub homagio domini, ut dicitur plenius in libratis pecunie computorum dicte castellanie de annis Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, octuagesimo quarto, octuagesimo quinto, octuagesimo sexto, octuagesimo septimo et octuagesimo octavo, et ponatur presens memoriale in quolibet computo sequenti ad plenioram memoriam premissorum.

Item sciendum est quod Bartholomeus de Mota,³¹² olim procurator domini in Valle Augusta, debet computare de exitibus castellaniarum Quarti et Oyacie et ceteris domino ibidem pertinentibus, a die penultima inclusive mensis julii, anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo septimo, qua die dominus Henricus, dominus de Quarto quondam, decessit ab humanis, usque ad diem decimam exclusive mensis septembris, anno predicto millesimo tercentesimo septuagesimo septimo, videlicet de sex septimanis integris, exceptis tamen hiis de quibus idem Hugo Garnerii computavit in sexto computo precedenti in recepta ab eodem Bartholomeo, ut dicit in computo precedenti.

Qui castellanus juravit et sub pena viginti quinque librarum forcium tociens commictenda per ipsum quociens contrarium reperiretur, bene et fideliter computare de omnibus et singulis receptis et libratis factis per ipsum aut alium eius nomine, in dicto officio pro domino quoquomodo, castrumque et edificia domini ad sostam tenere, sumptibus domini

³¹¹ Lire *mercatura* ou *mercatione*.

³¹² Dans la marge gauche: *vide*.

moderatis, novasque constitutiones et statuta computorum domini suo posse adimplere et illesas servare.

151

Frumentum:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu per annum de viginti tribus modiis, quinque sestariis, emina et una quartana frumenti [II Quarti] prius apud Oyaciam et in dicta castellania *debitis de redditu per annum ut in computo precedenti, deductis de eisdem novem modiis, tribus sestariis, emina frumenti, debitibus per personas in computo precedenti de anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio et octuagesimo quarto specificè nominatis de mandato domine, relatione domini Aymonis de Chalant, militis, consilarii et magistri quondam computorum domini, facta in dicto computo precedenti, quas frumenti quantitates domina expediri et deliberari mandavit domine Pantassalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, per dictum castellanum virtute et ex causa ut dixit dictus dominus Aymo de Chalant in tercio computo precedenti cuiusdam compositionis, instrumenti seu litterarum receptorum, ut dixit idem dominus Aymo per dominum Egidium Drueti, secretarium domini, pretextu dotis et aliorum iurium que dicta domina Pantassalea se habere pretendebat in et super bonis dicti domini Henrici domini de Quarto, sui viri quondam, sub modis, formis, condicionibus et capitulis pro domino facientibus, declaratis, contentis et descriptis in eisdem. Et licet in computo precedenti eidem castellano fuerit iniunctum quod regithias seu extentas ibidem recepi inceptas per Johannem Gontereti, procuratorem et commissarium domini, terminari et compleri procuraret sic quod de nominibus personarum, redditus et servicia, usagia et alia tributa quecumque debencium, cum quantitatibus debitibus per easdem, in presenti computo veniret plenarie informatus, et declaraturus quantitates ibidem debitas, tam de redditu quam servicio, cum pro quantitatibus debitibus de servicio debeatur duplum de placito, quando locus evenit, et pro redditu nullum debetur placitum ut dicit et dicitur in computo precedenti, de quibus mencio fiat in singulis titulis sequentibus presentis computi, ut sciri possit quid debeatur ibidem de redditu et quid de servicio. Item cum fuerit eidem iniunctum quod litteram domine compositionis per dominam facte cum domina Pantassalee, sive sit instrumentum, habere procuraret ab eadem, taliter quod in presenti computo videretur et inseriretur quantum fuisset*

opportunitatem. Dicit tamen dictus castellanus et Johannes de Gontereto, procurator et commissarius domini predictus, quod extentas domini ibidem inceptas complere non potuit eo quod idem commissarius vacavit per dictum tempus de mandato domini complendo et recipiendo extentas domini castellanie de Cly; dicit etiam quod dictam litteram a domina Pantissalee habere non potuit pro eo quod dicta domina non fuit a tempore dicte iniunctionis citra in Valle Augusta sed moratur in partibus Burgondie. Quibus non obstantibus, iniungitur sibi³¹³ expressius quod dictas extentas seu regithias terminari faciat sic quod modus dicti servicii et redditus prout supra videatur litteramque dicte domine compositionis predictae apporet, sic quod tenor ipsius in eodem sequenti computo quantum fuerit necesse inseratur. Et computat de dicto frumento, facta deducione pro dicta domina Pantassalee ut in computo precedenti, pro termino festi beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo

- XIII modia, II sestaria, I quartanam frumenti

Decime:

Recepit de exitu decimarum que levantur in certis possessionibus consistentibus a torrente Clausi Novi, inter Sarro et Augustam, usque ad civitatem Auguste, in quibus decimis dominus de Monte Joveto percipit medietatem, dominus Jacobus Bonerii de Dovia, canonicus augustensis, tertiam partem residue medietatis, et dominus, racione castri de Quarto, duas partes ipsius medietatis, ut dicit et dicitur in computo precedenti et computat, pro termino messium anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo

- III sestaria frumenti

De exitu decime vocate de Ryns, mandamenti de Quarto, nichil computat quia dominus mandavit ipsam deciman expediri Preposito Auguste, ad quem dicta decima pertinet et pertinebat ex antiquo, licet dominus Henricus, quondam dominus de Quarto, ipsam decimam teneret pro tribus modiis siliginis, sub tamen tali condicione³¹⁴ quod quociescumque domino placuerit, illam decimam possit habere et percipere sub simili forma quam dictus dominus de Quarto quondam tenebat dum viveret, ut dicitur in quinto computo precedenti, ubi littera domini de mandato expediendi eidem Preposito dictam decimam est copiata.

³¹³ Dans la marge gauche: *vide*.

³¹⁴ Dans la marge gauche: *vide pro domino*.

[III Quarti] Exitus terrarum:

De exitu terre domini vocate de Ryns, continentis circa duas modiatas terre, nichil computat quia tradita fuit dicte domine Pantissalee pretextu compositionis supradicte, ut dicit et plenius dicitur in titulo siliginis tercii computi precedentis de anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio et octuagesimo quarto.

Cheyserie seu excheyte:

De cheyseriis seu excheytis nichil computat ibidem per tempus de quo computat ut dicit

Arragium:

Recepit a se ipso que debebat pro remanencia sui computi precedentis - XV modia, III sestaria frumenti

Summa, incluso arragio, computatis sex eminalibus pro una quartana, duabus quartanis pro una emina, duabus eminis pro uno sestario, et sex sestariis pro uno modio ut in computo precedenti

152

- XXX modia, II sestaria, I quartanam frumenti

De quibus deducuntur sibi pro liberis Johannis Marione de Morgona debentibus singulis annis unam eminam frumenti de redditu per annum pro qua in sexto computo precedenti per errorem et ex inadvertencia fuit scriptum dictos liberos debere per annum et ab ipsis recepisse unum sestarium frumenti pro anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo septimo licet non deberent per annum nisi dumtaxat unam eyminam frumenti ut in extentis domini receptis per supradictum Johannem de Gontereto, ut dicitur in computo precedenti et deducitur eisdem pro anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, pro dicto anno una emina frumenti ut in computo precedenti

- I eminam frumenti

Summa deducti: - I emina frumenti

Et sic debet: - XXX modia, I sestarium, III quartanas frumenti.

Venduntur in fine computi

Siligo:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania, tam de redditu quam servicio per annum in festo beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, et in festo beati Stephani yemalis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, de

novies viginti quatuor modiis, tribus sestariis et uno eminali siliginis in dicta castellania *et apud Oyaciam*,³¹⁵ de redditu et servicio debitis per annum ut in computo precedenti, deductis de eisdem quadraginta septem modiis, quinque sestariis, una quartana, uno eminali cum dimidio siliginis occasione qua supra in frumento,³¹⁶ et fit castellano post ipsum similis iniunctio que ibidem in frumento, et computat pro terminis festorum beati Michaelis, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, et beati Stephani yemalis, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo

- VI^{XX} XVI modia, III sestaria, I eminam, V eminalia et dimidium siliginis

Recepit a Theobaldo de Christa de Royssan pro terra de Lunyczan, eidem per dictum castellanum imperpetuum pro tanto de redditu per annum, sine introgiis aliquibus, albergata, ut in computo precedenti in festo beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo

- II modia siliginis

Decime:

Recepit de et pro exitu decimarum que levantur in certis possessionibus consistentibus a torrente Calusi <Novi> inter Sarro et Augustam usque ad civitatem Auguste, manu Johannis Roveyn, habitatoris Auguste collectoris anno presenti dicte decime, in quibus decimis dominus de Montejoveto percipit medietatem, dominus Jacobus Bonerii de Dovia, canonicus augustensis, terciam partem residue medietatis ut supra in frumento, ut eciam dicitur in computo precedenti, et computat pro termino messium anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo et respondet plus de tribus sestariis siliginis ipso anno quam anno proxime precedenti, nec plus inde recepit ipso anno ut dicit

- VIII sestaria siliginis

De exitu decime terrarum vocatarum de Ryns, nichil computat quia reperta fuit in integrum pertinere preposito Auguste, cui domino per eius litteras ipsam remisit ut supra in frumento.

Exitus terrarum:

De exitu terrarum vocatarum de Rins, nichil computat quia pertinent domine Pantissalee relicte domini Henrici de Quarto quondam, occasione qua supra in frumento.

³¹⁵ Les mots sont ajoutés dans la marge droite avec un signe de renvoi.

³¹⁶ Dans la marge gauche: *vide*.

Cheyserie seu excheyte:

De cheyseriis seu excheytis nichil computat ibidem per tempus de quo computat ut dicit.

Arragium:

Recepit a se ipso que et quas debet pro remanencia sui computi precedentis

- II^C LXI modia, I sestarium, III quartanas, III eminalia et duodecimum unius eminalis siliginis

De quibus libravit domino Berthodo, priori Sancti Ursi Auguste, quos, ultra capones et pecuniam inferius in suis titulis allocatos pro eodem, dictus dominus de Quarto quondam eidem domino priori annuatim debebat pro feudo quod ab eadem ecclesia tenebat, ut in instrumento confessionis, recognicionis et regithie domini Henrici, militis, domini de Quarto quondam, factis ecclesie et priori predictis, instrumento recepto per Martinum de Campolorenzal, notarium publicum, sub anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo, indicione [III Quart] octava, die ultima mensis maii, copiato de verbo ad verbum in quarto computo precedenti, et solvit sibi pretextu littere domini, copiate simili modo in dicto quarto computo precedenti, de mandato solvendi et allocandi, et allocantur sibi pro termino festi beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, per litteram publicam dicti domini Berthodi prioris de confessione et recepta, datam die decima quarta mensis februarii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, quam reddit manu Johannis Gontereti de Augusta notarii signatam, continentem confessionem de recepta decem septem solidorum et unus denarii monete Auguste sibi debitorum per annum sacriste ecclesie Sancti Ursi, pro dictis anno et termino pro vigiliis domino de Quarto quondam ibidem celebrandis - V sestaria, III quartanas siliginis

Libravit Petro, filio Jaquimini Peronini des Alex quondam de Effra, in quibus vir nobilis et potens dominus Henricus dominus de Quarto, miles quondam, eidem Jaquimino tenebatur de censu per annum pro quadam pecia prati domini sita in pratis domini apud Oloes,³¹⁷ que movetur de feudo dicti Jaquimini quondam sub annua pensione infrascripta, ut in quodam instrumento vendicionis facte per Petrum et Johannem fratres, filios quondam Colerii Arborum de Segnins, de laude

³¹⁷ Lire Oloes.

et consensu Jaquimini Peronini de Alloes de Effra supradicto domino Henrico domino de Quarto quondam, instrumento recepto per Johannem Petri Gontereti de Augusta, notarium publicum, sub anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo, indicione octava, die quinta mensis maii, cuius tenor in quinto computo precedenti de verbo ad verbum est insertus, et solvit sibi pro terminis festi beati Michaelis anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, per litteram publicam dicti Petri de confessione et recepta, datam Auguste die prima mensis junii, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, quam reddit manu supradicti Johannis Gontereti notarii signatam, continentem eciam confessionem de recepta unius denarii monete Auguste sibi simili causa debiti qui eidem inferius in libratis pecunie allocatur

- IX eminalia siliginis

153 Libravit Petro Vuillermete de Avisio, parrochie Quarti, in quibus dictus dominus Henricus, dominus de Quarto quondam, dicto Petro tenebatur annuatim pro quadam pecia prati, sita in pratis domini apud Oloes, ut in quodam publico instrumento recepto per Johannem de Gontereto notarium, anno Domini millesimo tercentesimo sexagesimo nono, indicione septima, die decima quarta mensis januarii, cuius tenor in quinto computo precedenti de verbo ad verbum est insertus. Et solvit eidem pro terminis festi beati Michaelis anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, per litteram publicam dicti Petri Vuillermete de confessione et recepta, datam Auguste die duodecima mensis maii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, quam reddit, manu supradicti Johannis Gontereti notarii signatam, continentem eciam confessionem de recepta trium denariorum monete Auguste sibi simili causa debitorum, qui eciam inferius in libratis pecunie allocantur

- II sestaria siliginis

Libravit domino Jacobo de La Suera, capellano prebendario altaris Beate Marie, siti in ecclesia Sancti Ursi Auguste, percipienti ratione dicti altaris singulis annis de censu quinque sestaria, eminam siliginis, unum obulum servicii et unum denarium de placito quando accidit, pro et super quadam pecia prati domini in quinto computo precedenti plenius confinata, sita loco dicto Establo, de feudo dicti altaris existente, que pecia prati ad manus domini Henrici domini de Quarto quondam pervenit ex successione Alixandri de Stabulo, de et pro quibus tam in presenti quam precedentibus computis computavit in recepta pro dicta pecia prati et certis aliis rebus, videlicet superius cum maiori summa de

septem modiis siliginis et inferius pro eodem de viginti solidis monete Auguste computabit, ut per instrumentum albergamenti dicto Alixandro facti, cuius tenor in quinto computo precedenti de verbo ad verbum est insertus, et solvit sibi pro termino festi beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, per litteram publicam dicti domini Jacobi de confessione et recepta, datam Auguste die decima sexta mensis februarii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, quam reddit manu Johannis Gontereti de Augusta notarii signatam, continentem eciam confessionem de recepta unius oboli monete Auguste sibi pro eodem inferius in libratis pecunie more solito allocati - V sestaria, eminam siliginis

[IV Quarti] Rivus Prepositi:

Libravit Bonifacio, genero Aymonodi Champapont, custodi rivi domini vocati de Preposito, a loco principii dicti rivi, vocato de La Morina, usque ad locum vocatum de Valle Suana, subtus Roysan,³¹⁸ quasi per unam leucam, per quod spacium custodire debet dictum rivum pro uno modio siliginis per annum, ultra seraceum, vinum et pecuniam sibi inferius in suis titulis allocatos, et solvit eidem de mandato, modis et causis in computis precedentibus plenius declaratis et expressis, pro anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, per litteram publicam dicti Bonifacii de confessione et recepta, datam Auguste die decima quarta mensis maii, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, quam reddit manu Johannis Gontereti de Augusta notarii signatam, continentem confessionem de recepta duorum seraceorum et dimidium, unius sestarii vini et sexaginta solidorum monete Auguste sibi pro eodem libratorum et eidem castellano inferius in suis titulis allocatorum more solito - I modium siliginis

Reparacio dicti rivi:

Libravit in operibus et reparacione supradicti rivi domini vocati de Preposito prout inferius specificice declaratur. Et primo, manu Bonifacii, generi quondam Aymonodo Champapont de Roesan, administratoris aque dicti rivi, pane dato sexcies viginti et quatuor hominibus operariis de roydis seu corvatis, quasi per unam diem vacantibus anno infrascripto tempore quadragesime in reparacione dicti rivi, a loco de la Moryna, ubi dictus rivus trahitur in aqua Bautegii, usque apud Roesan, capiente quolibet per diem quinque quarteria panis, et sit in quolibet

³¹⁸ Lire Roysan.

eminali unus panis, seu de quolibet sestario siliginis viginti quatuor panes more solito, ut in computo precedenti, et allocantur eidem per litteram publicam dicti Bonifacii de testimonio premissorum, datam Auguste die decima quarta mensis maii, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, quam reddit in quadam cedula papirea cum quadam alia littera inferius reddita scriptam, et manu Johannis Gontereti de Augusta notarii signatam, ultra nuces et vinum in dicta *in dicta*³¹⁹ littera descriptas et eidem inferius pro eodem allocatas

- I modium, I quarteronem, V eminalia siliginis

Libravit pane dato quadraginta duobus hominibus operariis, vacantibus quasi per unam diem anno quo supra videlicet tempore quadregime, duodecim operariis, et post Pascha triginta, cachiando et conducendo per aquam Bautegee a ponte Oyacie vel circa supra dictum pontem usque ad dictum rivum Prepositi pro coperiendo dictum rivum in locis solitis, videlicet circa sex viginti et decem billionos nemoris brenve, repertos et extractos de gorgiis seu balmis et ruynis supra dictum pontem, et qui ibidem remanserant alias cum major quantitas billionorum per dictam aquam Bautegee conducerentur ad opus dicti rivi coperiendi, capiente quolibet homine tam pro expensis quam salario unum panem cum dimidio siliginis, unum quarteronem vini et duos solidos monete Auguste, et vacantes in reparacione dicti rivi, quilibet unam ambostatam nucum, ut per litteram publicam Petri Morelli de Rivo, administratoris aque dicti rivi domini vocati de Preposito, de testimonio premissorum, confessioneque et recepta, datam Auguste die decima quarta mensis maii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, quam reddit manu Johannis Gontereti de Augusta notarii signatam, continentem confessionem de recepta vini, seracei, nucum et pecunie que sibi inferius in suis titulis allocantur

- II sestaria, eminam, III eminalia siliginis

Alpis de Chavalari:

Libravit Petro de Pasquerio et eius consortibus de Ryegni, parrochie Quarti, tenentibus alpem de Chavalari, quibus dominus de Quarto quondam annuatim solvere consuevit, quando solvunt quatuor caseos debitos per tenentes dictam alpem quando vestitur, id est bestie ponuntur in eadem pro fructo fiendo, de quibus quatuor caseis dictus castellanus infra computat sub eorum titulo in recepta, et allocantur

³¹⁹ Biffé.

eidem pro anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo
more solito, ut in computo precedenti - III eminalia siliginis

Alpis de Seneveri:

154 Libravit Johannodo de Balma de Quarto et eius consortibus
tenentibus alpem de Seneveri, que dictus dominus Henricus, dominus de
Quarto quondam, annuatim solvebat dictis consortibus **[VI Quarti]**
quando dicta alpis vestitur, id est quando bestie mictuntur in eadem ad
fructum faciendum, pro duobus caseis domino debitis pro dicta alpe de
quibus infra computat sub eorum titulo in recepta, et solvit eidem pro
anno Domino millesimo tercentesimo nonagesimo primo

- II eminalia siliginis

Deducuntur eidem pro Hugoneto, filio Valleti de Vigniel, Petro
Hugoneti de Vigniel, Vallichono de Vigniel et suis consortibus causam
habentibus Hugoneti de Vigniel, pro quibus computatum fuit in
computo dicti loci Quarti de anno Domini millesimo tercentesimo
septuagesimo septimo particulariter de tribus sestariis siliginis, ex
inadvertencia scriptoris et castellani, licet non debeantur nisi dumtaxat
tres emine siliginis de censu per annum, prout fidem fecit in quinto
computo precedenti per duo publica instrumenta in eodem computo de
verbo ad verbum copiata, que tria sestaria siliginis eciam includuntur in
summa recepte dicte siliginis, et deducuntur eidem pro anno Domini
millesimo tercentesimo nonagesimo primo - III eminas siliginis

Deducuntur eidem pro Bartholomeo et Johanne Perole et suis
consortibus pro quibus computavit in suis computis precedentibus et
presenti summarie et in computo de anno Domini millesimo
tercentesimo septuagesimo septimo particulariter, de tribus eminis, uno
eminali et dimidio siliginis, ex inadvertencia et per errorem dicti
castellani, licet non debeant nisi dumtaxat tres eminas siliginis de censu
per annum, ut per confessiones et recogniciones dicti Bartholomei factas
per ipsum nominibus suo et Johannis eius fratris et consortium suorum
designatorum in quinto computo precedenti, et deducuntur eidem pro
annis Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo more solito, ut
in computo precedenti - I eminale et dimidium siliginis

Sciendum est quod Petrus Macheti de Escheveno et consortes sui,
debentes de redditu annis alternis quinque sestaria siliginis in festo beati
Michaelis, de quibus particulariter computavit in suo computo de anno
Domini millesimo tercentesimo septuagesimo septimo et eciam in
presenti summarie quemadmodum si annuatim deberentur pro anno

Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, licet debeant ut supra dumtaxat annis alternis, prout fidem fecit in quinto computo precedenti per instrumentum publicum *recognicionis*³²⁰ dicti Petri Macheti, receptum per Johannem Gontereti notarium, procuratorem et receptorem extentarum domini in Valle Augusta, anno Domini millesimo tercentesimo sexagesimo secundo, indicione decimaquinta die vicesima quarta mensis septembris, copiatum in quinto computo precedenti, que quinque sestaria siliginis deducuntur castellano post ipsum in suo computo sequenti, si de ipsis computet pro anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo.

Prandia:

Libravit personis in quinto computo precedenti speciffice et particulariter nominatis et descriptis pro prandiis datis et debitis eisdem singulis annis in crastinum Nativitatis Domini, dum solvunt servicia debita per easdem more solito, ut in computo precedenti, que prandia sunt numero triginta quinque, quartus et sextus unius prandii, ultra duodecim prandia tradita supradicte domine Pantasalee ut supra, et datur pro quolibet prandio dimidius panis siliginis valoris dimidii eminalis siliginis, ut in computo precedenti, et alloquantur eidem pro termino festi beati Stephani prothomartiris crastini festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo

- XVII eminalia, tercium, quartum, dimidium quartum unius eminalis siliginis

155 *Collectura feni:*

Libravit manu Johannis Cuaa de Dovia, porterii Quarti, pane dato decem septem hominibus operariis de roedis seu corvatis, vacantibus quasi per unam diem recolligendo et levando fena decimarum pratorum domini de Stanno et herbagiorum domino debitorum a Maladeria usque ad Pontem Lapideum *versus Sanctum Christoforum*³²¹ in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, capiente quolibet per diem quinque quarteria panis siliginis ut in computo precedenti, ultra vinum et seraceum sibi inferius in suis titulis pro eodem allocatos, de quo feno inferius computat in titulo feni: - I eminam, I quartanam, III eminalia et quartum unius eminalis siliginis. Item pane dato viginti octo hominibus

³²⁰ Le mot est ajouté dans la marge droite avec un signe de renvoi.

³²¹ Biffé.

operariis de roedis seu corvatis vacantibus quasi per unam diem cindendo de nemore biolarum in insula domini de Quarto pro circulis fiendis et portando **[VII Quarti]** in Villafrancham, castrum Quarti et Augustam pro doliis religandis ad vinum domini recoligendum in eisdem, in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, capiente quolibet per diem quinque quarteria panis prout aliis supra: - I sestarium, I quartanam, V eminalia siliginis. Item pane dato quatuor hominibus operariis et quinque mulieribus de roedis seu corvatis quasi per unam diem vacantibus tam sucuciendo et colligendo nuces arborum domini prope et circa castrum Quarti, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, capiente quolibet, tam homine quam muliere, quinque quarteria panis prout supra: - I quartanam, V eminalia et quartum unius eminalis siliginis. Item ad expensas duorum hominum operariorum de roedis seu corvatis, vacancium quasi per unam diem vindimiando quandam peciam vinee sitam subtus castrum domini de Quarto, loco dicto Vinea de Larchet, que erat Mathei, filii quondam Perrini Magni Bastardi de Quarto, capiente quolibet quinque quarteria panis siliginis ut supra, ultra vinum et seraceum sibi inferius allocatos pro eodem: - II eminalia et dimidium siliginis. Item pane dato undecim hominibus operariis de roedis seu corvatis quasi per unam diem vacantibus putando et fodendo dictam vineam tempore quadragesime, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, capiente quolibet ut supra, ultra vinum et nuces sibi inferius in suis titulis allocatas: - I eminalia, I eminale et tres partes unius eminalis siliginis. Item pane dato sex hominibus operariis de roedis seu corvatis vacantibus quasi per unam diem serviendo et ministrando Dominico de Vielli Morta de Villafrancha, carpentatori, in reparacione coperture tectorum castri domini de Quarto, reparatorum anno predicto millesimo tercentesimo nonagesimo primo, capiente quolibet ut supra: - I quartanam, I eminale et dimidium siliginis. Item pane dato decem octo hominibus operariis de roedis seu corvatis, vacantibus quasi per unam diem cindendo bornellos in nemore domini vocato de Panperdu, ipsosque ad castrum domini de Quarto portando et illos partim perforando, pro reparacione bornellorum fontis castri domini de Quarto, anno predicto millesimo tercentesimo nonagesimo primo, implicatos ibidem, capiente quolibet per diem quinque quarteria panis siliginis, ultra seraceum et vinum sibi inferius pro eodem allocatos: - III quartanas, III eminalia et dimidium siliginis. Et allocantur sibi per

litteram publicam supra nominati Johannis Cuaa de testimonio premissorum, receptam per Johannem Gontereti de Augusta notarium publicum, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, die vicesima octava mensis maii, quam reddit manu dicti notarii signatam, ultra vinum, seraceum et nuces in dicta littera descriptos et infra in suis titulis allocatos

- IIII sestaria, emnam V eminalia et tres partes unius eminalis siliginis

Libravit manu Guillermi Cutellerii, clerici, pane dato sex hominibus operariis de roidis seu corvatis, vacantibus quasi per unam diem flagellando blada decime domini de Augusta, et aliis pareriis domini in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, capientibus quolibet ut supra per litteram publicam dicti Guillermi Cutellerii de testimonio premissorum confessioneque <et> recepta, datam in castro Quarti die vicesima octava mensis maii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, quam reddit manu Johannis Gontereti de Augusta notarii signatam

- I quartanam, I eminale et dimidium siliginis³²²

Deducuntur eidem pro Reynardo,³²³ naturali de Quarto quondam, cuius bona ob mortem ipsius Reynaldi, deffuncti sine liberis, ad manus domini pervenerunt, de quorum bonorum fructibus et exitibus computat tam infra quam supra in recepta, qui Reynaldus sue vite temporibus domino debebat per annum unum sestarium siliginis et duodecim denarios servicii, de quibus idem castellanus computavit particulariter in suo computo dicti officii de anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo³²⁴ septimo, et in singulis suis aliis computis sequentibus cum maiori summa, et deducitur eidem dictum sestarium siliginis pro anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, pro quo anno computat, quod sue res pro quibus debebatur dictum sestarium siliginis tradite fuerunt per dictum Reynaldum naturalem de Quarto quondam Johanni de Ramusy pro viginti duobus solidis monete Auguste et uno capone per annum, de quibus infra in suis titulis computat ut dicit

- I sestarium siliginis

³²² La phrase est ajoutée dans la marge droite avec un signe de renvoi.

³²³ Lire *Reynaldo*.

³²⁴ Lire *octuagesimo*.

[VIII Quarti] Allocantur eidem que domina habuisse et realiter recepisse ab eodem castellano confessa fuit per manus Anthonii Fabri, secretarii et clerici³²⁵ expensarum hospicii domine, qui de ipsis computare debebit de preyssia dicte castellanie anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, ut per litteram domine de testimonio premissorum cum mandato allocandi, datam Auguste die vicesima sexta mensis julii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, quam reddit manu dicti Anthonii Fabri signatam et eius signeto sigillatam, continentem eciam testimonium confessionis et recepte viginti trium gallinarum et quinquaginta octo fassorum feni, que quantitates inferius in suis titulis eidem allocantur - XII modia siliginis

Summa librate et allocati:

- XVIII modia, I sestarium, I quartana, I eminale, tercius, dimidius quartus unius eminalis siliginis

Et sic debet:

- III^C IIII^{XX} III modia, I quartanam, II eminalia et dimidium quartum unius eminalis siliginis

Venduntur in fine computi

156

Avena:

Item reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu per annum circa festum beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, videlicet ab Aymoneto Curnillion, genero Anthonii Sulpicii de Ponte, parrochie Sancti Christofori, ut in computo precedenti - I modium avene

Decime:

Recepit manu Johannis de Roveyn, habitatoris Auguste, de et pro exitu decimarum que levantur in certis possessionibus consistentibus a torrente Clausi Novi, inter Sarro et Augustam, usque ad civitatem Auguste, in quibus decimis dominus de Montejoveto percipit medietatem, dominus Jacobus Bonerii de Dovia, canonicus augustensis, terciam partem residue medietatis ut supra in frumento et siligine, in messibus anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, et respondet plus ipso anno de tribus quartanis avene quam anno proxime precedenti, nec inde plus recepit ut dicit - I sestarium avene

³²⁵ Dans la marge gauche: *Anthonius Fabri*.

Arragium:

Recepit a se ipso quas debebat pro remanencia sui computi
precedentis - I modium, I sestarium, I quartanam avene

Summa incluso arragio: - II modia, II sestaria, I quartanam avene
Venduntur in fine computi.

Ordeum:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu
per annum circa festum beati Michaelis, anno Domini millesimo
tercentesimo nonagesimo primo, ut in computo precedenti, de octo
sestariis, una quartana et dimidia ordei domino in dicta castellania *et*
*apud Oyaciam*³²⁶ deberi solitis de redditu per annum, deductis quinque
sestariis, emina, una quartana et tribus eminalibus ordei, per dominam
domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto
quondam, traditis occasione qua supra in frumento, debitis in locis et per
personas in computo de annis Domini millesimo tercentesimo
octuagesimo tercio et octuagesimo quarto particulariter descriptas, et
fiunt eidem castellano similes iniunctiones³²⁷ que supra in frumento
- II sestaria, emina ordei

Marescalcia:

Recepit a Berthodo Mugnerii de Lignyan et consortibus suis de et
pro marescalcia per annum, debita per eosdem in festo beati Michaelis
anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, et quia in
computo precedenti dicto castellano fuit iniunctum quod in presenti
computo nominaret dictos consortes, dicit idem castellanus prout dixit in
suo computo precedenti quod dictam iniunctionem adimplere non potuit
nec potest donec regithie et extente domini que recipiuntur ibidem per
Johannem Gontereti de Augusta notarium et commissarium per
genitorem domini ad hec deputatum, sint complete, quibus non
obstantibus iniungitur³²⁸ castellano post ipsum quod dictas regithias
recepti et compleri procuret taliter quod in suo sequenti computo dictos
consortes possit nominare et specificare aut alias clarius respondere

³²⁶ La phrase *et apud Oyaciam* est ajoutée dans la marge droite avec un signe de renvoi.

³²⁷ Dans la marge gauche: *vide*.

³²⁸ Dans la marge gauche: *vide*.

- I sestarium ordei

Recepit a quinque personis in quinto computo precedenti de anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo septimo declaratis **[IX Quarti]** et specifffice nominatis de redditu per annum, ut in computo precedenti, in festo beati Michaelis, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo - XIII sestaria ordei

Cheyserie seu excheyte:

De cheyseriis seu excheytis nichil ibidem quia nichil pro eisdem recepit per tempus de quo computat ut dicit.

Arragium:

Recepit a se ipso que debebat pro remanencia sui computi precedentis - V modia, III sestaria ordei

Summa, incluso arragio, computatis mensuris ut supra in frumento

- VIII modia, I sestarium, emina ordei

Venduntur in fine computi.

Pisa ciseria:

De exitu terre domini vocate de Ryns, nichil computat in pisis ciseris occasione superius in frumento declarata.

Ligumina pro cheyseriis seu excheytis:

De liguminibus pro cheyseriis seu excheytis nichil computat quia nichil pro eisdem recepit per tempus de quo computat ut dicit.

157

Nuces:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu per annum circa festum beati Michaelis, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, de novem sestariis nucum domino pridem debitis ibidem de redditu per annum ut in computo precedenti, deductis de ipsis duobus sestariis nucum per dominam domine Pantissalee, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, traditis occasione qua supra in frumento et apud Vallem Pellinam per Johannem, filium Francisci Enfantays - VII sestaria nucum

Recepit manu Johannis Cuaa de Dovia, porterii Quarti, de et pro exitu arborum nucum terrarum domini de Quarto, tam ante, circa et retro dictum castrum Quarti, quam eciam in ortis domini et viridariis domini circumstantibus, et de exitibus arborum nucum terrarum domini de Ryns

nichil computat, quia tradite fuerunt dicte domine Pantissalee, occasione qua supra in frumento in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo et respondet plus ipso anno de quinque sestariis et una emina nucum quam anno proxime precedenti, nec inde plus recepit ut dicit - VII sestaria nucum

De exitu arborum nucum viridarii Reynaldi, naturalis domini de Quarto quondam, quod pervenit ad manus domini ut in computo precedenti, nichil computat quia dominus dictum viridarium una cum domo dicti Reynaldi quondam, sita loco dicto La Vanchella, et quadam pecia vinee continente circa septem fossoriatas sita loco dicto Reyes, cum suis confinibus, albergavit perpetuo Petro de Bocza de Valle Augusta, pro sexcies viginti florenis auri boni ponderis veteribus, ad rationem quatuordecim solidorum monete domini pro quolibet dictorum florenorum, per dominum a dicto Petro de Bocza, habitorum, manu Anthonii Fabri secretarii et thesaurarii expensarum hospicii domine, qui de ipsis computat seu computare debet in suo computo dictarum thesaurarie et expensarum de anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, et de quibus idem Petrus de Bocza habet litteram domini de albergamento testimonioque et confessione premissorum, sub usagiis et tributis inde dari consuetis, datam Rippallie die quinta mensis maii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, prout dicitur in computo Anthonii Fabri supradicto. Et quia in computo precedenti dicto castellano fuit iniunctum quod in presenti computo apportaret dictam litteram sic quod tenor ipsius videretur et in eodem computo quantum necesse foret inseretur, dicit idem castellanus quod dictam iniunctionem adimplere non potuit pro eo quod dictus Petrus de Bocza non est in Valle Augusta sed moratur cum domina de Quarto in partibus Burgondie ut dicit, quibus non obstantibus iniungitur castellano post ipsum quod dictam litteram habere cum effectu procuret a supradicto Petro de Bocza, et ipsam in sequenti computo apportet ut tenor ipsius littere plenius videatur et in dicto sequenti computo lacius inseratur.

Arragium:

Recepit a se ipso que et quas debebat pro remanencia sui computi precedentis - VIII sestaria, III quartanas, II ambostatas nucum

Summa, incluso arragio

- III modia, III sestarii, III quartane, II ambostate nucum

De quibus libravit manu Bonifacii, generi quondam Aymonodi Champapont, de Roysan, custodis rivi domini vocato de Preposito, ad expensas sexcies viginti quatuor hominum operariorum de roydis seu corvatis, vacancium tempore quadragesime in reparacione supradicti rivi domini vocati de Preposito, quasi per unam diem a loco de la Morina ubi dictus rivus trahitur in aquam [X Quart] Bauthegii usque ad Roysan, capiente quolibet per diem unam ambostatam nucum, de quibus sunt quadraginta octo ambostate in quolibet sestario, more solito ut in computo precedenti, et sic librantur in quolibet sestario quadraginta octo homines operarii, ultra panem et vinum sibi pro eodem ministratos, et inferius in vino et superius in siligine allocatos, ut per litteram publicam dicti Bonifacii de testimonio premissorum, datam die decima quarta mensis maii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, superius redditam in libratis siliginis:

- II sestaria, eminam, IIII ambostatas nucum.

Libravit manu Petri Morelli supradicti ad expensas duodecim hominum, vacancium quasi per unam diem tempore quadragesime anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, ultra triginta operarios post Pascha laborantes ad idem, chaciando et conducendo per aquam Bauthegii a ponte Oyacie vel circa dictum pontem usque ad dictum rivum Prepositi pro coperiendo dictum rivum in locis solitis, sexcies viginti et decem billionos nemoris brenve, repertos et extractos de gorgiis seu balmis et ruynis supra dictum pontem et qui ibidem remanserant cum maior quantitas billionorum per dictam aquam Bauthegii conduceretur ad opus dicti rivi coperiendi, capiente quolibet per diem ultra panem et vinum unam ambostatam nucum ut supra per litteram publicam dicti Petri Morelli de testimonio premissorum, datam Auguste die decima quarta mensis maii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo superius redditam in libratis siliginis

158

- I quartanam nucum

Libravit manu Johannis Cua de Dovia porterii castris Quarti, ad expensas undecim hominum operariorum de roydis seu corvatis quasi per unam diem vacancium putando et fodendo vineam supradictam que fuit Mathei filii quondam Perrini Magni Bastardi de Quarto, sitam subtus castrum Quarti loco dicto Vinea de Larchet, tempore quadragesime anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, capiente quolibet per diem ultra panem et vinum unam

ambostatam nucum, per litteram publicam dicti Johannis Cua de testimonio premissorum, datam in castro Quarti die vigesima octava mensis maii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, superius redditam in libratis siliginis - XI ambostatas nucum

Summa librate: - III sestaria, III ambostate nucum
Et sic debet: - III modia, I sestarium, eminam, XI ambostatas nucum
Venduntur in fine computi.

Casei:

De quindecim quintalibus, duodecim libris cum dimidia casei in dicta castellania debitis de reddito per annum, nichil computat, quia domina ipsa tradidit domine Pantassalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto condam, occasione declarata in tercio computo precedenti, in quo nomina personarum et quantitates per ipsas debite plenius et specificè describuntur.

Alpagium:

Recepit a Johannodo, fratre Johannis de Balma de Quarto quondam, et filio quondam Jaquemeti Corna de Morgona et consortibus eorum pro alpe de Seneveri, pro duobus caseis domino ibidem debitis per annum circa festum beati Michaelis, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo - XIII libras caseorum

Recepit a Johanne, filio Petri de Pasquerio, et consortibus suis pro alpe de Chavaleyri, pro quatuor caseis domino debitis per annum quando vestitur, id est quando bestie ponuntur in eadem alpe pro fructu faciendo, et quando dicti quatuor casei solvuntur debet dari solventibus pro quolibet caseo unus panis siliginis, valoris unius eminalis siliginis, ut dicitur in computo precedenti; et simili modo solvuntur duo panes pro duobus caseis ut supra debitis pro alpe de Segneveri, et computat pro termino festi beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo - XXX libras caseorum

Arragium:

Recepit a se ipso quas debebat pro remanencia sui computi precedentis - III^{XX} libras caseorum

Summa incluso arragio: - VI^{XX} XII libre caseorum
Venduntur in fine computi.

Seracei:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de quaterviginti quindecim seraceis pridem domino debitis in dicta castellania de redditu per annum circa festum beati Michaelis anno Dominii millesimo tercentesimo nonagesimo primo, ut in computo precedenti, deductis de ipsis septuaginta quinque seraceis cum dimidio per dominam domine Pantissalee predictae, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, traditis occasione superius in frumento declarata, debitisque per personas in tercio computo precedenti specificissime [XI Quarti] descriptas, in quo quantitates etiam et particule per dictas personas debite particulariter sunt descripte. Et fit eidem castellano post ipsum similis iniunctio³²⁹ que supra in frumento, tam super declaratione servitorum et reddituum, quam super apportacione litterarum dicte domine Pantissalee - XIX seraceos et dimidium

Arragium

Recepit a se ipso quos debebat pro remanencia sui computi precedentis

- XXVI seraceos, IIII ruczes, tercius, quartus, dimidium quartus unius rucze seracei

Summa incluso arragio:

- XLV seracei, IX ruczes, tercius, quartus, dimidius quartus unius rucze seracei

Rivus Prepositi.

De quibus libavit Bonifacio, genero Aymonodi Champapont, de Roysano, custodi rivi domini vocato de Preposito, capienti pro custodia dicti rivi ut supra in siligine et ut in computo precedenti, et solvit sibi pro termino festi beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, per litteram publicam dicti Bonifacii de confessione et recepta, datam Auguste die decima quarta mensis maii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, superius redditam in libratibus siliginis - II seraceos et dimidium ad decem

Opera dicti rivi:

Libavit manu Petri Morelli de Rivo, administratoris dicti rivi domini vocati de Preposito, ad expensas triginta hominum operariorum qui non sunt de roydis, quasi per unam diem vacancium post Pascha, in anno

³²⁹ Dans la marge gauche: *vide*.

Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, ultra duodecim homines qui dicto anno, tempore quadragesime, vacaverunt ad idem ut supra in siligine, ad chaciandum et conducendum per aquam Bauhegii a ponte Oyacie vel circa usque ad dictum rivum Prepositi pro coperiendo dictum rivum in locis coperiri solitis, videlicet sexcies viginti et decem billionos nemoris breve, repertos et extractos de gorgiis seu balmis et ruynis supra dictum pontem, et qui ibidem remanserant alias cum maior quantitas billionorum per dictam *aquam*³³⁰ Bauhegii conducebatur ad opus dicti rivi coperiendi, capiente quolibet per diem dimidiam ruczam seracei, ultra panem, vinum et pecuniam sibi datos pro eodem, per litteram publicam dicti Petri Morelli de testimonio premissorum, datam Auguste die decima quarta mensis maii, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, superius redditam in libratis siliginis
- XV ruczses seracei ad decem

Libravit manu Johannis Cua de Dovia, porterii castri Quarti, ad expensas decem septem hominum operariorum de roydys seu corvatis quasi per unam diem vacancium levando et colligendo fena decimarum pratorum de Stagno³³¹ et herbagiorum a Ponte Lapideo versus Sanctum Christoforum, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, capientibus singulis sex hominibus operariis de roydys seu corvatis unam ruczam seracei, et fiunt in quolibet seraceo ante carnisprivium duodecim rucze seu partes, et post Pascha decem rucze, et omni tempore de qualibet rucza libratur sex operarii sequatoribus³³² vero pratorum dantur singulis quatuor una rucza et illis quibus supra prandium datur in siligine singulis octo una rucza seracei, ut dicit et dicitur in computo precedenti, ultra panem et vinum sibi pro eodem allocatos, ut per litteram publicam dicti Johannis Cua de testimonio et recepta, datam in castro Quarti die vicesima octava mensis maii, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, superius redditam in librata siliginis:
- II ruczses et dimidiam et tercium unius rucze seracei. Item ad expensas viginti octo hominum operariorum de roydys seu corvatis quasi per unam diem vacancium cindendo de nemore biolarum in insula Quarti pro circulis fiendis et portandis in Villam Francham, castrum Quarti et Augustam pro doliis in quibus vinum domini anno Domini millesimo

³³⁰ Le mot est ajouté dans la marge droite avec un signe de renvoi.

³³¹ Lire *Stanno*.

³³² Lire *operariis secatoribus*.

tercentesimo nonagesimo primo fuit repositum, capiencium per diem ut alii supra: - IIII ruczes et duas partes unius rucze seracei. Item ad expensas quatuor hominum et quinque mulierum operariorum de roydys seu corvatis quasi per unam diem vacancium sucuciendo et colligendo nuces prope et circa castrum domini de Quarto anno predicto [XII **Quarti**] millesimo tercentesimo nonagesimo primo, capiencium ut supra: - I ruczam et dimidiam seracei. Item ad expensas duorum hominum operariorum de roydys seu corvatis, quasi per unam diem vacancium vindemiando quandam peciam vinee sitam subtus castrum Quarti, loco dicto Vinea de Larchet, que fuit Mathei, filii quondam Perrini Magni Bastardi de Quarto, que domino pervenit ut infra, capiencium prout alii supra: - tertium unius rucze seracei. Item ad expensas sex hominum operariorum de roydys seu corvatis quasi per unam diem vacancium, serviendo et ministrando Dominico de Vielli Morta de Villafrancha, carpentatori, in reparacione tectorum castri domini de Quarto, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, capiencium ut supra: - I ruczam seracei. Item et ad expensas decem octo hominum operariorum de roydys seu corvatis, vacancium quasi per unam diem cindendo bornellos pro fonte castri domini de Quarto in nemore de Panperdu supra Quartum, et ipsos apportando ad dictum castrum Quarti, ipsosque perforando et implicando in reparacione bornellorum dicti fontis, capiencium ut supra: - III ruczes seracei, ut per litteram publicam dicti Johannis Cua supra in principio presentis librate designatam et in libratibus siliginis reddictam

- I seraceum, III ruczes et tertium unius rucze seracei ad decem

- 160** Libravit manu Guillermi Cutellerii ad expensas sex hominum operariorum de corvatis seu roydys quasi per unam diem vacancium ad flagellandum blada decime domini in Augusta cum aliis pareriis domini in dictis decimis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, ut per litteram publicam dicti Guillermi Cutellerii de testimonio premissorum, datam in castro Quarti die vicesima octava mensis maii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, superius redditam in libratibus siliginis - I ruczam seracei ad X

Prandia:

Libravit illis quibus solvendo servicia prandia dantur ut supra in libratibus siliginis, et datur singulis octo pro prandio una rucza seracei, et fiunt in seraceo duodecim rucze cum fit ante carnisprivium, scilicet in crastinum Nativitatis Domini incipiente currere anno Domini millesimo

tercentesimo nonagesimo secundo, more solito ut in computo precedenti,

- IIII ruczes, quartum et sextum unius rucze seracei ad duodecim

Summa librate : - V seracei, VIII ruczes et sextus duodecime partis unius seracei

Et sic debet: - XL seraceos, I ruczam, II tercios unius rucze et tercium duodecime partis unius rucze seracei ad X

Venduntur in fine computi.

Butiri :

De triginta libris butiri prius domino debitis in dicta castellania de redditu per annum per Georgium Alamandi, Jacobum Veillionis et liberos Jacobi Alamandi, habitatores vallis Oyacie, nichil computat quia domina domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, tradidit dictas triginta libras butiri occasione qua supra in frumento. Et fiunt castellano post ipsum similes iniunctiones³³³ que supra in frumento.

Senapium:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de una emina, duobus eminalibus senapii pridem domino debitis ibidem de redditu per annum, ut in computo precedenti, deductis de ipsis duobus eminalibus senapii debitis apud Doviam, videlicet per personas et particulas in secundo computo precedenti particulariter nominatas et descriptas per dominam domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, occasione quo supra in frumento traditis in festo beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, et fit castellano post ipsum similis iniunctio³³⁴ que supra in frumento

- I eminam senapii

Arragium:

Recepit a se ipso quod debebat pro remanencia sui computi precedentis

- I sestarium senapii

Summa incluso arragio:

- I sestarium, emina senapii

³³³ Dans la marge gauche: *vide*.

³³⁴ Dans la marge gauche: *vide*.

Venduntur in fine computi

Capones et galline:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de quater centum decem octo caponibus, quarta parte unius caponis et quinta parte duodecime partis unius caponis, pridem debitis in dicta castellania de redditu per annum circa carnisprevium, et de viginti caponibus ibidem plus deberi repertis de redditu per annum eodem termino per dictos castellanum et Johannem Gontereti notarium, receptorem extentarum domini in dicta castellania Quarti, ut in computo precedenti, quequidem *due*³³⁵ particule sunt in summa quatercentum triginta octo capones, quarta pars unius caponis et quinta pars duodecime partis unius caponis, deductis de ipsis ducentis sexaginta septem caponibus et dimidio per dominam domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, traditis occasione qua supra in frumento, debitis per personas **[XIII Quarti]** in secundo computo precedenti particulariter et specificè nominatas, et computat pro termino carnisprevii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, et fiunt castellano post ipsum similes iniunctiones³³⁶ que supra in frumento

- CLXX capones, III quartos et quintam partem duodecime partis unius caponis

De tribus gallinis redditus annui debitis, una cum decem solidis annui servicii, per Jaquimum de Parlea pro quodam novali seu terra de novo ad culturam redacta, que fuit per dominum de Quarto albergata Adde de Parlea, patri dicti Jaquimini quondam, quod novale fuit postea repertum esse de feudo quod a domino de Quarto tenebant Petrus et Vioninus de Clusellina, domicelli, et adhuc tenent in feudum nobile, ut per instrumentum publicum recognicionis et regithie dictorum fratrum, receptum per Johannem Gontereti notarium et procuratorem domini in Valle Augusta, sub anno Domini millesimo tercentesimo sexagesimo sexto, indicione quarta, die undecima mensis januarii, ostensum in quarto computo precedenti, nichil computat quod dicti fratres et eorum heredes ut dicti castellanus et procurator asserunt in computo precedenti et idem castellanus eciam asserit in presenti computo, adhuc dictum feudum tenent et deserviunt, ut dicitur in computo precedenti.

³³⁵ Le mot est ajouté dans la marge droite avec un signe de renvoi.

³³⁶ Dans la marge gauche: *vide*.

Recepit a Johanne Ramuesii de Quarto quem debebat per annum Reynaldo naturali de Quarto, cuius Reynaldi bona fuerunt et sunt domino excheyta et commissa ob mortem dicti Reynaldi ut supra, ultra alia servicia et usagia de quibus computat ut infra, et computat pro termino carnisprevii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo - I caponem

Arragium:

Recepit a se ipso quos debebat pro remanencia sui computi precedentis

- II^C XVIII capones et dimidium quartum et sextum duodecime partis unius caponis

Summa incluso arragio:

- III^C III^{XX} capones , sextum et dimidius quartus unius unius caponis

162

De quibus libravit domino priori Sancti Ursi quem, ultra siliginem superius et pecuniam inferius allocatas eidem in suis titulis, dominus de Quarto debet annuatim pro feudo quod ab ecclesia Sancti Ursi tenebat, et solvit sibi pro terminis festi sancti Ursi, quod collitur die secunda mensis februarii anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, pretextu recognicionis domini de Quarto quondam, copiate in libratis siliginis quinti computi precedentis et per litteram publicam domini Berthodi de Nuns, prioris Sancti Ursi, de confessione et recepta, datam Auguste die decima quarta mensis februarii, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, superius redditam in libratis siliginis - I caponem

Libravit domino Georgio de Bersatoribus, canonico et distributori ecclesie beate Marie de Augusta, quem, ultra pecuniam infra in suo titulo allocatam, dominus de Quarto quondam eidem ecclesie debebat annuatim pro feudo quod dominus ab eadem ecclesia tenet, vocato de Establo, ut in quodam publico instrumento composicionis facte inter venerabiles dominos Anthonium de Billens, prepositum, et capitulum Auguste, et potentem virum dominum Henricum, dominum de Quarto, militem quondam, recepto per Aymonetum Boveti de Porta Sancti Ursi, notarium publicum, sub anno Domini millesimo tercentesimo sexagesimo septimo, indicione quinta, nonas aprilis, in quinto computo precedenti plenius declarato, et solvit sibi pro termino carnisprevii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, ut per litteram

publicam dicti domini Georgii de confessione et recepta, datam Auguste die decima octava mensis junii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, quam reddit manu Johannis Gontereti de Augusta notarii signatam, - I caponem

Deducitur eidem pro Aymoneta, filia quondam Peronodi Roncignodi de Quarto, pro qua computavit particulariter in computo de anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo septimo et in presenti et aliis precedentibus summarie de uno capone, per errorem et ex inadvertencia, licet non debeat nisi dumtaxat medietatem unius caponis de redditu per annum, per instrumentum publicum recognitionis dicte Aymonete receptum per Johannem Gontereti, notarium publicum, procuratorem et receptorem extentarum domini in Valle Augusta, sub anno Domini millesimo tecentesimo sexagesimo septimo, indicione quinta, die vicesima secunda mensis januarii, copiatum in quinto computo precedenti, et deducitur eidem pro termino carnisprevii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo

- dimidium caponem

Allocantur eidem quas domina habuisse et recepisse confitetur de preysia dicte castellanie anni Domini [XIII Quart] millesimi tercentesimi nonagesimi primi, manu Anthonii Fabri, secretarii et clerici expensarum hospicii domine,³³⁷ qui de ipsis computare debebit, ut per litteram domine de testimonio premissorum cum mandato allocandi, datam Auguste die vicesima sexta mensis julii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, superius redditam in libratis siliginis, continentem eciam confessionem de recepta quinquaginta octo fassorum feni, qui sibi inferius in suis titulis allocanturs - XXIII galline

Summa librate et allocati: - XXIII galline

Et: - II capones et dimidius

Et sic debet:

- III^C III^{XX} VII capones, II tercios, dimidium quartum unius caponis

Venduntur in fine computi.

Debentur: - XXIII galline

Quarum precium allocatur eidem in fine presenti computi

Pernices:

³³⁷ Dans la marge gauche: *Anthonius Fabri*.

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu per annum de decem octo pernibus domino pridem debitis ibidem in festo Nativitatis Domini in parrochiis, locis et villagiis in quinto computo precedenti de anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo septimo particulariter nominatis, deductis de ipsis tribus pernibus per dominam domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, occasione qua supra in frumento, traditis et debitis per personas et in locis in tercio computo precedenti speciffice declaratis, et computat pro termino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, et fit castellano post ipsum similis iniunctio³³⁸ que supra in frumento - XV pernices

Recepit ibidem ab eisdem pro eodem et eodem termino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo - XV pernices

Recepit ab Emerico Cuyllier de Porta Sancti Ursi notario, debente domino de Quarto unam pernecem cum duobus denariis servicii monete Auguste, quando fit bequeria ante domum Johannis Eymonodi, sitam in civitate Auguste loco dicto Cyta, iuxta carrerias publicas antierius domum Eymerici de Roncheto inferius et exitum seu parvum alorium superius, et computat de ipsis pro anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, quo anno tenuit ibidem bequeriam dictus Li Chastriours, habitator in porta Sancti Ursi, et de dictis duobus denariis servicii computat infra in titulo denarii census - I pernecem

Arragium:

Recepit a se ipso quas debebat pro remanencia sui computi precedentis - XXX pernices

Summa incluso arragio: - XLVI pernices

Venduntur in fine presentis computi.

163

Castrones seu mutones:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu per annum in festo beati Martini yemalis de viginti septem castronibus, una canali cum dimidia castronis ibidem pridem domino debitis ut in tercio computo precedenti, deductis de ipsis viginti tribus castronibus,

³³⁸ Dans la marge gauche: *vide*.

una canali cum dimidia castronis per dominam domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, occasione qua supra in frumento traditis debitisque per personas et in locis in tercio computo precedenti speciffice descriptis, et computat pro termino festi beati Martini yemalis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, et fit castellano post ipsum³³⁹ similis iniunctio que supra in frumento - IIII castrones

Decime agnorum:

De exitu decimarum agnorum prius domino pertinencium racione dicti loci de Quarto, apud Olomont, parrochie Vallispelline, et apud Doviam, parrochie dicti loci, pro quo fuit computatum in sexto computo precedenti de tribus agnis, nichil computat quia dicte decime sunt infra limites tradicionis per dominam facte dicte domine Pantissalee, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, occasione qua supra in frumento.

Herbagium:

De herbagio muthonum transsencium³⁴⁰ per dictam castellaniam pro quibus levantur apud Pontem Lapideum, pro singulis quinque trenenariis muthonum transeuncium per mandamentum castri Quarti et Oyacie, unus mutho pro herbagio, ut in computo precedenti, nichil computat quia nichil pro eodem recepit per tempus de quo computat ut dicit.

Arragium:

Recepit a se ipso quos debebat pro remanencia sui computi precedentis - X castrones

Summa incluso arragio - XIII castrones
Venduntur in fine computi.

Vinum:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu per annum in vindemiis de sex modiis, tribus sestariis, tercio, quarto et dimidio quarto unius sestarii vini ad parvam mensuram Auguste, triginta

³³⁹ Dans la marge gauche: *vide*.

³⁴⁰ Lire *transeuncium*.

duobus *modiis*,³⁴¹ octo sestariis, una emina, una quartana cum dimidia ad magnam mensuram Auguste, deducto de eisdem uno sestario vini ad magnam mensuram [XV Quarti] Auguste, per dominam domine Pantissalee, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, occasione qua supra in frumento, in parrochia de Roysan pro loco de Ryns, tradito et debito per personas in tercio computo precedenti specificè nominatas in vindemiis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo

- VI modia, III sestaria, tercium, quartum, dimidium quartum unius sestarii ad parvam mensuram Auguste

Et:

- XXXII modia, VII sestaria, eminam, I quartanam et dimidiam vini ad magnam mensuram Auguste

Recepit a personis in tribus particulis quinti computi precedentis particulariter et specificè nominatis de redditu per annum in vindemiis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, modis et causis in dicto quinto computo precedenti declaratis

- VI modia, III sestaria, dimidiam quartanam vini

Recepit a Johanne Vidondo, habitatore Quarti, pro quadam vinea modici valoris *vocata*³⁴² de Crista, que erat deserta, dicto Johanni per eundem castellanum pro tanto sine introgiis aliquibus albergata, ut in tercio computo precedenti, de redditu per annum in vindemiis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo - I quartanam vini

Recepit a Vuillio de Chamero pro quibusdam rebus que fuerunt de bonis Johannis Coquilliodi, parrochie Quarti quondam, domino excheytis et commissis ob mortem dicti Johannis, situs in villa Quarti, sibi albergatis per dictum castellanum tamquam commissarium domini pro tanto de redditu *per annum*,³⁴³ sine introgiis, ultra servicia et alia antiqua usagia proinde solvi solita, et computat pro vindemiis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo - IIII sestaria vini

164 *Decime:*

Recepit manu Johannis dicti Roveyn, habitatoris Auguste, collectoris decimarum domini que levantur in certis possessionibus existentibus a torrente Clausi Novi, inter Sarro et Augustam, usque ad civitatem

³⁴¹ Le mot est ajouté dans la marge droite avec un signe de renvoi.

³⁴² Le mot est ajouté dans la marge droite avec un signe de renvoi.

³⁴³ Le mot est ajouté dans la marge droite avec un signe de renvoi.

Auguste, in quibus dominus percipit duas partes medietatis, et reliquam terciam partem ipsius medietatis percipit dominus Jacobus Bonerii de Dovia, canonicus augustensis, et reliquam medietatem percipit dominus de Monte Joveto sicut supra in frumento et siligine, in vindemiis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, et respondet minus ipso anno de dimidio modio vini quam anno proxime precedenti, nec inde plus recepit ipso anno ut dicit et suo juramento asserit

- II modia et dimidium vini

Recepit manu Udrici de Parlea et Johannis de Parlea de exitu cuiusdam pecie vinee jacentis in parrochia Sancti Christofori, loco dicto Fontanelles, que fuit Michaelis de Parlea quondam, in vindemiis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, nec inde plus recepit ut suo asserit iuramento

- I quartanam vini

Exitus vinee domini:

De exitu vinee domini vocate de Ryns, continentis circa decem fossoriatas, nichil computat quia domina ipsum exitum tradidit domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, occasione superius in frumento declarata.

Exitus vinee Reynaldi naturalis de Quarto quondam:

De exitu vinee et topiarum seu trilliarum que fuerunt Reynaldi naturalis de Quarto quondam, continencium circa septem fossoriatas, site apud Quartum loco dicto a La Rayta, nichil computat quia dicta vinea cum domo et viridario dicti Reynaldi, tradite fuerunt cum suis confinibus et pertinenciis per dominum quondam genitorem domini et in albergamentum perpetuum Petro de Bocza de Valle Augusta, sub intrrogiiis et prout supra in titulo nucum plenius declaratur.³⁴⁴

Arragium:

Recepit a se ipso que debebat pro remanencia sui computi precedentis

- IIII^{XX} VI modia, III sestaria, tercium, quartum, dimidium quartum unius sestarii vini

Summa, computatis quatuor quarteronis pro una quartana, duabus quartanis pro una emina, duabus eminis pro uno sestario et duodecim sestariis pro uno modio, tam ad magnam quam parvam mensuram, et computatis novem sestariis ad parvam mensuram pro octo sestariis ad

³⁴⁴ Dans la marge gauche: *Cheyserie seu excheyte nichil ibidem.*

magnam mensuram, quia sic equippollere seu equivalere dicuntur ut dicitur in computo precedenti

- CXXXIII modia, IX sestaria et dimidium et due partes duodecime partis unius sestarii vini ad magnam mensuram Auguste.

Rivus Prepositi:

Libravit Bonifacio, genero Aymonodi Champapont, custodi rivi domini vocati de Preposito, a loco principii dicti rivi vocato de La Morina, usque ad locum vocatum de Vallesuana subtus Roysan, quasi per unam leucam, per quod spacium custodire debet dictum rivum pro tanto de vino per annum, ultra seraceum, siliginem et pecuniam sibi pro eodem libratos in suis titulis, allocatos more solito et ut in computo precedenti, et solvit sibi pro anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, per litteram publicam dicti Bonifacii de testimonio premissorum, confessioneque et recepta, datam Auguste die nona mensis maii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, superius redditam in libratis siliginis - I sestarium vini.

165 Libravit ad expensas sexcies viginti et quatuor hominum, quasi per unam diem vacancium de roydis seu corvatis [**XVI Quarti**] tempore quadragesime anno supradicto millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, in reparacione rivi domini supradicti de Preposito, a loco de la Morina, ubi dictus rivus trahitur in aqua Bauthegii, usque ad Roysan, capiencium quolibet ipsorum per diem unum quarteronem vini more solito, ut in computo precedenti, ut per litteram publicam dicti Bonifacii de testimonio premissorum confessioneque et recepta, datam Auguste die decima quarta mensis maii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, superius redditam in libratis siliginis

- VII sestaria, eminam, I quartanam vini

Libravit ad expensas quadraginta duorum hominum operariorum de roydis seu corvatis, quasi per unam diem vacancium, tam tempore quadragesime quam post Pascha, conducendo seu chaciando per aquam Bauthegii a ponte Oyacie usque ad dictum rivum Prepositi, pro dicto rivo in locis solitis et necessariis coperiendo, sexcies viginti et decem billionos nemoris brenve, repertos et extractos de gorgiis seu balmis et ruynis supra dictum pontem, qui ibidem remanserant alias cum major quantitas billionorum per dictam aquam Bauthegii conduceretur ad opus dicti rivi coperiendi, capiencium quolibet ipsorum unum quarteronem vini per diem, ultra panem et pecuniam sibi pro eodem libratos et sibi in

suis titulis allocatos, ut per litteram publicam Petri Morelli de Rivo, administratoris dicti rivi Prepositi, de testimonio premissorum, confessioneque et recepta, datam Auguste die decima quarta mensis maii, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, superius redditam in libratibus siliginis

- II sestaria, eminam, dimidiam quartanam vini

Libravit manu Johannis Cua de Dovia, porterii castri Quarti, ad expensas decem septem hominum operariorum de roydibus seu corvatis, quasi per unam diem vacancium levando et colligendo fena decimarum pratorum domini de Stanno et herbagiorum a Ponte Lapideo versus Sanctum Christoforum, anno supradicto millesimo tercentesimo nonagesimo primo, capiente quolibet homine per diem unum quarteronum vini, ut alii supra, ultra panem et seraceum sibi libratos et in <suis> titulis allocatos eidem: - I sestarium, I quarteronum vini. Item ad expensas viginti octo hominum operariorum de roydibus seu corvatis, quasi per unam diem vacancium cindendo de nemore biollarum in insula Quarti, pro circulis faciendis et portandis in Villam Francham, castrum Quarti et Augustam, pro doliis religandis et in ipsis implicandis pro vino domini in ipsis reponendo, anno predicto millesimo tercentesimo nonagesimo primo, capiente quolibet per diem ut supra: - I sestarium, eminam, I quartanam vini. Item ad expensas quatuor hominum operariorum et quinque mulierum de roydibus seu corvatis, quasi per unam diem vacancium succuciendo et colligendo nuces arborum domini prope et circa castrum domini de Quarto, anno predicto millesimo tercentesimo nonagesimo primo, capiencium quolibet ut supra: - I eminam, I quarteronum vini. Item ad expensas duorum hominum operariorum de roydibus seu corvatis quasi per unam diem vacancium vindemiando quandam peciam vinee subtus castrum Quarti, loco dicto Vineam de Larchet, que erat Mathei, filii quondam Perrini Magni Bastardi de Quarto, capiencium ut supra: - dimidiam quartanam vini. Item ad expensas undecim hominum operariorum de roydibus seu corvatis quasi per unam diem vacancium putando et fodendo dictam vineam tempore quadragesime, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, capiencium ut alii supradicti: - I eminam, III quarteronos vini. Item ad expensas sex hominum operariorum de roydibus seu corvatis quasi per unam diem vacancium serviendo et ministrando Dominico de Viellimorta, carpentatori reparanti tecta castri domini de Quarto anno predicto millesimo tercentesimo nonagesimo primo, capiencium

quolibet ut supra: - I quartanam et dimidiam vini. Item ad expensas decem octo hominum operariorum de roydis seu corvatis, quasi per unam diem vacancium cindendo bornellos pro fonte dicti castrum domini de Quarto in nemore de Panperdu, supra Quartum, et aducendo illos in dictum castrum ipsosque implicando in bornellis dicti fontis, capiencium [XVII Quarti] quolibet ut alii supradicti: - I sestarium, dimidiam quartanam vini, ut per litteram publicam dicti Johannis Cua de testimonio premissorum, datam in castro Quarti die vicesima octava mensis maii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, superius redditam in libratis siliginis

- V sestaria, eminam, III quarteronos vini

Libravit manu Guilliermi Cutellerii, clerici, ad expensas sex hominum operariorum de roydis seu corvatis quasi per unam diem vacancium flagellando blada decime domini in Augusta, cum aliis pareriis domini in dictis decimis, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, per litteram publicam dicti Guilliermi Cutellerii de testimonio premissorum, datam in castro Quarti die vicesima octava mensis maii, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, superius redditam in libratis siliginis - I quartanam et dimidiam vini

Summa librate:

- I modium, V sestaria, I quartana, III quarteroni vini

Et sic debet:

- CXXXII modia, III sestaria, duodecimum, quartum et sextum duodecime partis unius sestarii vini

De quibus vide dorsum.

166

Fenum:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de marescalcia per annum circa festum nativitatis beati Johannis Baptiste, a personis in locis et villagiis in computo de anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo septimo specificè nominatis, de triginta quatuor fassis et duodecima parte unius fassi feni teysiati, prius debitis domino ibidem per annum ut supra, deductis de ipsis uno fasso cum dimidio feni teysiati, per dominam domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, traditis, debitisque in locis et per personas in tercio computo precedenti nominatas. Et computat pro termino festi beati Johannis Baptiste, anno Domini

millesimo tercentesimo nonagesimo primo, et fit castellano post ipsum³⁴⁵ similis iniunctio que supra in frumento

- XXXII fassos et dimidium et duodecimum unius fassi feni teysiati

Decime:

Recepit manu Johannis de Roveyn, habitatoris Auguste, de et pro exitu decimarum domini que levantur in certis possessionibus existentibus a torrente Clausi Novi, inter Sarro et Augustam, usque ad civitatem Auguste, in quibus dominus percipit duas partes medietatis, et reliquam terciam partem ipsius medietatis percipit dominus Jacobus *Bonerii*³⁴⁶ de Dovia, canonicus augustensis, reliquam vere medietatem percipit dominus de Monte Joveto, ut in computo precedenti, in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, et respondet plus ipso anno de uno fasso feni quam anno proxime precedenti

- XX fassos feni

Recepit manu Petri Rigot, manderii Quarti, pro exitu decimarum pratorum domini vocatorum de Stagno, sitorum substus Sanctum Christoforum, domino pertinencium ex causa permutacionis facte per predecessores domini de Quarto quondam cum curato tunc Sancti Christofori, ut in quinto computo precedenti, in quo instrumento dicte permutacionis de verbo ad verbum est copiatum, circa festum nativitatis beati Johannis Baptiste, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, nec inde plus recepit ipso anno ut suo asserit juramento

- XXII fassos feni

Herbagia:

Recepit manu Jaquemeti Petri Rigot, manderii Quarti, de et pro exitu herbagiorum que levantur a Ponte Lapideo usque ad Maladeriam Quarti, in certis pratis inter dictos confines existentibus, ultra alia herbagia debita per nonnullos cives et burgenses Auguste redacta ad pecuniam, de qua computat inferius in denariorum census, et prout in quinto computo precedenti et aliis sequentibus computis eidem castellano fuit iniunctum, iniungitur castellano post ipsum³⁴⁷ quod declaret modum levandi dicta herbagia, nominaque debencium prata super et in quibus debentur et levantur, tociusque negocii veritatem, et computat pro

³⁴⁵ Dans la marge gauche: *vide*.

³⁴⁶ Le mot est écrit dans la marge droite avec un signe de renvoi.

³⁴⁷ Dans la marge gauche: *vide*.

termino festi Nativitatis beati Johannis Baptiste, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo - IX fassos et dimidium feni

De exitu cuiusdam pecie prati seu viridarii continentis circa duas seycuratas prati, sitas apud Quartum loco dicto Lavenchella, circa domicilium, curtes et ortum qui fuerunt Reynaldi de Quarto naturalis quondam, domino pertinencium ob mortem [XVIII Quarti] dicti Reynaldi ut in computo precedenti, nichil computat quia dominus quondam genitoris domini, domum, vineam et pratum seu viridarium dicti Reynaldi tradidit in feudum et albergamentum perpetuum *Petro de Bocza de Augusta, domicello*,³⁴⁸ sub introgiis et modis superius in titulo nucum plenius declaratis.

De exitu pratorum domini videlicet prati vocati de Olees, prati vocati de Ryns, cuiusdam pecie prati site apud Lugniczan, cuiusdam pecie prati et gerbi seu elini vocate de Plantatis et pratorum domini vocatorum de Revoira, nichil computat in feno occasione in quinto computo precedenti declarata, et maxime quia dicte pecie pratorum sunt tradite tam in albergamentum quam ...³⁴⁹ domine Pantassalee, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, ut in computo precedenti.

Arragium:

Recepit a se ipso quod debebat pro remanencia sui computi precedentis - XXVI fassos feni communes

Et: - LXV fassos et sextum unius fassi feni teysiati

Summa incluso arragio: - LXXVIII fassi et dimidius feni communes

Et: - IIII^{XX} XVII fassi et tres partes unius fassi feni teysiati

167

Allocantur eidem quos domina habuisse et recepisse confessa fuit de preissiis dicte castellanie anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo manu Anthonii Fabri,³⁵⁰ secretarii et clerici expensarum hospicii domine, qui de ipsis computare debet, ut per litteram domine de testimonio premissorum, confessione et recepta cum mandato allocandi, datam Auguste, die vicesima sexta mensis julii, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, superius redditam in libratis siliginis - LVIII fassos feni

³⁴⁸ La phrase est ajoutée au fond de la page avec un signe de renvoi.

³⁴⁹ Le mot fait défaut.

³⁵⁰ Dans la marge gauche: *vide*.

Anselmo Pession

Summa allocati - LVIII fassos feni
Et sic debet - XX fassos et dimidium feni communes
Et: - III^{XX} XVII fassos et III partes unius fassi feni teysiati
Venduntur in fine computi.

Palee:

Idem reddit computum quod recepit manu Johannis de Roveyn, habitatoris Auguste, de et pro exitu decimarum certarum terrarum et possessionum existencium a torrente Clausi Novi usque ad civitatem Auguste, manu Johannis de Roveyn, collectoris dicte decime, et levatur per modum superius in frumento, siligine, vino et feno declaratum. Et fit castellano post ipsum similis iniunctio³⁵¹ que supra in frumento, et computat anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, et respondet plus ipso anno de uno fasso pallearum quam anno proxime precedenti - IIII fassos pallearum

De exitu terrarum domini de Ryns, nichil computat quia domina dictas terras tradidit domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, occasione superius in frumento declarata, et fit castellano post ipsum similis iniunctio³⁵² que supra.

Arragium:

Recepit a se ipso quos debebat pro remanencia sui computi precedentis - VII fassos pallearum

Summa incluso arragio: - XI fassi pallearum
Venduntur in fine computi.

Cera:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu seu servicio per annum in festo beati Stephani Prothomartiris, crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere <anni Domini> millesimo tercentesimo nonagesimo secundo de sexaginta duabus libris, tercio et quarto unius libre cere ad pondus Auguste pridem domino debitis in dicta castellania in parrochiis, villis, villagiis et locis aliis et per personas in sexto computo precedenti specificice nominatas, deductis

³⁵¹ Dans la marge gauche: *vide*.

³⁵² Dans la marge gauche: *vide*.

de eisdem quadraginta novem libris et duodecima parte unius libre cere ad pondus Auguste, per domiam domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, occasione qua supra in frumento traditis, debitisque in **[XIX Quarti]** locis et per personas in tercio computo precedenti nominatas et speciffice descriptas, et fit castellano post ipsum similis iniunctio³⁵³ que supra in frumento

- XIII libras et dimidiam cere ad pondus Auguste

Recepit a Johanne, filio Hugonodi de Basso Molendino, burgense Auguste prope Portam Sancti Ursi, de servicio per annum ut in quinto computo precedenti in quo instrumentum assignacionis et recognicionis factarum per dictum Hugonodum, patrem dicti Johannis, fuit et est copiatum, pro qua eciam³⁵⁴ debet duplum de placito quando accidit et prout dicitur in computis precedentibus quando dictus castellanus computat de dicta libra cere in recepta, debent sibi deduci in titulo denariorum census quinque solidi monete Auguste pro quolibet anno pro quo de ipsa libra cere computabit et computaverit, cum non reperiat de ipsis fore obligatus nisi pro dicta libra cere, ut dicitur in computo precedenti, et computat pro termino festi beati Stephani Prothomartiris in crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimosecundo

168

- I libram cere

Exitus examinum apium comandarum:

Recepit a Johanne Ramussii de Quarto pro exitu quatuor examinum apium que tenet ad comandam ut in computo precedenti, per tempus de quo computat, nec inde plus recepit ut suo asserit juramento

- I libras et dimidiam cere

Apes orti:

Recepit de exitu quatuor examinum apium nunc existencium in orto domini de Quarto, per tempus de quo computat et inde nichil plus recepit per tempus predictum ut dicit

- III libras cere

De exitu sex examinum apium que custodit dictus Champer de Augusta ad medium exitus ut in computo precedenti, nichil computat quia nichil pro eisdem recepit per dictum tempus ut dicit.

Arragium:

³⁵³ Dans la marge gauche: *vide*.

³⁵⁴ Dans la marge gauche: *vide placitum*.

Recepit a se ipso quos debebat pro remanencia sui computi precedentis

- CXXXVI libras cere, XI uncias et tercium unius uncie cere ad pondum Auguste

Summa incluso arragio, computatis singulis tresdecim unciis pro una libra cere ad pondus Auguste, singulisque sexdecim libris cere ad pondus Auguste pro tresdecim libris cere ad pondus Chamberiaci, ut in computo precedenti

- CLV libre, XI uncie et tercium unius uncie cere ad pondum Auguste
Venduntur in fine computi.

Mel:

De exitu examinum apium superius in titulo cere nominatorum, nichil computat in melle quia nichil inde recepit per tempus de quo computat ut dicit.

Piper de placito:

De duabus libris piperis debitis per Priorem Sancti Ursi de placito³⁵⁵ quando contingit evenire pro feudo quod tenet a domino, taxato ad tantum in pipere, ultra pecuniam per ipsum debitam pro eodem, de quibus fuit computatum in computo de annis Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio et octuagesimo quarto, pro placito debito per mortem recollende memorie domini nostri Amedei Sabaudie comitis quondam, avi paterni domini, dicto anno millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, mense marcii, in partibus Apullie deffuncti, non computat licet casus dicti placiti evenerit per mortem bone memorie principis illustri domini nostri domini Amedei Sabaudie, comitis quondam, genitoris domini, die prima mensis novembris anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, apud Rippalliam deffuncti, quia ipsum placitum, una cum aliis placitis in dicta castellania debitis, recepit seu recepi fecisse debuit dominus Ybletus de Challant, dominus Montis Joveti, ex assignacione sibi facta per dominam, qui de ipsis, seu castellanus post ipsum, domino computare debebit ut dicit.

³⁵⁵ Dans la marge gauche: *Vide infra in introgiis novum redditum pro computo sequenti.*

Lingue boum :

De linguis boum et vacarum quas dominus percipit ibidem in macello Ville Franche, de quolibet bove et vaca occisis in dicto macello Ville Franche, causa vendendi minutim, lingua unius animalis predictorum, ut in computo precedenti, nichil computat quia nulla talia animalia occisa fuerunt ibidem per tempus de quo computat ut dicit.

Sal:

De exirtu leyde salis que levatur apud Villam Francham in duabus nundinis que tenentur ibidem die martis propinquiori festo beatorum Philippi et Jacobi et die festi apostolorum Symonis et Jude, videlicet a quolibet vendente sal in dictis nundinis una ambostata seu manata salis, ut in computo precedenti, nichil computat in sale quia includitur in firma leyde, de qua infra computat in firmis pecunie, ut in computo precedenti.

Tibie porci:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu seu servicio per annum, ut in computo precedenti, in festo beati Stephani prothomartiris, crastino festi Nativitatis Domini, quo inceperunt [XX Quarti] currere anni millesimo tercentesimo nonagesimo secundo ab Anthonio Palmerii de Quarto alias de Balma

- II tibias porci

Arragium:

Recepit a se ipso quas debebat pro remanencia sui computi precedentis

- IIII tibias porci

Summa incluso arragio:

- VI tibie porci

Venduntur in fine computi.

169

Membrum vache:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu per annum in festo beati Stephani prothomartiris, crastino festi Nativitatis Domini³⁵⁶ quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, a Jaquemeto Salterii de Roysano,

³⁵⁶ Le mot est ajouté dans la marge droite avec un signe de renvoi.

Petro Domengii, Jaquemeto Morelli et consortibus eorum, omnibus de
Roysano, parrochie dicti loci - I quarterium vache

Arragium:

Recepit a se ipso que debebat pro remanencia sui computi
precedentis - II quarteria vache

Summa incluso arragio: - III quarteria vache

Venduntur in fine computi.

Pedagium piscium et allecum:

Idem reddit computum quod recepit de et pro exitu pedagii domini
*vocati*³⁵⁷ de Augusta domino pertinentis racione castris de Quarto. Et
levantur pro quolibet milliari alecum que portantur tendendo ad partes
Auguste per Montem Jovis seu per Montem de Ferreys,³⁵⁸ quadraginta
alleca pro singulis viginti quinque pallex seu de ferreos, una pecia
earundem, et pro singulis tresdecim turturibus seu truitiis, una pecia
earundem, exceptis civibus Auguste et burgensibus Porte Sancti Ursi
Auguste, qui dictum pedagium tantummodo debent per modum superius
declaratum, de et pro similibus piscibus et alecibus emptis per eos et
apportatis ab aqua vocata de Pissibachi, que est inter Sanctum
Mauricium Aganensem³⁵⁹ et Martigniacum, tendendo ab eadem aqua
versus partes *partes*³⁶⁰ Auguste. Pro ceteris vero similibus piscibus et
alecibus, emptis per eos ultra dictam aquam de Pissibachi in partibus
Sancti Mauricii et Vuaudi, non debent pedagium predictum nisi
venderent pisces et aleca predictos infra limites et portarentur per
emptores extra limites diocesis Auguste, quo casu super portu credi
debet corporalibus iuramentis emptorum, et inde nichil plus recepit per
tempus de quo computat ut dicit, licet Anthonius de Contessa, civis
Ypporegie, plures quantitates piscium et allecum duxi fecerit infra
dictos limites, pro quibus nichil recepit quia genitor quondam domini,
dictum Anthonium solvit, liberavit, quictavit et franchivit per
decennium, die penultima mensis julii anno Domini millesimo
tercentesimo octuagesimo septimo inchoatum, ab omnibus pedagiis,

³⁵⁷ Le mot est ajouté dans la marge droite avec un signe de renvoi.

³⁵⁸ Col Ferret.

³⁵⁹ Lire *Agaunensem*.

³⁶⁰ Biffé.

leydis, gabellis, passagiis, pontanagiis et herbagiis quibuslibet domino debitis in toto comitatu domini, dicitur plenius in computo precedenti

Item - VI^C alleca
Et: - I turturem
- II palles

Arragium:

Recepit a se ipso quos debebat pro remanencia sui computi precedentis - C III^{XX} alleca

Et: - I truitiam
XIII bisoles

Summa incluso arragio:

- VII^C III^{XX} alleca
- II truitie
- II palles

Et: - XIII bisoles

Venduntur in fine computi.

170

Venaciones:

De venacionibus animalium silvestrium vocatorum bocz estaynt, pro quibus levantur de quolibet animali predictorum, capto in parrochia Vallispelline a loco dicto Les Tors de Bruson usque ad fondum vallis Oyacie, ab uno latere, et a dicto loco de Les Tors Arpiczon usque ad fondum predictum dicte vallis, ab alio latere, per totam dictam vallem, quarterius dexter³⁶¹ anterior cum tresdecim costis et cornu dextrum dumtaxat de dictis animalibus, etatis novem annorum et ultra, quoniam de ceteris etatis minoris novem annorum nichil capit dominus, ut dicit idem castellanus et quod etates dictorum animalium ad cornua dignoscuntur quodque dicti quarterii et cornu debiti reddi debent apud Vallem Pellinam per captores ipsorum animalium, ut dicit et dicitur in computo precedenti, nichil computat quia domina dictas venaciones tradidit domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, occasione quo supra in frumento et ut in computo precedenti.

Arragium:

Recepit a se ipso que debebat pro remanencia computi precedentis

³⁶¹ Lire *dexter*.

Anselmo Pession

- VII duodenas, IX cornua de bocz estaygn

Summa: - VII duodene, IX cornua de bocz estaygn

De quibus libravit Johanni Gontereti de Augusta notario, recipienti nominibus Margarite et Katerine de Quarto, filiarum domini de Quarto quondam, quibus domina per dictum castellanum tradi mandavit lectos et alia garnimenta atque utensilia qui et que erant in castro Quarti tempore mortis domini dicti loci, per litteram domine de mandato tradendi, et habita littera de recepta allocandi, data Chamberiaco, die septima mensis maii, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, quam ostendit et retinet una cum inventario et confessione dicti Johannis Gontereti, die XVIII mensis junii, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo et subscripto

- III duodenas, IIII cornua de bocz estaygn

Et sic debet - IIII duodenas, V cornua de bocz estayng³⁶²

[XXI Quart] Postes:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu per annum circa festum nativitatis beati Johannis Baptiste, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, a Martino Fabri de Ysologny, parrochie Sancti Bartholomei supra Nuns, pro reyssia sita supra Ysologny, eidem albergata pro tanto de redditu per annum ut in computo precedenti, qui postes esse debent longitudinis octo pedum et latitudinis infra duas lineas unius pedis, ut dicitur in computo precedenti

- VI duodenas et dimidiam postium

Arragium:

Recepit a se ipso quos et quas debebat pro remanencia sui computi precedentis

- XIII duodenas postium

Summa incluso arragio: - XIX duodene et dimidia postium

Repondet in computo sequenti.

Royde seu corvate:

De roydis seu corvatis domino ibidem debitis per homines habitantes et focum facientes in mandamento Quarti ut in computo precedenti,

³⁶² La phrase est ajoutée dans la marge droite avec un signe de renvoi.

nichil computat quia redduntur per eas debentes in operibus domini quando ad ipsa mandantur, nec alias ipsas solvunt, ut dicit et dicitur in computo precedenti, et fit eidem castellano³⁶³ similis iniunctio que supra in frumento.

Ferra equorum:

De ferris equorum debitis de servicio per nonnullos nobiles quociens Imperator Romanus transit per Vallem Augustam pro feudis que tenent a domino de Quarto, nichil computat, quia dictus casus non evenit per tempus de quo computat ut dicit, et fit eidem castellano³⁶⁴ sibi similis iniunctio que supra in frumento.

171

Feuda equorum:

De feudis equorum, seu equis quos acomodare et ministrare debent certi nobilles Vallis Auguste racione dicti castris de Quarto in quinto computo precedenti specificis descriptis, quociens dominus comes mandat dominum de Quarto venire cum armis causa serviendi et reddendi cavalcata dumtaxat semel in anno per unum mensem tantum, sub certis modis et formis in Valle Augusta in tallibus usitatis, in quinto computo precedenti plenius declaratis, nichil computat quia casus non evenit³⁶⁵ per tempus de quo computat ut dicit, pro eo maxime quia dictum castrum et castellania Quarti sunt et tenentur ad manum domini et fit castellano post ipsum simillis iniunctio³⁶⁶ que supra in frumento.

Denarii census:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania tam de redditu quam servicio per annum in festo beati Stephani prothomartiris crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, factis deducionibus occasione compositionis et tradicionis factarum per dominam domine Pantissalee, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, modis et formis specificis declaratis in computo precedenti de annis millesimo

³⁶³ Dans la marge gauche: *vide*.

³⁶⁴ Dans la marge gauche: *vide*.

³⁶⁵ Lire *evenit*.

³⁶⁶ Dans la marge gauche: *vide*.

tercentesimo octuagesimo tercio et octuagesimo quarto, et fiunt³⁶⁷
castellano post ipsum similles iniunctiones que supra in frumento

- II^C L libras, II solidos, obolum monete Auguste

Et: - XXIX solidos, VII denarios, obolum, januenses ad X pro XV
predictorum

Recepit a personis in octo particulis secundi computi precedentis de
annis Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, octuagesimo
sexto, octuagesimo septimo et octuagesimo octavo specificè et
particulariter nominatis et descriptis, tam de reddito quam servicio per
annum terminis festorum beati Andree apostoli et beati Stephani
prothomartiris, crastini festi Nativitatis domini, et computat pro dicto
termino festi beati Andree anno Domini millesimo tercentesimo
nonagesimo primo - XXIII florenos auri boni ponderis veteres

Et pro termino festi beati Stephani prothomartiris crastino festi
Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo
tercentesimo nonagesimo secundo

- IIII libras, XIX solidos, X denarios monete Auguste

Et: - LXI franchos auri

Recepit a Johanne Ramussi de Quarto quos **[XXII Quarti]** prius
faciebat seu solvebat tam de reddito quam servicio per annum Reynaldo
naturali de Quarto quondam, domino pertinentes ob mortem dicti
Reynaldi, ut in computo precedenti, et computat pro termino festi beati
Stephani prothomartiris quo inceperunt currere anni Domini millesimo
tercentesimo nonagesimo secundo - XXII solidos monete Auguste

Recepit a Johanne de Orto de Porczan pro certis rebus de feudo
domini existentibus, sibi albergatis per dictum castellanum, jacentibus
ultra Crestam de Puvyl, loco dico Verney, que fuerunt de bonis Johannis
Quoquilliodi quondam, domino commissis et exceytis ob mortem dicti
Johannis Coquilliodi, defuncti sine liberis ut in computo precedenti, et
computat pro termino festi beati Stephani prothomartiris quo inceperunt
currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo

- XX solidos monete Auguste

Recepit ab Aymoneto, naturali de Arnyo, pro rebus sibi albergatis
per dictum castellanum de rebus et bonis que fuerunt dicti Johannis
Coquilliodi quondam, domino commissis et excheytis ut supra, sitis
versus Verney ultra Cristam de Puvyl, et computat pro termino festi

³⁶⁷ Dans la marge droite: *vide*.

beati Stephani crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere
anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo

- X solidos monete Auguste

Recepit a Petro, filio Petri Voudan de Seignins, parrochie Sancti
Christofori, pro feudo et rebus que fuerunt Ade Batallion, parrochie
Sancti Christofori quondam, domino commissis et exceytis ob mortem
dicti Adde deffuncti sine liberis, ut in computo precedenti, et computat
pro termino festi beati Stephani prothomartiris crastino festi Nativitatis
Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo
nonagesimo secundo

- XVIII denarios monete Auguste

172

Recepit a Crispino, filio quondam Johannodi Regis de Cita de Porta
Sancti Ursi Auguste, pro quadam domo sita Auguste loco dicto Cita de
feudo domini existente, domino commissa et excheyta per mortem dicti
Henrici domini de Quarto quondam, sibi Crispino remissa per dictum
castellanum ut in computo precedenti, et computat pro termino festi
beati Stephani crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere
anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo

- II solidos monete Auguste

Recepit a domino Jacobo Tarary, canonico Columpne Jovis, rectore
hospitalis de Foro Veldaneo Auguste, pro medietate jornalys aque de
rivo domini vocato de Preposito, per Petrum Balmein de Porroczan a
domino Henrico domino de Quarto quondam aquesito³⁶⁸ in feudum
perpetuum pro una fidelitate ligia et quinque solidis servicii annui, quod
feudum fuit commissum domino et excheytum ob mortem dicti domini
de Quarto quondam et propter donacionem inde factam per dictum
Petrum Barmein dicto domino Jacobo Tarari, sibi remissa per dictum
castellanum, ut in computo precedenti, et computat pro termino festi
beati Stephani prothomartiris crastino festi Nativitatis Domini quo
inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo
secundo

- V solidos monete Auguste

Recepit a Jaquemeto, filio quondam Johannis Fecton de Vallepellina
et Theobaldo fratri suo, pro duabus fossoriatis vinee de novali,
jacentibus ad Caschy versus Porroczan, que fuerunt de bonis Magni
Vulliermi de Porroczan, domino commissis et excheytis ob mortem dicti
domini Henrici, domini de quarto quondam, et dicti Vulliermi, dictis
fratribus albergatis per eundem castellanum ut in computo precedenti, et

³⁶⁸ Sic.

computat pro termino festi beati Stephani crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo - XII denarios monete Auguste

Recepit a Jaquemino et Martino de Croesyvy de Dovia, fratribus, pro quadam pecia prati cum domicilio, situs subtus Pont Pulliast, de novali, cum potestate tenendi ibidem eorum bestias, [XXIII Quarti] domino commissis et excheytis ob mortem domini de Quarto quondam, sibi remissis per dictum castellanum, commissarium domini, ut in computo precedenti, et computat pro termino festi beati Stephani crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo - III solidos monete Auguste

Recepit a dicto Martino de Croesyvy pro licencia sibi per dictum castellanum data transmutandi quendam murum de dicto loco de Pont Pulliast usque ad novale dou Berriaz ibidem situm, ut in computo precedenti, et computat pro termino festi beati Stephani crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo - I denarium monete Auguste

Mons de Durand:

Recepit a Jaquimino *de Canali*³⁶⁹ de Dovia pro monte et pascuis de Durando sibi imperpetuum albergatis per dictum castellanum et sibi per dominum confirmatis ut in computo precedenti, et computat pro termino festi beati Stephani crastino Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo

- VI libras, I denarium monete Auguste

De quatuor denariis servicii debitis per Matheum de Villafrancha pro quadam pecia vacolli seu pasculi communis continente circa quatuor fossoriatas eidem albergatas ad faciendum vineam pro tanto de servicio per annum ut in computo precedenti, nichil computat quia dictus Matheus bannitus est a terra domini et ipsam absentavit, nec invenit qui dictam peciam vacolli albergare voluerit, ut dicit et dicitur in computo precedenti, et prout in computo precedenti dicto castellano fuit iniunctum, iterato iniungitur³⁷⁰ castellano post ipsum quod dictam peciam vacolli albergare procuret taliter quod de ipsa valeat in suo sequenti computo computare aut sufficiencius respondere.

³⁶⁹ Les mots sont ajoutés dans la marge droite avec un signe de renvoi.

³⁷⁰ Dans la marge gauche: *Matheus*.

De duobus denariis quos dictus Matheus debebat pro teysiis sue domus site in Villafrancha que periit incendio posito ibidem tempore guerre quam habebat dominus de Quarto cum domino Ybleto de Chaland, ut dicitur in computo precedenti, nichil computat, quia nundum fuit dicta domus rehedificata nullusque possidet eius casale nec movetur de feudo domini, ut dicit et dicitur in computo precedenti. Et prout eidem castellano in computo precedenti fuit iniunctum iterato iniungitur³⁷¹ castellano post ipsum expressius quod super premissis taliter remediare procuret quod de dictis duobus denariis ab inde domino in sequentibus computis domino computetur.

173

De duobus solidis annui servicii debitis per Jaquemetum, dictum Dyaqueno, de Vallepellina, pro molendino de Stanno sito subtus Sanctum Christoforum, nichil computat quia vacat et jam diu vacavit nec potest reffici quod eyrile dicti molendini fieri non potest propter diluvium aque Durie, quo eyrile et molendina predicta periclitaverunt, ut dicit et dicitur in computo precedenti, et prout in computo precedenti³⁷² eidem castellano fuit iniunctum, iterato iniungitur castellano post ipsum quod dicta molendinum et Stannum alberget utiliori modo quo poterit pro domino, sic quod in suo sequenti computo valeat utilius pro domino computare aut alias sufficiencius respondere et de diligencia super hoc facta fidem debitam facere.

De decem solidis annui servicii debitis per Jaquimum de Preil de Roysan, clericum quondam, pro quadam pecia terre sita apud Roysan, non computat quia dicta pecia terre vacat et diu vacavit pre et post mortem dicti Jaquimini, quia eciam non invenit qui pro tanto servicio, neque eciam pro minori, sive introgiis, ipsam voluerit albergare, licet super hoc bonam diligenciam quam potuit fecerit ut dicit et dicitur in computo precedenti, et prout in dicto computo precedenti et aliis pluribus computis precedentibus dicto castellano fuit iniunctum, iterato iniungitur³⁷³ eidem quod dictam peciam terre alberget utiliori modo quo poterit pro domino, taliter quod de et pro ipsa valeat in suis singulis computis sequentibus computare aut alias sufficiencius respondere.

De duobus solidis annui servicii quos debebant quidam homines domini episcopi Auguste commorantes apud Cogniz, mandamenti et

³⁷¹ Dans la marge gauche: *vide*.

³⁷² Dans la marge gauche: *vide*.

³⁷³ Dans la marge gauche: *vide*.

juridicionis dicti domini episcopi, pro quibusdam pascuis sitis en Les Lores, mandamenti Breissognie, et in montanea de Mareis, mandamenti Quarti, non computat quia, diu [XXIII Quarti] est, in eorum solucione cessaverunt nec ad ea pascua venerunt et eciam nundum potuit informari de nominibus debencium, ut dicit et dicitur in computo precedenti, quapropter, prout in computo precedenti sibi fuit iniunctum, iterato iniungitur castellano post ipsum³⁷⁴ quod de premissis diligenter se informet taliter quod de ipsis veniat in suo sequenti computo plenarie informatus et de ipsis debite computare paratus.

De sexaginta solidis annui redditus, debitis per communitatem parrochie Sancti Christofori pro quibusdam pasqueragiis et brotellis seu broilliis sitis subtus Sanctum Christoforum, prope Duriam, pro tanto datis dicte communitati per dominum Henricum dominum de Quarto quondam, ad certum tempus jam diu lapsum, ut dicitur in computo precedenti, non computat quia dicta pasqueragia sunt inutilia propter habundanciam aque Durie, nec restavit aliquid ad destruendum, de quo aliquod comodum haberi possit ut dicit et dicitur in computo precedenti, iniungitur³⁷⁵ tamen castellano post ipsum prout eidem fuerat iniunctum quod, si quid in premissis fuerit utilitatis, in eo bannum iuxta formam consuetudinum Vallis Auguste apponat, ad eo quod, si dicti sexaginta solidi non solvantur ut supra de bannis bestiarum ibidem repertarum computet in suis sequentibus computis.

Recepit a Jaquimino de Canali de Dovia, burgense Porte Sancti Ursi, pro quodam casali domus cum curtibus, plateis et pertinenciis sito versus Stannum, subtus Sanctum Christoforum, in angulo pratorum de Stanno, juxta prata et pro sito Stanni domini subtus Sanctum Christoforum, prout circuitus dicti Stanni ibidem erat et aqua existebat, videlicet a rebus Maladerie de supra usque ad chanciatam Stanni inferius et a strata publica usque ad aliam chanciatam ab alio latere, juxta broillia Sancti Christofori. Item pro quadam pecia brolii sita subtus et prope situm molendini et chanciatam dicti Stanni, juxta stratam et loz Gorrey de subtus, prout dictum brolium tenere solebat Aymo de Charrerri, tunc temporis molendinarius ibidem. Item pro quodam plantu gorrarum seu salicium et popullorum sito subtus dictum brolium et supra et juxta brolium Johannis de Ginio quondam, et choudanam prout

³⁷⁴ Dans la marge gauche: *vide*.

³⁷⁵ Dans la marge gauche: *vide*.

dictum plantum percipiebat et tenebat dominus de Quarto quondam. Item pro una pecia territorii et vacolli sita prope et subtus Alloes que dicitur Campus de Canali prout circuitus clausure muri circuit dictam peciam. Item pro una pecia vacolli et territorii sita ibidem iuxta predicta peciam dictam de Canali et torrentem de Mallio. Item pro una nocturna aque de rivo vocato de Fratre Boudino, qualibet ebdomada percipienda, que ut dicitur superest et superesse solita est tempore domini de Quarto quondam, et citra et superesse posset ultra tamen jura aquariorum tenencium a domino prata de Stanno et Anthonii Palmerii tenentis prata de Ollees a domino per dictum castellanum, commissario³⁷⁶ nomine domini, eidem Jaquemino albergatis pro centum solidis monete Auguste de censu, seu redditu, et uno denario de servicio per annum in festo beati Stephani, et duobus denariis dicte monete de placito quando casus acciderit, sine plus capere ullo casu, sine introgiis, instrumento recepto per Johannem Gontereti de Augusta notarium publicum, sub anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, indicione duodecima, die decima septima mensis aprilis, ut plenius dicitur in computo precedenti, et computat pro termino festi beati Stephani crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, incluso dicto denario servicii

174 Receptit ab eodem Jaquemino de Canali pro uno doczono seu bornello aque rivi vocati de Preposito percipiendo omni ebdomada qualibet die sabati, prout illam a domino tenere consueverat Brunodus de Sayx, mandamenti de Cly, cum certa parte territorii de novali ad capiendum ubi voluerit subtus dictum rivum pro faciendo quatuor fossoriatas vinee, pro quibus aqua et novali dictus Brunodus domino faciebat unum denarium servicii annui et debebat unam fidelitatem melius, per dictum castellanum eidem Jaquimino albergatis pro quinque solidis annui census seu redditus, uno denario servicii, ut in computo precedenti, et computat de dictis censu et servicio pro termino festi beati Stephani crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo

- V solidos, I denarium monete Auguste

Receptit ab Hugoneto de Vignyuel, Petro Vuillermeti de Vignyuel, Girardo de Orto, Johannodo, filio quondam Petri Perrodi de Vignyuel,

³⁷⁶ Lire *commissarium*.

Anselmo Pession

Valuchono, filio Vulliermi Perrodi de Vignyuel, Johanne Parisot, genero Johannodi de Vignyuel, Anthonio de Vignyuel et Girardo, filio quondam Francisci de Vignyuel, tenentibus in albergamentum feudi perpetui a domino de Quarto quondam certas res novallium et pascuorum cum certis aquis, de directo dominio feudi domini pridem moventes, et quas dictus castellanus dum extente domini per Johannem Gontereti, commissarium domini, reciperentur, dicebat domino, ob mortem dicti domini de Quarto, fore commissas pariter et excheytas, qui castellanus et commissarius domini ut asserit in hac parte dictas commissionem et excheytam, quibus supra nominibus remisit et quietavit, dictasque res cum pascuis et aquis et pertinentiis per eos uti et haberi solitis in mandamento Quarti eisdem de Vignyuel supranominatis albergavit perpetuo pro tanto de servicio per annum, in festo beati Stephani prothomartiris et pro octo solidis monete Auguste de toto placito quando accidit sine plus capere ullo casu, instrumento ut dicitur inde recepto per Johannem Gontereti de Augusta notarium, sub anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, indictione duodecima, die undecima mensis julii, ultra tamen omnia alia onera annualia proinde per eos fieri debita antea et solita, ut in computo precedenti, et computat de dicto servicio pro termino festi beati Stephani prothomartiris crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo

- IIII solidos monete Auguste

Recepit a Johanne de Vayri, Aymoneto eius fratre, Marieta Troteri, Hugoneto Borgoygnion, habitatoribus Carrerie, Petro, filio quondam Aymoneti de Canali de Aviso, filio quondam Johannodi Emerici de Aviso, heredibus Remigii de Fonteil, et consortibus suis, pro recognicione per eos de novo facta de montibus de Chambly, pro tanto de servicio per annum, licet alias dicta pascua moncium non tenerent a domino, ut dicit instrumento dicte recognicionis inde ut asserit recepto per Johannem Gontereti de Augusta notarium commissarium et receptorem extentarum domini ibidem, sub anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, ut dicitur in computo precedenti, et computat de dicto servicio pro termino festi beati Stephani prothomartiris crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo

- XII denarios monete Auguste

Recepit ab Emerico Cullier de Porta Sancti Ursi, notario, debente domino de Quarto singulis annis unam pernecem cum duobus denariis servicii monete Auguste quando fit bequeria ante domum Johannis Eymonodi, sitam in civitate Auguste, loco dicto Cita, iuxta carrerias publicas antierius domum Eymerici de Roncheto inferius et exitum seu parvum allorium superius, et computat pro termino festi beati Stephani prothomartiris crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, quo anno tenuit ibidem bequeriam dictus Ly Chastriours, habitator in porta Sancti Ursi et de dicta pernice servicii³⁷⁷ computat supra in suo titulo

- II denarios monete Auguste

Summa:

-II^C LXIX libre, XVI solidi, X denarii obolo monete Auguste

- XXIX solidi, VII denarii obolo januenses ad X pro XV

- XXIII floreni boni ponderis veteres

Et:

- LXI franchi auri

175

Auxilia:

De quatuor solidis monete Auguste pridem domino debitis in dicta castellania de auxilio per annum per Johannem et Johannodum Siraz de Dovia ut in computo precedenti, [XXVI Quarti] nichil computat quia domina ipsos tradidit domine Pantissalee, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, occasione qua supra in frumento.

Recepit a personis in septem particulis sexti computi precedentis specificice et particulariter nominatis de auxilio annis alternis ut in computo precedenti, et computat pro termino festi beati Stephani crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, et in computo precedenti de ipsis computavit pro anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo, ut in eodem computo continetur

- LIX solidos, IX denarios monete Auguste

Recepit a Jaquemina, relicta Dominici Reynerii de Avyso, domicelli, tutorio nomine filii pupilli dicti Dominici quondam, pro auxilio per ipsum debito annis alternis, ut in titulo denariorum census sexti computi

³⁷⁷ Dans la marge gauche: *vide infra in introgiis novum servicium pro computo sequenti.*

Anselmo Pession

precedentis in festo beati Stephani crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo et in computo precedenti de ipsis computavit pro anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo, ut in eodem computo continetur

- XXX solidos monete Auguste

De octo solidis monete Auguste debitis domino per Johannem Biguey de Valle de Bocza pro auxilio annis alternis debito ut in computo precedenti, non computat pro termino festi beati Stephani prothomartiris, crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, quia de ipsis computavit in suo computo precedenti pro anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, et de eisdem computabit castellanus post ipsum adveniente termino pro festo beati Stephani crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio

Summa - IIII libre, IX solidi, IX denarii monete Auguste

Firme:

Idem reddit computum quod recepit ab Aymonodo naturali quondam Aymoneti de Arnio pro firma mistraliarum mandamenti Quarti unius anni finiti in festo beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, nec inde plus recepit licet super hoc bonam diligenciam quam potuit fecerit, ut suo asserit juramento, quibus non obstantibus inungitur castellano post ipsum³⁷⁸ quod dictam firmam, una cum aliis supra et infrascriptis, cridari faciat et plus offerenti tradat, taliter quod de ipsis valeat in suo sequenti computo utilius pro domino computare aut alias sufficiencius respondere

- XII florenos auri boni ponderis veteres

Recepit ab eodem Aymonodo pro rata firme dicte mistralie ad rationem supradictam a die festi beati Michaelis quod collitur die penultima mensis septembris anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo usque ad diem XVIII mensis maii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, quo die idem castellanus dimissit dictum officum ut supra, videlicet pro triginta tribus septimanis

³⁷⁸ Dans la marge gauche: *vide*.

- VII florenos, VII denarios, tercium, dimidium quartum, grossos turonenses

De firma mistralie Oyacie et ipsius mandamenti pro qua fuit computatum in computo dicte castellanie, de annis Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio et octuagesimo quarto, de decem florenis auri boni ponderis veteribus pro firma dicte mistralie unius anni finiti in festo beati Michaelis, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto, nichil computat quia domina dictam mistraliam tradidit domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, occasione superius declarata in frumento.

176 De firma clericature et papirorum curie mandamenti Quarti et Oyacie, pro qua fuit computatum in tercio computo precedenti de vigintiquatuor florenis auri boni ponderis veteribus pro uno anno finiti die undecima mensis novembris anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, nichil computat quia nichil pro eadem recepit per tempus de quo computat ut dicit, tam pro eo quod domina tradidit domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, castrum, castellaniam et mandamentum Oyacie, in quibus maior pars utilitatis et comodi dicti officii percipiebatur ut dicit, quam pro eo quod non invenit qui dictum officium ad firmam seu exitum quomodolibet tenere voluerit, licet bonam diligenciam quam potuit per cridas et aliis modis **[XXVII Quarti]** omnibus fecerit ut dicit, de quibus cridis et diligencia fidem facit per litteras publicas cridarum super hiis factorum per Vuillermetum dictum Marquix de Villafrancha, preconem publicum dicti loci, diebus XXVIII, XXIX et penultima mensis octobris anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, quibus diebus tenute fuerunt ibidem nundine quas reddit manu Johannis Gontereti de Augusta notarium signatas, et in quodam folio papiri scriptas. Quibus non obstantibus, iniungitur castellano post ipsum quod dictam firmam cridari faciat modis, locis, temporibus et diebus debitis et cridari consuetis et plus offerenti tradat, taliter quod de ipsa valeat suo sequenti computo computare aut alias sufficiencius respondere.

Recepit a Petro Rigoti de Quarto pro firma manderie dicti loci unius anni finiti die secunda mensis augusti, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, nec inde plus habere potuit, licet super hoc bonam diligenciam fecerit ut suo asserit juramento, quare fit castellano post ipsum similis iniunctio que supra

- II florenos auri boni ponderis veteres

Recepit ab eodem Petro Rigoti pro rata eiusdem firme a die secunda inclusive mensis augusti, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, usque ad diem decimam octavam exclusive mensis maii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, videlicet pro quadraginta una septimanis et duobus diebus, quia die ultimo dicta dimisit officium dicte castellanie

- I florenum, VII denarios, et vicesimum quartum unius denarii grossi turonensis veteris

Recepit a supradicto Aymonodo, naturali quondam Aymoneti de Arnio, pro firma manderie Sancti Christofori, unius anni finiti die secunda mensis augusti, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, nec plus inde recepit, licet super hoc bonam diligenciam quam poterit³⁷⁹ fecerit ut dicit, sed fit castellano post ipsum similis iniunctio que supra

- II florenos auri boni ponderis veteres

Recepit ab eodem Jaquemodo pro rata dicte firme et ad rationem eiusdem a die secunda inclusive mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, usque ad diem decimam octavam exclusive mensis maii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, videlicet pro quadraginta una septimanis et duobus diebus, ut supra

- I florenum, VII denarios et vigesimum quartum unius denarii grossi veteris

De firma manderie Vallispelline pro qua fuit computatum in tercio computo precedenti de viginti solidis monete Auguste pro uno anno finito die secunda mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto et aliis precedentibus, nichil computat quia domina nostra Sabaudie comitissa tradidit dictam manderiam domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, occasione qua supra in frumento.

De firma manderie de Dovia pro qua fuit computatum in tercio computo precedenti de dimidio floreno auri boni ponderis vetere pro uno anno finito die secunda mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto, nichil computat quia tradita fuit per dominam ut supra.

³⁷⁹ Dans la marge gauche: *vide*.

Recepit ab Henrico de Turre de Stipulis pro firma mistralie de Bocza unius anni finiti die secunda mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo

- III denarios grossos turonenses veteres

Et: - dimidium florenum auri boni ponderis veterem

Recepit manu Guillermi Cutellerii de Chamberiaco pro exitu leyde nundinarum Villefranche que tenentur ibidem bis in anno, videlicet die martis propinquiore festi apostolorum Philipi et Jacobi, et die festi apostolorum Simonis et Jude, et computat pro termino festi apostolorum Symonis et Jude anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo: - IIII libras, V solidos monete Auguste, et pro termino festi beatorum Philipi et Jacobi anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo: - XX solidos dicte monete, nec inde plus recepit per dictum tempus ut dicit et suo asserit juramento.

177

- CX solidos monete Auguste

De firma banni vini quod venditur in Villa Francha a die prima mensis augusti usque ad diem festi Assumpcionis Beate Marie inclusive eiusdem mensis domino pertinenti ibidem, ut in computo precedenti, nichil computat quia non invenit qui proinde aliquid se daturum obtulerit per tempus de quo computat ut dicit, licet bonam diligenciam quam poterit fecerit ut dicit et suo juramento asserit. Quibus non obstantibus, iniungitur castellano post ipsum³⁸⁰ quod dictam firmam, una cum aliis supra **[XXVIII Quarti]** et infra scriptis, cridari faciat modis, locis et temporibus debitis et consuetis et plus offerenti tradat, taliter quod de eisdem valeat in suo sequenti computo utilius pro domino computare aut alias sufficiencius respondere.

De firma ponderis domini de Villa Francha, quod levatur pro singulis rebus que ponderantur ibidem ad grossum pondus, unus denarius monete cursibilis Auguste, ut in computo precedenti, nichil computat quia nichil proinde recepit per tempus de quo computat ut dicit, nec invenit qui se aliquid daturum obtulerit ut suo asserit juramento, quare fit castellano post ipsum similis iniunctio³⁸¹ que proxime supra.

De firma pratorum domini de Ryns, inclusis fructibus arborum in eisdem existencium, pro firma quorum fuit computatum in tercio computo precedenti de decem septem florenis auri boni ponderis

³⁸⁰ Dans la marge gauche: *vide*.

³⁸¹ Dans la marge gauche: *vide*.

veteribus pro uno anno finito in festo Nativitatis domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto, nichil computat quia domina dicta prata, seu firmam ipsorum, tradidit domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, causis et rationibus in computo precedenti plenius declaratis.

De sex solidis monete Auguste debitis et solvi consuetis per Johannodum de Roveyn et *consortes suos de Roveyn*³⁸² pro pascuis de Ryns, sibi per dominum de Quarto quondam accensatis ad certum tempus, de quo declaracionem nundum habere potuit, ut dicit et dicitur in computo precedenti, nichil computat quia domina dicta pascua et ipsorum exitus tradidit supradicte domine Pantissalee de Saluciis, relicte supradicti domini Henrici domini de Quarto quondam, occasione qua supra.

Summa: - CX solidi monete Auguste

Et:

- XXVII floreni, VI denarii, quartus, sextus et dimidius quartus unius denarii grossi turonensis boni ponderis veteris

Teysie domorum :

De teysiis domorum Villefranche nichil computat hic, eo quod includuntur in denariis census prout et de quibus superius computat maxime quia super domibus Ville predicte, quando casus evenit, dominus percipit in eisdem laudes, ut dicit et dicitur in computo precedenti.

Introgia:

Idem reddit computum quod recepit a Petro Gorra notario tam pro concordia cuiusdam commissionis feudi cuiusdam pose aque de rivo domini vocati de Preposito, quam tenebat Johannes Cognien de Ponte Arcus Auguste a domino de Quarto quondam, sub certo servicio annuali, quam pro introgio feudi dicte aque eidem Petro per dictum castellanum commissarium domini <albergatam> per litteram domini de commissione predicta, cuiusquidem commissionis tenor sequitur in hec verba:

³⁸² La phrase est ajoutée dans la marge droite avec un signe de renvoi.

“Nos Amedeus, comes Sabaudie, notum facimus universis quod nos de probitate et diligencia dilecti fideli Hugonis Roda, castellani nostri de Quarto, plenius confidentes, potestatem damus et concedimus per presentes quascumque res et possessiones ad nos, racione domini de Quarto, juriumque pertinenciarum castri et jurisdictionis de Quarto, Breissognie et Sarro pertinentes, albergandi, infeudandi imperpetuum vel ad tempus concordandique et concordias recipiendi de commissione et escheytis feudorum nostrorum nobis pertinencium ex causa predicta, et omnia alia faciendi que circa hec erunt necessaria et sibi videbuntur opportuna. Datum in Villanova nostra Chillionis, die VI mensis octobris, anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo, sub signeto nostro, cancellario absente, per dominum, Mermetus Rougeti”.

Quam litteram ostendit in presenti computo et penes se retinet ad feudum perpetuum albergatum pro servicio dari solito per dictum Johannem et consortes suos, instrumento inde recepto per Johannem Gontereti de Augusta notarium, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, indicione decima quinta, die XXIII mensis marcii

178

- XXX solidos monete Auguste

Recepit a Vuillermeto Jaquini de Ronco de Bocza, pro **[XXIX Quarti]** introgiis feudi certarum rerum et possessionum sitarum in territorio de Bocza domino pertinencium pro medietate, et alia medietas pertinet Petro Amedei, cumdomino de Bocza, domicello, et sororibus suis, que fuerunt Ansermerii et Francisci Chuparz de Bocza quondam et Johannis, dicti de Tulia de Bocza quondam, et eidem Vuillermeto per dictum castellanum, commissarium domini, ad feudum perpetuum pro servicio et auxilio inde dari solito, et quatuor solidis servicii annuatim de augmento,³⁸³ instrumento inde recepto manu Johannis Gontereti de Augusta notarii, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, indicione decima quinta, die XXV mensis marcii, et de quo augmento castellanus post ipsum in suo primo et sequenti computo computare debet

- XXX libras monete Auguste

Recepit a Martino, dicto Merlin, de Valle Brocii, habitatore Quarti, pro introgiis feudi cuiusdam jornalique aque rivi domini vocati de Preposito, capiende annis singulis qualibet ebdomada die dominico, quam tenebat a domino de Quarto quondam Johannes de Gignio, habitator Quarti, nobilis, sub certo servicio annuali, videlicet quinque

³⁸³ Dans la marge gauche: *vide novum servitium pro computo sequenti.*

solidorum, que aqua pertinebat domino jure comissionis et excheite ob mortem dicti domini de Quarto, quam aquam dictus castellanus commissarius domini dicto Martino albergavit ad feudum perpetuum pro dictis quinque solidis servicii annualis dari solitis, et pro decem solidis monete Auguste cursibilis servicii annui de augmento, et de quibus decem solidis³⁸⁴ castellanus post ipsum computare debet, instrumento inde recepto per Johannem Gontereti de Augusta notarium, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, indicione decima quinta, die vicesima sexta mensis marcii

- C solidos monete Auguste

Recepit a Johanne Mermeti, habitatore in porta Sancti Ursi, olim commorante in Villafrancha mandamenti Quarti, pro introgiis feudi medietatis cuiusdam casalis domus site in Villafrancha, que fuit Petri Magni de dicta villa quondam, et domino pertinet, et fuit per dictum castellanum, commissarium domini, dicto Johanni ad feudum perpetuum albergati pro tributo solito, et pro quodam territorio novalis sito subtus Varels et supra Vyelymorta, ad extimacionem trium fossoriarum vinee, ad faciendum vineam pro servicio annuali³⁸⁵ de novo reddito seu servicio, et de quibus castellanus post ipsum domino computare debet, instrumento inde recepto per Johannem Gontereti de Augusta notarium anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, indicione decima quinta, die vicesima quinta mensis aprilis

- XXV solidos monete Auguste

Recepit a viro nobili Jacobo, condomino de Nuns, pro introgiis feudi cuiusdam pascui siti in valle de Riegny supra Sanctum Bartholomeum, in mandamento Quarti, per dictum castellanum, commissarium domini, eidem albergati ad feudum perpetuum pro quatuor solidis monete cursibilis Auguste de novo reddito³⁸⁶ seu servicio annuali, et de quo castellanus post ipsum computare debet, et pro tanto de introgiis, instrumento inde per Johannem Gontereti de Augusta notarium recepto, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, indicione decima quinta, die decima mensis maii

- VI libras monete Auguste

Recepit a Johanne de Del, clerico, habitatore de Nuns, pro introgio feudi cuiusdam passagii seu aqueductus cuiusdam rivi conficiendi per

³⁸⁴ Dans la marge gauche: *vide novum servitium pro computo sequenti.*

³⁸⁵ Dans la marge gauche: *vide novum servitium.*

³⁸⁶ Dans la marge gauche: *vide novum servitium.*

dictum Johannem a loco terre de Nuns in Aqua Cherent usque ad res dicti Johannis, loco dicto Vachery, dicto Johanni per dictum castellanum, commissarium domini, ad feudum perpetuum albergati pro duobus solidis monete cursibilis Auguste de servicio seu novo redditu³⁸⁷ per annum, de quibus castellanus post ipsum domino computare debet, et pro tanto de introgiis, per instrumentum inde manu Johannis Gontereti de Augusta notarium receptum, anno Domini millesimo tercentesimo [XXX Quart] nonagesimo secundo, indicione decima quinta, die decima mensis maii - XX solidos monete Auguste

179 Receptit a Jaquemino de Canali de Dovia, burgense de Porta Sancti Ursi, pro introgio feudi medii jornalique aque de rivo domini vocato de Preposito, in qualibet ebdomada die sabbati, per dictum castellanum, commissarium ad eadem, ad feudum perpetuum <albergati> et in augmento feudi alterius medii jornalique aque predicte, quam tenet a dicto domino aliunde pro quinque solidis servicii³⁸⁸ de novo redditu, de quibus castellanus post ipsum domino computare debet, et pro tanto de introgiis, instrumento recepto per Johannem Gontereti notarium publicum, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, indicione decima quinta, die quarta maii - X libras monete Auguste

Receptit ab eodem Jaquemino de Canali pro introgio feudi medii jornalique aque rivi domini vocati de Fratre Baudino, capiendi in qualibet die jovis cum nocte immediate sequenti, usque in diem veneris in aurora inclusive in dicta nocte illa et alia nocturna aque dicti rivi, quam aliunde percipit idem Jaquemetus dicto Jaquimino, per dictum castellanum, commissarium domini, ad feudum perpetuum albergati pro viginti solidis monete cursibilis Auguste de censu annuatim et uno denario servicii dicte monete de novo redditu, de quibus castellanus post ipsum domino computare debet, et pro tanto de introgiis, per instrumentum inde manu predicti Johannis Gontereti de Augusta notarium³⁸⁹ receptum, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, indicione decima quinta, die decima maii - X libras monete Auguste

Receptit a Petro Gorra, notario suprascripto, pro introgio feudi cuiusdam diete aque de rivo vocato de Ruerie supra Charvenczo, castellanie de Bressognia, capiendo omni quindena in die jovis ab

³⁸⁷ Dans la marge gauche: *novum servicium*.

³⁸⁸ Dans la marge gauche: *novus redditus*.

³⁸⁹ Lire *notarii*.

aurora usque ad diem veneris in aurora, domino pertinentis et quam solebat tenere Vuillermus de Gerbolla, mandamenti Amaville, dicto Petro per dictum castellanum, commissarium domini, albergate ad feudum perpetuum pro media libra piperis de reddito annuo³⁹⁰ et de qua castellanus Bressognie in novis redditibus domino computare debet et pro tanto de introgiis,³⁹¹ instrumento inde recepto per Johannem Gontereti de Augusta predictum notarium, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, indicione decima quinta, die decima maii
- II florenos auri boni ponderis veteres

Recepit a Johanne Gontereti de Augusta notario predicto, pro introgio feudi unius jornalae aque, unius doczoni de rivo domini vocati de Preposito, quolibet mense maii, junii, <jullii>, augusti et septembris, videlicet tertia die cuiuslibet mensium predictorum ab aurora usque ad noctem, per dictum castellanum, commissarium domini, eidem abergati pro quinque solidis servicii annualis, de quibus castellanus post ipsum in novis redditibus domino computare debet, et pro tanto de introgiis, instrumento inde recepto manu Johannis Pesceleti de Butie notarii, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, indicione decima quinta, die ... mensis ...³⁹²
- C solidos monete Auguste

Recepit a Martino Suysan, habitatore in Villafrancha, causam habente pro relicta Jaqueti Charrotin de Villafrancha, uxore nunc dicti Martini, pro quadam concordia commissionis feudi videlicet cuiusdam nocturne aque de rivo domini vocato de Villa sur Nus, pro rebus suis de Terra Nigra aquandis et unius pecie prati vocati Exerti, siti in mandamento Bressognie ultra pontem Durie, eidem Martino per dictum castellanum, commissarium domini, remisse ad tantum, ultra onera annualia inde solita, instrumento inde per Johannem Gontereti de Augusta predictum notarium, recepto anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, die nona mensis maii

- IIII florenos auri parvi ponderis ad XII denarios grossos pro floreno

Summa: - LXIX libre, XV solidi monete Auguste
- IIII floreni parvi ponderis
Et: - II floreni boni ponderis veteres

³⁹⁰ Dans la marge gauche: *piper de novo reddito*.

³⁹¹ Dans la marge gauche: *Castellanus Bressognie*.

³⁹² Le jour et le mois font défaut.

[XXXI Quarti] *Laudes et vende:*

Idem reddit computum quod recepit ab Anthonio Parmer de Balma, Hugoneto de Ciran, Vuilliermeto Mugner de Ciran et Martino Raymondi Amyceys, pro quadam infeudacione per dictum Anthonium quibus supra facta de quodam jornali aque rivi de Villa Nuns, pro viginti quatuor florenis auri januensibus introgii, instrumento inde per Johannem Gontereti de Augusta notarium recepto anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, indicione duodecima, die XXIX mensis maii

- IIII florenos auri januenses ad XIII denarios grossos parvi ponderis pro floreno

180

Recepit a dicto Anthonio Parmer et Vuilliermeto Mugnerii de Ciran pro quadam infeudacione facta per dictum Anthonium eidem Vuilliermeto de quadam pecia territorii siti apud Quartum, pro sex libris introgii, instrumento inde recepto per Johannem Gontereti notarium, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, indicione duodecima, die quarta novembris - XX solidos monete Auguste

Recepit a Martino de Soreley, parvo Petro de Soreley et Bartholomeo Tarida et Petro Pasquier de Ragny pro quadam infeudacione facta per quos supra eidem Petri de Pasquier de erbagiis cuiusdam pecie prati siti in Mean, pro duodecim solidis monete Auguste introgii, instrumento recepto per dictum Johanne Gontereti, anno quo supra, die octava novembris - II solidos monete Auguste

Recepit a Jaquemino, filio quondam Vincencii Vuorpo dou Bagnierast de Oyacia et Johanne Regis, habitatore in Ponte Lapideo, pro quadam infeudacione per dictum Jaqueminum eidem Johanni facta de certis rebus et possessionibus sitis in parrochia Sancti Christophori pro sexdecim florenis auri boni ponderis ad tresdecim denarios grossi cum dimidio pro singulo floreno, instrumento recepto per Johannem Gontereti predictum anno quo supra, die decima quinta mensis novembris

- LXXII solidos monete Auguste

Recepit a Matheo de Chomar de Roesan pro donacione et infeudacione factis eidem Matheo per Parvum Johannem de Berio de Blavy de certis rebus et possessionibus, pro quadraginta libris de introgio, instrumento recepto per dictum Johannem Gontereti, anno

Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, indicione
tresdecima, die prima mensis februarii

- VI libras, XIII solidos, III denarios monete Auguste

Recepit ab Anthonio Parmerii et Johanne Marqueti pro quadam
infeudacione facta per dictum Anthonium eidem Johanni de quibusdam
rebus sitis in parrochia Sancti Christofori, pro viginti quinque florenis
auri veteribus ad tresdecim denarios grossos cum dimidio pro quolibet
floreno de introgio, instrumento recepto per dictum Johannem Gontereti
anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, indicione
tresdecima, die nona mensis februarii

- III florenos auri veteres ad XIII denarios obolo grossos

Et: - III solidos, VII denarios monete Auguste

Recepit ab Uldrico Benedicte de Blavy pro infeudacione sibi facta
per Ybletum, filium Petri Berta quondam, cerdonis, civis Auguste, de
quadam pecia vinee site ou Loz pro septem florenis auri veteribus ad
tresdecim denarios grossos cum dimidio pro quolibet floreno de
introgio, instrumento recepto per dictum Johannem Gontereti notarium,
anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, indicione
tresdecima, die vicesima sexta mensis februarii

- XXXI solidos, VI denarios monete Auguste

Recepit ab Aymonodo naturali de Arneo³⁹³ et Johanne dicto Bonet,
filio quondam Jaqueti de Samon, diocesis gebennensis, habitatoris
parrochie Quarti, pro quadam infeudacione sibi per dictum Aymonodum
facta de quadam pecia vinee jacentis ad Ciran, pro decem florenis
veteribus ad tresdecim denarios obolo grossos pro quolibet dictorum
florenorum de introgiis, instrumento recepto per predictum Johannem
Gontereti anno proxime scripto, die ultima maii

- XLV solidos monete Auguste

Recepit ab Anthonio Parmerii de Balma et Peroneto Chacho de
Dovia, pro quadam infeudacione facta per dictum Anthonium eidem
Peroneto de quodam journali aque rivi Prepositi, instrumento recepto per
[XXXII Quarti] predictum Johannem Gontereti, anno Domini
millesimo tercentesimo nonagesimo, die vicesima prima mensis augusti,
pro decem florenis auri veteribus ad tresdecim denarios obolo grossos
pro floreno quolibet

- XLV solidos monete Auguste

³⁹³ Lire *Arnyo*.

Recepit ab Aymonodo naturali de Arnio et Aymoneto de Villa supra Nuns pro quadam infeudacione per dictum Aymonodum eidem Aymoneto facta de quadam pecia vacolli siti in Valbly³⁹⁴ ultra Cristam, de introgiis pro triginta solidis, instrumento recepto per dictum Johannem Gontereti, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo, indicione quatuordecima, die decima mensis aprilis

- V solidos monete Auguste

Recepit a Martino Jaquemeti Marqueti de Chivento³⁹⁵ et Petro Suexian, habitatore in Villafrancha, pro quadam infeudacione facta per dictum Martinum dicto Petro de quadam platea sive orto sito in Villafrancha extra muros, de introgiis pro duodecim solidis, instrumento recepto per predictum Johannem Gontereti anno proxime suprascripto, die quarta maii

- II solidos monete Auguste

Recepit ab Aymonodo naturali de Arnyo et Petro Vulliermete de Avisio parrochie Quarti pro quadam infeudacione per dictum Aymonodum eidem Petro facta de quadam pecia vinee site subtus Chatignan pro tribus florenis auri veteribus ad tresdecim denarios obolo grossos pro quolibet floreno, instrumento recepto per Johannem Gontereti predictum anno proxime scripto, die tercia mensis augusti

181

- XIII solidos, VI denarios monete Auguste

Recepit a Dominico Bremenczonis de Chivento, alias Carro, tam pro laudibus et vendis quarundam rerum et possessionum sitarum in montanea de Riegny, sibi albergatarum per Martinum Jaqueti Marqueti de Chivento et Perrinam eius uxorem, de introgiis pro viginti quinque libris monete cursibilis Auguste, quam pro concordia commissionis dictarum rerum ab eodem per predictum castellanum petite, pro eo quod dictus Dominicus tempore debito dictas laudes et vendas domino non persolvit, illas pocius tacendo cum clericus domini ad instrumenta domini recipienda deputatus, datam donacionem seu albergamentum et instrumentum non recepit

- XVI libras, XI solidos, IIII denarios monete Auguste

Recepit ab Anthonio Parmerii de Balma et Hugonodo, filio quondam Johannis naturalis de Bocza, pro quadam infeudacione per dictum Anthonium eidem Hugonodo facta de quadam pecia vinee, sita in

³⁹⁴ *Sic.*

³⁹⁵ Lire *Charvenczo*.

parrochia Sancti Christofori, loco dicto Revoeyn,³⁹⁶ pro quadraginta quatuor florenis auri ad rationem quatuordecim denariorum grossorum pro floreno quolibet, instrumento recepto per predictum Johannem Gontereti, anno proxime scripto, die vicesima prima mensis augusti

- VII florenos auri januenses ad XIII denarios grossos

Et: - IX solidos, III denarios monete Auguste

Recepit a Marco dicto Merlin de Valle Brocii, habitatore Quarti, pro quadam infeudacione sibi facta per Petrum, filium quondam Johannis de Gagnyo,³⁹⁷ nobilis, habitatorem Quarti, de ceteris rebus et possessionibus sitis in Villa Quarti, de introgiis pro sexaginta libris monete cursibilis Auguste, instrumento inde recepto per predictum Johannem Gontereti, anno proxime scripto die duodecima mensis septembris

- X libras monete Auguste

Recepit a Petro de Gignio predicto et Anthonio de ...,³⁹⁸ habitatoribus Quarti, pro quadam vendicione rerum de Fellinery pro quatuor florenis auri januensibus ad quatuordecim denarios grossos pro quolibet floreno, recepto per dictum Johannem Gontereti, anno proxime scripto, die quarta mensis novembris

- XVIII solidos, VIII denarios monete Auguste

Recepit a Johannodo et Jaquemino de Prel de Roesan,³⁹⁹ fratribus, et Theobaldo de Clusseillia,⁴⁰⁰ parrochie de Roesan, pro quadam infeudacione per dictos fratres eidem Theobaldo facta, de quadam pecia terre site supra Roesan pro uno floreno auri boni ponderis, ad tresdecim denarios obolo grossos pro floreno quolibet, instrumento recepto per dictum Johannem Gontereti, anno suprascripto die vicesima octava mensis decembris

- III solidos, VI denarios monete Auguste

Recepit a Johanne Parisot et Trucheto, fratre suo, pro quadam infeudacione per dictum Johannem eidem [XXXIII Quarti] Trucheto de certis rebus et possessionibus sitis in territorio de Porczan de introgiis pro sex libris et tribus solidis monete Auguste, instrumento recepto per dictum Johannem Gontereti, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, indicione decima quinta, die decima sexta mensis januarii

- XX solidos, VIII denarios monete Auguste

³⁹⁶ Lire *Roveyn*.

³⁹⁷ Lire *Gignyo*.

³⁹⁸ Le nom fait défaut.

³⁹⁹ Lire *Preil de Roysan*.

⁴⁰⁰ Lire *Clusellina*.

Recepit a Matheo de Chomar de Roesan et Parvo Johanne de Berio de Blavy pro quadam quietatione et remissione sibi ad invicem factis de rebus et hospiciis dicti Johannis de Berio, et aliis pactis inde inter eos secutis, pro septem libris monete Auguste, instrumento inde recepto per dictum Johannem Gontereti, anno proximo⁴⁰¹ suprascripto, die prima mensis februarii - XXXIII solidos, IIII denarios monete Auguste

Recepit a Johanne de Pasquier de Riegny pro certis rebus et possessionibus sitis in montanea de Riegny, sibi per Dominicum Bremencoy⁴⁰² de Charvenczo cessis et remissis pro viginti quinque libris monete Auguste semel, instrumento recepto per predictum Johannem Gontereti, anno proxime scripto, die sexta februarii

- IIII libras, III solidos, IIII denarios monete Auguste

Recepit a Petro Domengii de Roesan pro quadam infeudacione sibi facta per Johannetam, filiam quondam Clementis Brunerii de Villa, de Roesan, de introgiis pro triginta sex libris monete Auguste, instrumento inde recepto per Johannem Gontereti predictum, anno proxime scripto, die octava mensis februarii - VI libras monete Auguste

Recepit a Johannodo Brune de Allen, Johanne eius genero, Jaquemino et Petro fratribus, filiis Vincencii Vorpo, de Oyacia, pro quadam cessione et donacione factis per predictos Jaqueminum et Petrum fratres, filios quondam Vincencii Vorpo de Oyacia, de quadam pecia prati siti in pratis Revoyrie, parrochie Sancti Christofori, pro viginti tribus florenis auri veteribus, ad tresdecim denarios obolo grossos pro quolibet floreno, de infeudacione inde per Anthonium Parmerii de Balma eisdem Johannodo et Johanni facta, instrumento recepto per dictum Johannem Gontereti, anno proxime scripto, die undecima marcii - CIII solidos, VI denarios monete Auguste

Recepit a Johanne Regis, habitatore in Ponte Lapideo, pro quadam infeudacione sibi fata per Petrum, filium quondam Vincencii Vorpo, de quibusdam rebus et possessionibus sitis in parrochia Sancti Christofori pro sexdecim florenis auri ad tresdecim denarios obolo grossos pro floreno quolibet, instrumento recepto per predictum Johannem Gontereti, anno proxime scripto, die duodecima februarii

- LXXII solidos monete Auguste

⁴⁰¹ Lire *proxime*.

⁴⁰² Lire *Bremenczonis*.

Anselmo Pession

Recepit a Jaquemino Girardi Piteti de Roesan pro quadam infeudacione facta per eum in Johannetam eius uxorem, de certis rebus et possessionibus de introgiis pro viginti quatuor libris monete Auguste, instrumento inde facto per dictum Johannem Gontereti, anno proxime scripto, die decima sexta mensis februarii

- XLVI solidos, VIII denarios monete Auguste

Recepit a Johanne et Nicolino de Pertuys, fratribus, nepotibus quondam Johannodi de Olignan, parrochie Quarti, pro laudibus et vendis quarundem rerum dictis fratribus albergatis per Johannetam, filiam quondam Andree de Olignan, de certis rebus et possessionibus de introgiis, pro sexaginta libris monete Auguste, instrumento inde recepto per Johannem Pescleti de Butie notarium, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, mensis aprilis

- X libras monete Auguste

Recepit a Johanne Juglar, habitatore Quarti, pro quadam vendicione sibi facta per Petrum de Cola de Quarto de certis rebus sitis in Quarto, pro duobus florenis auri veteribus ad tresdecim denarios obolo grossos pro floreno quolibet, de introgiis, instrumento recepto per Johannem Casei de Augusta notarium, juniorem, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo, indicione tresdecima, die octava mensis aprilis

- IX solidos monete Auguste

Recepit a Johanne Parisot de Porczan et Mermodo eius fratre, pro quadam infeudacione **[XXXIII Quarti]** facta dicto Aymonodo per dictum Johannem de quadam pecia terre site loco dicto Rumerro de introgiis pro triginta solidis monete Auguste, instrumento inde recepto per dictum Johannem Casei, anno proxime scripto, die vicesima septima mensis novembris

- V solidos monete Auguste

Recepit a Petro Valleti de Porczan pro quadam infeudacione sibi facta per Johannodum de Porczan de quadam nocturna aque de introgiis pro uno floreno auri vetere ad tresdecim denarios obolo grossos pro floreno quolibet, instrumento recepto per Johannem Casei predictum, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, indicione quatuordecima die decima septima julii

- IIII solidos, VI denarios monete Auguste

Recepit a Johanne Bertodi de Cre de Gignyo et Bonifacio de Jacupo⁴⁰³ habitatore in Villafrancha, pro quadam infeudacione facta

⁴⁰³ Lecture douteuse.

dicto Bonifacio per dictum Johannem, de quadam pecia vinee et quodam casali sitis in territorio dicte ville, pro quadraginta quatuor solidis monete Auguste de introgiis, instrumento inde recepto per Johannem Casei predictum, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, indicione decima quinta, die octava mensis februarii

- IX solidos monete Auguste

Recepit a Petro Clerici de Cella de Quarto et Johanne, filio Vulliermodi Rusine, de Pulyo, pro quadam infeudacione dicto Johanni facta per dictum Petrum de certis rebus pro tribus florenis cum dimidio auri boni ponderis veteribus ad tresdecim denarios obolo grossos pro floreno quolibet de introgiis, instrumento recepto per dictum Johannem Casei, anno proximo scripto die tresdecima februarii

- XV solidos, IX denarios monete Auguste

Recepit a Francisco de Plantata Quarti pro quadam infeudacione sibi facta per Johannem Juglar habitatore⁴⁰⁴ ... de certis rebus pro sex libris de introgiis monete antedicte, instrumento inde recepto per predictum Johannem Casei anno proxime scripto, die quarta marcii

- XX solidos monete Auguste

Recepit a Jaquemeto et Petro fratribus, filiis Vuillienci Silla de Noucz et Bertholeto de Noucz, parrochie Quarti, pro quadam infeudacione facte per dictos fratres eidem Bertholeto de quadam pecia prati, precio quinque florenorum auri januensium ad quindecim denarios obolo grossos pro quolibet floreno, instrumento recepto per Johannem Pescleti de Butye anno proxime scripto, die quinta marcii

- XXV solidos, X denarios monete Auguste

Recepit a Johanne, dicto Jota, de Ponte Lapideo, mugnerio, pro quadam infeudacione sibi facta per Columbam eius uxorem, filiam quondam Petri Gilio de Bagneres, parrochie Sancti Christofori, de quibusdam rebus et possessionibus sitis in parrochia Sancti Christofori pro viginti libris monete predicte de introgiis, instrumento recepto per predictum Johannem Pescleti predictum,⁴⁰⁵ anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo, indicione tresdecima, die decima septima mensis octobris

- LXVI solidos, VIII denarios monete Auguste

⁴⁰⁴ Le lieu fait défaut.

⁴⁰⁵ Répété.

Recepit a Jaquemino Percuniur de Rosean⁴⁰⁶ pro quadam infeudacione sibi facta per Jaquemetam, filiam quondam Petri Girodi de Crista de Roesan, et Jaquemetum dou Glarey eius virum, de quadam pecia prati de novali siti in parrochia de Roesan pro viginti quatuor solidis monete predictae de introgio, instrumento recepto per dictum Johannem Pescleti, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, indicione quatuordecima, die duodecima mensis februarii
- IIII solidos monete Auguste

183 Recepit a Johanne Imperatoris de Quarto pro laudibus et vendis, nec scit declarare causam vendicionis seu contractus pro quo solvit quia non vidit instrumentum contractus cum illud instrumentum non receptum fuerit per clericum domini ad talia deputatum

- I florenum auri januensem ad XV denarios obolo grossos pro floreno

Recepit ab Aymoneto, filio Sartoris de Cre de Gignio, habitatore Quarti, pro laudibus et vendis, nec scit declarare causam racione qua supra de Johanne Imperatoris

- I florenum auri januensem ad XV denarios obolo grossos pro floreno

Recepit a dicto Aymoneto pro laudibus et vendis, nec scit declarare causam racione qua supra

- XLVI solidos, VIII denarios monete Auguste

Recepit a Johanne Chapuis de Roesan pro laudibus et vendis, nec scit declarare causam racione qua supra

- XLVI solidos, VIII denarios monete Auguste

Recepit a Vuilliermo Mugnerii de Ciran, tam pro laudibus et vendis cuiusdam pose seu diete aque de quadam pissina Trucheti Parisot, per dictum Truchetum eidem Vuilliermo albergate, quam pro concordia [XXXV Quarti] commissionis dicte aque per dictum castellanum a dicto Vuilliermo petite, ex eo quod infra tempus debitum laudes et vendas non solverat precipiendo, instrumentum inde factum alteri clerico quam clerico domini ad talia deputato

- XXXV solidos monete Auguste

Recepit a Johanne de Orto de Porczan, causa simili ut supra de Vuilliermeto Mugnerii

- XXXV solidos monete Auguste

Recepit ab Hugoneto de Ciran causa predicta et simili

⁴⁰⁶ Lire *Roysan*.

- L solidos monete Auguste
Recepit a Petro Ducis de Avisio, parrochie Quarti, simili modo et
causa eadem - XLV solidos monete Auguste
Recepit a predicto Johanne de Orto, tam pro laudibus et vendis
quarundam rerum per eum acquisitarum a Petro de Balma de Nuns et
consortibus suis, que res fuerunt quondam Johannis Coquilliodi,
habitoris Quarti, moventes de feudo domini, quam pro concordia
commissionis dictarum rerum, simili causa qua supra de Vuilliermeto
Mugnerii - XXXXVI solidos monete Auguste
Recepit ab Aymonodo Parisot de Porczan, simili et eadem causa
- XX solidos monete Auguste
Recepit a Petro dou Verney, parrochie Quarti, eadem et simili causa
que supra - X solidos monete Auguste
Recepit ab Aymonodo naturali de Arnio, parrochie Quarti, eadem et
simili causa qua supra - L solidos monete Auguste
Recepit a Johanna, relicta Vuillermi Vallerii de Gylio, parrochie
Quarti, eadem et simili causa qua supra - XX solidos monete Auguste
Recepit a Johanne Martineti de Arnio parrochie Quarti eadem et
simili causa qua supra
- VI januenses auri ad XV denarios obolo grossos pro floreno
Et: - X solidos, IIII denarios monete Auguste

Summa: - CVIII libras, XVI solidos monete Auguste
- IIII florenos boni ponderis veteres ad XIII denarios obolo grossos
- XI januenses auri ad XIII denarios grossos
Et: - VIII januenses auri ad XV denarios obolo grossos

184

Aqua rivi Prepositi vendita ultra aquam accensatam:

Idem reddit computum quod recepit manu Petri Morelli de Rivo,
administratoris et dispensatoris aque rivi domini vocati de Preposito, de
et pro aqua dicti rivi vendita per eum Petrum pluribus et diversis
personis ultra aquam accensatam seu tradictam ad servicium, de quo
supra computat in titulo denarii rivi census, in anno Domini millesimo
tercentesimo nonagesimo primo, et respondet minus de decem solidis
quam anno proxime precedenti, nec inde plus recepit dicto anno ut dicit
- VIII libras, X solidos monete Auguste

Banna concordata:

Idem reddit computum quod recepit a Johanne Juglar, habitatore Quarti, pro quadam concordia per eum facta, nomine uxoris sue, inculpate furtive exportasse certa bona mobilia a domo dicti sui viri

- LX monete auguste

Recepit a Johanne, naturali quondam Johannis de Soreley, inculpato fregisse hostium domus Johannis Breyez de Arlo, et cetera bona mobilia exportasse furtive et de nocte - IIII libras, X solidos monete Auguste

Recepit ab Hugone Grelion, habitatore Quarti, inculpato verberasse quandam mulierem de ultra Montis Jovis, habitatricem Quarti

- LX solidos monete Auguste

Recepit a Raymondo de Balma Quarti, nomine eius filii, inculpato percussisse⁴⁰⁷ et vulnerasse Anthonium de Balma usque ad fracturam ossis et sanguinis effusionem - XLV solidos monete Auguste

Recepit nomine Nycolay de Pra de Quarto, manu venerabilis et religiosi viri domini Berthodi, prioris Sancti Ursi, solventis pro dicto Nycolao, inculpato indebite exportasse medium seraceum alienum de Alpe de Chaleby, dum fructus alpis predictae dividebatur

- XXX solidos monete Auguste

Recepit a Peroneto Chacho de Dovia, inculpato avitasse et levasse unum virum bornelli de rivo domini vocato de Preposito, sine licencia familiarium domini - XI libras, V solidos monete Auguste

Recepit nomine Johannis de Pra de Quarto manu prefati domini prioris Sancti Ursi, solventis pro dicto Johanne, inculpato sibi indebite appropriasse quandam ovem Eymerici Columbe

- XXX solidos monete Auguste

Recepit a Johannodo Clerico de Pleo, parrochie Sancti Christofori, concordante et solvente suo et filiorum suorum nomine, quia inculpabantur exportasse certam quantitatem plantarum nemoris existentis apud Pleo ad manus domini redactarum

- VI libras monete Auguste

Recepit a Jaquemeto Ruffini de Sancto Eugendo [**XXXVI Quarti**] inculpato excessive cidisse in nemore domini vocato de Cirisey certam quantitatem plantarum et partem ab eodem exportasse seu duxisse sub signo domini

- VII florenos et dimidium auri januenses ad XV denarios obolo grossos pro floreno quolibet

⁴⁰⁷ Lire *percussisse*.

Hugues Garnier 1391-1392

Recepit a Johanne Layou de Cirisey, parrochie Sancti Remigii, simili causa quo supra - CXII solidos, VI denarios monete Auguste

Recepit a dicto Merlin de Cirisey pro banno per eum commisso cindendo certam quantitatem plantarum dicti nemoris - XXX solidos monete Auguste

Recepit a Vuillermeto de la Nycoda de Bocza pro bannis per eum commissis cindendo in dicto nemore - XXII solidos, VI denarios monete Auguste

Recepit a Jaquemeto de Cirisey simili de causa - LX solidos monete Auguste

Recepit ab Aymoneto Tabernin de Cirisey simili de causa - LX solidos monete Auguste

Recepit a Peroneto Meler de Sancto Eugendo pro banno per eum commisso in dicto nemore - IX solidos monete Auguste

Recepit a Dominico Bremenczonis de Charvenczo, alias de Carro, concordante pro filiis suis, inculpatis verberasse unum bovem Johannis de Palu et inde in processu facto se degerasse - IIII libras, X solidos monete Auguste

Recepit a Grimodo des Raspalies de Quarto, inculpato indebite cepisse de aqua rivi Prepositi frangendo rivum in pluribus locis versum locum de Moreins - VII libras, X solidos monete Auguste

Recepit a Johanne Guillermeti de Augusta, inculpato fregisse quandam saissinam - XV solidos monete Auguste

Recepit a Johanne dicto Lionet, habitatore ad Ciran, inculpato quandam vineam intrasse et in eadem racemos cepisse - XII solidos monete Auguste

185 Recepit a Jaquemeto Richardi de Bagnieres, parrochie Sancti Christofori, inculpato indebite cepisse de aqua rivi fratri Boudini pluribus vicibus, illa utendo extra prata stagna

- XXII solidos, VI denarios monete Auguste

Recepit a Johanne Trippa simili causa qua supra - XXX solidos monete Auguste

Recepit a Jaquemino de Parlea simili causa qua supra - XLV solidos monete Auguste

Recepit a Johanne Henriodi inculpato simili causa qua supra - XVIII solidos, IX denarios monete Auguste

Recepit a Vuillermo Petri de Fonte inculpato simili causa qua supra - XV solidos monete Auguste

Anselmo Pession

Recepit ab Heustacio Clerici de Mesata inculpato simili causa qua supra - XIII solidos, VI denarios monete Auguste

Recepit a Johanne Adde de Yrisan, inculpato simili causa qua supra - XII solidos monete Auguste

Recepit a Coletto, filio quondam Vuillermi Brunerii de Mesata, inculpato simili causa qua supra - XV solidos monete Auguste

Recepit a Petro de terra de Cly, famulo Andree Valleti de Ceresia, inculpato violenter et indebite cepisse et volvisse aquam rivi Prepositi die et hora pertinentibus Martino dicto Merlin, habitatori Quarti - XXX solidos monete Auguste

Recepit a Petro de Curiis de Porczan, inculpato celasse et sibi indebite appropriasse unum agnum seu castronem cuiusdam vicini sui, videlicet Aymonodi naturalis de Arnio

- III quartos unius floreni auri parvi ad XV denarios obolo grossos

Summa: - LXXI libre, II solidi, IX denarii monete Auguste

Et:

- VIII januenses et quartus unius januensis auri ad XV denarios obolo grossos

Banna condempnata:

De bannis condempnatis in quibus idem castellanus percipit duos solidos in qualibet libra, nichil computat quia nichil pro eisdem recepit per tempus de quo computat ut dicit.

Banna minuta:

De bannis minutis nichil computat quia includuntur in firmis mistraliarum, champeriorum et foresteriorum, de quibus superius computat ut dicit.

Advoerie:

De advoeriis nichil computat quia nichil pro eisdem recepit per tempus de quo computat ut dicit.

Exitus sigilli:

Idem reddit computum quod recepit a Johanne et Jaquemeto, filiis quondam Johannis Marione de Morgona, pro quodam processu probacionis tentie per eos facte super successione quadam Johannis

Alexone de Crestalla, supra Quartum, et sententia revestiture inde lata,
et computat pro sigillis predictorum - XII solidos monete Auguste

Recepit a Jaquemeto Bestent, habitatore in Porta Sancti Ursi, pro
sigillo sentencie absolutorie pro ipso lata super quodam processu
inquisicionis facte ad denunciacionem Anthonii Bichier de Augusta per
castellanum predictum - X solidos monete Auguste

Recepit a Johanne et Nicolao de Prato de Quarto, fratribus, pro
sigillo processus et sentencie late contra [XXXVII Quarti] herede⁴⁰⁸
Peroneti Valini de Morgona - XII monete Auguste

Summa: - XXXVIII solidos monete Auguste

Cheyserie seu excheyte:

Idem reddit computum quod recepit de cheyseriis seu escheytis
domino pertinentibus in dicta castellania, quando casus evenit, per
plures homines dicti mandamenti Quarti per modum et formam
declaratos in tercio computo precedenti de annis Domini millesimo
tercentesimo octuagesimo tercio et octuagesimo quarto et aliis
precedentibus, et primo a Vuillermo, filio Johannodi de Prel de Roesan,
pro cheyseria Jaquemini dicti Percuniur de Roesan eidem pro tanto
manu proborum vendita, ut asserit, nec plus inde recepit ut dicit

- C solidos monete Auguste

Summa: - C solidi monete Auguste

186

Placita debita ob mortem domini:

De placitis debitis in dicta castellania Quarti ob mortem laudabilis
memorie principis illustris domini nostri domini Amedei Sabaudie
comitis quondam, genitoris domini, deffuncti Rippallie die prima
novembris anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, non
computat quia nichil pro ipsis recepit pro eo quod domina hominibus
dicte castellanie solucionem dicti placiti relassavit usque ad terminum
festi beati Johannis Baptiste, anno Domini millesimo tercentesimo
nonagesimo secundo, et pro eo eciam quia domina dicta placita
assignavit egregio militi domino Ybleto de Challant et Montisjoveti, in
exoneracionem seu solutum certe quantitatis pecunie domino per

⁴⁰⁸ Lire *heredem* ou *heredes*.

eundem dominum Ybletum mutuo gracie tradite ut dicit, qui dominus Ybletus seu castellanus post ipsum computare debet, quapropter dicto castellano post ipsum iniungitur expresse⁴⁰⁹ quod de dictis placitis se informet diligenter, taliter quod de ipsis valeat in suo computo sequenti plenarie computare.

Placita tenementariorum nobilium:

De placitis debitis ob mortem tenementariorum nobilium non computat quia nichil pro eisdem recepit per tempus de quo computat ut dicit sed si que ibidem dicto tempore evenerint de eisdem computabit castellanus post ipsum, ut asserit.

De placito domino debito per mortem filii Dominici Reynerii de Avisio, domicelli quondam, non computat quia nichil adhuc pro eodem recepit pro eo quod feudum domini inter tenentes illud est in questione et de ipso pendet lis ut dicit; iniungitur⁴¹⁰ tamen castellanum post *post*⁴¹¹ ipsum prout alias fuit iniunctum, quod dictam questionem breviter terminari procuret et instet quantum poterit dictumque placitum recuperet, taliter quod de eodem valeat in suo sequenti computo domino plenarie computare.

Alia placita tenementariorum:

De placitis debitis ob mortem tenementariorum que levantur diversimode quoniam aliqua sunt taxata seu moderata ad tantum et pro aliis levatur duplum servicii per tenementarios debiti et ultra quarta pars *dicti placiti*⁴¹² pro domina, et quinta pars pro mistrali, ut in computis precedentibus, nichil computat quia nichil proinde recepit pro eo maxime quod casus dictorum placitorum ad noticiam dicti castellani nundum pervenit per tempus de quo computat ut dicit.

De placito debito per filium quondam Jaquimini Peronini des Ales, pro parte sua placiti consortium ob mortem dicti Jaquimini, non computat quia sua pars nundum est divisa ab aliis nec potuit adhuc scire partem sibi contingentem ibidem, ut dicit et prout sibi in computo precedenti fuit iniunctum, iterato iniungitur castellano post ipsum⁴¹³

⁴⁰⁹ Dans la marge gauche: *vide*.

⁴¹⁰ Dans la marge gauche: *vide*.

⁴¹¹ Biffé.

⁴¹² Les mots sont ajoutés dans la marge droite avec un signe de renvoi.

⁴¹³ Dans la marge gauche: *vide*.

quod dictam partem instet [XXXVIII Quarti] declarari et placitum proinde debitum recuperet sic quod de ipso in suo sequenti computo valeat pro domino computare.

De placitis debitis per Hugonodum Grosserii, Richardum, generum Petri Martineti Grosserii, Clemenciam, filiam quondam Cotini, et Reymondum cerdonem, burgensem de Villafrancha, non computat quia feuda que tenent sita sunt tam in mandamento Quarti quam in mandamento Breissognie et servicia seu redditus debitos per predictas personas simul solvere consueverunt sic quod ante factas ibidem recogniciones declarare nesciret quantitates placiti debiti per easdem personas, propter quod, prout sibi fuit iniunctum in computis precedentibus, iterato iniungitur castellano post ipsum⁴¹⁴ quod super hoc totaliter se informet sic quod in suo sequenti computo predicta possit declarare et de premissis in eodem sequenti computo computare.

De placitis si et que debentur per dictos Los Aymonos de Avisio, parrochie Sancti Martini de Corliano prope Augustam, item de placito debito per plures de Jovenczano, mandamenti Aymeville, nichil computat quia declarare nescit utrum quantitates quas debent sint de redditu seu servicio, quoniam, si pro servicio debentur, ad solucionem placiti tenentur, alias non, ut dicit et dicitur in computo precedenti. Quapropter, prout in computo precedenti eidem fuit iniunctum, iterato iniungitur⁴¹⁵ castellano post ipsum quod de premissis plenius se informet placitaque debita recuperet sic quod de ipsis in suo sequenti computo valeat computare aut alias sufficiencius respondere.

De placitis debitis ob mortem supradicti domini Henrici, domini de Quarto quondam, et bone memorie principis illustris domini nostri domini Amedei Sabaudie comitis, quondam avi paterni domini, in multis locis et per multas personas, ultra placita de quibus in precedentibus computis computavit, non computat quia quidam ex ipsis personis debent redditum et servicium simul, et dividi non possunt ante factas recogniciones, et de ceteris non potuit informaciones habere, ut dicit et dicitur in computo precedenti, quibus non obstantibus iniungitur castellano post ipsum⁴¹⁶ sicut supra proxime.

⁴¹⁴ Dans la marge gauche: *vide*.

⁴¹⁵ Dans la marge gauche: *vide*.

⁴¹⁶ Dans la marge gauche: *vide*.

Donaciones prothocollorum:

De donacionibus prothocollorum nichil computat quia nichil pro eisdem recepit per tempus de quo computat ut dicit.

Excheyte usurariorum:

De excheytis usurariorum nichil computat quia proinde nichil recepit per tempus de quo computat ut dicit.

Excheyte hominum domini:

De excheytis hominum domini nichil computat quia nichil pro eisdem recepit per tempus de quo computat ut dicit.

Inventa:

Idem reddit computum quod recepit ab Aymonodo naturali de Arnyo pro uno agno invento et sibi vendito - IIII solidos monete Auguste

Recepit a Guillermo Cutellerii pro uno alio agno invento et sibi vendito pro tanto - VIII solidos monete Auguste

Summa: - XII solidos monete Auguste

Legata:

De legatis nichil computat quia nichil ibidem recepit per tempus de quo computat ut dicit.

Decime nascencium:

De firma seu exitu decime agnorum que levatur in partibus Vallispelline et Dovie die Jovis Sancta, nichil computat quia domina ipsam decimam tradidit domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, occasione superius in frumento declarata, ut dicitur in computo precedenti.

De exitu decime que levantur circa Augustam ut supra in frumento et siligine, nichil computat quia nichil pro eadem recepit per tempus de quo computat et suo asserit juramento.

Decime canabi:

Idem reddit computum quod recepit de et pro [XXXIX Quarti] exitu decimarum Auguste que levantur ut supra in frumento pro canabo,

ibidem levato per tempus de quo computat, et computat pro anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo

- II solidos monete Auguste

Summa:

- II solidos monete Auguste

Donum pro redempcione officii:

Idem reddit computum quod recepit ab hominibus communitatis dicte castellanie Quarti, inclusa Villafrancha, pro dono seu subsidio domino gracie per dictos homines concesso pro redempcione dicti officii spacio septem annorum ad rationem ducentorum viginti florenorum januensium auri, computato quolibet dictorum florenorum pro quindecim denariis grossis turonensibus parvi ponderis, et computat de dicto dono seu subsidio pro termino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo et pro primo anno seu termino dictorum septem annorum

- II^C XX florenos januenses auri ad XV denarios grossos

Summa dicti doni:

- II^C XX florenos januenses auri ad XV denarios grossos

Forisseca, vide dorsum:

- II^C XXV florenos auri parvi ponderis in dorso

Summa tocius recepte huius computi, inclusis dono et forisseca:

- V^C XLV libre, VIII solidi, IIII denarii obolo monete Auguste ad XXVI

- XXIX solidi, VII denarii obolo, januenses ad X pro XV predictorum

- II^C XXIX floreni auri parvi ponderis

- LVI floreni, VI denarii, quartus, sextus et dimidius quartus unius denarii grossi turonensis boni ponderis ad XIII denarios obolo grossos

- XI floreni januenses auri ad XIII denarios grossos

- II^C XX januenses auri ad XV denarios grossos

- XVI januenses auri et quartus unius januesis auri ad XV denarios obolo grossos

Et:

- LXI franchi auri

188

Custodia rivi Prepositi:

De quibus⁴¹⁷ libravit Petro Morelli de Rivo, administratori et rectori rivi domini vocati de Preposito, cui dantur sex libre monete Auguste de salario per annum pro labore substento per eum circa regimen, custodiam et administracionem dicti rivi domini vocati de Preposito, ut in computo precedenti, et solvit sibi pro anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, per litteram publicam dicti Petri Morelli de testimonio premissorum confessioneque et recepta, datam Auguste die quatuordecima mensis maii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, quam reddit manu Johannis Gontereti de Augusta notarii signatam - VI libras monete Auguste

Libravit Bonifacio Champapont de Roysan, custodi rivi vocati de Preposito, a loco principii dicti rivi vocato de la Morina usque ad locum vocatum de Valle Suana, subtus Roysan, quasi per unam leucam, capienti pro custodia dicti rivi sexaginta solidos monete Auguste per annum, ultra siliginem, vinum et seraceum sibi pro eodem in suis titulis allocatos, et solvit sibi pro anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, per litteram publicam dicti Bonifacii Champapont de testimonio premissorum, confessioneque et recepta, datam Auguste die quatuordecima mensis maii, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, manu Johannis Gontereti de Augusta notarii scriptam et signatam, superius redditam in libratis siliginis

- LX solidos monete Auguste

Libravit Johanni de Roveyn, habitatori Auguste, pro salario suo unius anni finiendi mense junii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, per quod tempus vacavit colligendo decimam domini que levatur in certis possessionibus existentibus a torrente Clausi <Novi>, inter Sarron⁴¹⁸ et Augustam, per modum et formam superius declaratos in frumento et siligine more solito, ut in computo precedenti, et solvit sibi pro uno anno supra finito, per litteram publicam dicti Johannis de Roveyn de testimonio, confessione et recepta, datam Auguste die decima quinta mensis maii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, quam reddit manu Johannis Gontereti de Augusta notarii signatam

- III florenos auri boni ponderis veteres

⁴¹⁷ Dans la marge gauche: *Custodia rivi Prepositi*.

⁴¹⁸ Lire *Sarrum*.

Pensiones ordinarie:

Libravit domino Jacobo de La Suera, capellano prebendario altaris ecclesie Beate Marie prioratus Sancti Ursi Auguste, percipienti ratione dicti altaris, singulis annis, quinque sestaria, eminam siliginis, unum obolum servicii et unum denarium de placito quando contingit, pro et super quadam pecia prati superius in libratis siliginis confinata, movente de [XL Quarti] feudo dicti altaris, ut per instrumentum dicti albergamenti facti Alexandro de Stabulo de dicta pecia prati, copiatum de verbo ad verbum in libratis siliginis quinti computi precedentis, et solvit eidem pro termino festi beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, per litteram publicam dicti domini Jacobi de testimonio premissorum confessioneque et recepta, datam Auguste die sexdecima mensis februarii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, manu Johannis Gontereti de Augusta scriptam et signatam, superius in libratis siliginis redditam

- I obolum monete Auguste

Libravit domino Berthodo de Nuns, priori Sancti Ursi Auguste, in quibus dominus eidem domino priori tam de servicio quam helemosina per annum tenetur, ultra caponem et siliginem superius in suis titulis allocatos, et quos dictus dominus de Quarto quondam eidem priori annuatim debebat pro feudo quod ab ecclesia Sancti Ursi tenebat, ut in instrumento recognicionis dicti domini Henrici, domini de Quarto quondam, in libratis siliginis quinti computi precedentis de verbo ad verbum copiato. Et solvit eidem pro anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, per litteram publicam dicti domini Berthodi de testimonio premissorum, confessioneque et recepta, datam Auguste die XIII mensis februarii, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, manu Johannis Gontereti de Augusta notarii scriptam et signatam, superius in libratis siliginis redditam

- XVII solidos, I denarium monete Auguste

189 Libravit sacriste seu priori dicte ecclesie Sancti Ursi Auguste, quibus dominus Henricus dominus de Quarto quondam in eius ultima voluntate dedit et legavit sexaginta unum solidos monete Auguste per annum, ut in computis precedentibus, pro missarum vigilliarumque et aliarum oracionum et anniversariorum celebracionibus et solemnitatibus in eadem ecclesia annis perpetuis et singulis, pro salute animarum dicti domini de Quarto quondam et ipsius antecessorum die sui obitus, per religiosos sacerdotes seu canonicos

predicte ecclesie celebrandarum et dicendarum, per dominam et dominum sibi confirmatos et assignatos perpetuo habendos et percipiendos annis singulis in futurum in, de et super centum solidis annualibus domino debitis per conventum et domum dicte ecclesie Sancti Ursi de annuo censu, pro aquis et aquarum decursibus quos dicta ecclesia et eius conventus a domino tenent in feudum, per litteram domine et domini de confirmatione predicta, cum mandato solvendi pro salute animarum dicti domini de Quarto quondam et antecessorum suorum dicte ecclesie et sacriste qui nunc est et pro tempore fuerit, et habita copia dicte littere domine et domini cum littera dicti domini prioris seu sacriste de recepta in prima solutione et in singulis aliis solutionibus dumtaxat littera de recepta, datam Auguste die vicesima mensis octobris anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo, cuiusquidem littere tenor laicius insertus est in computo precedenti de verbo ad verbum, et solvit sibi pro anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo per litteram publicam domini prioris Sancti Ursi, nomine supradicti sacriste, de testimonio premissorum confessioneque et recepta, datam Auguste die quatuordecima mensis februarii, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, superius in precedenti particula scriptam et designatam

- LXI solidos monete Auguste

Libravit domino Georgio de Bersatoribus, canonico et distributori ecclesie Beate Marie de Augusta, quos supradictus dominus Henricus, dominus de Quarto quondam, eidem ecclesie debebat tam de servicio quam helemosina per annum, ultra unum caponem propter hoc superius in suo titulo allocatum, pro feudo quod ab eadem ecclesia tenebat, vocato de Establo, ut in quodam instrumento compositionis facte inter capitulum dicte ecclesie et dictum dominum de Quarto quondam in libratu siliginis quinti computi precedentis de verbo ad verbum copiato, saltem clausule ad hec facientes. Et solvit eidem pro termino festi beati Stephani prothomartiris crastino festi Nativitatis Domini quo **[XLI Quarti]** inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, per litteram publicam dicti domini Georgii de Bersatoribus de testimonio confessioneque et recepta, datam Auguste die decima octava mensis junii, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, manu Johannis Gontereti de Augusta notarii signatam, superius in suis titulis allocatam

- XIX solidos monete Auguste

Hugues Garnier 1391-1392

Libravit Petro, filio Jaquimini des Alex de Effra quondam, in quo dictus dominus Henricus, dominus de Quarto quondam, eidem Jaquimino tenebatur de censu per annum pro quadam pecia prati domini sita in pratis domini apud Olees que movetur de feudo dicti Jaquimini quondam, sub annua pensione novem eminalium siliginis, sibi superius allocata in libratis siliginis, et unius denarii servicii, solvendorum annis singulis in festo beati Michaelis, ut in quodam instrumento vendicionis inde facte per Petrum et Johannem fratres, filios quondam Colerii Alborum de Segnins, de laude et consensu Jaquimini Peronini des Alex de Effra, supradicto domino Henrico, domino de Quarto quondam, recepto per Johannem Gontereti de Augusta, notarium publicum, sub anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo, die quinta mensis maii, in libratis siliginis quinti computi precedentis de verbo ad verbum copiato, et solvit eidem pro termino festi beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, per litteram publicam dicti Petri de Alex de testimonio premissorum, confessioneque et recepta, datam Auguste die prima mensis junii, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, manu Johannis Gontereti de Augusta notarii signatam, superius redditam in libratis siliginis

- I denarium monete Auguste

Libravit Petro Vulliermete de Avisio, parrochie Quarti, in quibus dictus dominus Henricus, dominus de Quarto quondam, eidem Petro tenebatur annuatim pro quadam pecia prati sita in pratis domini apud Olees, ut in quodam publico instrumento, recepto per Johannem Gontereti notarium, sub anno Domini millesimo tercentesimo sexagesimo nono, indicione septima, die decima quarta mensis januarii, in libratis siliginis quinti computi precedentis de verbo ad verbum copiato, et solvit eidem pro terminis festi beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, per litteram publicam dicti Petri Vulliermete de testimonio premissorum, confessione et recepta, datam Auguste die duodecima mensis maii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, superius redditam in libratis siliginis

- III denarios monete Auguste

Prandia:

Libravit personis in quinto computo precedenti specifffice nominatis pro prandiis datis et debitis eisdem singulis annis in crastinum Nativitatis Domini, dum solvunt servicia debita per easdem, ut in

Anselmo Pession

computo precedenti, que prandia sunt numero quinque, que valent, computato quolibet quatuor priorum prandiorum, sex denariis, et ultimo tribus denariis, more solito, ut in computo precedenti, et allocantur eidem pro termino festi beati Stephani yemalis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo

- II solidos, III denarios monete Auguste

Libravit personis in sexto computo precedenti particulariter nominatis et descriptis, debentibus de roydo per annum quinque modia, undecim sestaria, eminam, tres quarteronos et tercium unius quarteroni vini ad parvam mensuram, quibus quando dictum vinum solvunt dari debet unus denarius pro quolibet sestario vini, ut in computo precedenti, et allocantur eidem pro terminis vindemiarum anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo

- V solidos, VI denarios obolo monete Auguste

Libravit supradicto domino Georgio de Bersatoribus, mistrali reffectorii capituli Auguste, pro uno prandio seu reffectorio simplici per dominum Henricum, dominum de Quarto quondam, debito et fiendo capitulo dicte ecclesie singulis annis, pro feudo quod ab eadem ecclesia et capitulo tenebat, ut in instrumento publico transactionis facte cum dicto capitulo per dictum dominum de Quarto quondam, recepto per Aymonem Boveti de Porta Sancti Ursi notarium publicum, sub anno Domini millesimo tercentesimo sexagesimo septimo, indicione quinta, nonas aprilis, quod in quinto computo precedenti **[XLII Quartii]** exhibuit, et solvit sibi pro anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, per litteram dicti domini Georgii de testimonio premissorum, confessioneque et recepta, datam Auguste die decima octava mensis junii, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, superius proxime redditam et manu Johannis Gontereti de Augusta notarii signatam

- C solidos monete Auguste

Opera castri:

Libravit Dominico de Viellimorta de Villafrancha, carpentatori, pro suis salario et expensis sex dierum, quibus vacavit anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo in reparacione coperture et tectorum castri domini de Quarto reparacione indigencium, capienti per diem sex solidos monete Auguste de salario, inclusis expensis, ut in computis precedentibus, et per litteram publicam dicti carpentatoris de testimonio premissorum, confessioneque et recepta subscripte quatitatis,

datam in castro Quarti, die vigesima nona mensis maii, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, quam reddit manu Johannis Gontereti de Augusta notarii signatam, et allocantur sibi de mandato supradictorum magistrorum computorum domini, recepto a dicto castellano corporali juramento quando presentem et alias supra et infrascriptas libratas fecit, solvit et expedivit, prout in eisdem particulariter et speciffice describitur

- XXXVI solidos monete Auguste

190

Capella domini:

Libravit domino Johannino de Dovia, canonico Auguste, celebranti et celebrare debenti tres missas in capella domini Ville Franche et alias tres missas in capella domini castri de Quarto, singulis ebdomadis ad honorem Dei, Beateque gloriose Virginis Marie, beatorumque Anthonii et Nycolay, sanctorum suorum, pretextu quorum percipit et percipere debet singulis annis viginti quinque libras cursibilis monete Auguste, ex ordinatione domini et per eius litteram de mandato solvendi et allocandi, datam Rippaillie die vicesima augusti, anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo, copiatam de verbo ad verbum in quinto computo precedenti, et solvit eidem pro duobus annis finiendis die vicesima mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, per litteram publicam dicti domini Janini de Dovia de testimonio premissorum, confessioneque et recepta, datam in castro Quarti die septima mensis junii anno predicto millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, quam reddit manu Johannis Gontereti de Augusta notarii signatam - L libras monete Auguste

Deducuntur eidem de summa sexaginta solidorum annui census et unius denarii monete Auguste servicii et duorum denariorum tocuis placiti quando acciderit, sine plus capere, prius debitorum anno quolibet per Jacobum Columbe, Petrum Pentecosti, Vulliermum de Cella, Remigium de Revoyria, Petrum de Blancheflour, Vulliermetum de Mallio, Andream Sponso, Vulliermetum Cognient, Gaspardum de Crestella, Vulliermum de Breissognia, Johannem de Balma, pro se et fratribus suis, Petrum Martine, Johannem Imperatricis, Roncigniodum Bartholomei de Perrola, pro hospicio filii sui de Pra, Hugonetum de Thiebant, dominum Reynardum, capellanum ad eius vitam, et alios homines de Quarto qui ad infrascripta voluerunt usagiare pro emphiteusi et albergamento perpetue sibi facto per egregium virum dominum

Henricum, dominum de Quarto quondam, de omnibus et singulis broliis suis, sitis subtus Quartum, cum arboribus, spinis, boreziis ibidem nunc et in futurum existentibus, cum suis confinibus et aliis multis pactis et convencionibus, quibus inter cetera canetur quod casu quo ipsa brolia, in toto vel in parte, ex diluvio Durie vastarent, quod in eo casu ipsi aquisitores pro rata dampni tantum minus faciant ipsi domino de dicto usagio, taxacione proborum [XLIII Quarti] communiter eligendorum et ulterius recuperari non possint prout predicta et alia quam plurima laciis describuntur in instrumento dicti algergamenti, recepto per Aymonem Palmerii de Balma, notarium, anno Domini millesimo tercentesimo sexagesimo, die veneris post Pascha, et deducuntur eidem de mandato genitoris domini ad humilem supplicacionem sibi pro parte dictorum hominum de Quarto factam, actenta commissione super premissis per dominum castellano Quarti facta et relacione Johannis Pullyo, Johannis de Furno, Aymonodi Pansodi, Petri Verney, pretextu dicte commissionis in manibus dicti castellani Quarti, suis corporalibus juramentis dicencium et testificancium quod a tempore infeudacionis facte per quondam dominum de Quarto de broliis de Quarto citra, ipsa brolia propter diluvium peioraverunt de duabus partibus, quibus informacionibus per dictum quondam dominum nostrum comitem et eius consilium receptis diligenter et examinatis, idem genitor domini quondam dictis hominibus de Quarto supplicantibus medietatem tocuis annualis cense⁴¹⁹ que per dictos supplicantes dari debebat, ante dirupcionem brolie supra dicte pro se et suis, diminuit et admovit taliter quod ab ipsis, vel altero ipsorum, pro dicta brolia non exigatur abinde nisi medietas cense annualis alias dari consuete, per litteram dicti genitoris quondam domini de diminucione predicta, cum mandato dictam medietatem dumtaxat exigendi et reliquam medietatem deducendi, datam Auguste die vicesima mensis octobris, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo, cuius quidem littere tenor sequitur in hec verba:

“Nos Amedeus comes Sabaudie, notum facimus tenore presencium universis quod ad nostri presenciam personaliter venientes persone infrascripte nobis suam humiliter supplicacionem porrexerunt, tenor cuius sequitur et est talis: - Pro parte vestrorum ligiorum Johannis de Prato, Jaquemini de Mallyo, Johannis dicti Hempereur et Anthonium de

⁴¹⁹ Lire *census*.

Balma, terre vestre de Quarto, nomine suo et consortium suorum, exponitur quod ipsi, sive eorum *eorum*⁴²⁰ predecesores, acceperunt et aquisiverunt iam dudum in feudum sub condicione infrascripta a quondam viro nobili et potente domino Henrico olim domino de Quarto, milite, brolia de Quarto pro sexaginta solidis annualibus de censu et uno denario servicii annualis, sub simili condicione quod in casu quo dicta brollia aliquo tempore propter dilluvia et aquarum confluencia diruerentur et dissiparentur, sive alio fortuito, tantum sibi removerentur et annualiter diminuerentur de censu supradicto, ad evidenciam proborum, ut hec asseruntur inter cetera contineri quodam publico instrumento manu quondam Aymoneti Parmer de Balma notarii facto, et cum due partes et plus dictarum broylliarum sunt periclitata et dirute et castellanus vester Quarti nichil de predicto censu remictere provide voluerit, licet debite et pluries extiterit a dictas exponentibus requisitus, quod in ipsorum grande redundavit preiudicium et gravamen, quare pro parte quorum supra humiliter supplicatur quatenus dignemini et velitis dare in mandatis castellano vestro Quarti presenti et futuro, quatenus debeant a modo et teneantur contenta et expressa in predicto infeudacionis instrumento, actendere et totaliter observare secundum ipsius instrumenti continenciam et tenorem. - Quaquidem supplicacione per nos recepta, per nostras litteras dictis supplicantibus mandavimus et commissimus dilecto et fideli Hugoni Roda, castellano nostro de Quarto, ut in dictis nostris litteris continetur, quarum copia sequitur in hec verba: ‘Amedeus comes Sabaudie dilecto castellano nostro de Quarto vel eius locumtenenti salutem. Visa supplicacione presentibus annexis simul et instrumento de quo facit ipsa supplicacio mencionem, tibi tenore presencium committimus et mandamus quatenus de et supra diminucione, deterioracione et diruccionem broillie nuper tradite in feudum dictis supplicantibus per dominum quondam de Quarto, ut in dicta supplicacione continetur, fideliter et diligenter te informes et de veritate denunciacionis et diruccionis dicte broillie, sive sit de magna sive sit de parva quantitate, nobis refferas vel rescribas, seu consilio nostro residenti cum illustri domina et genitrice nostra carissima, ut de ipsa veritate informati super supplicacione possit dictis supplicantibus sanius et securius providere. Datum Auguste die XIII octobris, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo, sub sigillo illustris domine

⁴²⁰ Biffé.

et genitricis nostre carissime, cancellario nostro absente, per dominum, relacione dominorum [XLIII Quart] capitanei Pedemoncium, Sancti Mauricii et Jacobi Sostionis. Reddantur littere portitori. Mermetus Rougeti'. Dictis vero nostris litteris visis et receptis per dictum castellanum, ipse castellanus noster, ad examinacionem contentorum in supplicacione superius copiata dicte nostre commissionis vigore processit, ut in scriptis nobis reportavit, et quod scriptum de verbo ad verbum sequitur in hunc modum. Anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo, indicione decima tertia, die decima nona mensis octobris; super examinacione facta de brolliis de Quarto, Johannes Pullyo, Johannes de Furno, Aymonodus Pansodi, Petrus Verney et Johannodus de Cresto, testes, canerunt et suis juramentis dixerunt quod a tempore infeudacionis facte per quondam dominum de Quarto de broilliis de Quarto citra ipsa broillia propter diluvionem peioraverunt de duabus partibus et hec dixerunt per dicta eorum juramenta et sub eorum consciencia in manibus castellani de Quarto, commissarii super premissis, redeuntes igitur ad nos dicte persone supplicantes nobisque et consilio nostro nobiscum residente ostendentes instrumentum publicum factum eis de infeudacione broillie de Quarto, sub condicione in instrumento declarata, de quo facit eorum suprascripta supplicacio mencionem, nobis iterum supplicando requisierunt humiliter ut cum due partes illarum broilliarum periclitatae sunt, ut nobis constare potest veraciter, eciam duas partes census annualis dictarum broilliarum secundum convencionem et promissionem sibi factas per dominum quondam dominum de Quarto, diminuere et eis deducere dignaremur. Et quia hec omnia per dictum nostrum consilium fecimus examinari diligenter quod nobis reportavit prescriptam supplicacionem continere veritatem, igitur justiciam dictis supplicantibus minime volentes denegare medietatem tocus annualis cense, que per dictos supplicantes dare debebat ante diruccionem broillie supradicte, pro nobis et nostris diminuimus prefatis supplicantibus et suis, et tenore presencium admonemus taliter quod ab ipsis vel altero ipsorum pro dicta broillia non exigatur abinde nisi medietas cense annualis alias dari consuete, dicto castellano nostro de Quarto presenti et futuro, serie presencium precipiendo mandantes quatenus presentem nostram diminucionem actendat perpetuo inviolabiliter et observet ab ipsisque supplicacionibus vel suis ulterius non exigatur nisi medietatem census annualis solvi soliti pro broillia antedicta, et quam medietatem de dicti castellani priori et

sequentibus computis, per magistros et receptores computorum nostrorum detrahi volumus et deduci, vigore nostram presencium litteram. Datum Auguste, die XX mensis octobris, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo, sub sigillo illustris domine et genitricis nostre carissime comitisse, cancellario nostro absente, per dominum, presentibus domino Octhone de Grandissono, Johanne de Confleto et Jacobo Sostionis, presente eciam Nicolao Marquisii, baillivo Vallis Auguste. Reddantur littere portitori. Mermetus Rougeti”.

191

Quam litteram ostendit in presenti computo et penes se retinet pro ipsa hominibus superius nominatis reddenda.⁴²¹ Et deducuntur sibi pretextu supradictarum *litterarum*⁴²² domini pro termino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo et nonagesimo secundo, ad rationem triginta solidorum monete Auguste pro quolibet dictorum duorum annorum seu terminorum, pro quibus tam in presenti quam precedenti computis ad plenum more solito computavit in recepta

- LX solidos monete Auguste

Libravit Jaquemeto Gulliardi, hospiti Crucis Albe burgi Sancti Remigii Vallis Auguste, in quibus genitor quondam domini tenebatur eidem pro tractis per ipsum factis ad expensas hospicii domini, die jovis XVIII mensis augusti, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo in prandio in burgo Sancti Remigii, intratis in papiris expensarum dicti hospicii domini manu Petri Ducis,⁴²³ clerici tunc expensarum hospicii domini, qui de ipsis domino computare debet, et de quibus idem Jaquemetus habebat cedulam de debito manu dicti Petri Ducis signatam, quam reddit, annexam littere domini de mandato dicto Jaquemeto solvendi per castellanum Quarti, date Auguste die XX mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo, et solvit eidem per aliam litteram domini de mandato expresso solvendi, et habita littera de recepta allocandi, datam Auguste die XXIII julii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, quas litteras et cedulam reddit simul annexas, et est in dorso dicte ultime littere scripta confessio dicti Jaquemeti de recepta, data die XXIII mensis aprilis anno Domini

⁴²¹ Lire *reddenda*.

⁴²² Le mot est ajouté dans la marge droite avec un signe de renvoi.

⁴²³ Dans la marge gauche: *Petrus ducis*.

millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, manu Johannis Gontereti de Augusta notarii signata

- X florenos, VII denarios, II quartos unius denarii grossi parvi ponderis

[XLV Quarti] Libravit reverendo in Christo Patri domino Jacobo⁴²⁴ Dei gratia episcopo augustensi, consiliario domine, in quibus domina sibi tenebatur mutui causa in manibus domine realiter facti, et quos domina expediri fecit atque solvi Francisco Cornerii in plenam et integram solutionem omnium onerum in quibus domina tenebatur eidem quomodolibet usque ad diem presentem, ut in litteram domine de debito predicto cum mandato solvendi super preysia bladorum, pecunie, vinorum, obvencionum et aliorum quorumlibet victualium dicte castellanie jam subscripti, et habita littera dicti domini episcopi cum littera domine de recepta, datam Auguste die vicesima secunda mensis julii, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, quam reddit, et est in dorso ipsius *littere*⁴²⁵ scripta confessio dicti domini episcopi de recepta, data die septima mensis junii, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, manu Johannis Gontereti de Augusta notarii signata, et allocantur sibi ad rationem infrascriptam de mandato domine et per eius litteram cuius tenor talis est:

“Bona de Borbonio, comitissa Sabaudie, administratrix nec non et tutrix illustris Amedei comitis Sabaudie, filii nostri carissimi, dilectis magistris et receptoribus computorum nostrorum, salutem. Visis nostris litteris hiis annexis nec non confessione reverendi patris in Christo domini episcopi augustensis, consilii nostri dilecti, de qua constat a tergo dictarum litterarum nostrarum, aliunde veraciter informati, quod dilectus Hugo Rode, dudum castellanus noster Quarti, solvit ducentos et octo florenos ducatos, de quibus in dictis litteris agitur ad rationem quindecim denariis oboli grossorum pro quolibet, vobis mandamus quatenus ipsos ducentos octo florenos ducatos ad rationem predictam in ipsius Hugonis computo dicte castellanie Quarti, sine difficultate qualibet seu contradictione allocetis. Datum Chamberiaco, die XXVIII marcii, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo per dominam, presentibus dominus Sancti Maurii et Martino de Calcibus, thesaurario Sabaudie. Anthonius Fabri”.

⁴²⁴ Jacques Ferrandin de Saint-Marcel, évêque du 14 février 1377 au 7 juillet 1399.

⁴²⁵ Le mot est ajouté dans la marge droite avec un signe de renvoi.

Quas litteras reddit simul annexas

- II^C VIII florenos ducatos auri ad XV denarios

Libravit reverendo in Christo Patri domino Jacobo, Dei gratia episcopo Auguste, consiliario domine, quos idem dominus episcopus traxit et libravit ad expensas hospicii eiusdem domine dum fuit Auguste in mense julii nuper lapsa, ultra sexcies centum et quinquaginta florenos auri parvi ponderis, eidem domino episcopo responsos per castellanum de Cly, et de quibus triginta florenis, decem denariis et quarto unius denarii grossi parvi, Anthonius Fabri,⁴²⁶ secretarius et thesaurarius expensarum hospicii domine, computare debebit in recepta, per litteram domine de testimonio premissorum cum mandato solvendi, et habita littera de recepta allocandi, datam Salini die quinta mensis augusti, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, sigillo domine et signeto dicti Anthonii Fabri sigillatam, quam reddit, et est in dorso ipsius littere domine scripta confessio dicti domini episcopi de recepta, data Auguste in domo episcopali, die septima mensis junii, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, manu Johannis Gontereti de Augusta notarii signata

- XXX florenos, X denarios, I quartum unius denarii grossi parvi ponderis

Libravit manu Petri Morelli de Rivo, administratoris aque rivi domini vocati de Preposito, locagio seu salario quadraginta duorum hominum manuoperariorum, quasi per unam diem vacancium chaciando seu aducendo per aquam Batigii a ponte Oyacie vel circa supra dictum pontem usque ad dictum rivum Prepositi pro coperiendo rivum predictum in locis solitis, videlicet sex viginti decem billionos nemoris brenve, repertos et extractos de gorgiis seu balmis et ruynis supra dictum pontem, et qui ibidem remanserant alias cum major quantitas billionorum per dictam aquam Bauhegii conduceretur ad opus dicti rivi coperiendi, capiente quolibet homine, ultra expensas, duos solidos monete Auguste per diem, ut per litteram publicam dicti Petri de testimonio premissorum, confessioneque et recepta, datam Auguste die decima quarta mensis maii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, superius in titulo siligins redditam et manu Johannis Gontereti de Augusta notarii signatam

192

- IIII libras, IIII solidos monete Auguste

⁴²⁶ Dans la marge gauche: *Anthonius Fabri*.

[XLVI Quarti] Libravit manu Guillermi Cutellerii, clerici, in empcione quadraginta octo librarum ferri, empti a Jaquemeto Betendon de Augusta, de quibus facti fuerunt duo ferri compedum pro carceratis detinendis, operati per Guillermmum de Rema fabrum, habitatorem Auguste, pro precio et factura dictorum duorum ferrorum: - II florenos auri boni ponderis veteres; et in empcione unius alterius paris ferrorum repertorum in domo dicti fabri, tunc factorum pro tanto: - I florenum parvi ponderis. Quibus compedibus ferreis idem castellanus tunc temporis indigebat pro custodia sex tuchinorum qui tunc in dicto castro Quarti detinebantur, ut per litteram publicam supradicti Guillermi Cutellerii de testimonio premissorum, confessioneque recepta, datam Auguste die XVII mensis junii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, quam reddit manu ipsius Guillermi Cutellerii scriptam et signatam - I florenum auri parvi ponderis
Et: - II florenos auri boni ponderis veteres

Execuciones malefactorum:

Libravit pane dato Vuilliello de Lanceo, piscatori, habitatori Auguste, carceribus castri Quarti pro quibusdam suis demeritis per dictum castellanum mancipato a die quarta mensis maii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo usque ad diem undecimam exclusive mensis eiusdem maii anno predicto, quibus die et anno ultimo dictis, expedivit castrum et castellaniam predictos Hugonino Tarida de Dovia, vicegerenti Anthonii de Solerio de Ypporregia, castellani ibidem post ipsum, deinde fuit idem Vuilliellus sub regimine dicti castellani moderni positus in berlina seu pilliereto et a tota terra Quarti bandizatus, et allocantur eidem ad rationem duorum denariorum viennensium per diem more solito - XIII denarios viennenses escutos

Exoneracio sexcies viginti florenorum debitorum fratribus Auguste:

Libravit fratri Girardo, rectori et administratori operis et fabrice ecclesie beati Francisci conventus fratrum minorum Auguste, recipienti nomine dicti conventus, quibus fratribus domina solvi mandavit et ordinavit per dictum castellanum Quarti singulis annis viginti florenos auri parvi ponderis, usque ad plenam solucionem sexcies viginti florenorum auri parvi ponderis, eisdem fratribus et conventui fratrum minorum predictis assignatorum et ordinatorum per dominam, occasione

et per litteram domine de mandato ipsis fratribus et conventui singulis annis solvendi viginti florenos, usque ad plenam et integram solucionem dictorum sexcies viginti florenorum, datam Rippallie, die XVIII mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, in computo precedenti de anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo declaratam et designatam, et solvit eidem pro duobus annis in exoneracionem dicti debiti, per litteram publicam dicti fratris Girardi de testimonio premissorum, confessioneque et recepta, datam Auguste, die decima mensis junii, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, quam reddit manu Johannis Gontereti de Augusta notarii signatam, et sic est eisdem fratribus et conventui solutum in exoneracionem dictorum sexcies viginti florenorum, tam in presenti quam in precedentibus computis, de quadraginta florenis auri parvi ponderis, de qua solutione fit mencio in fine dictarum litterarum

- XL florenos auri parvi ponderis

193

Solucio stipendiorum Guilliermi Rode quondam:

Allocantur eidem qui sibi debebantur ad causam Guilliermi Garnerii alias Rode, sui filii quondam, cui genitor quondam domini in eisdem tenebatur pro remanencia stipendiorum dicti Guilliermi temporis quo domino genitori quondam domini servivit cum equis et armis in guerra per ipsum dominum quondam facta anno subscripto contra Marchionem Saluciarum in partibus Pedemoncium, facto super ipsis computo per Petrum Vicini de Confleto, clericum domini, apud Thaurinum, die vicesima quarta augusti, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo sexto, de quibus habebat cedula domini de debito manu dicti Petri Vicini signatam, quam reddit annexam littere domine de testimonio premissorum cum mandato allocandi in computo presenti dicti castellani, date Chamberiaci die penultima mensis julii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo

- XVII florenos auri parvi ponderis

Pensio magistri Bosoni pictoris:

Libravit magistro Bosoni de Grangiis, parrochie Sancti Marcelli dyocesis Auguste, quem domina et dominus genitor quondam domini, actentis sufficiencia, industria et discrecione eiusdam magistri Bosonis, sperantes indubie temporibus futuris domine et domino per eundem magistrum Bosonem de artificio suo sufficienter et fideliter serviri, in

suum pictorem, familiarem et continuum commensalem elegerunt sibi et retinuerunt, cum uno famulo quem duxit eligendum ita quod ab inde in antea aliorum servitorum domine et domini consorcio agregetur, et privilegiis et immunitatibus ipsorum utatur et servatur, sub annua pensione quinquaginta florenorum auri parvi ponderis per dominam et dominum eidem concessorum singulis annis percipiendorum quamdiu vixerit in humanis, de et super preysiis et exitibus preysiarum castellanie Quarti, anno quolibet, in festo beati Andree apostoli, ut idem Boso serviciis domine et domini artificio pictoris et eius scencie incumbentibus fervencius et diligencius animetur. Ut per litteram [XLVII Quarti] domine et domini de electione, retencione et concessione predictis, cum mandato dictam pensionem annis singulis termino predicto solvendi, et habita *in prima soluzione*⁴²⁷ cum copia dicte littere dicti magistri Bosonis littera de recepta, et in singulis sequentibus solucionibus littera dumtaxat de recepta allocandi, datam Rippallie, die XXVIII mensis maii, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo, cuius tenor in computo precedenti de annis Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono et nonagesimo, de verbo ad verbum est insertus. Et solvit sibi dictam pensionem pro termino festi beati Andree apostoli, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, per litteram publicam dicti magistri Bosoni pictoris de confessione et recepta, datam Chamberiaco, die quarta mensis aprilis, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, quam reddit manu Petri Peronini de Chamberiaco notarii signatam - L florenos auri parvi ponderis

Donacio facta Anthonio Parmerii:

Libravit Anthonio, filio Aymonis Parmerii de Balma, cui domina nostra domina Bona de Borbonio, Sabaudie comitissa, et dominus noster pie memorie Amedeus Sabaudie comes eius genitus *genitus*⁴²⁸ quondam, ad humilem supplicacionem prenominati Anthonii donaverunt de gracia speciali et concesserunt quindecim florenos auri parvi ponderis quolibet anno durantibus proximis decem annis, actento quod idem Anthonius tenet a domino in emphiteusim et feudum quam plures possessiones que fuerunt domini de Quarto quondam, pro quibus debet domino sexaginta

⁴²⁷ Les mots sont ajoutés dans la marge droite avec un signe de renvoi.

⁴²⁸ Biffé.

unum franchos auri, duodecim solidos monete Auguste et quinque modia, octo sestaria vini de censu per annum, de quibus idem castellanus superius computat in recepta, ex quibus tam ratione solucionis dicti census annui quam culture dictarum rerum, idem Anthonius prout supplicando asseruit multipliciter gravatur, audita eciam relacione et informacione Guilliermi Cutellerii et Jaquimini Clavanderii ex commissione per dominum sibi facta, in presencia dominorum Episcopi Mauriane, capitanei Pedemoncium, Johannis de Conflens et Johannis de Corgerone, consiliariorum domini, referencium recepta informacione plena super supplicatis et dicencium in verbo veritatis, quod tempore quo res tradite fuerunt dicto Anthonio, de eo quod datus fuit franchus non poterat reperiri nisi florenus parvi ponderis, quia tunc res deteriorate fuerunt in manibus castellani quod ipsas non coluit sicut ipsas colebat dominus de Quarto quondam, et solvit eidem pro primo anno dictorum decem annorum per litteram supradictorum domine et domini de mandato solvendi, et habita in prima solucione cum copia dicte littere in prima solucione dicti Anthonii littera de recepta, et in singulis aliis solucionibus dicto decennio durante dumtaxat littera de recepta in singulis computis dicte castellanie allocandi, datam Auguste die XXII mensis julii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, cuius tenor talis est:

194

“Bona de Borbonio comitissa et Amedeus comes Sabaudie castellano nostro de Quarto, vel eius locumtenenti, salutem. Actento tenore supplicacionis hiis annexis et super contentis in ea, audita relacione Guilliermi et Jaquimini notariorum in nostris litteris eciam hiis annexis, quorum intuitu merito compatimur supplicanti, tibi expresse mandamus quatenus Anthonio Palmerii supplicanti solvas et expedias realiter pro nobis et nomine nostro quindecim florenos auri parvi ponderis quolibet anno, durantibus proximis decem annis, quos dicto Anthonio de speciali gracia per presentes concedimus et donamus, et nos, habita ipsius Anthonii in prima solucione cum copia presencium littera de recepta et in singulis aliis solucionibus littera dumtaxat de recepta dictos quindecim florenos, tibi in tuo primo computo per magistros et auditores computorum nostrorum dicto decennio durante, precipimus sine difficultate qualibet allocari. Datum Auguste, die XXII julii, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo sub signeto nostro, per dominam et dominum, relacione dominorum

Anselmo Pession

Episcopi augustensis, Montisjoveti et Johannis de Conflens. Micheletus de Croso”.

Quam litteram ostendit in presenti computo, annexam dicte supplicacioni et littere domini de commissione predicta, date Auguste die XVI juliii anno predicto Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, et retinet pro ipsis restituendis dicto Anthonio Palmerii quousque sibi fuerit solutum pro ultimo dictorum decem annorum, et per litteram publicam dicti Anthonii Palmerii de confessione et recepta dictorum quindecim florenorum pro uno et primo anno dictorum **[XLVIII Quarti]** decem annorum, incepto die vicesima secunda inclusive mensis julii, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, et finiendo simili die vigesima secunda die exclusive mensis julii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, datam Auguste die XV mensis aprilis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, quam reddit manu Johannis Gontereti de Augusta notarii signatam
- XV florenos auri parvi ponderis

Salarium:

Libravit sibi ipsi capienti viginti quinque florenos auri parvi ponderis de salario per annum pro regimine dicte castellanie, ex ordinacione genitoris quondam domini per eius litteram in quarto computo precedenti de verbo ad verbum copiatam, et allocatur eidem dictum salarium ad rationem ipsius pro quadraginta novem septimanis et una die, inceptis die prima inclusive mensis junii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, et finitis die undecima exclusive mensis maii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, de quibus computat ut supra

- XXIII florenos, VII denarios obolo grossos turonenses parvi ponderis

Remanencia computi precedentis:

Allocantur eidem in quibus dominus sibi tenebatur pro remanencia sui computi precedentis, finiti die prima exclusive mensis junii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, receptique per Johannem Perilliatti de Chamberiaco, clericum domini, et de quibus idem castellanus nullam habuit litteram domini de debito, ut in fine computi continetur
- M II^C III^{XX} VI florenos auri parvi ponderis

Remanencia computi sui subsidi:

Allocantur eidem qui sibi debebantur pro remanencia sui computi subsidiorum dicte castellanie Quarti de anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo octavo et aliorum annorum precedencium, ut in fine computo continetur

- XXXVI florenos, XI denarios, III quartos grossos parvi ponderis

Summa expensarum, salarii, libratarum et allocati cum remanencia sui computi precedenti:

- LXXVIII libre, V solidi, VIII denarii monete Auguste ad XXVI

- XIII denarii viennenses escuti

- M^V XI floreni, I denarius, I quartus unius denarii grossi turonensis parvi ponderis

- V floreni auri boni ponderis veteres

Et:

- II^C VIII floreni januenses auri ad XV denarios obolo grossos turonenses parvi ponderis

Et sic, cambsis et conversis omnibus et singulis monetis supradictis, tam recepte quam librate, ad florenos auri parvi ponderis, computatisque singulis viginti sex solidis monete Auguste pro uno floreno auri boni ponderis vetere, valente tresdecim denariis obolo grossis turonensibus, singulis decem solidis januensibus pro quindecim solidis dicte monete Auguste, singulis sexdecim denariis viennensibus pro uno denario grosso turonense, quolibet floreno auri parvi ponderis pro duodecim denariis grossis, quolibet floreno auri boni ponderis vetere pro tresdecim denariis obolo grossis turonensibus, quolibet januense auri ad XIII pro quatuordecim denariis grossis turonensibus, quolibet januense auri ad XV pro quindecim denariis grossis turonensibus, quolibet januense auri ad XV denariis obolo pro quindecim denariis obolo grossis turonensibus, et quolibet francho auri pro quindecim denariis grossis turonensibus parvi ponderis, et econverso, factisque deductionibus modis debitis hinc inde, dicto Hugoni Garnerii castellano debentur:

- sepcies centum unus florenus auri parvi ponderis

Et: - septem denarii et tercius unius denarii grossi turonensis

De quibus deducuntur sibi quos debebat pro remanencia precii baldorum et aliorum victualium sibi venditorum, prout in fine presentis computi continetur

- CLXIX floreni, XI denarii tercius et quartus unius denarii grossi parvi ponderis

195

Summa deducti:

- CLXIX floreni, XI denarii, tercius et quartus unius denarii grossi turonensis parvi ponderis

Et sic dicto dudum castellano debentur finaliter:

- quingenti triginta unus floreni parvi ponderis

Et: - septem denarii et tres partes unius denarii grossi turonensis

De quibus habet litteram de debito, datam Chamberiaco die secunda mensis aprilis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio.

De quibus et in quorum exoneracionem recepit idem Hugo Garnerii ab Anthonieto de Solerio, castellano Quarti post ipsum, et de quibus fit mencio in dorso littere supra designate videlicet:

- II^C florenos parvi ponderis .

Et qui fuerunt dicto Anthonieto allocati in suo computo dicte castellanie Quarti, finito die tercia mensis maii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio.

Et ipse debet domino ut supra: - IIII duodenas, V cornua yrcistanni

[XLIX Quarti] Vendiciones:

Idem reddit computum quod recepit de et pro preciis bladorum et victualium infrascriptorum per ipsum debitorum et sibi venditorum per Petrum Jocerandi, familiarem et commissarium domine per duo paria litterarum dicte domine de commissione predicta, quarum prima data fuit Rippallie die ultima mensis februarii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo et alia data fuit Salini die quinta mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, quarum quidem litterarum copie redduntur inferius in libratis dictarum vendicionum manibus Johannis Rosserii et Johannis Gontereti de Augusta notariorum signate, et primo pro preciis triginta modiorum, unius sestarii, trium quartanarum frumenti per ipsum debitorum et sibi venditorum ut supra, quolibet modio duobus solidis grossis turonensibus

- LX florenos, VII denarios grossos turonenses parvi ponderis

Recepit pro precio ducentorum quinquaginta septem modiorum, unius quartane, duorum eminalium et dimidii siliginis sibi venditorum, quolibet modio sexdecim denariis obolo grossis et reliquorum sexcies viginti sex modiorum siliginis restancium de summa tercentum

SANCTUS URSUS, ecclesia, 31, 77, 105, 114, 140, 153, 162, 178, 188, 189.
- Porta, 32, 39, 43, 46, 49, 51, 55, 79, 84, 114, 121, 123, 125, 143, 162, 167, 169, 174, 179, 185, 189.
SARRUM, 3, 5, 20, 34, 40, 77, 103, 109, 116, 119, 133, 134, 139, 151, 156, 164, 166, 177, 188, 196.
SEGNINS (Signins), 7, 54, 61, 67, 69, 70, 72, 73, 78, 104, 125, 134, 142, 152, 171, 189.
SEPTUM, 20.
SEPTUMIAN, 65, 73.
SORELEY, 68.
STABILLONUM, 98.
STABULUM, 74.
STANNUM, 72, 74, 128, 173.
- molendinum, 51, 127, 127, 128, 173.
- prata, 16, 27, 38, 41, 107, 112, 118, 119, 128, 155, 159, 165, 166, 173.
STIPULE, 19, 59, 76, 131, 133, 145, 176.

TERRA NIGRA, 179.
THAURINUM, (Thurin), 46, 85, 98, 145, 193.
THONON, 90, 97.
TISSINUM, 98.
TORS de Arpiczon, 47, 124, 170.
- de Bruson, 47, 124, 170.
TUYLLIA, 196.

VACHERY, 144, 178.
VALLELY, pissina de, 64, 66.
VALLESII, 146.
VALLIS BROCI, 179, 181.

VALLIS DE BOCZA, 56, 129, 174.
VALLIS DIGNA, 85.
VALLIS PELLINA (Vallepellina), 13, 22, 26, 27, 37, 47, 59, 76, 83, 110, 124, 131, 138, 176, 188.
VALLIS SUANA (Vallesuana), 9, 10, 35, 36, 76, 105, 117, 139, 153, 157, 164, 170, 188.
VANCHELLA, la, 110, 157.
VARELI, 60.
VARELS, 178.
VERCELLESIIUM, 145.
VERNEY, 54, 60, 64, 66, 125, 172.
VERRECIIUM, 80, 81, 82, 86.
VERRUTE, 88.
VEYNY (Veyni), 68.
VIELY MORTA (Viellimorta), 63, 64, 84, 108, 112, 118, 143, 155, 159, 165, 189.
VIGNIUEL (Vigniel), 15, 106, 129, 133, 154, 174.
VILLA, 62.
- rivus, 63, 133.
- vinee, 91.
VILLA FRANCHA (Villafranca), 33, 39, 43, 45, 49, 51, 53, 57, 58, 59, 60, 62, 63, 65, 67, 70, 74, 84, 112, 118, 122, 127, 130, 132, 137, 138, 143, 147, 155, 159, 165, 172, 177, 178, 179, 180, 182, 186, 187, 189.
- capella, 89, 144, 190.
- macellum, 45, 122, 168.
- nundine, 59, 131, 168, 176.
VILLA NOVA CHILLIONIS, 177.
VILLA SUPRA NUNS, 64, 66, 67, 73, 136, 179.
VILLA SUPRA SARRUM, 133.
VINEA DE L'ARCHET, 159.
VIRIACUM MAGNUM, 197.
VUAUDUM, 46, 123, 169.

Index

YPPORRIGIA (Ypporegia) 46, 88, 102, 114,
115, 119, 120, 123, 145, 146, 147, 148,
150, 169, 192, 197.

YRISAN, 185.

YSSOLOGNY, 47, 124, 170.

Anselme Pession

ANSELMO PESSION

COMPTES DE LA CHÂTELLENIE
DE
QUART ET OYACE

Volume V

I^{er} compte d'Antoine de Solerio (1392 - 1393)

II^e compte d'Antoine de Solerio (1393 - 1394)

III^e compte d'Antoine de Solerio (1394)

Comptes des nobles Jean et Georges de Montbel
(1394 - 1399)

Antoine de Solerio 1392-1393

Premier compte d'Antoine de Solerio d'Ivrée¹

(11 mai 1392 - 2 mai 1393)

1

[I]² Computus viri nobilis Anthonieti de Solerio de Yporigia, domicili, castellani Quarti in Valle Augusta, de redditibus et exitibus eiusdem castellanie, a die undecima inclusive mensis maii, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, quibus die et anno dictum castrum et castellanie officium recepit ab Hugone Garnerii alias Roda, castellano ante ipsum, ut per instrumentum dicte expeditionis receptum per Johannem Gontereti de Augusta notarium sub anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, die XI mensis maii predicti, cuius nota scripta est in dorso cuiusdam littere domine de mandato dictum castrum et castellaniam expediendi dicto Anthonieto, date Chamberiaci die VIII marcii anno predicto, scilicet fuit constitutus castellanus per dominam dictam castellaniam recepturus die vicesima maii anno predicto millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, per litteram domine de dicta constitutione, datam Chamberiaci XVIII mensis januarii anno predicto sub salario et onere familie consuetis, in libratis pecunie infra in salario de verbo ad verbum copiatam, quas litteras ostendit et penes se retinuit pro confirmatione earundem, usque ad diem terciam exclusive mensis maii, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio, videlicet de quinquaginta una septimanis, receptus apud Chamberiacum, presentibus domino Johannardo Provane, milite, et Petro Magnini de Chamberiaco, magistris et auditoribus computorum domini, per Franciscum Calodi de Chamberiaco, clericum domini, redditusque per dictum castellanum.

Sciendum est³ quod de duobus millibus florenis auri boni ponderis veteribus ad quos domina nostra Bona de Borbonio, Sabaudie comitissa,

¹ ASTO, *Quart, châteltenie*, inventario 68, foglio 99, mazzo n° 6, 1392-1394.

² Les comptes d'Anthoine de Solerio sont écrits sur parchemins cousus ensemble et numérotés par des chiffres romains.

³ Dans la marge gauche: *vide*.

nominibus suo et domini nostri Sabaudie comitis, transegit cum Guiliermo de Alexino, domicello, pro juribus et accionibus que et quas idem Guiliermus pretendebat se habere in hereditate et bonis domini Henrici domini de Quarto quondam, tamquam proximior agnatus dicti domini de Quarto quondam, restant in deposito de communi consensu dicte domine et dicti Guillermi de Alexino mille floreni auri boni ponderis veteres in manibus Jaquimini de Canali de Dovia, burgensis Auguste, qui ipsos recepit a dicto Hugoneto Garnerii, castellano ibidem ante ipsum, pretextu dicte transactionis, pro ipsis implicandis in bona et legali mercandia⁴ quorum fructus pertineant dicto Vuilliermo donec et quousque dictus Vuilliermus de Alexino reperiat redditus et servicia acquirendos de eisdem mille florenis, quos redditus de ipsis acquirendis tenere debeat idem Guiliermus, seu unus ex filiis ipsius, de feudo et sub homagio domini, ut dicitur plenius in libratis pecunie computorum dicte castellanie de annis Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, octuagesimo quarto, octuagesimo quinto, octuagesimo sexto, octuagesimo septimo et octuagesimo octavo, et ponatur presens memoriale in quolibet computo sequenti ad plenioram memoriam premissorum.

Item sciendum est quod Bartholomeus de Mota,⁵ olim procurator domini in Valle Augusta, debet computare de exitibus castellaniarum Quarti et Oyacie et ceteris domino ibidem pertinentibus, a die penultima inclusive mensis julii, anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo septimo, qua die dominus Henricus, dominus de Quarto quondam, decessit ab humanis, usque ad diem decimam exclusive mensis septembris, anno predicto millesimo tercentesimo septuagesimo septimo, videlicet de sex septimanis integris, exceptis tamen hiis de quibus idem Hugo Garnerii computavit in septimo computo precedenti in recepta ab eodem Bartholomeo, ut dicit in computo precedenti.

Qui castellanus juravit et sub pena viginti quinque librarum forcium tociens commictenda per ipsum quociens contrarium reperiretur, bene et fideliter computare de omnibus et singulis receptis et libratis per ipsum, aut alium eius nomine, in dicto officio pro domino quoquomodo factis, castrumque et edificia domini ad sostam tenere sumptibus domini mo-

⁴ Lire *mercatura* ou *mercatione*.

⁵ Dans la marge gauche: *vide*.

deratis, novasque ordinationes et statuta computorum domini suo posse adimplere et illesas servare.

2 [II Quarti] *Fruementum:*

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu per annum de viginti tribus modiis, quinque sestariis, emina et una quartana frumenti prius apud Oyaciam et in dicta castellania debitis de redditu per annum ut in computo precedenti, deductis de eisdem novem modiis, tribus sestariis, emina frumenti, debitis per personas in quinto computo precedenti de anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio et octuagesimo quarto specificè nominatas, de mandato domine, relatione domini Aymonis de Chalant, militis, consiliiarii et magistri quondam computorum domini, facta in dicto quinto computo precedenti. Quas frumenti quantitates domina expediri et delibari mandavit domine Pantassalee⁶ de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, per dictum castellanum virtute et ex causa, ut dixit dictus dominus Aymo de Chalant in quarto computo precedenti, cuiusdam compositionis instrumenti seu litterarum receptarum, ut dixit idem dominus Aymo per dominum Egidium Drueti, secretarium domini, pretextu dotis et aliorum iurium que dicta domina Pantissalea se habere pretendebat in et super bonis dicti domini Henrici domini de Quarto, sui viri quondam, sub modis, formis, condicionibusque et capitulis pro domino facientibus, declaratis, contentis et descriptis in eisdem. Et prout in computo precedenti castellano ante ipsum fuit iniunctum, iniungitur eidem moderno castellano expressius quod regithias seu extentas ibidem recipi inceptas per Johannem Gontereti, procuratorem et commissarium domini, terminari et compleri procuret sic quod de nominibus personarum redditus, servicia, usagia et alia tributa quecumque debencium, cum quantitatibus debitis per easdem, in sequenti computo plenarie declaret quantitates ibidem debitas, tam de redditu quam de servicio, cum pro quantitatibus debitis de servicio debeatur duplum de placito, quando locus evenit, et pro redditu nullum debetur placitum, ut dicit et dicitur in computo precedenti, de quibus mencio fiat in singulis titulis sequentibus presentis computi, ut sciri possit quid debeatur ibidem de redditu et quid de servicio. Item iniungitur⁷ eidem quod litteram domine compositionis

⁶ Lire *Pantissalee*.

⁷ Dans la marge gauche : *vide*.

per dominam facte cum dicta domina Pantissalee, sive sit instrumentum, habere procuret ab eadem, taliter quod in sequenti computo videantur plenius et inserantur quantum fuerit opportunum. Et computat de dicto frumento, facta deducione pro dicta domina Pantissalee ut in computo precedenti, pro termino festi beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo

- XIII modia, II sestaria, I quartanam frumenti

Novus redditus:

Recepit a Johanne de Gontereto de Augusta notario de novo redditu per annum pro decimis que levantur in certis possessionibus consistentibus a torrente Clausi Novi, inter Sarro et Augustam, usque ad civitatem Auguste, in quibus decimis dominus de Montejoveto percipit medietatem, dominus Jacobus Bonerii de Dovia, canonicus augustensis, terciam partem residue medietatis, et dominus, racione castri de Quarto, duas partes ipsius medietatis, ut dicit et dicitur in computo precedenti in quo fuit pro exitu dicte decime computatum pro termino messium anni Domini millesimi tercentesimi nonagesimi primi de tribus sestariis frumenti eidem Johanni albergatis per Hugonem Garnerii de Chamberiaco alias Rodaz, castellanum ibidem ante ipsum, commissariumque ut asserit ad hoc deputatum, pro uno sestario frumenti, de quo hic,⁸ quinque sestariis siliginis, tribus modiis vini de redditu per annum in festo beati Michaelis annis singulis perpetuo solvendis, de quibus infra in suis titulis computat, et pro duobus⁹ solidis tocuis placiti monete predicte quando acciderit **[III Quarti]** sine plus capere ullo casu, de quo quidem albergamento asserit constare publicum instrumentum receptum per Petrum Peronini de Chamberiaco notarium sub anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, indicione decima quarta, die decima tertia mensis jullii. Et iniungitur sibi expresse¹⁰ de mandato magistrorum computorum domini quod instrumentum albergamenti superius designatum per dictum Petrum Peronini ut premictitur receptum, in suo sequenti computo apportet taliter quod modus ipsorum in dicto sequenti computo videatur et si fuerit utile pro domino in eodem inseratur. Et computat, pro termino festi beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo

- I sestarium frumenti

⁸ Les mots *de quo hic* sont ajoutés dans la marge droite avec un signe de renvoi.

⁹ Dans la marge gauche : *novum placitum*.

¹⁰ Dans la marge gauche : *vide*.

De exitu decime vocate de Ryns, mandamenti de Quarto, nichil computat quia dominus mandavit dictam decimam expediri preposito Auguste ad quem dicta decima pertinet et pertinebat ex antiquo, licet dominus Henricus, quondam dominus de Quarto, ipsam decimam teneret pro tribus modiis siliginis, sub tamen tali condicione¹¹ quod quocienscumque domino placuerit illam decimam possit habere et percipere sub simili forma quam dictus dominus de Quarto quondam tenebat dum viveret, [IIII Quartii] ut dicitur in sexto computo precedenti ubi littera domini de mandato expediendi eidem preposito dictam decimam, est copiata.

Exitus terrarum:

De exitu terre domini vocate de Ryns, continentis circa duas modiatas terre, nichil computat quia tradita fuit dicte domine Pantissalee pre-textu compositionis supradicte, ut dicit et plenius dicitur in titulo siliginis quarti computi precedentis de annis Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio et octuagesimo quarto.

Cheyserie seu excheyte:

De cheyseriis seu excheytis nichil computat quia nichil inde recepit per tempus de quo computat ut dicit.

Summa, computatis sex eminalibus pro una quartana, duabus quartanis pro una emina, duabus eminis pro uno sestario, et sex sestariis pro uno modio, ut in computo precedenti

3

- XIII modia, III sestaria, I quartana frumenti

De quibus deducuntur sibi pro liberis Johannis Marione de Morgona debentibus singulis annis unam eminam frumenti de redditu per annum pro qua in septimo computo precedenti per errorem et ex inavertencia fuit scriptum dictos liberos debere per annum et ab ipsis recepisse unum sestarium frumenti pro anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo septimo, licet non deberent per annum nisi dumtaxat unam eminam frumenti ut in extentis domini receptis per supradictum Johannem de Gontereto, ut dicitur in computo precedenti, et deducitur eisdem pro anno Domini pro anno Domini¹² millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, ut in computo precedenti

- I eminam frumenti

Summa deducti

- I emina frumenti

¹¹ Dans la marge gauche : *vide pro domino*.

¹² Répété.

Et sic debet: - XIII modia, II sestaria, III quartanas frumenti.
Venduntur in fine computi.

Siligo:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania, tam de redditu quam servicio per annum in festo beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, et in festo beati Stephani yemalis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio, de novies viginti quatuor modiis, tribus sestariis et uno eminali siliginis in dicta castellania et apud Oyaciam de redditu et servicio debitis per annum, ut in computo precedenti, deductis de eisdem quadraginta septem modiis, quinque sestariis, una quartana, uno eminali cum dimidio siliginis occasione qua supra in frumento,¹³ et computat pro terminis festorum beati Michaelis, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, et beati Stephani yemalis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio

- VI^{XX} XVI modia, III sestaria, I eminam, V eminalia et dimidium siliginis

Recepit a Theobaldo de Crista de Royssan pro terra de Lunyczan, eidem per dictum castellanum¹⁴ imperpetuum pro tanto de redditu per annum, sine introgiis aliquibus, albergata, ut in computo precedenti, in festo beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo - II modia siliginis

Novus redditus:

Recepit a Johanne de Gontereto de Augusta notario de novo redditu per annum pro exitu decimarum que levantur in certis possessionibus consistentibus a torrente Clausi Novi inter Sarro et Augustam usque ad civitatem Auguste, in quibus decimis dominus de Montejoveto percipit medietatem, dominus Jacobus Bonerii de Dovia, canonicus augustensis, terciam partem residue medietatis ut supra in frumento, ut eciam dicitur in computo precedenti, eidem albergato per Hugonem Garnerii castellanum ibidem ante ipsum pro tanto ut supra in frumento, ultra frumentum, vinum et pecuniam de quibus supra et infra in suis articulis computat, et fit sibi similis iniunctio¹⁵ que supra in frumento et computat pro termino

¹³ Dans la marge droite : *et fit sibi similis iniunctio que ibidem in frumento.*

¹⁴ Dans la marge droite : *ante ipsum.*

¹⁵ Dans la marge gauche : *vide.*

festi beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo - V sestaria siliginis

De exitu decime terrarum vocatarum de Ryns, nichil computat quia reperta fuit in integrum pertinere preposito Auguste, cui [V Quarti] dominus per eius litteras ipsam remisit ut supra in frumento.

Exitus terrarum:

De exitu terrarum vocatarum de Rins, nichil computat quia pertinent domine Pantissalee relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, occasione qua supra in frumento.

Cheyserie seu excheyte:

De cheyseriis seu excheytis nichil computat ibidem per tempus de quo computat ut dicit.

Summa, computatis mensuris ut supra in frumento:

- VI^{XX} XIX modia, II sestaria, I emina, V eminalia et dimidium siliginis

De quibus sciendum est¹⁶ quod domino Berthodo, priori Sancti Ursi Auguste, debentur annuatim¹⁷ quinque sestaria et tres quartane siliginis, ultra capones et pecuniam de quibus infra fit mencio, pro feudo quod dictus dominus de Quarto quondam ab eadem ecclesia tenebat, ut dicitur in computo precedenti, que non allocantur sibi hic pro termino festi beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo pro eo quod non redditur confessionem de recepta dicti domini Berthodi, sed in computo eidem allocabuntur pro dicto anno et sequentibus si confessionem dicti domini prioris de recepta apportaverit,¹⁸ que quantitas bladi iniungitur sibi solvi et confessio pro dicto anno apportari.

Item debentur Petro, filio Jaquimini Peronini de Alex quondam de Effra, in quibus dominus Henricus dominus de Quarto quondam eidem Jaquimino tenebatur de censu per annum pro quadam pecia prati domini sita in pratis domini apud Oloes,¹⁹ que movetur de feudo dicti Jaquimini quondam, novem eminalia siliginis, ut in quodam instrumento vendicionis facte per Petrum et Johannem fratres, filios quondam Colerii Arborum de Segnins, de laude et consensu Jaquimini Peronini de Allex de Effra supradicto domino Henrico domino de Quarto quondam, instru-

¹⁶ Dans la marge gauche : *vide*.

¹⁷ Le mot *annuatim* est ajouté dans la marge droite avec un signe de renvoi.

¹⁸ Dans la marge gauche : *vide*.

¹⁹ Lire *Olees*.

mento recepto per Johannem Petri Gontereti de Augusta, notarium publicum, sub anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo, indictione octava, die quinta mensis maii, cuius tenor in sexto computo precedenti de verbo ad verbum est insertus, que non allocantur sibi hic pro termino festi beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, pro eo quia non redditur²⁰ confessionem de recepta dicti Petri, sed in computo sequenti eidem allocabuntur pro dicto anno et sequentibus dum tamen confessionem dicti Petri de recepta apportaverit alias non.

- 4 Item debentur annuatim Petro Vuillermete de Avisio, parrochie Quarti, duo sestaria siliginis in quibus dictus dominus Henricus, dominus de Quarto quondam, dicto Petro tenebatur annuatim pro quadam pecia prati sita in pratis domini apud Oloes, ut in quodam publico instrumento recepto per Johannem de Gontereto notarium, sub anno Domini millesimo tercentesimo sexagesimo nono, indictione septima, die decima quarta mensis januarii, cuius tenor in sexto computo precedenti de verbo ad verbum est insertus, que duo sestaria siliginis sibi hic minime allocantur pro termino festi beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, pro eo quod non redditur²¹ confessionem dicti Petri, sed in computo sequenti pro dicto anno et sequentibus eidem allocabuntur dum tamen litteram dicti Petri de recepta apportaverit alias non.

Item debentur annuatim domino Jacobo de La Suera, capellano prebendario altaris Beate Marie siti in ecclesia Sancti Ursi Auguste, videlicet quinque sestaria et una emina siliginis, unus obulus servicii et unus denarius de placito quando accidit, racione dicti altaris, pro et super quadam pecia prati domini in sexto computo precedenti plenius confinata, sita loco dicto Etablo, de feudo dicti altaris existente, que pecia prati ad manus domini Henrici domini de Quarto quondam pervenit ex successione Alixandri de Stablo, de et pro quibus tam in presenti quam precedentibus computis computavit in recepta pro dicta **[VI Quarti]** pecia prati et certis aliis rebus, videlicet superius cum maiori summa de septem modiis siliginis et inferius pro eodem de viginti solidis monete Auguste computabit, ut per instrumentum albergamenti dicto Alixandro facti, cuius tenor in sexto computo precedenti de verbo ad verbum est

²⁰ Dans la marge gauche : *vide*.

²¹ Dans la marge gauche : *vide*.

insertus, que sibi hic minime allocantur pro termino festi beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, pro eo quia licteram dicti domini Jacobi de recepta non apportavit sed in computo sequenti pro dicto anno et futuris eidem allocabuntur dum tamen licteram dicti domini Jacobi de recepta reddiderit alias non.

Rivus Prepositi:

Libravit Boniffacio de Champapont de Roesan, custodi rivi domini vocati de Preposito, a loco principii dicti rivi, vocato de la Monya,²² usque ad locum vocatum de Valle Suana, subtus Roysan,²³ quasi per unam leucam, per quod spacium custodire debet dictum rivum pro uno modio siliginis per annum, ultra seraceum, vinum et pecuniam sibi inferius causa predicta in suis titulis allocatos, et solvit eidem de mandato, modis et causis in pluribus computis precedentibus declaratis et expressis, pro anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, ut per licteram dicti Bonifacii de confessione et recepta datam Auguste die decima mensis aprilis, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio, quam reddit manu Petri Geremie de Augusta notarii signatam, continentem confessionem de recepta duorum seraceorum et dimidium, unius sestarii vini et sexaginta solidorum monete Auguste, eidem Boniffacio libratorum et ipsi castellano inferius in suis titulis more solito allocatorum
- I modium siliginis

Reparacio dicti rivi:

Libravit in operibus et reparacione supradicti rivi domini vocati de Preposito prout inferius specififice declaratur. Et primo, manu Bartholomei Tarida, custodis in parte dicti rivi et aliorum administratorum aqua²⁴ dicti rivi, pane dato novies viginti hominibus operariis de roydis seu corvatis, quasi per unam diem vacantibus anno subscripto tempore quadragesime in reparacione dicti rivi atque in operando et murando lex archaris dicti rivi, a loco de la Morina, ubi dictus rivus trahitur in aquam Bauteгии, usque apud Roesan, capiente quolibet homine per diem quinque quarterios panis, et fit in quolibet eminali unus panis, seu de quolibet sestario siliginis viginti quatuor panes more solito, ut in computo precedenti, et allocantur eidem per litteram publicam Aymonodi natura-

²² Lire *de la Morina*.

²³ Lire *Roysan*.

²⁴ Pour *aque*.

lis de Arnyo, mistralis mandamenti de Quarto, de testimonio dictorum novies viginti hominum premissorum,²⁵ datam Auguste die decima quarta mensis aprilis, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio manu Petri Geremie notarii signatam, ultra seraceum et vinum eisdem operariis causa predicta libratos et infra allocatos

- I modium, III sestaria, I quartanam et dimidiam siliginis

Libravit pane dato viginti hominibus operariis, vacantibus quasi per unam diem anno quo supra, videlicet de mense aprilis anno millesimo tercentesimo nonagesimo tercio, in adducendo centum billionos de ultra pontem de Pompillias usque ad dictum rivum de Preposito et implicando dictos billionos in copertura dicti rivi in locis necessariis, capiente quolibet homine per diem tam pro expensis quam salario unum panem cum dimidio siliginis, unum quarteronum vini et duos solidos monete Auguste, et vacantes in reparacione dicti rivi quolibet unam ambostatam nucum,²⁶ ut in computo precedenti, ut per litteram publicam Bartholomei Tarida, custodis dicti rivi de testimonio premissorum, datam apud Pontem Lapideum Auguste die decima quinta mensis aprilis, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio, quam reddit manu Petri Geremie notarii signatam

- V quartanas siliginis

Item Ansermino Chyvalier de Vallepellina et Johannodo **[VII Quart]** Charnyn eiusdem loci pro tachia eisdem per dictum castellanum data scindendi centum billionos supradictos in nemore domini sito in mandamento Oyacie, vel circa loca de Valochera, pro copertura dicti rivi necessarios pro tanto, ultra unam eminam vini et unum florenum parvi ponderis eisdem causa predicta ultra et infra in suis titulis allocatos, ut per litteram publicam dictorum Ansermini et Johannodi de testimonio premissorum confessioneque et recepta quantitatis subscripte, datam Auguste die octava mensis aprilis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio, quam reddit manu Johannis Gontereti notarii signatam

- II sestaria siliginis

Et allocantur sibi de mandato et sub juramento predictis

- II sestaria, I quartanam siliginis

Alpis de Chavalari:

Libravit Petro de Pasquerio et eius consortibus de Riegni, parrochie Quarti, tenentibus alpem de Chavalari, quibus dominus de Quarto quon-

²⁵ Biffé.

²⁶ Dans la marge droite : *tempore Quadragesime.*

dam annuatim solvere consuevit, quando solvunt quatuor caseos debitos per tenentes dictam alpem quando vestitur, id est bestie ponuntur in eadem pro fructo fiendo, de quibus quatuor caseis dictus castellanus infra computat sub eorum titulo in recepta, et allocantur eidem pro anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, more solito, ut in computo precedenti

- III eminalia siliginis

Alpis de Seneveri:

- 5 Libravit Johannodo de Balma de Quarto et eius consortibus tenentibus alpem de Seneveri, que dictus dominus Henricus, dominus de Quarto quondam, annuatim solvebat dictis consortibus quando dicta alpis vestitur, id est quando bestie mictuntur in eadem ad fructum faciendum, pro duobus caseis domino debitis pro dicta alpe de quibus infra computat sub eorum titulo in recepta, et solvit eidem pro anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo

- II eminalia siliginis

Deducuntur eidem pro Hugoneto, filio Valleti de Vigniel, Petro Hugoneti de Vigniel, Vallichono de Vigniel et suis consortibus causam habentibus Hugoneti de Vigniel, pro quibus computatum fuit in computo dicti loci Quarti de anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo septimo particulariter de tribus sestariis siliginis, ex inadvertencia scriptoris et castellani, licet non debeantur nisi dumtaxat tres emine siliginis de censu per annum, prout fidem fecit castellano ante ipsum in quinto computo precedenti per duo publica instrumenta in eodem computo de verbo ad verbum copiata, que tria sestaria siliginis etiam includuntur in summa recepte dicte siliginis, et deducuntur eidem pro anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo

- III eminas siliginis

Deducuntur eidem pro Bartholomeo et Johanne Perole et suis consortibus pro quibus computati sunt in suis computis precedentibus et presenti summarie et in computo de anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo septimo particulariter de tribus eminis, uno eminali et dimidio siliginis, ex inadvertencia et per errorem dicti castellani, licet non debeant nisi dumtaxat tres eminas siliginis de censu per annum, ut per confessiones et recogniciones dicti Bartholomei factas per ipsum nominibus suo et Johannis eius fratris et consortium suorum, designatas in sexto computo precedenti, et deducuntur eidem pro anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo more solito, ut in computo precedenti

- I eminale et dimidium siliginis

Deducuntur sibi pro Petro Macheti de Escheveno et consortibus suis debentibus de reddito annis alternis quinque sestaria siliginis in festo

beati Michaelis, de quibus particulariter computatum fuit in computo dicte castellanie de anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo septimo et eciam in presenti summarie quemadmodum si annuatim deberentur pro anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, licet debeant ut supra dumtaxat annis **[VIII Quarti]** alternis, prout fides facta fuit in sexto computo precedenti per instrumentum publicum recognitionis dicti Petri Macheti, receptum per Johannem Gontereti notarium, procuratorem et receptorem extentarum domini in Valle Augusta, anno Domini millesimo tercentesimo sexagesimo secundo, indictione decimaquinta die vicesima quarta mensis septembris, copiatum in sexto computo precedenti, que quinque sestaria siliginis in coputo sequenti non deducuntur pro Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio quia deducuntur pro anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto - V sestaria siliginis

Prandia:

Libravit personis in sexto computo precedenti speciffice et particulariter nominatis et descriptis pro prandiis datis et debitis eisdem singulis annis in crastinum Nativitatis Domini, dum solvunt servicia debita per easdem more solito, ut in computo precedenti, que prandia sunt numero trigintaquinque, quartus et sextus unius prandii, ultra duodecim prandia tradita supradicte domine Pantasalee ut supra, et datur pro quolibet prandio dimidius panis siliginis valoris dimidii eminalis siliginis, ut in computo precedenti, et allocantur sibi pro termino festi beati Stephani prothomartiris crastini festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimi tercentesimi nonagesimi tercii

- XVII eminalia, tercium, quartum et dimidium quartum unius eminalis siliginis

6

Collectura feni:

Libravit pane dato quadraginta quinque hominibus operariis de roedis seu corvatis domini, vacantibus quasi per unam diem tam recolligendo et levando fena decimarum pratorum domini de Stanno et herbagiorum domino debitorum a Maladeria usque ad Pontem Lapideum in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, capiente quolibet quinque quarteria²⁷ panis siliginis ut in computo precedenti, ul-

²⁷ Lire quarterios.

tra vinum et seraceum sibi inferius in suis titulis allocatos, de quo feno inferius computat in titulo feni, quam scindendo de nemore biolarum in insula domini de Quarto pro circulis fiendis et portando in Villafrancham, castrum Quarti et Augustam pro doliis religandis ad vinum domini recolligendum in eisdem, dicto anno, ut per litteram Aymonodi naturalis de Arnyo, mistralis mandamenti Quarti de testimonio premissorum datam Auguste die quinta mensis aprilis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio quam reddit manu Petri Gontereti de Augusta clerici signatam - II sestaria, I quartanam, II eminalia et quartum unius eminalis siliginis. Item manu Johannis de Dovi, habitatoris castri de Quarto, pane dato quatuor hominibus de roedis seu corvatis²⁸ succucientibus et recolligentibus per unam diem nuces arborum domini prope et circa castrum Quarti, ipso anno millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, capiente quolibet homine per diem, quinque quarterios panis prout supra: - V eminalia siliginis. Item pane dato sex hominibus de roedis seu corvatis per unam diem aptantibus bornellos per quos aquam conducitur ad castrum: - I quartanam, I eminale et dimidium siliginis. Item pane dato septem hominibus de roidis domini una die portantibus et aptantibus topias castri, capientibus ut supra: - I quartanam, II eminalia et tres partes unius eminalis siliginis, ut per litteram dicti Johannis de Dovi de testimonio premissorum, datam anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, quam reddit manu Marcheti de Porroczano signatam - III sestaria, V eminalia et dimidiam siliginis

Deducuntur sibi pro Reynardo, naturali de Quarto quondam, cuius bona ob mortem ipsius Reynardi, deffuncti sine liberis, ad manus domini pervenerunt, de quorum bonorum fructibus et exitibus computat tam supra quam infra in recepta, qui Reynardus sue vite temporibus domino debebat per annum unum sestarium siliginis et duodecim denarios servicii, de quibus castellanus ibidem ante ipsum computavit particulariter in suo computo dicti officii de anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo²⁹ septimo, et in singulis aliis suis computis sequentibus cum maiori summa, et deducitur eidem dictum sestarium siliginis pro **[IX Quarti]** pro³⁰ anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, pro quo anno computat, quia res pro quibus debebatur dictum sesta-

²⁸ Les mots *de roedis seu corvatis* sont ajoutés dans la marge droite avec un signe de renvoi.

²⁹ Lire *octuagesimo*.

³⁰ Répété.

rium siliginis tradite fuerunt per dictum Reynaldum, naturalem de Quarto quondam, Johanni de Ramuysi pro viginti duobus solidis monete Auguste et uno capone per annum, de quibus infra in suis titulis computat ut dicit - I sestarium siliginis

Summa librate et deducti

- V modia, I quartana, III eminalia et quartus unius eminalis siliginis

Et sic debet:

- VI^{XX}XIII modia, II sestaria, I quartanam, II eminalia et quartum unius eminalis siliginis

Venduntur in fine computi.

7

Avena:

Item reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu per annum circa festum beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, videlicet ab Aymoneto Curnillion, genero Anthonii Sulpicii de Ponte, parrochie Sancti Christofori, ut in computo precedenti - I modium avene

De exitu decimarum que levantur in certis possessionibus consistentibus a torrente Clausi Novi, inter Sarro et Augustam, usque ad civitatem Auguste, in quibus decimis dominus de Montejoveto percipit medietatem, dominus Jacobus Bonerii de Dovia, canonicus augustensis, terciam partem residue medietatis ut supra nichil computat nec de cetero computabitur in avena quia albergata est ad frumentum, siliginem, vinum et pecuniam de quibus supra et infra in suis titulis computat prout lacius dicitur superius in frumento

Summa:

- I modium avene.

Venditur in fine computi.

Ordeum:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu per annum circa festum beati Michaelis, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, ut in computo precedenti, de octo sestariis, una quartana et dimidia ordei domino in dicta castellania et apud Oyaciam deberi solitis de redditu per annum, deductis de ipsis quinque se-

stariis, emina, una quartana et tribus eminalibus ordei, per dominam domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, traditis occasione qua supra in frumento, debitis in locis per personas in computo de annis Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio et octuagesimo quarto particulariter descriptas, et fiunt eisdem castellano similes iniunctiones³¹ que supra in frumento

- II sestaria, emina ordei

Marescalcia:

Recepit a Berthodo Mugnerii de Lignian et consortibus suis de et pro marescalcia per annum debita per eosdem in festo beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, et quia in computo precedenti dicto castellano fuit iniunctum quod in presenti computo nominaret dictos consortes, dicit dictus castellanus quod dictam iniunctionem totaliter ignoravit ob defectum transcripti computi precedentis et quia est novus castellanus, cum castellanus ante ipsum dixit in computo precedenti quod dictam iniunctionem adimplere non potuit donec regithie et extente domini que recipientur ibidem per Johannem Gontereti de Augusta notarium et commissarium, per genitorem domini ad hoc deputatum, sint complete,³² quibus non obstantibus iniungitur eisdem castellano quod dictas regithias recipi et compleri procuret taliter quod in suo sequenti computo dictos consortes possit nominare specificè aut alias clarius respondere

- I sestarium ordei

Recepit a quinque personis in sexto computo precedenti de anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo septimo declaratis et specificè nominatis de redditu per annum, ut in computo precedenti, in festo beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo

- XIII sestaria ordei

Cheyserie seu excheyte:

De cheyseriis seu excheytis nichil ibidem quia nichil pro eisdem recepit per tempus de quo computat ut dicit.

Summa, computatis mensuris ut supra in frumento

- II modia, IIII sestaria, emina ordei

Venduntur in fine computi.

³¹ Dans la marge gauche : *vide*.

³² Dans la marge gauche : *vide*.

Pisa ciseria:

De exitu terre domini vocate de Ryns, nichil computat in pisis ciseris occasione superius in frumento declarata. [X Quarti]

Ligumina pro cheyseriis seu excheyitis:

De liguminibus pro cheyseriis seu excheyitis nichil computat quia nichil pro eisdem recepit per tempus de quo computat ut dicit.

8

Nuces:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu per annum circa festum beati Michaelis, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, de novem sestariis nucum domino pridem debitus ibidem de redditu per annum ut in computo precedenti, deductis de ipsis duobus sestariis nucum per dominam domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, traditis occasione qua supra in frumento et apud Vallem Pellinam per Johannem, filium Francisci de Enfanteis - VII sestaria nucum

Recepit manu Johannis Cuaa de Dovia, porterii Quarti, de et pro exitu arborum nucum terrarum domini de Quarto, tam ante, circa et retro dictum castrum Quarti, quam eciam in ortis domini et viridariis domini circumstantibus, et de exitibus arborum nucum terrarum domini de Ryns nichil computat quia tradite fuerunt dicte domine Pantissalee, occasione qua supra in frumento in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo et respondet minus quam anno precedenti de uno sestario et emina nucum, et inde nichil plus recepit ut suo asserit iuramento

- V sestaria, I emina nucum

De exitu arborum nucum viridarii Raynaldi, naturalis domini de Quarto quondam, quod pervenit ad manus domini ut in computo precedenti, nichil computat quia dominus dictum viridarium una cum domo dicti Raynaldi quondam, sita loco dicto La Vanchella, et quadam pecia vinee continente circa septem fossoriatas sita loco dicto Reyes cum suis confinibus, albergavit perpetuo Petro de Bocza de Valle Augusta, pro sexcies viginti florenis auri boni ponderis veteribus, ad rationem quatuordecim solidorum monete domini pro quolibet dictorum florenorum, per dominum a dicto Petro de Bocza, habitorum, manu Anthonii Fabri

secretarii et thesaurarii expensarum hospicii domine, qui de ipsis computasse debuit in suo computo dictarum thesaurarie et expensarum de anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, et de quibus idem Petrus de Bocza habet licteram domini de albergamento testimonioque et confessione premissorum, sub usagiis et tributis inde dari consuetis, datam Rippallie die quinta mensis maii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, prout dicitur in computo Anthonii Fabri supradicto. Et quia in computo precedenti dicto castellano ante ipsum fuit iniunctum seu eidem castellano quod in presenti computo apportaret dictam litteram sic quod tenor ipsius videretur, dicit dictus castellanus quod dictam iniunctionem ignoravit ob defectum transcripti computi precedentis, quibus non obstantibus iniungitur sibi³³ quod dictam litteram cum effectu habere procuret a supradicto Petro de Bocza, et ipsam in sequenti computo apportet, ut tenor ipsius littere plenius videatur et in dicto sequenti computo lacius inseratur.

Summa: - XII sestaria, I emina nucum
Venduntur in fine computi.

Sciendum est³⁴ quod in quolibet sestario nucum sunt quadraginta octo ambostate que dantur hominibus debentibus roydas seu corvatas, videlicet cuilibet una ambostata,³⁵ quando ipsas reddunt tempore cadragesime in reparacione rivi Prepositi, vel alias, ac continentur in libratis computi precedentis.

Casei:

De quindecim quintalibus, duodecim libris cum dimidia casei in dicta castellania debitis [**XI Quarti**] de reddito per annum, nichil computat, quia domina ipsa tradidit domine Pantassalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, occasione declarata in quarto computo precedenti, in quo nomina personarum et quantitates per ipsas debite plenius et specificice describuntur.

³³ Dans la marge gauche: *vide*.

³⁴ Dans la marge gauche: *vide*.

³⁵ Les mots *videlicet cuilibet una ambostata* sont ajoutés dans la marge droite avec un signe de renvoi.

Alpagium:

Recepit a Johannodo, fratre Johannis de Balma de Quarto quondam, et filio quondam Jaquemeti Corna de Morgona et consortibus eorum pro alpe de Seneveri, pro duobus caseis domino ibidem debitis per annum circa festum beati Michaelis, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo - XIII libras caseorum

Recepit a Johanne, filio Petri de Pasquerio, et consortibus suis pro alpe de Chavalery, pro quatuor caseis domino debitis per annum quando vestitur, id est quando bestie ponuntur in eadem alpe pro fructu faciendo, et quando dicti quatuor casei solvuntur debet dari solventibus pro quolibet caseo unus panis siliginis valoris unius eminalis siliginis, ut dicitur in computo precedenti. Et simili modo solvuntur duo panes pro duobus caseis ut supra debitis pro alpe de Segneveri, et computat pro termino festi beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo - XXX libras caseorum

Summa: - XLVIII libre caseorum

Venduntur in fine computi.

9

Seracei:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de quaterviginti quindecim seraceis pridem domino debitis in dicta castellania de redditu per annum circa festum beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, ut in computo precedenti, deductis de ipsis septuaginta quinque seraceis cum dimidio per dominam domine Pantissalee predictae, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, traditis occasione superius in frumento declarata, debitisque per personas in quarto computo precedenti specificè descriptas, in quo quantitates et particule per dictas personas debite particulariter sunt descripte. Et fit eidem castellano³⁶ similis iniunctio que supra in frumento, tam super declaratione serviciorum et reddituum, quam super apportacione litterarum dicte domine Pantissalee

- XIX seraceos et dimidium

Summa: - XIX seracei et dimidius

³⁶ Dans la marge gauche: *vide*.

Rivus Prepositi:

De quibus libravit Bonifacio, genero Aymonodi Champapont de Roysano, custodi rivi domini vocati de Preposito, capienti pro custodia dicti rivi ut supra in siligine et ut in computo precedenti, et solvit sibi pro termino festi beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, per litteram publicam dicti Bonifacii de confessione et recepta, datam Auguste die decima mensis aprilis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio, superius in librata siliginis redditam manu Petri Geremie de Augusta notarii signatam

- II seraceos et dimidium

Opera dicti rivi:

Libravit manu Bartholomei Tarida, custodis in parte dicti rivi, et aliorum administratorum aque dicti rivi in operibus et reparacione dicti rivi, et primo ad expensas novies viginti hominum operariorum de roydys seu corvatis, quasi per unam diem vacancium anno presenti infrascripto post Pascha, in reparacione dicti rivi, quam in aptando et reparando les archeis dicti rivi a loco de la Moryna³⁷ ubi dictus rivus trahitur in aquam Bauteгии usque ad Roysan, capientibus singulis sex hominibus operariis de roydys seu corvatis unam ruczam seracei, et fiunt in quolibet seraceo ante carnisprivium duodecim rucze seu partes, et post Pascha decem rucze et omni tempore de qualibet rucza librantur sex operarii, sequatoribus vero pratorum dantur singulis quatuor una rucza et illis quibus supra prandium datur in siligine singulis **[XII Quarti]** octo una rucza seracei, ut dicitur in computo precedenti, ultra panem et vinum sibi pro eodem allocatos, ut per litteram publicam Aymonodi naturalis de Arnyo, mistralis mandamenti de Quarto, de testimonio dictorum hominum, datam Auguste die decima quarta mensis aprilis, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio, superius in librata siliginis redditam et designatam

- III seraceos

Libravit ad expensas viginti hominum operariorum vacancium quasi per unam diem anno quo supra de mense aprilis post Pascha, qui non sunt de roydys seu corvatis, adducendo centum billionos de ultra pontem de Pompilliaast usque ad dictum rivum de Preposito et implicando dictos billionos in copertura dicti rivi in locis necessariis, capiente quolibet

³⁷ Lire la *Moryna*.

homine per diem dimidiam ruczam seracei ultra panem, vinum et pecuniam sibi propter hoc supra allocatos, ut per licteram publicam Bartholomei Tarida, custodis in parte dicti rivi, de testimonio premissorum, datam die decima quinta mensis aprilis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio, supra in librata siliginis redditam - I seraceum

Libravit ad expensas quadraginta quinque hominum operariorum de roydīs seu corvatis quasi per unam diem vacancium tam colligendo et levando fena decimarum pratorum domini de Stanno et herbagiorum domino debitorum a Ponte Lapideo versus Sanctum Christoforum, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, quam scindendo de nemore³⁸ biolarum in insula domini de Quarto pro circulis fiendis et portandis in Villam Francham, castrum Quarti et Augustam, pro doliis religandis ad vinum domini recolligendo in eisdem dicto anno, capientibus singulis sex hominibus operariis de roydīs seu corvatis unam ruczam seracei, et fiunt in quolibet seraceo ante carnisprevium duodecim rucze seu partes et post Pascha decem rucze et omni tempore de qualibet rucza librantur sex operarii, sequatoribus vero pratorum librantur singulis quatuor una rucza, et illis quibus supra prandium datur in siligine singulis octo una rucza seracei, ut dicit et dicitur in computo precedenti, ultra panem et vinum sibi pro eodem allocatos, ut per litteram publica Aymonodi naturalis de Arnyo, mistralis mandamenti Quarti, de testimonio premissorum, datam Auguste die quinta mensis aprilis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio superius in librata siliginis redditam et signatam: - VII ruczās et dimidiam seracei ad X. Item manu Johannis de Dovi, habitatoris castrī de Quarto, ad expensas quatuor hominum de roydīs seu corvatis quasi per unam diem vacancium succucendo et colligendo nuces prope et circa castrum domini de Quarto in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, capientibus singulis sex hominibus unam ruczam seracei ut supra: - duas partes unius rucze seracei ad X.

- 10** Item ad expensas sex hominum operariorum de roydīs seu corvatis quasi per unam diem vacancium in aptando bornellos per quos aqua conducitur ad castrum Quarti, capiente quolibet homine ut supra: - I ruczam seracei ad X. Item ad expensas septem hominum de roydīs seu corvatis quasi per unam diem vacancium portando et aptando topias dic-

³⁸ La phrase depuis *de nemore biolarum* jusqu'à *in eisdem dicto anno* est ajoutée dans la marge droite avec un signe de renvoi.

ti castris Quarti, capiente quolibet homine ut supra, videlicet singulis sex una ruczam seracei modo superius declarato: - I ruczam et sextum unius rucze seracei, ut per litteram publicam dicti Johannis de Dovi de testimonio premissorum [**XIII Quarti**] datam anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, quam reddidit supra in siligine, manu Macheti de Ponczano³⁹ notarii signatam. Et allocantur sibi de mandato dictorum magistrorum computorum domini:

- I seraceum et tertium unius rucze seracei

Prandia:

Libravit illis quibus solvendo servicia prandia dantur ut supra in libris siliginis, et datur singulis octo pro prandio una rucza seracei, et fiunt in seraceo duodecim rucze cum fit ante carnisprivium, scilicet in crastinum Nativitatis Domini incipiente currere anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio, more solito ut in computo precedenti,

- IIII ruczes, quartum et sextum unius rucze seracei ad duodecim

Summa librate :

- VII seracei, IX ruczes et sextus duodecime partis unius seracei ad X.

Et sic debet:

- XI seraceos, V ruczas, duas partes et quartum unius rucze et duas partes et sextum duodecime partis unius rucze seracei ad X

Venduntur in fine computi.

Butiri :

De triginta libris butiri prius domino debitis in dicta castellania de reddito per annum per Georgium Alamandi, Jacobum Veillionis et liberos Jacobi Alamandi, habitatores vallis Oyacie, nichil computat quia domina domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, tradidit dictas triginta libras butiri occasione qua supra in frumento. Et fiunt castellano predicto similes iniunctiones⁴⁰ que supra in frumento.

³⁹ Lire *Porroczano*.

⁴⁰ Dans la marge gauche : *vide*.

Senapium:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de una emina, duobus eminalibus senapii pridem domino debitis ibidem de redditu per annum, ut in computo precedenti, deductis de ipsis duobus eminalibus senapii pridem domino debitis apud Doviam, videlicet per personas et particulas in quarto computo precedenti particulariter nominatas et descriptas per dominam domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, occasione qua supra in frumento traditis in festo beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, et fit sibi similis iniunctio⁴¹ que supra in frumento
- I eminam senapii

Summa: - I emina senapii
Venditur in fine computi.

11

Capones et galline:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de quatercentum decem octo caponibus, quarta parte unius caponis et quinta parte duodecime partis unius caponis, pridem debitis in dicta castellania de redditu per annum circa carnisprivium, et de viginti caponibus ibidem plus deberi repertis de redditu per annum eodem termino per Hugonem Garnerii, alias Roda, castellanum ibidem ante ipsum, et Johannem Gontereti notarium, receptorem extentarum domini in dicta castellania Quarti, ut in computo precedenti, quequidem due particule sunt in summa quatercentum triginta octo capones, quarta [XIII Quarti] pars unius caponis et quinta pars duodecime partis unius caponis, deductis de ipsis ducentis sexagintaseptem caponibus et dimidio per dominam domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, traditis occasione qua supra in frumento, debitis per personas in tercio computo precedenti particulariter et specificè nominatas, et computat pro termino carnisprivii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio, et fiunt sibi similes iniunctiones⁴² que supra in frumento

⁴¹ Dans la marge gauche : *vide*.

⁴² Dans la marge gauche : *vide*.

- CLXX capones, III quartos et quintam partem duodecime partis unius caponis

De tribus gallinis redditus annui debitis, una cum decem solidis annui servicii, per Jaquimum de Parlea pro quodam novali seu terra de novo ad culturam redacta, que fuit per dominum de Quarto albergata Adde de Parlea, patri dicti Jaquimini quondam, quod novale fuit postea repertum esse de feudo quod a domino de Quarto tenebant Petrus et Vioninus de Clusellina, domicelli, et adhuc tenent in feudum nobile, ut per instrumentum publicum recognicionis et regithie dictorum fratrum, receptum per Johannem Gontereti notarium et procuratorem domini in Valle Augusta sub anno Domini millesimo tercentesimo sexagesimo sexto, indicione quarta, die undecima mensis januarii, ostensum in sexto computo precedenti, nichil computat quod dicti fratres et eorum heredes adhuc dictum feudum tenent et deserviunt, ut dicit et dictum fuit in computo precedenti et aliis pluribus computis precedentibus per castellanum ibidem ante ipsum.

Recepit a Johanne Ramuesii de Quarto quem debebat per annum Reynaldo naturali de Quarto, cuius Reynaldi bona fuerunt et sunt domino excheyta et commissa ob mortem dicti Reynaldi ut supra, ultra alia servicia et usagia de quibus computat ut infra, et computat pro termino carnisprivii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio

- I caponem

Summa:

- CLXXI capones, tres quarti et quinta pars duodecime partis unius caponis

- 12** De quibus non allocantur sibi hic in librata unus capo quem, ultra siliginem et pecuniam de quibus superius et inferius fit mencio, dominus de Quarto debebat annuatim domino priori Sancti Ursi pro feudo quod ab ecclesia Sancti Ursi tenebat, pretextu recognicionis domini de Quarto quondam, copiate in libratibus siliginis sexti computi precedentis,⁴³ videlicet pro termino festi Sancti Ursi, quod colitur die secunda mensis februarii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio, quia non apportavit litteram dicti domini prioris de confessione et recepta,

⁴³ Les mots *pretextu recognicionis domini de Quarto quondam, copiate in libratibus siliginis sexti computi precedentis* sont ajoutés à la fin de la phrase.

sed quando ipsam litteram apportabit allocabitur sibi in computo sequenti.

Libravit domino Georgio de Bersatoribus, canonico et distributori ecclesie beate Marie de Augusta, quem, ultra pecuniam infra in suo titulo allocatam, dominus de Quarto quondam eidem ecclesie debebat annuatim pro feudo quod dominus ab eadem ecclesia tenet, vocato de Establo, ut in quodam publico instrumento compositionis facte inter venerabiles dominos Anthonium de Billiens, prepositum, et capitulum Auguste, et potentem virum dominum Henricum, dominum de Quarto quondam, militem quondam, recepto per Aymonetum Boveti de Porta Sancti Ursi, notarium publicum, sub anno Domini millesimo tercentesimo sexagesimo septimo, indicione quinta, nonas aprilis, in sexto computo precedenti plenius declarato, et solvit sibi pro termino carnisprivii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio, ut per litteram publicam dicti domini Georgii de confessione et recepta, datam Auguste die decima aprilis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio, manu Petri Geremie de Augusta notarii signatam, quam reddit, continentem confessionem certe pecunie quantitatis que sibi infra in librata allocantur - I caponem

Deducitur eidem pro Aymoneta, filia quondam Peronodi Roncigniodi de Quarto, pro qua computatum fuit [**XV Quarti**] particulariter in computo de anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo septimo et in presenti et aliis precedentibus computis summarie de uno capone, per errorem et ex inadvertencia, licet non debeat nisi dumtaxat medietatem unius caponis de redditu per annum, per instrumentum publicum recognicionis dicte Aymonete receptum per Johannem Gontereti, notarium publicum, procuratorem et receptorem extentarum domini in Valle Augusta, sub anno Domini millesimo tercentesimo sexagesimo septimo, indicione quinta, die vicesima secunda mensis januarii, copiatum in sexto computo precedenti, et deducitur eidem pro termino carnisprivii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio de quo computat ut supra - dimidium caponem

Summa librate et deducti:
Et sic debet:

- I capon⁴⁴ et dimidius

⁴⁴ Lire *capo*.

- CLXX capones, quartum unius caponis et quintam partem duodecime partis unius caponi
Venduntur in fine computi.

Pernices:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu per annum de decem octo pernicibus domino pridem debitis ibidem in festo Nativitatis Domini in parrochiis, locis et villagiis in sexto computo precedenti de anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo septimo particulariter nominatis, deductis de ipsis tribus pernicibus per dominam domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, occasione qua supra in frumento, traditis et debitis per personas et in locis in quarto computo precedenti specificè declaratis, et computat pro termino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio, et fit eidem castellano similis iniunctio⁴⁵ que supra in frumento - XV pernicies

Recepit ab Emerico Cullier de Porta Sancti Ursi notario, debente domino de Quarto singulis annis unam pernicem cum duobus denariis servicii monete Auguste, quando fit bequeria ante domum Johannis Eymonodi, sitam in civitate Auguste loco dicto Cita, iuxta carrerias publicas antierius, domum Eymerici de Roncheto inferius, et exitum seu parvum allorium superius, et computat de ipsis pro anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, quo anno tenuit ibidem bequeriam dictus li Chastriours, habitator in porta Sancti Ursi, et de dictis duobus denariis servicii computat infra in titulo denarii census - I pernicem

Summa: - XVI pernicies
Venduntur in fine computi.

13

Castrones seu mutones:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu per annum in festo beati Martini yemalis de viginti septem castronibus, una canali cum dimidia castronis ibidem pridem domino debitis ut in quarto computo precedenti, deductis de ipsis viginti tribus castronibus, una canali cum dimidia castronis per dominam domine Pantissalee de

⁴⁵ Dans la marge gauche : *vide*.

Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, occasione qua supra in frumento traditis debitisque per personas et in locis in quarto computo precedenti specificè descriptis, et computat pro termino festi beati Martini yemalis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, et fit eidem castellano⁴⁶ similis iniunctio que supra in frumento
- IIII castrones

Decime agnorum:

De exitu decimarum agnorum prius domino pertinencium ratione dicti loci de Quarto, apud Olomont, parrochie Vallispelline, et apud Doviam, parrochie dicti loci, pro quo fuit computatum in septimo computo precedenti de tribus agnis, nichil computat quia [XVI Quarti] dicte decime sunt infra limites tradicionis per dominam facte dicte domine Pantissalee, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, occasione qua supra in frumento.

Herbagium:

Recepit ab Outino⁴⁷ Tuba de Paon pro se et suis sociis pro herbagio pro quo levantur apud Pontem Lapideum pro singulis quinque trentenariis muthonum transeuncium per mandamentum castri Quarti et Oyacie, unus mutho pro herbagio, ut in computo precedenti, et computat pro quinque trentenariis muthonum qui transsierunt ibidem per tempus de quo computat nec inde plus recepit ut dicit
- I muthonem

Summa
Venduntur in fine computi. - V castrones seu muthones

Vinum:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu per annum in vindemiis de sex modiis, tribus sestariis, tercio, quarto et dimidio quarto unius sestarii vini ad parvam mensuram Auguste, triginta duobus modiis, octo sestariis, una emina, una quartana cum dimidia ad magnam mensuram Auguste, deducto de eisdem uno sestario vini ad

⁴⁶ Dans la marge gauche : *vide*.

⁴⁷ Lecture douteuse.

magnam mensuram Auguste per dominam domine Pantissalee, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, occasione qua supra in frumento, in parrochia de Roysan pro loco de Ryns, tradito et debito per personas in quarto computo precedenti specificè nominatas in vindemiis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo

- VI modia, III sestaria, tercium, quartum, dimidium quartum unius sestarii vini ad parvam mensuram Auguste

Et:

- XXXII modia, VII sestaria, emnam, I quartanam et dimidiam vini ad magnam mensuram Auguste

Recepit a personis in tribus particulis sexti computi precedentis particulariter et specificè nominatis de reddito per annum in vindemiis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, modis et causis in dicto sexto computo precedenti declaratis

- VI modia, IIII sestaria, dimidiam quartanam vini

Recepit a Johanne Vidondo, habitatore Quarti, pro quadam vinea modici valoris vocata de Crista, que erat deserta, dicto Johanni per eundem castellanum ante ipsum⁴⁸ pro tanto sine introgiis aliquibus albergata, ut in quarto computo precedenti, de reddito per annum in vindemiis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo

- I quartanam vini

Recepit a Vulliermo de Chamero pro quibusdam rebus que fuerunt de bonis Johannis Coquilliodi, parrochie Quarti quondam, domino excheytis et commissis ob mortem dicti Johannis, sitis in villa Quarti, sibi albergatis per castellanum ante ipsum tamquam commissarium domini pro tanto de reddito per annum sine introgiis, ultra servicia et alia antiqua usagia proinde solvi solita, et computat pro vindemiis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo

- IIII sestaria vini

14

Novus redditus:

Recepit a Johanne de Gontereto de Augusta notario de novo reddito per annum pro exitu decimarum domini que levantur in certis possessionibus existentibus a torrente Clausi Novi, inter Sarro et Augustam, usque ad civitatem Auguste, in quibus dominus percipiebat duas partes medietatis, et reliquam terciam partem ipsius medietatis percipit domi-

⁴⁸ Les mots *ante ipsum* sont ajoutés dans la marge droite avec un signe de renvoi.

nus Jacobus Bonerii de Dovia, canonicus augustensis, et reliquam medietatem percipit dominus de Monte Joveto ut supra in frumento et siligine, eidem Johanni per dictum Hugonem Garneriii, castellanum ibidem ante ipsum, albergato pro tanto de reddito per annum, solvendo in quolibet festo beati Michaelis annis singulis, ultra frumentum, siliginem et pecuniam de quibus supra et infra in suis titulis computat pro eodem ut supra in frumento, et fit sibi similis iniunctio⁴⁹ que supra in frumento, et computat pro termino festi beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo - III modia vini

Recepit manu Udrici de Parlea et Johannis de Parlea de exitu cuiusdam pecie vinee jacentis in parrochia Sancti Christofori, loco dicto Fontanelles, que fuit Michaelis de Parlea quondam, in vindemiis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, nec inde plus recepit ut suo asserit iuramento - I quartanam vini

Exitus vinee domini:

De exitu vinee domini vocate de Ryns, continentis circa decem fossoriatas, nichil computat quia domina ipsum exitum tradidit [**XVII Quarti**] domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, occasione superius in frumento declarata.

Exitus vinee Reynaldi naturalis de Quarto quondam:

De exitu vinee et topiarum seu trilliarum que fuerunt Reynaldi naturalis de Quarto quondam, continencium circa septem fossoriatas, site apud Quartum loco dicto a La Rayta, nichil computat quia dicta vinea cum domo et viridario dicti Reynaldi, tradite fuerunt in feudum cum suis confinibus et pertinenciis per dominum quondam genitorem domini et in albergamentum perpetuum Petro de Bocza de Valle Augusta, sub intrigiis et prout supra in titulo nucum plenius declaratur.

Cheyserie seu excheite:

De cheyseriis seu excheitis nichil computat quia nichil ibidem recepit per tempus de quo computat ut dicit.

Summa, computatis quatuor quarteronis pro una quartana, duabus quartanis pro una emina, duabus eminis pro uno sestario et duodecim sestariis pro uno modio, tam ad magnam quam parvam mensuram, et

⁴⁹ Dans la marge gauche : *vide*.

computatis novem sestariis ad parvam mensuram pro octo sestariis ad magnam mensuram, quia sic equipollere seu equivalere dicuntur ut dicitur in computo precedenti

- XLVII modia, XI sestaria, due partes et sextus unius sestarii et sextus duodecime partis unius sestarii vini

Rivus Prepositi:

De quibus libravit Bonifacio, genero Aymonodi Champapont, custodi rivi domini vocati de Preposito, a loco principii dicti rivi vocato de La Morina, usque ad locum vocatum de Vallesuana subtus Roysan, quasi per unam leucam, per quod spacium custodire debet dictum rivum pro tanto de vino per annum, ultra seraceum, siliginem et pecuniam sibi pro eodem libratos in suis titulis, allocatos more solito et ut in computo precedenti, et solvit sibi pro anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, per litteram publicam dicti Bonifacii de testimonio premissorum, confessioneque et recepta, datam Auguste die decima mensis aprilis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio, superius in libratis siliginis redditam

- I sestarium vini.

15

Reparacio dicti rivi:

Libravit in operibus et reparacione dicti rivi Prepositi prout infra: videlicet manu Bartholomei Tarida, custodis in parte dicti rivi et aliorum administratorum aque dicti rivi ad expensas novies viginti hominum operariorum de roydīs seu corvatis quasi per unam diem vacancium anno presenti millesimo tercentesimo nonagesimo tercio post Pascha, in reparacione rivi domini supradicti de Preposito, a loco de la Morina, ubi dictus rivus trahitur in aqua Bauthegii, usque ad Roysan, capiente quolibet ipsorum per diem unum quarteronum vini more solito, ut in computo precedenti, ultra panem et seraceum,⁵⁰ per litteram publicam Aymonodi naturalis de Arnyo, mistralis mandamenti de Quarto, de testimonio premissorum, datam Auguste die decima quarta mensis aprilis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio, superius in libratis siliginis redditam

- XI sestaria, I quartanam vini

⁵⁰ Les mots *ultra panem et seraceum* sont ajoutés dans la marge droite avec un signe de renvoi.

Libravit ad expensas viginti hominum operariorum qui non sunt de roydis, vacancium quasi per unam diem anno quo supra in adducendo centum billionos de ultra pontem de Pompillias usque ad dictum rivum de Preposito et implicancium dictos billionos in copertura dicti rivi in locis necessariis, capiente quolibet homine per diem tam pro expensis quam salario unum quarteronum vini ultra siliginem et pecuniam que sibi supra et infra in suis titulis allocantur, ut per litteram publicam Bartholomei Tarida, custodis dicti rivi, de testimonio premissorum, datam apud Pontem Lapideum Auguste die decima quinta mensis aprilis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio, superius in librata siliginis redditam -I sestarium, I quartanam vini

Libravit Ansermino Chyvalier de Vallepellina et Johannodo Charnyn de eodem loco pro tuchia sibi **[XVIII Quarti]** data per dictum castellanum scindendi centum billionos in nemore domini sito in mandamento Oyacie, videlicet circa loca de Valochera, ad opus coperture dicti rivi de Preposito pro tanto de vino, ultra duo sestaria et unam quartanam siliginis et unum florenum, ut per litteram publicam dictorum Ansermini et Johannodi de testimonio premissorum confessioneque et recepta quantitatis vini subscripte, datam Auguste die octava aprilis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio. superius in librata siliginis redditam - I eminam vini

Libravit ad expensas quatragsintaquinque hominum operariorum de roydis seu corvatis, quasi per unam diem vacancium tam recolligendo et levando fena decimarum pratorum domini de Stanno et herbagiorum domino debitorum a Maladeria usque ad Pontem Lapideum in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, capiente quolibet unum quarteronum vini, ut in computo precedenti, ultra panem et seraceum sibi superius pro eodem allocatos et de quo feno inferius computat in titulo feni, quam eiam scindendo de nemore biolarum in insula domini de Quarto, pro circulis fiendis pro portando in Villam Francham, castrum Quarti et Augustam, pro doliis religandis ad vinum domini recolligendum ad vinum domini recolligendum⁵¹ in eisdem, ut per litteram Aymonodi naturalis de Arnyo, mistralis mandamenti Quarti, de testimonio premissorum, datam Auguste die quinta mensis aprilis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio, superius in librata siliginis redditam: - II sestaria, III quartanas, I quarteronum vini. Item ad expen-

⁵¹ Répété.

sas quatuor hominum de roydis seu corvatis quasi per unam diem vacancium in succuciendo et recolligendo nuces arborum domini prope et circa castrum Quarti ipso anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, capiente quolibet homine per diem ultra panem et seraceum sibi superius allocatis, unum quarteronum vini ut supra: - I quatanam vini. Item ad expensas sex hominum de roydis seu corvatis quasi per unam diem vacancium in aptando bornellos per quos aqua ducitur ad castrum, capiente quolibet homine ut supra unum quarteronum vini: - I quartanam et dimidiam vini. Item ad expensas septem hominum de roydis seu corvatis quasi per unam diem vacancium portando et aptando topias castri Quarti, capiente quolibet ut supra: - I quartanam, III quarteronos vini, ut per litteram Johannis de Dovi habitatoris castri Quarti de testimonio premissorum, datam anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo superius in librata siliginis redditam, et allocantur sibi de mandato et sub juramento quibus supra

- III sestaria, II quartanas et dimidiam vini

Summa librate: - I modium, V sestaria, III quartane et dimidia vini

Et sic debet:

- XLVI modia, V sestaria, duas partes unius et quartum unius sestarii et duas partes duodecime partis unius sestarii vini

Venduntur in fine computi.

16

Fenum:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de marescalcia per annum circa festum nativitatis beati Johannis Baptiste, a personis in locis et villagiis in computo de anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo septimo specificè nominatis, de triginta quatuor fassis et duodecima parte unius fassi feni teysiati, prius debitis domino ibidem per annum ut supra, deductis de ipsis uno fasso cum dimidio feni teysiati,⁵² per dominam domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, traditis, debitisque in locis et per personas in quarto computo precedenti nominatas. Et computat pro termino festi beati Johannis Baptiste, anno Domini millesimo tercentesimo nonage-

⁵² Les mots *prius debitis domino ... cum dimidio feni teysiati*, sont ajoutés dans la marge droite avec un signe de renvoi.

simo secundo, et fit eidem castellano⁵³ similis iniunctio que supra in frumento

- XXXII fassos et dimidium et duodecimum unius fassi feni teysiati

Decime:

De exitu decimarum que levantur in certis [**XIX Quarti**] possessionibus existentibus a torrente Clausi Novi, inter Sarro et Augustam, usque ad civitatem Auguste, in quibus dominus percipit duas partes medietatis, et reliquam terciam partem ipsius medietatis percipit dominus Jacobus de Dovia, canonicus augustensis, reliquam vero medietatem percipit dominus de Monte Joveto, ut in computo precedenti, in quo fuit computatum pro dicto exitu de viginti fassis feni pro anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, nichil computat quia dicta decima albergata fuit per Hugonem Garnerii alias Roda de Chamberiaco, castellanum ibidem ante ipsum, Johanni de Gontereto de Augusta notario, pro uno sestario frumenti, quinque sestariis siliginis, tribus modis vini de redditu per annum, duodecim denariis monete cursibilis Auguste de servicio annuali et pro duobus solidis tocus placiti monete predictae quando acciderit, de quibus omnibus supra et infra in suis singulis⁵⁴ respondet ad novum redditum.

Recepit manu Aymonodi naturalis de Arnyo, mistralis mandamenti de Quarto, pro exitu decimarum pratorum domini vocatorum de Stagno, sitorum subtus Sanctum Christoforum, domino pertinencium ex causa permutacionis facte per predecesores domini de Quarto quondam cum curato tunc Sancti Christofori, ut in sexto computo precedenti in quo instrumentum dicte permutacionis de verbo ad verbum est copiatum, circa festum nativitatis beati Johannis Baptiste, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, nec inde plus recepit ipso anno ut suo asserit juramento, et respondet minus quam anno precedenti de quatuor fassis feni

- XVIII fassos feni

Herbagia:

Recepit manu eiusdem Aymonodi de Arnyo de et pro exitu herbagiorum que levantur a Ponte Lapideo usque ad Maladeriam Quarti, in certis pratis inter dictos confines existentibus, ultra alia herbagia debita per nonnullos cives et burgenses Auguste redacta ad pecuniam, de qua

⁵³ Dans la marge gauche : *vide*.

⁵⁴ Lire *titulis*.

computat inferius in denariorum census, et prout in sexto computo precedenti et aliis sequentibus computis eidem et castellano ante ipsum fuit iniunctum, iniungitur eidem⁵⁵ quod declaret modum levandi dicta herbagia in suo computo sequenti, nominaque debencium prata super et in quibus debentur et levantur, tociusque negotii veritatem, et computat pro termino festi Nativitatis beati Johannis Baptiste, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, et respondet plus quam anno precedenti de undecim fassis feni, nec inde plus recepit ut dicit

- XX fassos et dimidium feni

De exitu cuiusdam pecie prati seu viridarii continentis circa duas seytoras prati siti apud Quartum loco dicto Lavenchella, circa domicilium, curtes et ortum qui fuerunt Reynaldi de Quarto naturalis quondam, domino pertinencium ob mortem dicti Reynaldi ut in computo precedenti, nichil computat quia dominus quondam genitor domini, domum, vineam et pratum seu viridarium dicti Reynaldi tradidit in feudum et albergamentum perpetuum Petro de Bocza de Augusta, domicello, sub introgiis et modis superius in titulo nucum plenius declaratis.

De exitu pratorum domini videlicet prati vocati de Oloes, prati vocati de Ryns, cuiusdam pecie prati site apud Lugniczan, cuiusdam pecie prati et gerbi seu elini vocate de **[XX Quarti]** Plantatis et pratorum domini vocatorum de Revoira, nichil computat in feno occasione in sexto computo precedenti declarata, et maxime quia dicte pecie pratorum sunt tradite tam in albergamentum quam domine Pantassalee, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, ut in computo precedenti.

Summa: - XXXVIII fassi et dimidius feni communes

Et: - XXXII fassi, tercius et quartus unius fassi feni teysiati
Venduntur in fine computi.

17

Palee:

De exitu decimarum certarum terrarum et possessionum existencium a torrente Clausi Novi usque ad civitatem Auguste, pro quo fuit computatum in computo precedenti de quatuor fassis palearum, nichil computat quia dicta decima albergata est perpetuo Johanni de Gontereto de Augusta notario per castellanum ante ipsum ad frumentum, siliginem,

⁵⁵ Dans la marge gauche : *vide*.

vinum et pecuniam de quibus superius et inferius in suis titulis computat ut supra in frumento clarius declaratur.

De exitu terrarum domini de Ryns, nichil computat quia domina dictas terras tradidit domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, occasione superius in frumento declarata, et fit eidem castellano similis iniunctio⁵⁶ que supra in frumento.

Cera:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de reddito seu servicio per annum in festo sancti Stephani Prothomartiris, crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni millesimo tercentesimo nonagesimo tercio de sexaginta duabus libris, tercio et quarto unius libre cere ad pondus Auguste pridem domino debitis in dicta castellania, in parrochiis, villis, villagiis et locis aliis et per personas in septimo computo precedenti specificice nominatas, deductis de eisdem quadraginta novem libris et duodecima parte unius libre cere ad pondus Auguste, per dominam domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, occasione qua supra in frumento traditis, debitisque in locis et per personas in quarto computo precedenti nominatas et specificice descriptas, et fit eidem castellano similis iniunctio⁵⁷ que supra in frumento

- XIII libras et dimidiam cere ad pondus Auguste

Recepit a Johanne, filio Hugonodi de Basso Molendino, burgense Auguste prope Portam Sancti Ursi, de servicio per annum ut in sexto computo precedenti in quo intrumentum assignacionis et recognicionis factarum per dictum Hugonodum, patrem dicti Johannis, fuit et est copiatum,⁵⁸ pro qua eciam debet duplum de placito quando accidit et prout dicitur in computis precedentibus quando dictus castellanus computat de dicta libra cere in recepta, debent sibi deduci in titulo denariorum census quinque solidi monete Auguste pro quolibet anno pro quo de ipsa libra cere computabit et computaverit, cum non reperiatur de ipsis fore obligatus nisi pro dicta libra cere, ut dicitur in computo precedenti, et computat pro termino festi beati Stephani Prothomartiris in crastino festi Na-

⁵⁶ Dans la marge gauche : *vide*.

⁵⁷ Dans la marge gauche : *vide*.

⁵⁸ Dans la marge gauche : *vide placitum*.

tivitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio - I libram cere

18

Exitus examinum apium comandarum:

De exitu quatuor examinum apium que tenet ad comandam Johannes Ramusii de Quarto pro quo fuit computatum in computo precedenti de una libra cum dimidia cere, nichil computat quia nichil ibidem recepit per tempus de quo computat ut dicit et suo asserit juramento

Apes orti:

De exitu quatuor examinum apium que erant in orto domini de Quarto, et pro quo fuit computatum in computo precedenti de tribus libris cere,⁵⁹ nichil computat quod dicte apes de mandato domine tradite fuerunt Caterine de Quarto cum pluribus aliis bonis mobilibus castri de Quarto ut dicit et eciam Hugo Garnerii, castellanus ante ipsum, in presenti computo retulit fore verum et eciam dixit in suo computo precedenti in titulo venacionum.

De exitu sex examinum apium que custodit dictus Champer de Augusta ad medium [XXI Quarti] exitus ut in computo precedenti, nichil computat quia nichil pro eisdem recepit per dictum tempus ut dicit.

Summa, computatis singulis tresdecim unciis pro una libra cere ad pondus Auguste, singulisque sexdecim libris cere ad pondus Auguste pro tresdecim libris cere ad pondus Chamberiaci, ut in computo precedenti - XIII libre et dimidia cere ad pondum Auguste
Venduntur in fine computi.

Mel:

De exitu examinum apium superius in titulo cere nominatorum, nichil computat in melle quia nichil inde recepit per tempus de quo computat ut dicit.

⁵⁹ Les mots *de tribus libris cere* sont ajoutés dans la marge droite avec un signe de renvoi.

Piper de placito:

De duabus libris piperis debitis per Priorem Sancti Ursi de placito quando contingit evenire pro feudo quod tenet a domino, taxato ad tantum in pipere, ultra pecuniam per ipsum debitam pro eodem, de quibus fuit computatum in computo de annis Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio et octuagesimo quarto, pro placito debito per mortem recollende memorie domini nostri domini Amedei Sabaudie comitis quondam, avi paterni domini, dicto anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, mense marcii, in partibus Apullie defuncti, non computat licet casus dicti placiti evenerit per mortem bone memorie principis illustris domini nostri domini Amedei Sabaudie comitis quondam, genitoris domini, die prima mensis novembris anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo apud Rippalliam defuncti, quia domina de presenti mandavit dictum castellanum non compelli ad computandum de dictis placitis sed Johannem de Gontereto, qui ipsa placita exegit, pro ipsis expediendis domino Ybleto domino Montis Joveti, per litteram domine de testimonio et mandato predictis, infra in titulo placitorum pecunie de verbo ad verbum copiatam. Et qui Johannes Gontereti⁶⁰ de dictis placitis domino computare debet et mandatus est per dominam venire computatum de dictis placitis per litteram clausam, datam Chamberiaci die secunda maii, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio, ut infra in pecunia in titulo placitorum lacius describitur.

Lingue boum:

De linguis boum et vacharum quas dominus percipit ibidem in macello Ville Franche, de quolibet bove et vacha qui et que occiduntur ibidem causa vendendi minutim, lingua unius animalis predictorum, ut in computo precedenti, nichil computat quia nulla talia animalia occisa fuerunt ibidem per tempus de quo computat ut dicit det suo asserit iuramento.

⁶⁰ Dans la marge gauche : *vide Johannes Gontereti.*

Sal:

De exitu leyde salis que levatur apud Villamfrancham in duabus nundinis que tenentur ibidem die martis propinquiori festo beatorum Philippi et Jacobi et die festi apostolorum Symonis et Jude, videlicet a quolibet vendente sal in dictis nundinis una ambostata seu manata salis, ut in computo precedenti, nichil computat in sale quod includitur in firma leyde de qua infra computat in firmis pecunie, ut in computo precedenti.

[XXII Quarti]

Tibie porci:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu seu servicio per annum, ut in computo precedenti, in festo beati Stephani prothomartiris, crastino festi Nativitatis Domini, quo inceperunt currere anni millesimo tercentesimo nonagesimo tercio ab Anthonio Palmerii de Quarto alias de Balma - II tibias porci

Summa: - II tibie porci
Venduntur in fine computi.

19

Membrum vache:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu per annum in festo beati Stephani prothomartiris, crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio, a Jaquemeto Salterii de Roysano, Petro Domengii, Jaquemeto Morelli et consortibus eorum, omnibus de Ruysano, dicte parrochie - I quarterium vache

Summa: - I quarterium vache
Venditur in fine computi.

Pedagium piscium et allecum:

Idem reddit computum quod recepit de et pro exitu pedagii domini vocati de Augusta domino pertinentis racione castri de Quarto. Et levantur pro quolibet milliario alecum que portantur tendendo ad partes Au-

guste per Montem Jovis seu per Montem de Ferris,⁶¹ quadraginta alleca pro singulis vigintiquinque palex seu de ferres, una pecia earundem, et pro singulis tresdecim turturibus seu truitiis, una pecia earundem, exceptis civibus Auguste et burgensibus Porte Sancti Ursi Auguste, qui dictum pedagium tantummodo debent per modum superius declaratum, de et pro similibus piscibus et alecibus emptis per eos et apportatis ab aqua vocata de Pissibachi, que est inter Sanctum Mauricium Agaunensem⁶² et Martigniacum, tendendo ab ab⁶³ eadem aqua versus partes Auguste. Pro ceteris vero similibus piscibus et alecibus, emptis per eos ultra dictam aquam de Pissibachi in partibus Sancti Mauricii et Vuaudi, non debent pedagium predictum nisi venderent pisces et aleca predictos infra limites et portarentur per emptores extra limites dyocesis Auguste, quo casu super portu credi debet corporalibus iuramentis emptorum, et inde nichil plus recepit per tempus de quo computat ut dicit, licet Anthonius de Contessa, civis Ypporegie, plures quantitates piscium et allecum duxi fecerit infra dictos limites, pro quibus nichil recepit quia genitor quondam domini dictum Anthonium solvit, libavit, quictavit et franchivit per decennium die penultima mensis julii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo incohatum, ab omnibus pedagiis, leydis, gabellis, passagiis, pontanagiis et herbagiis quibuslibet domino debitus in toto comitatu domini, ut dicitur plenius in secundo computo precedenti

	- VI ^C IIII ^{XX} II aleca
Item	- I turturem seu truitiam
	- VIII pales
Et:	- II bisoles
Summa:	- VII ^C IIII ^{XX} II aleca
	- I truitia
	- VIII pales
Et:	- II bisoles
Venduntur in fine computi.	

20

⁶¹ Col Ferret.

⁶² Lire *Agaunensem*.

⁶³ Répété.

Venaciones:

De venacionibus animalium silvestrium vocatorum boc estaygnt, pro quibus levantur de quolibet animali predictorum, capto in parrochia Vallispelline a loco dicto Les Cors de Bruson usque ad fondum vallis Oyacie, ab uno latere, et a dicto loco de Les Cors Arpiczon usque ad fondum predictum dicte vallis, ab alio latere, per totam dictam vallem, quarterius dexter⁶⁴ anterior cum tresdecim costis et cornu destrum dumtaxat de dicitis animalibus, etatis novem annorum et ultra, quoniam de ceteris etatis minoris novem annorum nichil capit [XXIII Quarti] dominus, ut dicit dictus Hugo Garnerii, castellanus ante ipsum, et quod etates dictorum animalium ad cornua dignoscuntur quodque dicti quarterii et cornu debiti reddi debent apud Valleepellinam per captores ipsorum animalium, ut dicitur in computo precedenti, nichil computat quia domina dictas venaciones tradidit domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, occasione qua supra in frumento et ut in computo precedenti.

Postes:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu per annum circa festum nativitatis beati Johannis Baptiste, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, a Martino Fabri de Ysologny, parrochie Sancti Bartholomei supra Nuns, pro reyssia sita supra Ysologny, eidem albergata pro tanto de redditu per annum ut in computo precedenti, qui postes esse debent longitudinis octo pedum et latitudinis infra duas lineas unius pedis, ut dicitur in computo precedenti

- VI duodenas et dimidiam postium

Summa: - VI duodene et dimidia postium
Venduntur in fine computi.

Royde seu corvate:

De roydis seu corvatis domino ibidem debitis per homines habitantes et focum facientes in mandamento Quarti ut in computo precedenti, nichil computat quia redduntur per eas debentes in operibus domini quan-

⁶⁴ Lire dexter.

do ad ipsa mandantur, nec alias ipsas solvunt, ut dicit et dicitur in computo precedenti, et fit eidem castellano⁶⁵ similis iniunctio que supra in frumento.

Ferra equorum:

De ferris equorum debitis de servicio per nonnullos nobiles quociens Imperator Romanus transsit⁶⁶ per Vallem Augustam pro feudis que tenent a domino de Quarto, nichil computat, quia dictus casus non evenit per tempus de quo computat ut dicit, et fit sibi⁶⁷ sibi similis iniunctio que supra in frumento.

21

Feuda equorum:

De feudis equorum, seu equis quos acomodare et ministrare debent certi nobiles Vallis Auguste racione dicti castri de Quarto in sexto computo precedenti specificie descriptis, quociens dominus comes mandat dominum de Quarto venire cum armis causa serviendi et reddendi calcatam dumtaxat semel in anno per unum mensem tantum, sub certis modis et formis in Valle Augusta in talibus usitatis, in sexto computo precedenti plenius declaratis, nichil computat quia casus non evenit per tempus de quo computat ut dicit, pro eo maxime quia dictum castrum et castellania Quarti sunt et tenentur ad manus domini et fit sibi⁶⁸ similis iniunctio que supra in frumento.

Denarii census:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania tam de redditu quam servicio per annum in festo beati Stephani prothomartiris crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio, factis deducionibus occasione compositionis et tradicionis factarum per dominam domine Pantissalee, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, modis et formis specificie declaratis in computo precedenti de annis Domini millesimo ter-

⁶⁵ Dans la marge gauche: *vide*.

⁶⁶ Lire *transit*.

⁶⁷ Dans la marge gauche: *vide*.

⁶⁸ Dans la marge gauche: *vide*.

Anselmo Pession

centesimo octuagesimo tercio et octuagesimo quarto, et fiunt eidem castellano similes iniunctiones⁶⁹ que supra in frumento

- II^C L libras, II solidos obolo monete Auguste

Et:

- XXIX solidos, VII denarios obolo januenses ad X pro XV predictorum

Recepit a personis in octo particulis tercii computi precedentis de annis Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, octuagesimo sexto, octuagesimo septimo et octuagesimo octavo specificice et particulariter nominatis et descriptis, tam de redditu quam servicio per annum terminis festorum beati Andree apostoli et beati Stephani prothomartiris, crastini festi Nativitatis Domini, et computat pro dicto termino festi beati Andree anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo

- XXIII florenos auri boni ponderis veteres

Et pro termino festi beati Stephani prothomartiris crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt **[XXIII Quart]** currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio

- IIII libras, XIX solidos, X denarios monete Auguste

Et:

- LXI franchos auri

Recepit a Johanne Ramusi de Quarto quos prius faciebat seu solvebat tam de redditu quam servicio per annum Reynaldo naturali de Quarto quondam, domino pertinentes ob mortem dicti Reynaldi, ut in computo precedenti, et computat pro termino festi beati Stephani prothomartiris quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio

- XXII solidos monete Auguste

Recepit a Johanne de Orto de Porczan pro certis rebus de feudo domini existentibus, sibi albergatis per dictum castellanum, jacentibus ultra Cristam de Puvyl, loco dico Verney, que fuerunt de bonis Johannis Quoquillodi quondam, domino commissis et exceytis ob mortem dicti Johannis Coquillodi,⁷⁰ defuncti sine liberis ut in computo precedenti, et computat pro termino festi beati Stephani prothomartiris quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio

- XX solidos monete Auguste

⁶⁹ Dans la marge droite : *vide*.

⁷⁰ Les mots depuis *quondam domino commissis* jusqu'à *Johannis Coquillodi* sont ajoutés dans la marge droite avec un signe de renvoi.

Recepit ab Aymoneto, naturali de Arnyo, pro rebus sibi albergatis per castellanum ante ipsum de rebus et bonis que fuerunt dicti Johannis Coquilliodi quondam, domino commissis et excheytis ut supra, sitis versus Verney ultra Cristam de Puvyl, et computat pro termino festi beati Stephani crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio

- X solidos monete Auguste

Recepit a Petro, filio Petri Voudan de Seignins, parrochie Sancti Christofori, pro feudo et rebus que fuerunt Ade Batallion, parrochie Sancti Christofori quondam, domino commissis et excheytis ob mortem dicti Ade defuncti sine liberis, ut in computo precedenti, et computat pro dictis anno et termino

- XVIII denarios monete Auguste

22 Recepit a Crispino, filio quondam Johannodi Regis de Cita de Porta Sancti Ursi Auguste, pro quadam domo sita Auguste loco dicto Cita de feudo domini existente, domino commissa et excheyta per mortem domini Henrici domini de Quarto quondam, sibi Crispino remissa per castellanum ante ipsum ut in computo precedenti, et computat pro termino festi beati Stephani prothomartiris crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio

- II solidos monete Auguste

Recepit a domino Jacobo Tarary, canonico Columpne Jovis, rectore hospitalis de Foro Veldaneo⁷¹ Auguste, pro medietate jornalys aque de rivo domini vocato de Preposito, per Petrum Balmein de Porroczan a domino Henrico domino de Quarto quondam acquisito in feudum perpetuum pro una fidelitate ligia et quinque solidis servicii annui, quod feudum fuit commissum domino et excheytum ob mortem dicti domini de Quarto quondam et propter donacionem inde factam per dictum Petrum Barmen dicto domino Jacobo Tarari, sibi remissa per dictum castellanum ante ipsum,⁷² ut in computo precedenti, et computat pro termino festi beati Stephani prothomartiris crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio

- V solidos monete Auguste

Recepit a Jaquemeto, filio quondam Johannis Feton⁷³ de Vallepellina et Theobaldo fratri suo, pro duabus fossoriatis vinee de novali, jacenti-

⁷¹ Lire *Voldaneo*.

⁷² Les mots *ante ipsum* sont ajoutés dans la marge droite avec un signe de renvoi.

⁷³ Lire *Fecton*.

bus ad Caschy versus Porroczan, que fuerunt de bonis Magni Vulliermi de Porroczan, domino commissis et excheytis ob mortem dicti domini Henrici, domini de Quarto quondam, et dicti Vulliermi, dictis fratribus albergatis per eundem castellanum ante ipsum ut [XXV Quarti] in computo precedenti, et computat pro termino festi beati Stephani prothomartiris crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio

- XII denarios monete Auguste

Recepit a Jaquimino et Martino de Croesyvy de Dovia, fratribus, pro quadam pecia prati cum domicilio, situs subtus Pontpulliast, de novali, cum potestate tenendi ibidem eorum bestias, domino commissis et excheytis ob mortem domini de Quarto quondam, sibi remissis per dictum castellanum ante ipsum, commissarium domini, ut in computo precedenti, et computat pro eisdem anno et termino - III solidos monete Auguste

Recepit a dicto Martino de Croesyvy pro licencia sibi data per dictum castellanum ante ipsum transmutandi quendam murum de dicto loco de Pompilliast usque ad novale dou Berriaz ibidem situm, ut in computo precedenti, et computat pro termino festi beati Stephani crastino festi Nativitatis Domini incipiente currere anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio

- I denarium monete Auguste

Recepit a Jaquimino de Canali de Dovia⁷⁴ pro monte et pascuis de Durando sibi imperpetuum albergatis per dictum castellanum ante ipsum et sibi per dominum confirmatis ut in computo precedenti, et computat pro termino festi beati Stephani prothomartiris crastino festi Nativitatis Domini incipiente currere anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio

- VI libras, I denarium monete Auguste

De quatuor denariis servicii debitis per Matheum de Villafrancha pro quadam pecia vacolli seu pascui communis continente circa quatuor fossoriatas, eidem albergata ad faciendum vineam pro tanto de servicio per annum ut in computo precedenti, nichil computat quia dictus Matheus bannitus est a terra domini et ipsam absentavit, nec invenit qui dictam peciam vacolli albergare voluerit, ut dicit et dicitur in computo precedenti, et prout in computo precedenti fuit sibi iniunctum, iterato iniungi-

⁷⁴ Dans la marge gauche: *Mons de Durando*.

tur eidem⁷⁵ quod dictam peciam vacolli albergare procuret taliter quod de ipsa valeat in suo sequenti computo utilius pro domino respondere.

De duobus denariis quos dictus Matheus debebat pro teysiis sue domus site in Villafrancha que periit incendio posito ibidem tempore guerre quam habebat dominus de Quarto cum domino Ybleto de Chalant, ut dicitur in computo precedenti, nichil computat, quia nondum fuit dicta domus reedificata nullusque possidet eius casale nec movetur de feudo domini, ut dicitur in computo precedenti. Et prout eidem castellano fuit iniunctum in computo precedenti iterato iniungitur⁷⁶ sibi expressius quod super premissis taliter remediare procuret quod de dictis duobus denariis abinde domino in sequentibus computis computetur.

23 De duobus solidis annui servicii debitis per Jaquemetum, dictum Dyaqueno, de Vallepellina, pro molendino de Stanno sito subtus Sanctum Christoforum, nichil computat quia vacat et jam diu vacavit nec potest [XXVI Quarti] reffici quod eyrile dicti molendini fieri non potest propter diluvium aque Durie, quo eyrile et molendina predicta periclitaverunt, ut dicit et dicitur in computo precedenti, et prout in computo precedenti eidem castellano fuit iniunctum,⁷⁷ iniungitur sibi quod dicta molendinum et Stannum alberget utiliori modo quo poterit pro domino, sic quod in suo sequenti computo valeat utilius pro domino computare aut alias sufficiencius respondere et de diligencia super hoc facta fidem debitam facere.

De decem solidis annui servicii debitis per Jaquimum de Preil de Roysan, clericum quondam, pro quadam pecia terre sita apud Roysan, non computat quia dicta pecia terre vacat et diu vacavit pre et post mortem dicti Jaquimini, quia eciam quia eciam⁷⁸ non invenit qui pro tanto servicio, neque eciam pro minori sine introgiis, ipsam voluerit albergare, licet super hoc bonam diligenciam quam potuit fecerit castellanus ibidem ante ipsum ut dicitur in computo precedenti, et prout in dicto computo precedenti et aliis pluribus computis precedentibus castellano ante ipsum fuit iniunctum, iterato iniungitur⁷⁹ eidem quod dictam peciam terre alberget utiliori modo quo poterit pro domino, taliter quod de et pro ipsa valeat in suis singulis computis sequentibus computare.

⁷⁵ Dans la marge gauche : *vide*.

⁷⁶ Dans la marge gauche : *vide*.

⁷⁷ Dans la marge gauche : *vide*.

⁷⁸ Répété.

⁷⁹ Dans la marge gauche : *vide*.

De duobus solidis annui servicii quos debebant quidam homines domini episcopi Auguste commorantes apud Cogniz, mandamenti et jurisdictionis dicti domini episcopi, pro quibusdam pascuis sitis en Les Lores, mandamenti Breissognie, et in montanea de Mareis, mandamenti Quarti, non computat quia, diu est, in eorum solucione cessaverunt nec ad ea pascua venerunt et eciam nondum potuit informari de nominibus debencium, ut dicit et dicitur in computo precedenti, quapropter, prout in computo precedenti sibi fuit iniunctum,⁸⁰ iterato iniungitur sibi expressius quod de premissis diligenter se informet taliter quod de ipsis veniat in suo sequenti computo plenarie informatus et de ipsis debite computare paratus.

De sexaginta solidis annui redditus, debitis per communitatem parrochie Sancti Christofori pro quibusdam pasqueragiis et brotellis seu broilliis sitis subtus Sanctum Christoforum, prope Duriam, pro tanto datis dicte communitati per dominum Henricum dominum de Quarto quondam, ad certum tempus jam diu lapsum, ut dicitur in computo precedenti, non computat quia dicta pasqueragia sunt inutilia propter habundanciam aque Durie, nec restavit aliquid ad destruendum, de quo aliquod comodum haberi possit ut dicit et dicitur in computo precedenti, iniungitur⁸¹ tamen eidem prout in computo precedenti fuit sibi iniunctum quod, si quid in premissis fuerit utilitatis, in eo bannum iuxta formam consuetudinum Vallis Auguste apponat, ad eo quod, si dicti sexaginta solidi non solvantur ut supra de bannis bestiarum ibidem repertarum computet in suis sequentibus computis.

Recepit a Jaquimino de Canali de Dovia, burgense Porte Sancti Ursi, pro quodam casali [XXVII Quarti] domus cum curtibus, plateis et pertinentiis sito versus Stannum subtus Sanctum Christoforum, in angulo pratorum de Stanno, juxta prata et pro sito Stanni domini subtus Sanctum Christoforum, prout circuitus dicti Stanni ibidem erat et aqua existebat, videlicet a rebus Maladerie de supra usque ad chanciatam Stanni inferius et a strata publica usque ad aliam chanciatam ab alio latere, juxta broillia Sancti Christofori. Item pro quadam pecia brolii sita subtus et prope situm molendini et chanciatam dicti Stanni, juxta stratam et Luggorreyz de subtus, prout dictum brollium tenere solebat Aymo de Charrey, tunc temporis molendinarius ibidem. Item pro quodam plantu gor-

⁸⁰ Dans la marge gauche: *vide*.

⁸¹ Dans la marge gauche: *vide*.

rarum seu salicum et populorum sito subtus dictum brolium et supra et juxta brolium Johannis de Ginio quondam, et choudanam prout dictum plantum percipiebat et tenebat dominus de Quarto quondam. Item pro una pecia territorii et vacolli sita prope et subtus Alloes que dicitur Campus de Canali prout circuitus clausure muri circuit dictam peciam. Item pro una pecia vacolli et territorii sita ibidem iuxta predictam peciam dictam de Canali et torrentem de Mallio. Item pro una nocturna aque de rivo vocato de Fratre Boudino, qualibet ebdomada percipienda, que ut dicitur superest et superesse solita est tempore domini de Quarto quondam, et citra et superesse posset ultra tamen jura aquariciorum tenencium a domino prata de Stanno et Anthonii Palmerii tenentis prata de Ollees a domino per dictum castellanum ante ipsum, commissarium nomine domini, eidem Jaquemino albergatis pro centum solidis monete Auguste de censu, seu redditu, et uno denario de servicio per annum in festo beati Stephani et duobus denariis dicte monete de placito quando casus acciderit, sine plus capere ullo casu sine introgiis, intrumento recepto per Johannem Gontereti de Augusta notarium publicum, sub anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, indicione duodecima, die septima⁸² mensis aprilis, ut plenius dicitur in secundo computo precedenti, et computat pro termino festi beati Stephani crastino festi Nativitatis Domini incipiente currere anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio, incluso dicto denario servicii

- C solidos, I denarium monete Auguste

- 24** Recepit ab eodem Jaquemino pro uno doczono seu bornello aque rivi vocati de Preposito percipiendo omni ebdomada qualibet die sabbati, prout illam a domino tenere consueverat Brunodus de Sayx, mandamenti de Cly, cum certa parte territorii de novali ad capiendum ubi voluerit subtus dictum rivum pro faciendo quatuor fossoriatas vinee, pro quibus aqua et novali dictus Brunodus domino faciebat unum denarium servicii annui et debebat unam fidelitatem melius, per dictum castellanum ante ipsum dicto Jaquimino albergatis pro quinque solidis annui census seu redditus, uno denario servicii, ut in computo precedenti, et computat de dictis censu et servicio pro termino festi beati Stephani crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio - V solidos, I denarium monete Auguste

⁸² Dans les comptes précédents on lit *decima septima*.

Anselmo Pession

Recepit ab Hugoneto de Vignyuel, Petro Vulliermeti de Vignyuel, Girardo de Orto, Johannodo, filio quondam Petri Perrodi de Vignyuel, Valuchono, filio Vulliermi Perrodi de Vignyuel, Johanne Parisot, genero Johannodi de Vignyuel, Anthonio de Vignyuel et Girardo, filio quondam Francisci de Vignyuel, tenentibus in albergamentum feudi perpetui a domino de Quarto quondam certas res novalium et pascuorum cum certis aquis, de directo dominio feudi domini pridem moventes, et quas dictus castellanus dum extente domini [XXVIII Quarti] per Johannem Gontereti, commissarium domini, reciperentur, dicebat domino, ob mortem dicti domini de Quarto, fore commissas pariter et excheitas, qui castellanus et commissarius domini ut asserit in hac parte dictas commissionem et excheytam quibus supra nominibus remisit et quictavit, dictasque res cum pascuus et aquis et pertinenciis per eos uti et haberi solitis in mandamento Quarti, eisdem de Vignyuel supra nominatis albergavit perpetuo pro tanto de servicio per annum, in festo beati Stephani prothomartiris et pro octo solidis monete Auguste de toto placito quando accidit sine plus capere ullo casu, instrumento recepto per Johannem Gontereti de Augusta notarium, sub anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, indicione duodecima, die undecima mensis julii, ultra tamen omnia alia onera annualia per eos fieri debita antea et solita, ut in computo precedenti, et computat de dicto servicio pro termino festi beati Stephani prothomartiris crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio

- IIII solidos monete Auguste

Recepit a Johanne de Vayri, Aymoneto eius fratre, Marieta Trottieri, Hugoneto Bourgougnion, habitatoribus Carrerie, Petro, filio quondam Aymoneti de Canali de Avisio, filio quondam Johannodi Emerici de Avisio, heredibus Remigii de Fonteil, et consortibus suis, pro recognitione per eos de novo facta de montibus de Chambly, pro tanto de servicio per annum, licet alias dicta pasqua moncium non tenerent a domino, ut dicit instrumento dicte recognitionis inde ut asserit recepto per Johannem Gontereti de Augusta notarium commissarium et receptorem extentarum domini ibidem, sub anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, ut dicitur in computo precedenti, et computat de dicto servicio pro termino festi beati Stephani prothomartiris crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio

- XII denarios monete Auguste

Recepit ab Emerico Cullier de Porta Sancti Ursi, notario, debente domino de Quarto singulis annis unam pernicem cum duobus denariis servicii dicte monete Auguste quando fit bequeria ante domum Johannis Aymonodi, sitam in civitate Auguste loco dicto Cita, iuxta carrerias publicas antierius, domum Eymerici de Roncheto inferius et exitum seu parvum allorium superius, et computat pro termino et anno predictis, quo anno tenuit ibidem bequeriam dictus Ly Chastriours, habitator in porta Sancti Ursi et de dicta pernice servicii computat supra in suo titulo
- II denarios monete Auguste

25

Novum servcium:

Recepit a Vuilliermeto Jaquimini de Ronco de Bocza pro certis rebus et possessionibus sitis in territorio de Bocza, domino pertinentibus pro medietate et alia medietas pertinet Petro Amedei condomino de Bocza, domicello, et sororibus suis, que fuerunt Ansermerii et Francisci Chuparz de Bocza quondam, eidem Vuilliermeto per Hugonem Garnerii alias Roda castellanum ibidem ante ipsum et commissarium domini, ut de dicta comissione stat per litteram domini copiatam in computo precedenti in titulo introgiurum, albergatis ad feudum perpetuum pro servcio et auxilio inde dari **[XXIX Quarti]** solitis et quatuor solidis infrascripti servcii annualis de augmento, et pro triginta libris monete Auguste de introgio de quibus castellanus ante ipsum in computo precedenti in titulo introgiurum computavit in recepta, instrumento de dicto albergamento recepto manu Johannis Gontereti de Augusta notarii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, indicione decima quinta, die vicesima quinta marcii, ut dicitur in computo precedenti in titulo introgiurum, et computat de dicto augmento servcii pro termino festi beati Stephani prothomartiris, crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimi tercentesimi nonagesimi tercii

- IIII solidos monete Auguste

Recepit a Martino, dicto Merlin, de Valle Brocii, habitatore Quarti, pro feudo cuiusdam jornalís aque rivi domini vocati de Preposito, capiendis annis singulis qualibet ebdomada die dominico, quam tenebat a domino de Quarto quondam Johannes de Gignio, habitator Quarti, nobilis, sub certo servcio annuali, videlicet quinque solidorum, que aqua pertinebat domino jure comissionis et excheite ob mortem dicti domini de Quarto, quam aquam dictus castellanus ante ipsum et commissarius eidem Martino albergavit ad feudum perpetuum pro dictis quinque soli-

dis servicii annualis dari solitis, et pro tanto de augmento servicii per annum, et pro centum solidis monete Auguste de introgiis de quibus in computo precedenti computavit dictus castellanus ante ipsum in titulo introgiorum, instrumento de dicto albergamento recepto per Johannem Gontereti de Augusta notarium, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, indicione decima quinta, die vicesima sexta mensis marci, et computat de dicto augmento servicii pro termino festi beati Stephani crastino festi Nativitatis Domini incipiente currere anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio

- X solidos monete Auguste

Recepit a Johanne Mermeti, habitatore in porta Sancti Ursi, olim commorante in Villafrancha mandamenti Quarti, pro feudo medietatis cuiusdam casalis domus site in Villafrancha, que fuit Petri Magni de dicta villa quondam, eidem Johanni per dictum castellanum ante ipsum et commissarium albergate in feudum perpetuum pro tribus solidis et pro quodam territorio novalis sito subtus Varely et supra Vyellymorta, ad extimacionem trium fossoriatarum vinee, ad faciendum vineam pro tanto de servicio seu redditu annuali et pro viginti quinque solidis monete Auguste de introgiis⁸³ de quibus dictus castellanus ante ipsum computavit in computo precedenti in titulo introgiorum, instrumento inde recepto per Johannem Gontereti de Augusta notarium sub anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, indicione decima quinta, die vicesima quinta mensis aprilis, ut dicitur in computo precedenti in titulo introgiorum, et computat de dicto servicio seu redditu pro termino et anno predictis,⁸⁴ et quia Hugo Rode, castellanus ibidem ante ipsum, prius in presenti computo dicit quod non est informatus ad plenum utrum tantum servcium aut plus aut minus debeat, iniungitur dicto castellano moderno quod apportet in computo sequenti dictum instrumentum albergamenti ad declarandum veraciter dictum servcium pro temporibus presenti et futuris

- XII denarios monete Auguste

Recepit a viro nobili Jacobo, condomino de Nuns, pro feudo cuiusdam pascui siti in valle de Riegny supra Sanctum Bartholomeum, in mandamento Quarti, per dictum castellanum ante ipsum, commissarium domini, eidem albergati ad feudum perpetuum pro tanto de novo redditu seu servicio annuali, et pro sex libris monete Auguste de introgio de

⁸³ Dans la marge gauche : *vide*.

⁸⁴ La phrase qui suit est ajoutée dans la marge droite avec un signe de renvoi.

quibus dictus castellanus in computo precedenti in titulo introgiurum computavit, et de quo albergamento stat instrumentum receptum per Johannem Gontereti de Augusta notarium publicum sub anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, indicione decima quinta, die decima mensis maii, ut dicitur in computo precedenti, et computat de dicto reddito pro termino festi beati Stephani prothomartiris crastino festi Nativitatis Domini, incipiente currere anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio - IIII solidos monete Auguste

- 26 Receptit a Johanne de Del, clerico, habitatore de Nuns, pro feudo cuiusdam passagii seu aqueductus cuiusdam rivi conficiendi per dictum Johannem a loco terre de Nuns in Aqua Cherent usque ad res dicti Johannis, loco dicto Vachery, dicto Johanni per dictum castellanum ante ipsum et commissarium domini albergati ad feudum perpetuum pro tanto de [XXX Quarti] servicio seu novo reddito per annum, et pro viginti solidis monete Auguste de introgiis, de quibus dictus castellanus ante ipsum computavit in computo precedenti, instrumento de dicto albergamento recepto manu Johannis Gontereti de Augusta notarium publicum, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, indicione decima quinta, die decima maii ut dicitur in computo precedenti in titulo introgiurum, et computat de dicto novo reddito pro anno et termino predictis - II solidos monete Auguste

Receptit a Jaquemino de Canali de Dovia, burgense de Porta Sancti Ursi, pro feudo medii jornalae aque de rivo domini vocato de Preposito, in qualibet ebdomada die sabbati, per dictum castellanum et commissarium ante ipsum ad feudum perpetuum <albergati> et in augmento feudi alterius medietatis jornalae aque predicte, quam tenet a dicto domino albergatam pro tanto servicii de novo reddito per annum, et pro decem libris monete Auguste de introgiis de quibus computavit dictus castellanus ante ipsum in computo precedenti in titulo introgiurum, instrumento de dicto albergamento recepto per Johannem Gontereti notarium sub anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, indicione decima quinta, die quarta maii ut dicitur in introgiis computi precedentis, et computat de dicto reddito pro anno et termino quibus supra

- V solidos monete Auguste

Receptit ab eodem Jaquemino de Canali pro feudo medii jornalae aque rivi domini vocati de Fratre Baudino, capiendo in qualibet die jovis cum nocte immediate sequenti, usque in diem veneris in aurora inclusive in dicta nocte illa et alia nocturna aque dicti rivi, quam aliunde percipit

idem Jaquemetus eidem Jaquimino per dictum castellanum ante ipsum et commissarium domini ad feudum perpetuum albergati pro viginti solidis monete cursibilis Auguste de censu annuatim et uno denario servicii dicte monete de novo reddito, de quibus hic computat, et decem libris monete Auguste de introgiis de quibus in computo precedenti in titulo introgiorum computavit castellanus ibidem ante ipsum, instrumento inde de dicto albergamento recepto per Johannem Gontereti de Augusta notarium publicum sub anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, indicione decima quinta, die decima maii ut dicitur in introgiis computi precedentis, et computat de dictis censu et reddito pro anno et termino predictis - XX solidos, I denarium monete Auguste

Recepit a Johanne Gontereti de Augusta notario predicto, pro feudo unius jornalae aque, unius doczoni de rivo domini vocatorum⁸⁵ vocato de Preposito, quolibet mense maii, junii, jullii, augusti et septembris, videlicet vicesima tertia die cuiuslibet mensium predictorum ab aurora usque ad noctem, per dictum castellanum ante ipsum et commissarium domini eidem Johanni albergati pro tanto de servicio annuali, et pro centum solidis monete Auguste de introgiis de quibus in computo precedenti in suo titulo computavit in recepta castellanus ante ipsum, instrumento de dicto albergamento recepto manu Johannis Pescleti de Butie notarii, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, indicione decima quinta, die ... , mensis ... ,⁸⁶ ut dicitur in computo precedenti,⁸⁷ et computat de dicto novo servicio pro anno et termino quibus supra,⁸⁸ et iniungitur sibi quod in computo sequenti apportet instrumentum dicti albergamenti taliter quod in eodem designetur

- V solidos monete Auguste

Recepit a Johanne de Gontereto de Augusta notario de novo reddito per annum pro decimis que levantur in certis possessionibus consistentibus a torrente Clausi Novi, inter Sarro et Augustam, usque ad civitatem Auguste, in quibus decimis dominus de Montejoveto percipit medietatem, dominus Jacobus Bonerii de Dovia, canonicus augustensis, terciam partem residue medietatis et dominus racione castri de Quarto duas [XXXI Quarto] partes ipsius medietatis ut supra in frumento, eidem Johanni de Gontereto albergatis per Hugonem Garnerii alias Roda de

⁸⁵ *Sic.*

⁸⁶ Le jour et le mois font défaut.

⁸⁷ Dans la marge gauche : *vide.*

⁸⁸ La phrase qui suit est ajoutée dans la marge droite avec un signe de renvoi.

Chamberiaco, castellanum ibidem ante ipsum pro tanto de novo servicio per annum, solvendis in quolibet festo beati Stephani prothomartiris, et pro uno sestario frumenti, quinque sestariis siliginis et tribus modiis vini de quibus superius in suis titulis computat, et de quo albergamento constare dicitur instrumentum publicum receptum per Petrum Peronini de Chamberiaco notarium sub anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, indicione deciam quarta, die decima tertia mensis jullii, et fit sibi similis iniunctio⁸⁹ que supra in frumento, et computat de dicto novo servicio pro termino festi beati Stephani prothomartiris crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio - XII denarios monete Auguste

Summa: - II^C LXX libre, VIII solidi, XI denarii ob. monete Auguste
- XXIX solidi, VII denarii ob. januenses ad X pro XV
- XXIII floreni auri boni ponderis veteres
Et: - LXI franchi auri

27

Auxilia:

De quatuor solidis monete Auguste pridem domino debitis in dicta castellania de auxilio per annum per Johannem et Johannodum Siraz de Dovia ut in computo precedenti nichil computat quia domina ipsos tradidit domine Pantissalee, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, occasione qua supra in frumento.

De quinquagintanovem solidis et novem denariis monete Auguste debitis per personas in septem particulis septimi computi precedentis specificice et particulariter nominatas de auxilio annis alternis ut in computo precedenti, nichil computat pro termino festi beati Stephani prothomartiris crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni millesimo tercentesimo nonagesimo tercio quia de ipsis computavit castellanus ante ipsum pro dicto termino, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, et de ipsis computabit in computo sequenti pro eodem termino anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto.

⁸⁹ Dans la marge gauche : *vide*.

Anselmo Pession

De triginta solidis monete Auguste debitis per Jaquiminam, relictam Dominici Reynerii de Avysio, domicelli, tutorio nomine filii pupilli dicti Dominici quondam, pro auxilio per ipsum debito annis alternis, ut in titulo denariorum census septimi computi precedentis, nichil computat pro festo beati Stephani crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio, occasione proxime dicta, sed de ipsis computabit in computo sequenti pro eodem termino anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto.

Recepit a Johanne Biguey de Valle de Bocza pro auxilio per ipsum debito annis alternis debito ut in computo precedenti, et computat pro termino festi beati Stephani prothomartiris, crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio, et pro anno precedenti eodem termino nichil computavit castellanus ante ipsum - VIII solidos monete Auguste

Summa - VIII solidi monete Auguste

Firme:⁹⁰

Idem reddit computum quod recepit ab Aymonodo naturali quondam Aymonodi de Arnyo pro firma mistraliarum mandamenti Quarti unius anni finiti in festo beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, et computat de dicta firma ad rationem duodecim florenorum boni ponderis veterum de firma per annum, videlicet pro rata ipsius a die decima octava inclusive⁹¹ mensis maii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, usque ad quam diem computavit castellanus ante ipsum, usque ad diem festi beati Michaelis anno eodem et de residuo dicte firme ipsius anni pro rata dicti temporis usque ad dictam diem decimam octavam maii computavit castellanus ante ipsum in computo precedenti

- IIII florenos, IIII denarios, quartum, quintum et dimidium quartum unius denarii auri boni ponderis veteris

Recepit ab eodem Aymonodo pro medietate eiusdem firme dicte mistralie unius anni finiendi in festo beati Michaelis anno Domini millesi-

⁹⁰ Inventario 68, foglio 99, mazzo 6/1, 1392-1394.

⁹¹ Le mot *inclusive* est ajouté dans la marge droite avec un signe de renvoi

mo tercentesimo nonagesimo tercio et tunc debeat tantundem per firmam sibi datam per dictum castellanum ipso anno pro duobus florenis veteribus, nec inde plus habere potuit licet ipsam firmam pluries modis et locis debitis cridari fecerit ut per instrumenta publica de testimonio dictarum cridarum recepta per Johannem Pescleti notarium sub anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, indicione decima quinta, diebus decima prima mensis augusti et vicesima nona mensis septembris, quorum notas reddit manu dicti notarii [XXXII Quarti] signatas. Et iniungitur sibi expresse⁹² quod presentem et alias firmas infrascriptas cridari faciat modis, locis et temporibus debitis plusque offerentibus concedat taliter quod de ipsis in sequenti computo utilius pro domino valeat computare - VI florenos boni ponderis veteres

De firma mistralie Oyacie et ipsius mandamenti pro qua fuit computatum in computo dicte castellanie de annis Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio et octuagesimo quarto de decem florenis auri boni ponderis veteribus pro firma dicte mistralie unius anni finiti in festo beati Michaelis, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto, nichil computat quia domina dictam mistraliam tradidit domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, occasione superius in frumento declarata.

De firma clericature et papirorum curie mandamenti Quarti et Oyacie, pro qua fuit computatum in quarto computo precedenti de viginti-quatuor florenis auri boni ponderis veteribus pro uno anno finito die undecima mensis novembris anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, nichil computat quia nichil pro eadem recepit per tempus de quo computat ut dicit, tam pro eo quod domina tradidit domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, castrum, castellaniam et mandamentum Oyacie, in quibus maior pars utilitatis et comodi dicti officii percipiebatur ut dicit in computo precedenti, quam pro eo quod non invenit qui dictum officium ad firmam seu exitum quomodolibet tenere voluerit, licet bonam diligenciam super hoc fecerit per cridas et alias ut de dictis cridis docet per publica instrumenta inde recepta diebus quarta mensis augusti in ecclesia Sancti Christophori, et decima nona mensis octobris in Villafrancha mandamenti Quarti per Petrum Boneti de Porta Sancti Ursi Auguste notarium publicum,

⁹² Dans la marge gauche : *vide*.

Anselmo Pession

necnon diebus decimo primo mensis augusti apud Quartum in ecclesia parrochiali de Quarto et vicesima secunda mensis septembris anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo manu Johannis Pescleti notarii, quorum instrumentorum notas reddit manu dictorum notariorum signatas, scriptasque in duobus foliis papiri simul sutis, quibus non obstantibus iniungitur sibi⁹³ quod dictam firmam cridari faciat modis et locis debitis et plus offerenti concedat, taliter quod de ipsa in suo sequenti computo valeat utilius pro domino computare et de cridis et diligencia inde factis per publica instrumenta informare.

Recepit a Petro Rigotti de Quarto pro firma manderie dicti loci unius anni finiti die secunda mensis augusti, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, et computat de dicta firma pro rata temporis a die decima octava inclusive mensis maii anno predicto qua dictum officium recepere debebat, usque ad dictam diem secundam mensis augusti ad rationem dictorum duorum florenorum de firma pro ipso anno, et de residuo ipsius firme dicti anni computavit castellanus ante ipsum in computo precedenti

- IIII denarios obolo, tercium, dimidium quartum grossi veteris

Recepit ab eodem Petro Rigotti pro eadem firma manderie dicti loci unius anni finiendi die secunda mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio, licet nondum sit terminus per firmam sibi datam per dictum castellanum ipso anno pro tanto, nec inde plus recepit nec habere potuit licet ipsam firmam pluries modis et locis debitis et consuetis cridari fecerit ut per instrumenta dictarum cridarum recepta per Johannem Pescleti de Butye notarium publicum sub anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, indicione decima quinta, diebus decima prima mensis augusti et vicesima secunda mensis septembris, quorum instrumentorum notas reddit manu dicti notarii signatas,⁹⁴ et fit sibi similis iniunctio que supra

- II florenos auri boni ponderis veteres

Recepit ab Aymonodo, naturali quondam Aymoneti de Arnyo, pro firma manderie Sancti Christofori, unius anni finiti die secunda mensis augusti, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, et computat de dicta firma pro rata temporis a die decima octava inclusive mensis maii usque ad dictam diem secundam augusti anno predicto, et

⁹³ Dans la marge gauche : *vide*.

⁹⁴ Dans la marge gauche : *vide*.

de residuo dicte firme ipsius anni pro rata computavit castellanus ante ipsum in computo precedenti

- IIII denarios obolo, tercium, dimidium quartum grossos veteres

Recepit ab eodem Aymonodo pro eadem firma unius anni finiendi die secunda mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio, licet nondum **[XXXIII Quarti]** sit terminus per firmam sibi datam per dictum castellanum ipso anno pro tanto, nec inde plus habere potuit ut dicit, licet ipsam firmam pluries cridari fecerit ut per instrumenta publica dictarum cridarum recepta per Johannem Pesletti de Butye notarium publicum sub anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, indicione decima quinta, diebus decima prima mensis augusti et vicesima secunda mensis septembris, quorum instrumentorum notas reddit manu dicti notarii signatas, et fit sibi similis iniunctio⁹⁵ que supra

- II florenos boni ponderis veteres

De firma manderie Vallispelline pro qua fuit computatum in quarto computo precedenti de viginti solidis monete Auguste pro uno anno finito die secunda mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto et aliis precedentibus, nichil computat quia domina nostra Sabaudie comitissa tradidit dictam manderiam domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, occasione qua supra in frumento.

De firma manderie de Dovia pro qua fuit computatum in quarto computo precedenti de dimidio floreno auri boni ponderis vetere pro uno anno finito die secunda mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto, nichil computat quia tradita fuit per dominam ut supra.

Recepit ab Henrico de Turre de Stipulis pro firma mistralie de Bocza unius anni finiti die secunda mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo

- III denarios grossos turonenses veteres

Et - dimidium florenum boni ponderis veterem

29 Recepit manu familie dicti castellani pro exitu leyde nundinarum Villefranche que tenentur ibidem bis in anno, videlicet die martis propinquiore festi apostolorum Philipi et Jacobi, et die festi apostolorum Simonis et Jude, et computat pro termino festi apostolorum Symonis et

⁹⁵ Dans la marge gauche : *vide*.

Jude anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo et pro alio termino computavit in computo precedenti castellanus ante ipsum de viginti solidis monete Auguste - CXVI solidos monete Auguste

De firma banni vini quod venditur in Villafrancha a die prima mensis augusti usque ad diem festi Assumpcionis Beate Marie inclusive eiusdem mensis domino pertinenti ibidem, ut in computo precedenti, nichil computat quia non invenit qui proinde aliquid dare voluerit per tempus de quo computat, licet super hoc bonam diligenciam fecerit ut suo asserit juramento. Quibus non obstantibus, fit sibi similis iniunctio⁹⁶ que supra.

De firma ponderis domini de Villa Francha, quod levatur videlicet pro singulis rebus que ponderantur ibidem ad grossum pondus, unus denarius monete cursibilis Auguste ut in computo precedenti, nichil computat quia nichil proinde recepit per tempus de quo computat ut dicit, nec invenit qui se aliquid daturum obtulerit ut suo asserit juramento, et fit sibi similis iniunctio⁹⁷ que supra.

De firma pratorum domini de Ryns, inclusis fructibus arborum in eisdem existencium, pro firma quorum fuit computatum in quarto computo precedenti de decemseptem florenis auri boni ponderis veteribus pro uno anno finito in festo Nativitatis domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto, nichil computat quia domina dicta prata, seu firmam ipsorum, tradidit domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, causis et rationibus in tercio computo precedenti plenius declaratis.

De sex solidis monete Auguste debitis et solvi consuetis per Johannodum de Roveyn et consortes suos de Roveyn pro pascuis de Ryns, sibi per dominum de Quarto quondam accensatis ad certum tempus, de quo declaracionem nondum habere potuit, ut dicit et dicitur in computo [XXXIII Quart] precedenti, nichil computat quia domina dicta pascua et ipsorum exitus tradidit domine Pantissalee de Saluciis, relicte supradicti domini Henrici domini de Quarto quondam, occasione qua supra.

Summa: - C XVI solidi monete Auguste
Et:

⁹⁶ Dans la marge gauche: *vide*.

⁹⁷ Dans la marge gauche: *vide*.

- XV floreni, XI denarii, tercius, dimidius quartus, grossi boni ponderis veteres

Teysiis domorum :

De teysiis domorum Villefranche nichil computat hic, eo quod includuntur in denarii census prout et de quibus superius computat maxime quia super domibus ville predictae, quando casus evenit, dominus percipit in eisdem laudes, ut dicit et dicitur in computo precedenti.

Introgia:

De introgia nichil computat quia nichil inde recepit per tempus de quo computat ut dicit.

30

Laudes et vende:

Idem reddit computum quod recepit ab Hugone de Vignyel et Petro de Vignyel alias de Not pro quadam infeudacione eis facta per Aymonodum naturalem de Arnyo de quadam posa aque rivi de Villa supra Nuns pro vigintinovem libris monete Auguste de introgia, instrumento inde recepto manu Johannis Gontereti de Augusta notarii et commissarii domini anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, indicione decima quinta, die ultima mensis maii

- IIII libras, XVI solidos, VIII denarios monete Auguste

Recepit ab Anthonio Charles et Jaquimino eius fratre de Arnyo et Aymonodo naturali de Arnyo pro quibusdam rebus per dictos fratres predicto Aymonodo permutatis et datis pro introgia viginti solidorum monete Auguste, instrumento inde recepto per Johannem Gontereti predictum, anno, indicione et die predictis

- III solidos, III denarios monete Auguste

Recepit a dictis fratribus et dicto Aymonodo pro quibusdam rebus per dictum Aymonodum dictis fratribus permutatis pro decem solidis de introgia, instrumento inde recepto per dictum Johannem Gontereti anno et die quibus supra

- XX denarios monete Auguste

Recepit ab Aymoneto Nerni de Villa superius⁹⁸ pro quadam cessione sibi facta per Martinum dictum Merlin, habitatorem Quarti, de certis re-

⁹⁸ Lire *Villa supra Nuns*.

Anselmo Pession

bus jacentibus apud Quartum et quadam aqua de rivo Prepositi pro sexaginta quinque libris introgiis, instrumentis inde receptis per dictum Johannem Gontereti, anno et indicione quibus supra, die quarta mensis junii - X libras, XVI solidos, VIII denarios monete Auguste

Recepit a Johanne et Nycolao de Prato, fratribus, et Remigio Truchodi de Pasquer pro quadam infeudacione per dictos fratres dicto Remigio facta de quadam pecia terre jacente versus Paquer pro introgiis triginta unius librarum monete Auguste, instrumento inde recepto per dictum Johannem Gontereti anno et indicione quibus supra, die septima mensis septembris - CIII solidos, III denarios monete Auguste

Recepit ab Anselmo de Laya, gebennensis dyocesis, habitatore ad Pallu, et Bartholomeo de Lignyan pro quibusdam infeudacionibus factis per dictum Bartholomeum dicto Anselmo de quadam pecia vinee jacente in Terra Nigra et quadam domo jacente in Villafrancha cum orto et vinea retro sitis, pro introgiis octo florenorum januensium auri, instrumentis inde receptis per dictum Johannem Gontereti anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio, indicione prima, die prima mensis februarii

- I florenum et tercius unius floreni januensis ad XIII denarios grossos

Summa : - XXI libre, I solidus, VIII denarii monete Auguste

Et:

- I florenus et tercius unius januensis auri ad XIII denarios grossos

Aqua rivi Prepositi vendita ultra aquam accensatam:

Idem reddit computum quod recepit manu Aymoneti de Tornyour de Porroczan, administratoris et dispensatoris aque rivi domini vocati de Preposito, de et pro aqua dicti rivi vendita per ipsum Aymonetum pluribus et diversis personis ultra aquam accensatam seu tradictam ad servicium, de quo supra computat in titulo denariorum rivi census, in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, et respondet plus quam anno precedenti de undecim libris et tresdecim solidis monete Auguste, nec inde plus recepit dicto anno ut dicit

- XX libras, III solidos monete Auguste

Summa: - XX libre, III solidi monete Auguste

Banna concordata:

Idem reddit computum quod recepit a Francisco de Veiny et Jaquimino Duret quia inculpabantur deportasse fenum vi de [XXXV Quarti] quadam pecia prati que jacet ad Revorey in mandamento Quarti ultra voluntatem Vulliermi dou Chayno de Segnyns

- LXXV solidos monete Auguste

Recepit a Johanne de Balma de Quarto pro rixa habita cum ...⁹⁹ filio Raymondi de Balma - I florenum et dimidium parvi ponderis

Recepit a ...¹⁰⁰ filio Reymondi de Balma de Quarto quia ipse dixit quedam verba iniuriosa in iudicio coram dicto castellano

- I florenum, I denarium obolo grossum turonensem

Recepit ab Aymoneto Chesso quia Gaspardus eius filius inculpabatur verberasse uxorem de Lavoyer de Cella - XLV solidos monete Auguste

Recepit ab Anthonio de Serynot¹⁰¹ quia fuit citatus ad respondendum quibusdam intitulationibus in curiam et non comparuit

- XV solidos monete Auguste

Recepit a Petro filio Johannodi des Aymes pro eodem et eadem causa

- XVIII solidos monete Auguste

Recepit a Martinodo dou Vallier de Segnyns eo quia inculpabatur fecisse vulnum Johanni Vorberti de Segnyns

- XI denarios, I quartum grossi parvi ponderis

Recepit a Petro Merlin habitatore de Cirisey quia inculpabatur verberasse Hugonardum de Cirisey - XXXVI solidos monete Auguste

Recepit a Jaquemeto de Sanyo de Sancto Heugendo eo quia comisit pastoribus multa banna videlicet quia desprecznavit¹⁰² bestias de Grivel in alpe

- IIII libras, X solidos monete Auguste

Recepit a Johanne Marqueti quia inculpabatur fregisse quandam say-sinam contra Anthonium Parmer - XI denarios, I quartum grossum

Recepit a Johannodo de Chanvillar quia fregit longletam¹⁰³ brachii Nycoleti de Voce - LXXV solidos monete Auguste

⁹⁹ Le nom fait défaut.

¹⁰⁰ Le nom fait défaut.

¹⁰¹ Lecture douteuse.

¹⁰² Sic.

¹⁰³ Sic. Probablement un os du bras.

Anselmo Pession

Recepit ab Aymonodo Carral de Bocza pro certis verbis iniuriosis dictis in iudicio - XLV solidos monete Auguste

Recepit ab Anthonio Mirigant de Sancto Mauricio Aganensis pro se et eius socio quia inculpabatur vendidisse certos pisces absque solvendo pedagium - XXXVI solidos monete Auguste

Recepit a Marqueto Tissiour habitatore in Villafrancha quia inculpabatur fregisse unam saysinam - XV solidos monete Auguste

Recepit a dicto Sisan quia inventus fuit cum uxore dou Grillyon de Segnyns - XXX solidos monete Auguste

Recepit ab Anthonio de Closo de Porroczan, Petro et Jaquemeto Papet, filiis Jaquimini Papet, Petro Chenyn, Johanne de Villa, Hugonodo de Blavy, Muriseto Papet et Petro Vallier eo quia inculpabatur fregisse plures rivos vi in loco de Parlea, videlicet in vigilia et in tertia die Penthecostes - XII libras monete Auguste

Recepit a Petro Bisochy quia vindemiavit infra bannum consuetum - XVIII solidos monete Auguste

Recepit a Marieta de Gillio quia inculpabatur quandam aquam abstulisse filie Johannis Perole - I florenum parvi ponderis

Recepit a Petro Safflot de Villafrancha¹⁰⁴ quia inculpabatur scindisse seu male tractasse vineam dicti Pud de dicta Villafrancha - I florenum et dimidium parvi ponderis

Summa - XXXVI libre, XVIII solidos monete Auguste

Et: - VIII floreni parvi ponderis

Banna condempnata:

De bannis condempnatis in quibus idem castellanus percipit duos solidos in qualibet libra, nichil computat quia nichil pro eisdem recepit per tempus de quo computat ut dicit.

Banna minuta:

De bannis minutis nichil computat quia includuntur in firmis mistraliarum, champeriorum et foresteriorum, de quibus superius computat ut dicit.

¹⁰⁴ Dans la marge gauche : *vide dorsum*.

Advoerie:

De advoeriis nichil computat quia nichil pro eisdem recepit per tempus de quo computat ut dicit.

Exitus sigilli:

De exitu sigilli pro quo fuit computatum in computo precedenti de trigintaquatuor solidos monete Auguste receptis a tribus personis pro sigillis trium sentenciarum, nichil computat hic quia nichil pro eisdem recepit ut dicit et si quid receptum fuit per eius locumtenentem,¹⁰⁵ quia hoc ignorabat, computabit in computo sequenti.

[XXXVI Quarti]

Cheyserie seu excheyte:

De cheyseriis seu excheytis domino pertinentibus in dicta castellania quando casus evenit per plures homines dicti mandamenti Quarti per modum et formam declaratos in quarto computo precedenti, de annis Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio et octuagesimo quarto et aliis precedentibus, ut dicitur in computo precedenti, nichil computat quia nichil pro eisdem recepit per tempus de quo computat ut dicit.

32

Placita debita ob mortem domini:

De placitis debitis in dicta castellania Quarti ob mortem laudabilis memorie principis illustris domini nostri domini Amedei Sabaudie comitis quondam, genitoris domini, defuncti Rippallie die prima novembris anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, non computat quia nichil pro ipsis recepit pro eo quia domina dicta placita assignavit egregio militi domino Ybleto, domino de Chalant et Montisjoveti, in exoneracionem seu solutum certe quantitatis pecunie domine per eundem dominum Ybletum mutuo gracie tradite, ut dicitur in computo precedenti, et qui dominus Ybletus ipsa placita ut dicit dictus castellanus recuperari fecit per Johannem de Gontereto, commissarium domini,¹⁰⁶ qui de ipsis computabit et est per dominam mandatus venire computa-

¹⁰⁵ Les mots *per eius locumtenentem* sont ajoutés dans la marge droite avec un signe de renvoi.

¹⁰⁶ Dans la marge gauche : *Johannes de Gontereto*.

urus. Et eciam quia domina dictum castellanum mandavit non compelli ad computandum de dictis placitis, actento quod dictus Joannes de Gontereto ipsa placita recepit et de ipsis veniet computaturus, per litteram domine de testimonio premissorum, cuius tenor talis est:

“Bona de Borbonio, comitissa Sabaudie, tutrix et administratrix etc. illustris filii nostri Amedei comitis Sabaudie, dilectis magistris et receptoribus computorum nostrorum salutem. Ad supplicacionem Anthonii de Solerio, castellani nostri Quarti, super hiis nobis factam, vobis precipimus et mandamus quatenus dictum Anthonium castellanum nostrum qui presencialiter de dicto officio computat, minimo cogatis vel compellatis ad computandum de placitis in dicta castellania nobis debitis ob mortem recolende memorie illustris filii nostri comitis quondam, qui ut dictus castellanus nobis retulit ipsa placita habuit et recuperavit Johannes de Gontereto commissarius noster, qui de ipsis nobis computare debebit, et qui Johannes propter hoc apud Chamberiacum computare mandatus est, computumque dicti castellani, predictis non obstantibus, ut comode citius fieri poterit sine debito fieri et terminari faciatis. Datum Chamberiaci die secunda maii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio, per dominam, relacione domini Ybleti de Chalant et Martini de Calcibus, thesaurarii Sabaudie. Redditur litteras portitori. Micheletus de Croso”.

Quam litteram ostendit et penes se retinet castellanus predictus.¹⁰⁷

Placita tenementariorum nobilium in dorso:

De placito debito per Johannem et Henricum, filios quondam Perone-ti de Turre de Stipulis, domicellos, non computat quia nondum habere potuit informaciones dicti placiti quia regithie nondum sunt complete ut dicit et dicitur in computo precedenti. Sed prout in eodem computo precedenti sibi fuit iniunctum, iterato iniungitur sibi¹⁰⁸ quod dictas regithias instet terminari sic quod de dicto placito et aliis ibidem debitis valeat in suo sequenti computo domino plenarie respondere.

¹⁰⁷ Dans la marge gauche : *vide dorsum*.

¹⁰⁸ Dans la marge gauche: *vide*.

Alia placita tenementariorum.

De placitis debitis ob mortem tenementariorum que levantur diversimode quoniam aliqua sunt taxata seu moderata ad tantum et pro aliis levatur duplum servicii per tenementarios debiti et ultra quarta pars dicti placiti pro domina, et quinta pars eiusdem placiti **[XXXVII Quarti]** pars¹⁰⁹ pro mistrali, ut in computis precedentibus, nichil computat quia nichil proinde recepit pro eo maxime quod casus dictorum placitorum ad noticiam dicti castellani nondum pervenit per tempus de quo computat ut dicit.

De placito debito per filium quondam Jaquimini Peronini des Ales, pro parte sua placiti consortium ob mortem dicti Jaquimini, non computat quia sua pars nondum est divisa ab aliis nec potuit adhuc scire partem sibi contingentem ibidem ut dicit et prout in computo precedenti sibi fuit iniunctum, iterato iniungitur sibi expressius¹¹⁰ quod dictam partem instet declarari et placitum proinde debitum recuperet sic quod de ipso in suo sequenti computo valeat pro domino computare.

De placitis debitis per Hugonodum Grosserii, Richardum, generum Petri Martineti Grosserii, Clemenciam, filiam quondam Cotini, et Raymondum cerdonem, burgensem de Villafrancha, non computat quia feuda que tenent sita sunt tam in mandamento Quarti quam in mandamento Breissognie et servicia seu redditus debitos per predictas personas simul solvere consueverunt sic quod ante factas ibidem recogniciones declarare nesciret quantitates placiti debiti per easdem personas, propter quod, prout sibi fuit iniunctum in computo precedenti, iterato iniungitur sibi¹¹¹ quod super hoc taliter se informet quod in suo sequenti computo predicta possit declarare et de premissis in eodem sequenti computo computare.

De placitis si et que debentur per dictos Los Aymonez de Avisio, parrochie Sancti Martini de Corliano prope Augustam, item de placito debito per plures de Jovenczano, mandamenti Aymeville, nichil computat quia declarare nescit utrum quantitates quas debent sint de redditu seu servicio, quoniam, si pro servicio debentur, ad solutionem placiti tenentur, alias non, ut dicit et dicitur in computo precedenti. Quapropter,

¹⁰⁹ Biffé.

¹¹⁰ Dans la marge gauche: *vide*.

¹¹¹ Dans la marge gauche : *vide*.

prout in computo precedenti eidem fuit iniunctum, iterato iniungitur¹¹² sibi expressius quod de premissis plenius se informet placitaque debita recuperet sic quod de ipsis in suo sequenti computo valeat computare aut alias sufficiencius respondere.

De placitis debitis ob mortem supradicti domini Henrici, domini de Quarto quondam, et bone memorie principis illustris domini nostri domini Amedei Sabaudie comitis, quondam avi paterni domini, in multis locis et per multas personas, de quibus¹¹³ ultra placita de quibus in precedentibus computis computavit, non computat quia quidam ex ipsis personis debent redditum et servicium simul, et dividi non possunt ante factas recogniciones, et de ceteris non potuit informaciones habere, ut dicit et dicitur in computo precedenti, quibus non obstantibus fit¹¹⁴ eidem castellano similis iniunctio que supra.

33

Donaciones prothocollorum:

De donacionibus prothocollorum nichil computat quia nichil pro eisdem recepit per tempus de quo computat ut dicit.

Excheyte usurariorum:

De excheytis usurariorum nichil computat quia proinde nichil recepit per tempus de quo computat ut dicit.

Excheyte hominum domini:

De excheytis hominum domini nichil computat quia nichil pro eisdem recepit per tempus de quo computat ut dicit.

Inventa:

Idem reddit computum quod recepit ab Aymonodo naturali de Arnyo, mistrale Quarti, pro precio unius agni per ipsum inventi et sibi pro tanto venditi - V solidos monete Auguste

¹¹² Dans la marge gauche : *vide*.

¹¹³ Les mots *de quibus* sont biffés.

¹¹⁴ Dans la marge gauche : *vide*.

Summa: - V solidos monete Auguste

Legata:

De legatis nichil computat quia nichil pro eisdem recepit per tempus de quo computat ut dicit.

Decime nascencium:

De firma seu exitu decime agnorum que levatur in partibus Vallispeline et Dovie die Jovis Sancta, nichil computat quia domina ipsam decimam tradidit domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, occasione superius in frumento [XXXVIII **Quarti**] declarata et ut dicitur in computo precedenti.

De exitu decime que levantur circa Augustam ut supra in frumento et siligine, nichil computat quia nichil pro eadem recepit ut dicit et suo asserit juramento.

Decime canabi:

De exitu decimarum Auguste que levantur ut supra in frumento pro canabo qui levatur ibidem, pro quo exitu fuit computatum in computo precedenti de duobus solidis monete Auguste, nichil computat nec de cetero computabitur quia dicta decima fuit albergata Johanni de Gontreto de Augusta, notario, per Hugonem Garnerii alias Roda, castellanum ibidem ante ipsum, ad frumentum, sililiginem, vinum et pecuniam de servicio seu redditu de quibus supra in suis titulis computat ut supra in frumento.

Donum pro redempcione officii:

Idem reddit computum quod recepit ab hominibus communitatis dicte castellanie Quarti, inclusa Villafrancha, pro dono seu subsidio domino gracie per dictos homines concesso pro redempcione dicti officii spacio septem annorum ad rationem ducentorum viginti florenorum januensium auri, computato quolibet dictorum florenorum pro quindecim denariis grossis turonensibus parvi ponderis, et computat de dicto dono seu subsidio pro termino festi Nativitatis Domini quo inceperunt

currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio et pro secundo anno seu termino dictorum septem annorum

- II^C XX florenos januenses auri ad XV denarios grossos

Summa dicti doni:

- II^C XX floreni januenses auri ad XV denarios grossos

Summa totius recepte huius computi, incluso dono:

- III^C LVII libre, VII denarii obolo monete Auguste ad XXVI

- XXIX solidi, VII denarii obolo januenses ad X pro XV predictorum

- VIII floreni auri parvi ponderis

- XXXVIII floreni, VI denarii, tercius, dimidius quartus unius denarii grossi boni ponderis veteris ad XIII denarios obolo

- I florenus et tercius unius floreni januensis auri ad XIII denarios grossos

- II^C XX floreni januenses auri ad XV

Et: - LXI franchi auri

de quibus

34

Custodia rivi Prepositi:

Libravit Aymoneto Morelli de Porrociano, dicto dou Tornyour, administratori et rectori rivi domini vocati de Preposito, cui dantur sex libre monete Auguste de salario per annum pro labore substento per eum circa regimen, custodiam et administracionem dicti rivi domini vocati de Preposito, ut in computo precedenti, et solvit sibi pro anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, per litteram publicam dicti Aymoneti Morelli de testimonio premissorum confessioneque et recepta, datam Auguste die decima mensis aprilis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio, quam reddit manu Petri Geremie de Augusta notarii signatam - VI libras monete Auguste

Libravit Bonifacio Champapont de Roysan, custodi rivi domini vocati de Preposito, a loco principii dicti rivi vocato de la Morina usque ad locum vocatum de Vallesuana, subtus Roysan, quasi per unam leucam, capienti pro custodia dicti rivi sexaginta solidos monete Auguste per annum, ultra siliginem, vinum et seraceum sibi pro eodem in suis titulis

allocatos, et solvit sibi pro anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, per litteram publicam dicti Bonifacii de testimonio premissorum, confessioneque et recepta, datam Auguste die decima mensis aprilis, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio, manu Petri Geremie de Augusta scriptam et signatam, [XXXIX Quarti] superius in libratibus siliginis redditam et designatam

- LX solidos monete Auguste

Opera dicti rivi domini vocati de Preposito

Libravit in operibus et reparacione dicti rivi de Preposito prout infra. Et primo manu Bartholomei Tarida, custodis in parte dicti rivi, viginti hominibus quasi per unam diem vacantibus in adducendo centum billionos de ultra pontem de Pompillias usque ad dictum rivum in quo implicati sunt dicti billioni, videlicet in copertura dicti rivi ut supra in siligine, capiente quolibet homine qui non fuit de roydys seu corvatis, ultra panem, vinum et seraceum sibi propter hec superius in suis titulis allocatis, duos solidos monete Auguste ut supra in siligine: - XL solidos monete Auguste. Item pro precio unius modii calcis empti pro aptando quedam necessaria in Larvot per quem tranxit¹¹⁵ aqua dicti rivi pro tanto: - XXX solidos monete Auguste, ut per litteram publicam dicti Bartholomei Tarida de testimonio premissorum, datam apud Pontem Lapidum Auguste, die decima quinta mensis aprilis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio, superius in librata siliginis redditam manu Petri Geremie notarii signatam. Item Ansermino Chavaler et Johannodo Charny de Vallepellina qui dictos centum billionos ciderant in nemore sito in mandamento Oyacie et circa loca de Valochera in tachiam sibi datam pro tanto, ultra duo sestaria siliginis et unam eminam vini superius in suis titulis allocatis, per litteram publicam dictorum Ansermini et Johannodi de testimonio premissorum confessioneque et recepta, datam Auguste die octava mensis aprilis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio, manu Johannis Gontereti de Augusta notarii signatam, superius in librata siliginis redditam: - I florenum parvi ponderis. Et allocatur sibi presens et alie librate supra et infrascripte librate de mandato magistrorum computorum domini superius in titulo nominatorum

- LXX solidos monete Auguste

¹¹⁵ Lire *transit*.

Et:

- I florenum parvi ponderis

Pensiones ordinarie:

Sciendum est quod non allocatur sibi unus obolus monete Auguste pro termino festi beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo,¹¹⁶ quem percipit singulis annis dominus Jacobus de la Suera, capellanus prebendarius altaris ecclesie Beate Marie prioratus Sancti Ursi Auguste, qui percipit racione dicti altaris, singulis annis, quinque sestaria, eminam siliginis, unum obolum servicii et unum denarium de placito quando contingit, pro et super quadam pecia prati superioris in libratis siliginis confinata, movente de feudo dicti altaris, ut per instrumentum dicti albergamenti facti Alexandro de Stabulo de dicta pecia prati, copiatum de verbo ad verbum in libratis siliginis sexti computi precedentis, quia non apportavit litteram dicti domini Jacobi litteram de recepta, sed quando ipsam apportabit, allocabuntur in computo sequenti ut supra dicitur in libratis siliginis. Item non allocantur sibi decemseptem solidi et unus denarius monete Auguste in quibus dominus domino priori Sancti Ursi Auguste tam de servicio quam elemosina per annum tenetur, ultra caponem et siliginem de quibus superius in libratis in suis titulis fit mencio, et quos dictus dominus de Quarto quondam eidem domino priori annuatim debebat pro feudo quod ab ecclesia Sancti Ursi tenebat, ut in instrumento recognicionis dicti domini Henrici, domini de Quarto quondam, in libratis siliginis sexti computi precedentis de verbo ad verbum copiato, videlicet pro anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, quia non apportavit litteram domini prioris predicti de confessione et recepta, sed quando ipsam apportabit allocabuntur sibi in computo sequenti.

35

Libravit sacriste seu priori dicte ecclesie Sancti Ursi Auguste, quibus dominus Henricus dominus de Quarto quondam in eius ultima voluntate dedit et legavit sexaginta unum solidos monete Auguste per annum, ut in computis precedentibus, pro missarum vigiliarumque et aliarum orationum et anniversariorum celebracionibus et solempnitatibus **[XL Quartil]** in eadem ecclesia annis perpetuis et singulis, pro salute animarum dicti domini de Quarto quondam et ipsius antecessorum die sui obi-

¹¹⁶ Les mots *pro termino festi beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo* sont ajoutés dans la marge droite avec un signe de renvoi.

tus, per religiosos sacerdotes seu canonicos predictae ecclesie celebrandarum et dicendarum, per dominam et dominum sibi confirmatos et assignatos perpetuo, habendos et percipiendos annis singulis in futurum in, de et super centum solidis annualibus domino debitis per conventum et domum dicte ecclesie Sancti Ursi de annuo censu, pro aquis et aquarum decursibus quos dicta ecclesia et eius conventus a domino tenent in feudum, per litteram domine et domini de confirmatione predicta, cum mandato solvendi pro salute animarum dicti domini de Quarto quondam et antecessorum suorum dicte ecclesie et sacriste qui nunc est et pro tempore fuerit, et habita copia dicte littere domine et domini cum littera dicti domini prioris seu sacriste de recepta in prima solutione et in singulis aliis solutionibus dumtaxat littera de recepta allocandi, datam Auguste die vicesima mensis octobris anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo, cuius quidem littere tenor lacius insertus est in secundo computo precedenti de verbo ad verbum, et solvit sibi pro anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo per litteram publicam domini Berthodi, prioris Sancti Ursi, de confessione et recepta subscripte quantitatis, datam die decima mensis aprilis, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio, manu Petri Geremie de Augusta notarii scriptam et signatam, quam reddit

- LXI solidos monete Auguste

Libravit domino Georgio de Bersatoribus, canonico et distributori ecclesie Beate Marie de Augusta, quos supradictus dominus Henricus, dominus de Quarto quondam, eidem ecclesie debebat tam de servicio quam helemosina per annum, ultra unum caponem propter hoc supra in suo titulo allocatum, pro feudo quod ab eadem ecclesia tenebat, vocato de Establo, ut in quodam instrumento compositionis facte inter capitulum dicte ecclesie et dictum dominum de Quarto quondam in libratis siliginis sexti computi precedentis de verbo ad verbum copiato, saltem clause ad hec facientes. Et solvit eidem pro termino festi beati Stephani prothomartiris crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio, per litteram publicam dicti domini Georgii de Bersatoribus de testimonio confessioneque et recepta, datam Auguste die decima aprilis, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio, manu Petri Geremie de Augusta notarii signatam, superius in librata caponum redditam, continentem confessionem centum solidorum qui sibi infra allocantur

- XIX solidos monete Auguste

Item non allocatur sibi unus denarius monete Auguste pro Petro, filio Jaquimini de Alex de Effra quondam, in quo dictus dominus Henricus, dominus de Quarto quondam, eidem Jaquimino tenebatur de censu per annum pro quadam pecia prati sita in pratis domini apud Oloes¹¹⁷ que movetur de feudo dicti Jaquimini quondam, sub annua pensione novem eminalium siliginis, de quibus superius in libratis siliginis fit mencio, et unius denarii servicii, solvendorum annis singulis in festo beati Michaelis, ut in quodam instrumento vendicionis inde facte per Petrum et Johannem fratres, filios quondam Colerii Alborum de Segnins, de laude et consensu Jaquimini Peronini de Alex de Effra, supradicto domino Henrico, domino de Quarto quondam, recepto per Johannem Gontereti de Augusta, notarium publicum, sub anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo, die quinta mensis maii, in libratis siliginis sexti computi precedentis de verbo ad verbum copiato, ut dicitur in computo precedenti, et non allocantur sibi pro termino festi beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, quia non apportavit litteram dicti Petri de confessione et recepta, sed quando ipsam apportabit allocabitur sibi in computo sequenti.

Item non allocantur sibi tres denarios monete Auguste in quibus dictus dominus Henricus dominus de Quarto quondam tenebatur annuatim Petro Vulliermete de Avisio, parrochie Quarti, [XLI Quarti] pro quadam pecia prati sita in pratis domini apud Olees, ut in quodam publico instrumento, recepto per Johannem Gontereti notarium, sub anno Domini millesimo tercentesimo sexagesimo nono, indicione septima, die decima quarta mensis januarii, in libratis siliginis sexti computi precedentis de verbo ad verbum copiato, et non allocantur sibi pro termino festi beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, quia non apportavit litteram dicti Petri Vulliermete de confessione et recepta, sed quando ipsam apportabit allocabuntur sibi in computo sequenti.

36

Prandia:

Libravit personis in sexto computo precedenti specificis nominatis pro prandiis datis et debitis eisdem singulis annis in crastinum Nativitatis Domini, dum solvunt servicia debita per easdem, ut in computo pre-

¹¹⁷ Lire *Olees*.

cedenti, que prandia sunt numero quinque, que valent, computato quolibet quatuor priorum prandiorum, sex denariis, et ultimo tribus denariis, more solito, ut in computo precedenti, et allocantur eidem pro termino festi beati Stephani yemalis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio - II solidos, III denarios monete Auguste

Libravit personis in septimo computo precedenti particulariter nominatis et descriptis, debentibus de roydo per annum quinque modia, undecim sestaria, eminam, tres quarteronos et tercium unius quarteroni vini ad parvam mensuram, quibus quando dictum vinum solvunt dari debet unus denarius pro quolibet sestario vini, ut in computo precedenti, et allocantur eidem pro terminis vindemiarum anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo

- V solidos, XI denarios obolo monete Auguste

Libravit supradicto domino Georgio de Bersatoribus, mistrali reffectorii capituli Auguste, pro uno prandio seu reffectorio simplici per dominum Henricum, dominum de Quarto quondam, debito et fiendo capitulo ecclesie predictae singulis annis, pro feudo quod ab eadem ecclesia et capitulo tenebat, ut in instrumento publico transactionis facte cum dicto capitulo per dictum dominum de Quarto quondam, recepto per Aymonetum Boveti de Porta Sancti Ursi notarium publicum, sub anno Domini millesimo tercentesimo sexagesimo septimo, indicione quinta, nonas aprilis, quod in sexto computo precedenti exhibuit, et solvit sibi pro anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, per litteram dicti domini Georgii de testimonio premissorum, confessioneque et recepta, datam Auguste die decima mensis aprilis, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio, superius in librata caponum redditam - C solidos monete Auguste

Capella domini:

Sciendum est quod non allocantur sibi hic viginti quinque libre monete Auguste, quas dominus Janinus de Dovia, canonicus Auguste, celebrans et celebrare debens tres missas in capella domini Ville Franche et alias tres missas in capella domini castri de Quarto, singulis ebdomadis ad honorem Dei, beateque gloriose Virginis Marie, beatorumque Anthonii et Nycolay, sanctorum suorum, pretextu quorum percipit et percipere debet singulis annis viginti quinque libras cursibilis monete Auguste predictas, ex ordinacione domini et per eius litteram de mandato solven-

di et allocandi, datam Rippaillie die vicesima augusti, anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo, copiatam de verbo ad verbum in septimo computo precedenti, videlicet pro uno anno finiendo die vicesima mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio, tam pro eo quia nondum est terminus quam etiam pro eo quia non apportavit idem castellanus litteram dicti capellani de confessione et recepta dictarum vigintiquinque librarum, sed iniungitur sibi¹¹⁸ quod ipsas vigintiquinque libras solvat realiter dicto capellano seu alteri dictas missa celebranti taliter quod in suo sequenti computo apportet dictam litteram de recepta pro dicto anno et sibi dicta quantitas mediante dicta confessione infallibiliter allocabitur in eodem computo sue dicte capelle sequenti.

[XLII Quarti] Deducuntur eidem de summa sexaginta solidorum annui census et unius denarii monete Auguste servicii et duorum denariorum tocuis placiti quando acciderit, sine plus capere, prius debitorum anno quolibet per Jacobum Columbe, Petrum Pentecostes, Vulliermum de Cella, Remigium de Revoyria, Petrum de Blancheflour, Vulliermetum de Mallio, Andream Sponso, Vulliermetum Cognient, Gaspardum de Crestella, Vullierminum de Breissognia, Johannem de Balma, pro se et fratribus suis, Petrum Martine, Johannem Imperatricis, Roncigniodum Bartholomei de Perrola, pro hospicio filii sui de Pra, Hugonetum de Thiebant, dominum Reynardum, capellanum ad eius vitam, et alios homines de Quarto qui ad infrascripta voluerunt usagiare et pro emphiteusi et albergamento perpetue sibi facto per egregium virum dominum Henricum, dominum de Quarto quondam, de omnibus et singulis broliis suis, sitis subtus Quartum, cum arboribus, spinis, borczyis ibidem nunc et in futurum existentibus, cum suis confinibus et aliis multis pactis et convencionibus, quibus inter cetera canetur, quod casu quo ipsa brolia, in toto vel in parte, ex diluvio Durie vastarentur, quod in eo casu ipsi acquirentes pro rata dampni tantum minus faciant ipsi domino de dicto usagio, taxatione proborum communiter eligendorum et ulterius recuperari non possint prout predicta et alia quam plurima laciis describuntur in instrumento dicti albergamenti, recepto per Aymonem Palmerii de Balma, notarium, anno Domini millesimo tercentesimo sexagesimo, die veneris post Pascha, et deducuntur eidem de mandato genitoris quondam domini ad humilem supplicationem sibi pro parte dictorum hominum de

¹¹⁸ Dans la marge gauche : *vide*.

Quarto factam, actenta comissione super premissis per dominum castelano Quarti facta et relacione Johannis Pullo, Johannis de Furno, Aymonodi Pansodi, Petri Verney, pretextu dicte commissionis in manibus dicti castellani Quarti ante ipsum, suis corporalibus juramentis dicencium et testifficancium quod a tempore dicte infeudacionis facte per quondam dominum de Quarto de broliis de Quarto citra, ipsa brolia propter diluuium peioraverunt de duabus partibus, quibus informacionibus per dictum quondam dominum nostrum comitem et eius consilium receptis diligenter et examinatis, idem genitor domini quondam dictis hominibus de Quarto supplicantibus medietatem cense annualis que per dictos supplicantes dari debebat ante disrupcionem brolie supra dicte pro se et suis, diminuit et admovit taliter quod ab ipsis, vel altero ipsorum, pro dicta brolia non exigatur abinde nisi medietas cense annualis alias dari consuete, per litteram dicti genitoris quondam domini de diminucione predicta, cum mandato dictam medietatem dumtaxat exigendi et reliquam medietatem deducendi, datam Auguste die vicesima mensis octobris, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo, cuius tenor in computo precedenti de anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo de verbo ad verbum est insertus. Et deducuntur sibi pretextu supradictarum litterarum domini pro termino festi beati Stephani prothomartiris, crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio pro quo termino in presenti computo ad plenum computat more solito in recepta

- XXX solidos monete Auguste

- 37 Sciendum est quod non allocantur sibi hic **[XLIII Quarti]** quinquaginta floreni auri parvi ponderis¹¹⁹ quos domina et dominus genitor quondam domini, actentis sufficiencia, industria et discrecione magistri Bosonis de Grangiis, parrochie Sancti Marcelli diocesis Auguste, sperantes indubie temporibus futuris domine et domino per eundem magistrum Bosonem de artificio suo sufficienter et fideliter serviri, in suum pictorem, familiarem et continuum commensalem elegerunt sibi et retinuerunt, cum uno famulo quem duxerit eligendum ita quod abinde in antea aliorum servitorum domine et domini consorcio agregetur, et privilegiis et immunitatibus ipsorum utatur et servatur, sub annua pensione dictorum quinquaginta florenorum auri parvi ponderis per dominam et dominum eidem concessorum singulis annis, percipiendorum quamdiu

¹¹⁹ Dans la marge gauche : *Pensio magistri Bosonis pictoris.*

vixerit in humanis, de et super preysiis et exitibus preysiarum castellanie Quarti, anno quolibet, in festo beati Andree apostoli, ut idem Boso serviciis domine et domini artificio pictoris et eius scencie incumbentibus fervencius et diligentius animetur, ut per litteram domine et domini de electione, retencione et concessione predictis, cum mandato dictam pensionem annis singulis termino predicto solvendi, et habita in prima solutione cum copia dicte littere dicti magistri Bosonis littera de recepta, et in singulis sequentibus solucionibus littera dumtaxat de recepta allocandi, datam Rippallie, die vicesima octava mensis maii, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo, cuius tenor in secundo computo precedenti de annis Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono et nonagesimo, de verbo ad verbum est insertus. Et non allocantur sibi pro termino festi beati Andree apostoli, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, quia non apportavit litteram dicti magistri Bosoni de confessione et recepta dicatorum quinquaginta florenorum, sed quando ipsam litteram apportabit allocabuntur sibi in computo sequenti.

Donacio facta Anthonio Parmerii:

Non allocantur sibi quindecim floreni auri parvi ponderis pro Anthonio, filio Aymonis Parmerii de Balma, cui domina nostra domina Bona de Borbonio, Sabaudie comitissa, et dominus noster pie memorie Amedeus Sabaudie comes eius genitus quondam, ad humilem supplicationem prenominati Anthonii donaverunt de gracia speciali et concesserunt quindecim florenos auri parvi ponderis quolibet anno durantibus proximis decem annis, actento quod idem Anthonius tenet a domino in emphiteusim et feudum quam plures possessiones que fuerunt domini de Quarto quondam, pro quibus debet domino sexaginta unum franchos auri, duodecim solidos monete Auguste et quinque modia, octo sestaria vini de censu per annum, de quibus idem castellanus superius computat in recepta, ex quibus tam ratione solucionis dicti census annui quam culture dictarum rerum, idem Anthonius prout supplicando asseruit multipliciter gravatur, audita eciam relacione et informacione Guilliermi Cutellerii et Jaquimini Clavanderii ex commissione per dominum sibi facta, in presencia dominorum Episcopi Mauriane, capitanei Pedemoncium, Johannis de Conflens et Johannis de Corgerone consiliariorum domini refferencium, recepta informacione plena super supplicatis et dicencium in verbo veritatis, quod tempore quo res tradite fuerunt dicto

Anthonio, de eo quod datus fuit franchus non poterat reperiri nisi florenus parvi ponderis, quia tunc res deteriorate fuerunt in manibus castellani quia ipsas non coluit sicut ipsas colebat dominus de Quarto quondam, per litteram dictorum domine et domini de mandato solvendi, et habita in prima solucione cum copia dicte littere in prima solucione dicti Anthonii littera de recepta, et in singulis aliis [XLIII Quart] solucionibus dicto decennio durante dumtaxat littera de recepta in singulis computis dicte castellanie allocandi, datam Auguste die vicesima secunda mensis julii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, cuius tenor in computo precedenti de anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo de verbo ad verbum est insertus, et non allocantur sibi hic dicti quindecim floreni pro secundo anno dictorum decem annorum, incepto die vicesima secunda inclusive mensis julii exclusive, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, et finiendo simili die vigesima secunda mensis julii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio, quia non apportavit idem castellanus litteram dicti Anthonii de confessione et recepta quindecim florenorum predictorum, licet idem castellanus asserat suo juramento dictum Anthonium sibi retinuisse dictos quindecim florenos supra census ut supra dicitur per ipsum domino debito, sed quando apportabit dictam litteram confessionis allocabuntur sibi in computo sequenti sine alio impedimento.

38

Solucio stipendiorum dicti castellani:

Allocantur sibi de mandato domine in quibus inclite recordacionis princeps illustris dominus noster dominus Amedeus Sabaudie comes quondam, genitor domini, eidem Anthonio tenebatur pro remanencia stipendiorum suorum temporis quo prefato domino nostro serviunt con equis et armis pro una lancea prefatum dominum nostrum associando eundo Mediolanum et alibi in partibus ultramontanis in mensibus augusti, septembris et octobris anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo, et de quibus idem Anthonius habebat litteram seu parcellam domini de debito, datam Yporigie die prima octobris anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo, manu Petri Vicini, secretarii domini, signatam

- XX florenos parvi ponderis

Item allocantur sibi in quibus domina sibi tenebatur pro remanencia expensarum per eum factarum eundo de mandato domine una vice Januam et Papiam pro facto et expedicione Luquini Morro, ad que vaca-

vit spacio novem septimanarum finitarum die septima inclusive mensis junii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, et est sciendum quod pro dictis expensis recepit idem castellanus in duabus particulis a Martino de Calcibus, thesaurario Sabaudie generali, quinquagintaquinque florenos parvi ponderis, quos ultra dictos quindecim florenos expendit vacando ad predicta: - XV florenos parvi ponderis, ut per litteram domine de testimonio et mandato predictis, datam Chamberiaci die vicesima quarta mensis septembris anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, sigillo domine sigillatam et manu Johannis Ravaysii, secretarii domini, signatam, annexamque parcelle supradicte quas reddit - XXXV florenos parvi ponderis

Allocantur sibi de mandato de mandato¹²⁰ domine quos idem castellanus mutuo gracie concessit dicte domine nostre super preysiis et preciiis victualibus dicte castellanie anni predicti millesimi tercentesimi nonagesimi secundi, in manibus Anthonii Fabri, secretarii et clerici expensarum hospicii domine,¹²¹ qui inde de ipsis domino computare debet, ut per litteram domine de testimonio et mandato predictis, datam Chamberiaci die vicesima sexta mensis novembris anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, signeto cereo et manuali dicti Anthonii Fabri signatam, quam reddit - C florenos parvi ponderis

Allocantur sibi de mandato domine quos solvit et libravit ad expensas suis ipsius, duorum suorum equorum et unius famuli factas spacio decem dierum veniendo a Quarto Chamberiacum, mandatus per dominam pro preysiis habendis et certis aliis negociis factum domine et domini tangentibus, ibidemque stando et inde redeundo a Chamberiaco Quartum, per litteram domine de testimonio et mandato predictis, datam Chamberiaci die vicesima sexta mensis novembris anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, quam reddit sigillo domine sigillatam [XLV Quarti] et manu Anthonii Fabri, secretarii domini signatam - VI solidos, VIII denarios grossos

39

¹²⁰ Répété.

¹²¹ Dans la marge gauche : *Anthonius Fabri*.

***Exoneracio debiti Hugonis Garnerii remanencie sui ultimi
computi Quarti:***

Libravit Hugoni Garnerii alias Roda de Chamberiaco, domicello olim castellano ante ipsum, in exoneracionem quingentorum triginta unius florenorum auri parvi ponderis, septem denariorum et trium parcium unius denarii grossi turonensis, in quibus eidem Hugoni tenebatur pro remanencia sui ultimi computi dicte castellanie Quarti, finiti die undecima exclusive mensis maii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo et de quibus dictus Hugo habet litteram domini de debito et promissione solvendi, datam Chamberiaci die secunda mensis aprilis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio, quam quidem remanenciam dictus Anthonius de Solerio solvere respondit et se obligavit erga dictum Hugonem Garnerii soluturum videlicet totam illam quantitatem que ultra quingentos florenos quos aliunde domina dicto Hugonini solvere convenit et solvit de quibus et qui includuntur in maiori quantitate de qua idem Hugo in suo dicto computo precedenti in recepta computavit, pro remanencia dicti sui ultimi computi apparebit et reperietur eidem Hugoni deberi solvere et in pace deliberare dicto Hugoni vel suis aut suo certo nuncio, anno quolibet a data instrumenti infra designati in antea, ad rationem ducentorum florenorum per annum et in ultimo tamen anno et ultimo termino solvendo dumtaxat minorem quantitatem si minor tunc sit et minor tunc debeatur de dicta remanencia quam fuit ducenti floreni usque ad plenam solucionem et integram satisfacionem ipsius totalis remanencie. Casu videlicet et non alias quo dicta domina nostra Sabaudie comitissa dicto Anthonio observabit et non infringet assignaciones per ipsam dominam nostram Sabaudie comitissam eidem Anthonio supra dicto officio, preysiis, victualibus et obventionibus castellanie Quarti predictae factas, et casu eciam quo ipse Anthonius tenebit et non dimictet officium et castellaniam predictas et non alias, prout predicta laciis continentur cum pluribus aliis in instrumento publico dictarum confessionum et obligacionum, recepto per Johannem Eyrnardi notarium publicum sub anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, indicione decima quinta, die vicesima mensis januarii, quod instrumentum una cum littera remanencie supradicta ostendit in presenti computo et penes se retinet pro ipsis restituendis dicto Hugoni donec sibi fuit integre satisfactum et solutum de remanencia debiti supradicta. Et solvit sibi et se obligavit ut supra dictus Anthonius castellanus erga dictum Hugonem vigore quarundarum litterarum domi-

ne nostre Sabaudie comitisse, tutricis et administratricis illustris domini nostri comitis de testimonio dictarum obligationis et confessionis factarum in instrumento superius designato pro solvenda dicta remanencia eidem Hugoni Garnerii, tam super preysiis bladorum, vinorum et ceterorum reddituum et obventionum castellanie Quarti, quam super dono et concessione per comunitatem et homines dicti loci Quarti factis pro redemptione officii, de qua tamen remanencia idem Hugo per litteras patentes domine vel domini informabit, solutis tamen ipsi Anthonio et per ipsum retentis singulis annis quadringenti florenis sibi Anthonio assignatis supra dicta castellania precii bladorum, victualium et aliis emolumentis eiusdem castellanie, donec sibi foret satisfactum de certa maiori quantitate florenorum ducatorum auri per dominum sibi debitorum. Cum mandato quantitatem et quantitates quas dictus Anthonius castellanus solverit et expedierit dicto Hugoni de quibus habebit in ipsius primo computo cum copia dicte littere litteras de recepta, et in aliis sequentibus computis dumtaxat litteras de recepta allocandi super preysiis, bladis, victualibus quibuscumque redditibus et obventionibus ac donis predictis, datarum [XLVI Quarti] Chamberiaci die decima octava januarii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, inferius copiatas. Et de qua etiam infra fit mencio. Et solvit sibi vigore dictarum litterarum domine, et per litteram publicam dicti Hugonis Garnerii de confessione et recepta subscripte quantitatis, datam Chamberiaci anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio, die sexta mensis maii, quam reddit manu Johannis Curati de Chamberiaco notarii signatam. Et est sciendum quod in dorso instrumenti et littere remanencie superius designate est facta mencio de presenti solutione, facta in exoneracionem dicte remanencie quingentorum triginta unius florenorum, septem denariorum et trium quartorum unius denarii grossi turonensis

- II^C florenos parvi ponderis

40

Salarium:

Libravit sibi ipsi capienti viginti quinque florenos auri parvi ponderis de salario per annum pro regimine dicte castellanie, prout capiebat dictus Hugo Garnerii, castellanus ibidem ante ipsum, ex ordinacione genitoris quondam domini ut in computo precedenti, et allocatur sibi dictum salarium ad racionem ipsius pro rata temporis de quo computat, videlicet pro quinquaginta una septimanis, inceptis die undecima inclusive

mensis maii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, et finitis die tercia exclusive mensis maii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio, de quibus computat ut supra vigore littere domine de confirmatione ditorum castellanie et salarii, cuius tenor talis est:

“Nos Bona de Borbonio, comitissa Sabaudie, administratrix ac tutrix illustris filii nostri carissimi Amedei comiti Sabaudie, notum facimus universis quod nos dilecti scuttiferi nostri Anthonieti de Sollerio lecalitatem et industriam ut convenit actendentes, ipsum administratorio et tutorio nominibus prefati filii nostri comitis, facimus, constituimus et eciam ordinamus castellanum nostrum Quarti, castellanie, districtus, pertinenciarum et mandamenti dicti loci, a die vicesima proximi mensis maii inantea dum bene fecerit et nostre fuerit voluntatis, sub salario et onere familie consuetis. Ipse vero Anthonietus nobis promisit corporaliter et iuravit ad Euvangelia Dei sancta dictum officium officium¹²² bene et fideliter exercere; jura nostra perquirere diligenter et servare; nullum ipsius officii pretextu indebite opprimere vel gravare; de redditibus, exitibus et obvencionibus dicte castellanie nobis fidelem computum reddere et legitimam rationem; castrum nostrum ipsius loci et ipsius edificia in statu competenti manutenere nostris sumptibus et expensis, ipsum fideliter custodire et nemini expedire nisi nobis aut prefato filio nostro comiti seu alteri de mandato nostro patentes nostras litteras defferenti, quas de nostra vera consciencia crediderit verisimiliter emanatas; ordinationes et stilum computorum nostrorum illesas firmiter observare sub penis contentis in eisdem, et alia omnia et singula facere fideliter et exercere que incumbunt officio supradicto, remoto quolibet inhonesto. Presencium tenore mandamus universis et singulis nobilibus, vassallis, burgensibus ac communitati, loci et castellanie predictorum quatenus dicto Anthonieto tamquam vero nostro castellano dicti loci a dicta die inantea effectualiter pareant et obediant tamquam nobis, mandamus insuper magistris et receptoribus computorum nostrorum quatenus dictum salarium consuetum eidem Anthonieto in eius primo et sequentibus singulis computis dicte castellanie intrent et allocent, omni excepcione remota. Anno a Nativitate Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, datum Chamberiaci die decima octava mensis januarii anno quo supra per dominam, presentibus domino principi Achaye ac dominis

¹²² Répété.

episcopo Mauriane, Aymone de Challant et Jacobo de Villeta. Redditur litteras portitori. Micheletus de Croso”.

Quam litteram ostendit et penes se retinet, et allocatur sibi dictum salarium prout supra a dicta die decima prima inclusive mensis maii, licet vigore dicte littere superius copiate dictum castellanie officum accipere non deberet prout supra donec dicta die vicesima maii, vigore cuiusdam alterius littere domine superius in titulo huius computi designate

- XXIII solidos, VI denarios, I quartum grossum turonensem
- II^C L florenos parvi ponderis in dorso¹²³

Allocantur eidem quos Anthonius Fabri, thesaurarius expensarum hospicii domine, se habuisse a dicto castellano confessus fuit et qui traditi fuerunt Francisco Calodi de Chamberiaco pro precio triginta octo sestariorum cum dimidium vini habitorum ad expensas dicte domine et domini, et qui Anthonietus de ipsis domino computare debebit, ut per litteram dicti Anthonii de recepta, datam Chamberiaci die quinta maii anno presenti millesimo tercentesimo nonagesimo tercio, quam reddidit manu dicti Anthonii signatam - LXIII solidos, II denarios grossos

[XLVII Quarti]

Summa librate salarii deducti et allocati:

- XXIII libre, VIII solidi, II denarii obolo monete Auguste

Et:

- VI^C IIII^{XX} floreni, IIII denarii, I quartus grossus turonensis parvi ponderis

Et sic, cambsis et conversis omnibus et singulis monetis supradictis, tam recepte quam librate, ad florenos auri parvi ponderis, computatisque singulis viginti sex solidis monete Auguste pro uno floreno auri boni ponderis vetere, valente tresdecim denarios obolum grossos turonenses, singulis decem solidis januensibus pro quindecim solidis dicte monete Auguste, singulis sexdecim denariis viennensibus pro uno denario grosso turonense, quolibet floreno auri parvi ponderis pro duodecim denariis grossis, quolibet floreno auri boni ponderis vetere pro tresdecim denariis obolo grossis turonensibus, quolibet januense auri ad XIII pro quatuordecim denariis grossis turonensibus, quolibet januense auri ad XIII pro quatuordecim denariis grossis, quolibet januense auri ad XV pro quindecim denariis grossis, et quolibet francho auri pro quindecim denariis

¹²³ Dans la marge gauche : *Vide dorsum*.

grossis turonensibus parvi ponderis, et econverso, factisque deductionibus hinc inde modo debito, dictus castellanus debet domino:

- tresdecim florenos auri parvi ponderis

41 Et:

- decem denarios, tres quartos et dimidium quartum unius denarii grossi turonensis

quibus adduntur quos recepit a se ipso de et pro preciis bladorum, vinorum¹²⁴ et aliorum victualium dicte castellanie Quarti per ipsum debitorem pro anno predicto millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, et sibi venditorum ut infra in vendicionibus infrascriptis

- XXI libras, IX solidos, II denarios obolo, I tercium grossum turonensem

Item adduntur sibi quos debebat domino pro remanencia sui ultimi computi castellanie Viviaci Magni, finiti die vicesima prima exclusive mensis maii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, ut in fine dicti computi continetur

- II denarios et X punt. unius denarii grossi

Summa additi:

- XXI libras, IX solidos, IIII denarios, III quartos, dimidium quartum grossum turonensem

Et sic debet: - IIII^C XLIII florenos auri parvi ponderis

Et : - III denarios, III quartos grossos turonenses

Exoneracio debiti dicti castellani:

Deducuntur in exoneracionem mille et sexcies centum florenorum auri ducatorum eidem per dominum prius debitorum causis infrascriptis. Et primo mille florenorum ducatorum auri qui dicto Anthonio per inclite recordacionis principem illustrem dominum nostrum dominum Amedeum Sabaudie comitem quondam, genitorem domini, debebantur pro exoneracione quarumdem domorum suarum sitarum in civitate Yporrigie, jamdudum ad tantum estimatarum per nonnullos ad hoc specialiter deputatos, instrumento publico inde super hoc recepto per Bonifacium de Rosseto notarium publicum sub anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, die vicesima quinta octobris. Item et in exoneracio-

¹²⁴ Le mot *vinorum* est ajouté dans la marge droite avec un signe de renvoi.

nem sexcies centum florenorum ducatorum qui eidem Anthonieto per dictum dominum nostrum comitem quondam aliunde debebantur ad rationem quindecim denariorum grossorum turonensium pro quolibet ducato dictorum sexcies centum ducatorum auri et quos domino mutuo tradidit et concessit manu domini Egidii Drueti, secretarii domini, qui de ipsis domino computasse debebit, et quos mille florenos ducatos ab una parte et sexcies centum ducatos ad XV ab alia, dictus dominus noster comes, genitor quondam domini, eidem castellano prius assignaverat in et supra universis et singulis redditibus, obvencionibus, emolumentis et exitibus loci et castellanie Viviaci Magni, quos et que una cum bladis, vinis et victualibus aliis eidem Anthonieto et suis nichil excepto obligaverat, solvendo eidem et sibi retinendo singulis annis ducentos florenos ducatos usque ad plenam solutionem dictorum mille et sexcies centum florenorum ducatorum, per litteram dicti domini nostri comitis quondam de testimonio premissorum, datam Rippaillie die decima mensis maii, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo, inferius copiatam. Item cum illustris domina nostra domina Bona de Borbonio, Sabaudie comitissa, tutrix et administratrix domini nostri comitis, locum et pertinenencias de Boucz, que pridem dicte castellanie Viviaci subiacebant, annexaverit castellanie Rosseillionis dum dictus **[XLVIII Quarti]** Anthonius foret dicti loci Viviaci castellanus, taliter et in tantum quod idem Anthonius tunc castellanus Viviaci tot redditus et emolumenta ac proventus recipere non poterat quot recipere solebat in dicto loco Viviaci ante dictam annexionem, propter quod domina nostra predicta voluit et ordinavit quod dictus Anthonius, tunc dicti loci Viviaci castellanus, tam super redditibus, obvencionibus et emolumentis, preysia, bladis, vinis et aliis victualibus dicte castellanie quam de et super subsidiis domino concessis per homines castellanie Viviaci et dicti loci et pertinenciarum de Boucz, inclusis ducentis ducatis supradictis in exonerationem debiti supradicti mille et sexcies centum florenorum, perciperet et haberet quatercentum florenos ducatos auri annis singulis donec sibi esset satisfactum et integre persolutum de quantitate predicta, per litteram domine de testimonio premissorum mandatoque allocandi, datam Chamberiaci die vero vicesima nona mensis decembris anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo a Nativitate Domini sumpto, inferius copiatam. Preterea dicta domina nostra comitissa, administratorio et tutorio nominibus quibus supra, cum prenominato Anthonio de Sollerio quem loci et castellanie Quarti predictorum constituit castellanum ut superius

paciscendo, voluit et ordinavit quod ultra salarium et cetera percipi consueta per castellanos de Quarto ante ipsum, quod ipse Anthonietus sibi ipsi solvat et sibi retineat ac solvere et sibi retinere possit singulis annis tam super preysiis, obvencionibus, vinis, bladis et victualibus aliis et redditibus castellanie Quarti, quam super dono et concessione domino factis per homines et communitates castellanie Quarti, sicut et prout sibi solvere et retinere poterat super preysiis et dono castellanie Viviaci Magni, quatercentum florenos ducatos usque ad complementum solucionis dictorum mille et sexcies centum florenorum ducatorum, seu remanencie illius quantitatis in qua dominus sibi teneretur, ut per litteram domine de testimonio premissorum cum mandato per dictum Anthonietum castellanum solvendi Hugoni Garnerii alias Roda, castellano ibidem ante ipsum, super preysiis et dono predictis ducentos florenos parvi ponderis, singulis annis, usque ad integram solucionem finalis remanencie que sibi deberetur pro remanencia sui ultimi computi castellanie Quarti, cum mandato alloquandi in singulis suis computis dictas quantitates, habita in prima soluzione, cum copia dicte littere, littera dicti Hugonis de recepta dictorum ducentorum florenorum, datam Chamberiaci die decima octava mensis januarii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, manu Micheleti de Croso, secretarii domini, signatam. Quarum litterarum superius designatarum tenores sequuntur in hec verba. Et primo tenor prime:

- 42 “Nos Amedeus comes Sabaudie notum facimus universis quod cum nos teneamus dilecto fideli Anthonieto de Solerio, civi Yporrigie, facto castellano nostro Viviaci Magni, in mille ducati auri pro estimacione quarumdam domorum sitarum in civitate nostra Yporrigie, jamdudum ad tantum esaminatarum per nonnullos ad hoc specialiter deputatos, ut asseritur instrumento publico inde recepto per Bonifacium de Rosseto notarium publicum sub anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, die vicesima quinta mensis octobris, item teneamur eidem aliunde in sexcentum ducatis auri ad rationem quindecim denariorum grossorum pro quodam ducato, quos nobis mutuo tradidit et concessit manu domini Egidii Drueti, secretarii nostri, qui de ipsis nobis computare debet, inde est quod nos cupientes dicto Anthonieto assignacionem facere ex qua solucionem in brevi quam desiderat assequatur, pro nobis et nostris heredibus et successoribus quibuscumque dictos mille et sexcies centum florenos ducatos eidem Anthonieto et suis heredibus quibuscumque assignamus et affectamus, assignatosque et affectatos esse vo-

lumus, habendos, percipiendos et levandos in et super universis et singulis redditibus, obvencionibus, emolumentis et exitibus loci et castellanie predictorum, quos et que, una cum bladis, vinis et victualibus aliis eidem Anthonieto et suis, nil excepto, obligamus specialiter et expresse, donec de dicta totali **[XLIX Quarti]** debita quantitate sibi fuerit integre satisfactum de et super predictis seu aliunde de nostro. Paciscentes et convenientes cum eidem Anthonieto quod ipse annis singulis sibi ipsi solvere possit et valeat atque solvat de dictis redditibus, emolumentis et preysia usque ad summam ducentorum florenorum ducatorum et non ultra ad rationem predictam, in deductum et exoneracionem tocius sibi debite quantitatis. Bona fide promictentes eidem dictam assignacionem ratam et gratam habere et tenere eam ad cuiusvis instanciam nullatenus revocare nec sibi dictum officium auferre donec de totali debito superius dicto sibi fuit integre satisfactum prout supra; mandantes tenere presencium magistris et receptoribus computorum nostrorum quatenus dictas ducatorum quantitates sibi in suis primo et sequentibus singulis dicte castellanie computis intrent et allocent sine difficultate quacumque, facta eis fide de instructione¹²⁵ estimacionis mille ducatorum predictorum quod in camera computorum nostrorum debeant retinere. Datum Rippaillie, die decima maii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo. Per dominum, relacione dominorum episcopi Maurianne, capitanei Pedemontis, de Cossonay,¹²⁶ Othonis de Grandisson, G. Destres, consiliarii, G. Marchiandi¹²⁷ et Johannis de Conflens. Redditur litteras portitori. Micheletus de Croso”.

Tenor alterius littere:

“Nos Bona de Borbonio, comitissa Sabaudie, administratrix etc. et tutrix et tutorio nomine illustris filii nostri carissimi comitis Sabaudie, notum facimus universis quod cum illustris bone memorie natus noster carissimus comes teneretur dilecto fideli Anthonieto de Solerio, castellano nostro Viviaci Magni, in mille sexcentum ducatis auri, pro quorum solucione consequenda dictam florenorum quantitatem assignavit et affectavit ipsos ducatos percipiendos super redditibus, obvencionibus et emolumentis castellanie predictae Viviaci, bladis, vinis et victualibus eiusdem, paciscendo quod ipse Anthonietus annis singulis sibi ipsi solvere

¹²⁵ Lecture douteuse.

¹²⁶ Ludovicus.

¹²⁷ Girardi Destres, Guidonis Marchiandi.

posset ac solvet de dictis redditibus, emolumentis et preysia usque ad summam ducentorum ducatorum in exoneracionem dicti bebiti et non ultra, de quibus tamen mille sexcentum ducatis idem Anthonius recepit ducentos ducatos auri auri¹²⁸ prout hec et quedam alia in litteris ipsius nati nostri carissimi comitis quondam et ipsarum dorso presentibus annexo laciis continentur, nosque locum et pertinenciam de Boucz que pridem dicte castellanie Viviaci dum fuit ipsa castellania Viviaci dicto Anthonieto commissa subiacebat, certis consideracionibus et causis annexaverimus de novo castellanie nostre Rosseillionis sic quod dictus castellanus Viviaci tot redditus et emolumenta ac perfectus a modo imposterum recipere non potest quot recipere solebat ante concessionem annexacionis predictae, volentes quod quanto dictus castellanus minora comoda recipit tanto solucionem debiti huiusmodi citius consequatur. Vere¹²⁹ quod nos comitissa prefata nomine nostro et quo supra volumus, consentimus et ex nostra certa scencia ordinamus quod dictus Anthonius castellanus Viviaci Magni, tam de et super redditibus, obvencionibus, emolumentis, preysia, bladis, vinis et aliis victualibus dicte castellanie quam de et super subsidio nobis seu dicto filio nostro anno nuperrime lapsa concessio per homines castellanie Viviaci et dicti loci et pertinenciarum de Boucz, inclusis ducentis ducatis auri de quibus solucionem annis singulis recipere debet prout superius in exoneracionem debiti supradicti, quatercentum ducatos auri recipiat, sibi retineat, et de ipsis quatercentum ducatis auri annis singulis solucionem in deductum dicte maioris quantitatis sibi debite solucionem effectualiter consequatur, usque ad perfectam et integram solucionem debiti supradicti, exigendo tamen et percipiendo et levando de subsidiis huiusmodi quantitatem et summam que per homines dicte nostre castellanie Viviaci Magni et de Boucz, nobis solvi terminis sibi datis est conventa. Quos redditus, obvenciones, emolumenta, preysias, blada, vina et alia dicte castellanie victualia ac subsidium concessum prout supra dicto Anthonio recipiendo solucionem prout supra, tenore presencium ypothecamus et obligamus specialiter et expresse. Promictentes nomine nostro et quo supra dictum Anthonium de dicto castellanie officio non amovere nec assignaciones huiusmodi alterare vel mutare donec eidem Anthonio de dicto totali debito per nos vel alium vice nostra integre fuerit satisfactum, mandantes

¹²⁸ Répété.

¹²⁹ Lecture douteuse.

harum tenore thesaurario, magistris et auditoribus computorum nostrorum et prefati filii nostri carissimi comitis et ceteris officariis nostris quatenus assignacionem huiusmodi et alia omnia et singula in nostris presentibus litteris comprehensa, teneant et observent, nichil incontra-rium quomodolibet attentando, sed dictam assignacionem consequi per dictum Anthonium faciant et promictant prout superius continetur. Datum Chamberiaci, die vicesima nona mensis decembris, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo a Nativitate Domini sumpto. Per dominam, relacione dominorum principis Achaye, episcopi Maurianne et Sancti Mauricii. Redditur litteras portitori. Jacobus de Contamina”.

43 Tenor alterius littere sequitur:

“Bona de Borbonio, comitissa Sabaudie, administratrix etc. ac tutrix illustris filii nostri carissimi Amedei comitis Sabaudie, dilectis magistris et receptoribus computorum nostrorum salutem. Cum recolende memorie illustris filius noster comes quondam teneretur et obligatus esset erga Anthonium de Solerio de Yporigia, castellanum Viviaci Magni, in quantitate mille **[L Quarti]** et sex centum ducatorum auri quos sibi assignavit et affectavit habendos, percipiendos et levandos in et supra universis et singulis redditibus, obvencionibus, emolumentis et exitibus loci et castellanie Viviaci predicti, ea omnia sibi obligando specialiter et expresse donec sibi foret integre satisfactum de ipsa quantitate super eis taliter obligatis aut aliunde sufficienter, sub convencione tamen et pacto quod ipse Anthonius sibi ipsi solvere et satisfacere posset singulis annis de et supra dictis redditibus, emolumentis et preysia de ducentis ducatis auri, ad rationem quindecim denariorum grossorum pro quolibet ducato, in deductum tamen et exoneracionem totalis quantitatis predictae, de quibus mille sexcentum ducatis, ducentos ducatos ad rationem predicta habuit idem Anthonius et recepit ut in dorso legitur litterarum suarum, ut predicta omnia in litteris prefati filii nostri quondam, que sunt annexe presentibus, plenius continetur. Cumque nos, ceteris consideracionibus inducte, locum, districtum, territorium cum pertinentiis de Bouz, qui locus erat tunc de castellania et mandamento Viviaci predicti, unierimus et annexavimus, post maturam deliberacionem inde habitam, castellanie nostre Rosseillionis, quos dicto Anthonio visum fuit in sui preiudicium redundasse, cuius rei causa volentes ipsum Anthonium eripere ab omni gravamine de predictis, ordinamus quod ipse Anthonius quatercentum florenos ducatos, inclusis predictis ducentis, habeat, levet, percipiat et

sibi retineat tam super preysiis predictis quam super donis et concessione nuperrime nobis factis per communitatem et homines loci et castellanie Viviaci Magni, usque ad plenam et perfectam solutionem totius quantitatis debite supradicte cum promissionibus, obligationibus aliis plenius declaratis in nostris patentibus litteris que eciam presentibus sunt annexe. Preterea nos prefata comitissa, administratorio et tutorio nominibus quibus supra, prenominatum Anthonium nostrorum loci et castellanie de Quarto, augustensis diocesis, fecerimus et de novo ordinauerimus castellanum die decima octava proximi mensis maii recepturum, ut nostre indicant littere super hoc sibi date. Cum ipso Anthonio tenore presencium paciscentes quod ultra salarium et cetera percipi consueta per castellanos castellanie predictae de Quarto, sibi ipsi solvat et retineat ac solvere et retinere possit et valeat singulis annis tam super preysiis bladorum, vinorum et ceterorum reddituum et obventionum dicte castellanie Quarti quam super dono et concessione noviter nobis factis per communitates et homines dicte castellanie et mandamenti Quarti, sicut et prout sibi solvere et retinere poterat super preysiis et dono dicte castellanie et mandamenti Viviaci, ut inde nostris litteris hiis annexis lacius continetur; ipseque Anthonius se et bona sua obligavit specialiter et expresse per instrumentum publicum sub certis modis et formis in dicta inde facta et concessa obligatione contentis, unde stat instrumentum publicum receptum manu Johannis Einardi notarii publici erga Hugonem Garneriis dictum Roda de solvenda sibi certa florenorum quantitate in exoneracionem et deductum finalis remanencie que sibi debetur ad causam dicte castellanie de Quarto, tam super preysiis bladorum, vinorum et ceterorum reddituum et obventionum castellanie Quarti quam super dono et concessione predictis, per dictas communitates et homines dicti loci Quarti noviter nobis factis, de qua per conclusionem eius novissimi reddendi computi aut per nostras patentes litteras apparebit, prius in solutis et retentis sibi ipsi Anthonio dictis quadringentis florenis singulis annis usque ad satisfacionem sibi factam de supradicta sibi debita quantitate super preysiis, dono et concessione predictis solvendo dicto Hugoni Garnerii ut supra¹³⁰ super preysiis et dono predictis, ducentos florenos parvi ponderis singulis annis usque ad integram satisfacionem dicte sue finalis remanencie sibi factam, retentis tamen et solutis sibi ipsi Anthonio prius et ante solutionem ipsi Hugoni ut

¹³⁰ Le mot *supra* est biffé.

premittitur faciendam dictis quadringentis florenis ducatis singulis annis super preysiis, dono et concessione predictis, usque ad satisfacionem integram dicte quantitatis sibi debite sibi factam. Vobis expresse mandamus administratorio et tutorio nominibus prefati filii nostri quatenus quantitatem et quantitates quas dictus Anthonius, futurus castellanus de Quarto, solverit et expedierit dicto Hugoni ut prefertur, de quibus habebitis in primo computo cum presencium copia littera de recepta et in aliis sequentibus litteram dumtaxat de recepta una cum dicto consueto salario et aliis percipi consuetis et una cum dictis aliis quadringentis florenis ducatis de quibus singulis annis solucionem et retencionem potest facere ut premittitur sibi ipsi eidem Anthonio in eius primo et sequentibus singulis computis dicte castellanie sine difficultate qualibet allocectis, tam super preysiis, bladis et victualibus quibuscumque, redditibus, obventionibus, donis et concessione predictis et ceteris dicte castellanie proventibus quibuscumque, pro quarum quantitatum solutione faciliter consequenda.

- 44 Ipsas sic solvendas quantitates de quibus ut predicatur apparebit eidem Anthonio, fucturo¹³¹ castellano de Quarto, obligacionem alias ei factam super castellania Viviaci predicta, de qua plene faciunt hiis anexe littere mencionem principaliter renovamus eidem, nominibus quibus supra, super **[LI Quarti]** castellania, donis et aliis emolumentis, obventionibus, preysiis et victualibus quibuscumque castellanie de Quarto prout erant et sunt ad presens super castellania Vivivaci, juxta litterarum nostrarum ultimarum annexarum presentes seriem et effectum. Sibi bona fide nostra tenore presencium promictentes nominibus quibus supra nostras obligacionem et renovacionis obligacionem presentes et cetera omnia superius scripta dicto Anthonio et suis heredibus actendere, tenere et observare cum effectum, illas nunquam infringere vel mutare ad cuiusvis instanciam vel requestam nec eas sibi auferre quovismodo, donec sibi fuit perfecte satisfactum de et super predictis obligatis vel aliunde de nostro. Datum Chamberiaci die decima octava mensis januarii, anno a Nativitate Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo. Per dominam, presentibus domino principe Achaye ac domino episcopo Maurianne, Aymone de Chalant et Jacobo de Villeta. Redditur litteras portitori. Micheletus de Croso”.

¹³¹ Lire *futuro*.

Quas litteras superius copiatas simul annexas ostendit in presenti computo et penes se retinet donec sibi fuerit satisfactum de debito supradicto.

Et est sciendum quod dicto castellano est satisfactum per dominum ut in tribus suis computis castellanie Viviaci Magni per ipsum redditus, videlicet de sexcies centum ducatis auri ad XV, de quibus superius fit mencio et ut eciam est descriptum in dorso littere domini nostri comitis quondam, superius primo copiate, et in presenti computo in exoneracionem reliquorum mille florenorum ducatorum sibi debitorum de quantitate infrascripta. Et sic restant qui sibi adhuc debentur pro remanencia dicte totalis quantitatis sexcies centum ducati auri ad racionem infra scriptam, et alloquantur sibi vigore dictarum litterarum necnon et de mandato quo supra et in quarum litterarum dorso facta est mencio de presenti quantitate sibi soluta

- IIII^C ducatos auri ad XIII

Allocantur sibi quos Anthonius Fabri, thesaurarius expensarum hospicii domine nostre Sabaudie comitisse, habuisse et recepisse ab eodem castellano pro dicta domina confessus fuit, de et super precii bladorum et aliorum victualium predictorum anni predicti millesimi tercentesimi nonagesimi secundi, et qui Anthonius¹³² de quantitate infrascripta domino computare debet, per litteram dicti Anthonii de confessione et recepta rogatoque allocandi, datam Chamberiaci, die undecima mensis maii, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio, manu dicti Anthonii Fabri signatam, quam reddit

- IIII^{XX} XII florenos parvi ponderis

Summa deducti et allocati:

- V^C boni floreni, VIII denarii grossi turonenses parvi ponderis

Et sic, cambsis et conversis monetis predictis ad florenos parvi ponderis modis quibus supra valere dicuntur, dicto Anthonio castellano debentur:

- centum quindecim floreni auri parvi ponderis et quatuor denarii et quartus unius denarii grossi.

Que remanencia alloquatur sibi in suo computo sequenti, sunt die tercia exclusive mensis maii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto. Et sit hic eque.

¹³² Dans la marge gauche : *Anthonius Fabri*.

Et est sciendum quod Hugo Garnerii, castellanus ante ipsum, debet pro remanencia sui computi dicte castellanie anni millesimi tercentesimi nonagesimi primi: - IIII duodenas, V cornua yrcistanni

Inventarium bonorum dicti castri:

Item recepit dictus castellanus¹³³ bona descripta in quodam instrumento recepto per Johannem Petri Gontereti de Augusta notarium publicum sub anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, die quarta mensis junii in ipso castro existencia, de verbo ad verbum copiato in fine computi precedentis.

45

Vendiciones:

Idem reddit computum quod recepit de et pro precii bladorum et aliorum et aliorum¹³⁴ victualium infrascriptorum per ipsum debitorum ut supra et sibi venditorum per Martinum de Calcibus, thesaurarium Sabaudie¹³⁵ generalem Sabaudie die nona maii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio, precii infrascriptis ut in quadam cedula manu dicti Anthonii signata,¹³⁶ quam reddit.

Et primo de et pro precio quatuordecim modiorum, duorum sestariorum et trium quartanarum frumenti per ipsum debitorum et sibi venditorum ut supra, quolibet modio duobus solidis grossis turonensibus

- XXVIII solidos, XI denarios grossos

Recepit pro precio sepcies viginti quatuordecim modiorum, duorum sestariorum, unius quartane, duorum eminalium et quarti unius eminalis siliginis per ipsum debitorum ut supra et sibi venditorum, quolibet modio decemocto denariis grossis turonensibus

- X libras, I solidum, VII denarios grossos

Recepit de et pro precio unius modii avene, per ipsum debiti ut supra, et sibi pro tanto venditi - XII denarios grossos

¹³³ Dans la marge gauche : *vide*.

¹³⁴ Répété et biffé.

¹³⁵ Le mot *Sabaudie* est biffé.

¹³⁶ Les mots *manu dicti Martini signata* sont ajoutés dans la marge droite avec un signe de renvoi.

Recepit pro precio duorum modiorum, quatuor sestariorum, emine ordei per ipsum debitorum ut supra et sibi venditorum, quolibet modio quatuordecim denariis grossis turonensibus

- III solidos, II denarios obolo grossos

Recepit de et pro precio duodecim sestariorum et unius emine nucum, per ipsum debitorum et sibi venditorum, quolibet sestario duobus denariis et obolo grossis - II solidos, VII denarios, I quartum grossum

Recepit pro precio quatragesima quatuor librarum caseorum per ipsum debitorum ut supra et sibi venditorum ad rationem sexdecim denariis grossis turonensibus pro quintali

- VII denarios et vigesimum quartum unius denarii grossi turonensis

Recepit pro precio undecim seraceorum, quinque ruczarum, duarum parcium et quarti unius rucze et duarum parcium et sexte partis duodecime partis unius rucze seracei, per ipsum debitorum ut supra et sibi venditorum, quolibet seraceo decem denariis grossis turonensibus, computati decem rucziis pro seraceo

- IX solidos, VII denarios obolo, tercium et dimidium quartum unius denarii grossi

Recepit pro precio unius emine senapii per ipsum debite et sibi pro tanto vendite

- XII denarios grossos

Recepit pro precio centum septuaginta caponum, quarti unius caponis et quinte partis duodecime partis unius caponis per ipsum debitorum ut supra et sibi venditorum, quolibet capone tribus quartis unius denarii grossi

- X solidos, VII denarios, tercium, quartum et dimidium quartum unius denarii grossi

Recepit pro precio sexdecim pernecium per ipsum debitorum et sibi venditorum ut supra, quolibet pernecio obolo grosso turonense

- VIII denarios grossos turonenses

Recepit pro precio quinque castrorum seu mutonum per ipsum debitorum ut supra et sibi venditorum, quolibet castrone sex denariis grossis

- VII solidos, VI denarios grossos

Recepit pro precio quatragesima sex modiorum, quinque sestariorum, duorum terciorum, quarti unius sestarii et duarum parcium duodecime partis unius sestarii vini per ipsum debitorum ut supra et sibi venditorum, quolibet modio tribus florenis parvi ponderis

- VI libras, XIX solidos, V denarios, II tercios, II quartos grossos

Recepit pro precio triginta octo fassorum cum dimidio feni communis per ipsum debitorum et sibi venditorum ut supra, quolibet fasso duobus denariis grossis turonensibus more solito

- VI solidos, V denarios grossos

Recepit pro precio triginta duorum, tercii et quarti unius fassi feni teysiatorum per ipsum debitorum ut supra et sibi venditorum, quolibet fasso duobus denariis obolo grossis turonensibus

- VI solidos, IX denarios, tercium, dimidium quartum grossum

Recepit pro precio quatuordecim librarum cum dimidia cere ad pondus Auguste per ipsum **[LIII Quarti]** debitarum et sibi venditarum ut supra, qualibet libra duobus denariis grossis turonensibus

- II solidos, V denarios grossos

Recepit pro precio duarum tiliarum porci, per ipsum debitarum ut supra et sibi venditarum, qualibet tibia obolo grosso turonense

- I denarium grossum

Recepit pro precio unius quarterii vache per ipsum debiti et sibi ut supra venditi pro tanto more solito

- VI denarios grossos

Recepit pro precio sepcies centum quaterviginti duorum alecum per ipsum debitorum et sibi venditorum ut supra, quolibet uno floreno auri boni ponderis vetere, valente tresdecim denariis, obolum grossum more solito, cambsis dictis florenis veteribus ad florenos et grossos turonenses parvi ponderis

- VII solidos, VIII denarios grossos

Recepit pro precio unius turturis piscis per ipsum debiti et sibi venditi pro tanto more solito ut in computo precedenti

- V denarios grossos

Recepit pro precio octo piscium salsatorum vocatorum palex, per ipsum debitorum ut supra et sibi venditorum, quolibet pisce obolo grosso turonense more solito

- IIII denarios grossos

Recepit pro precio duorum piscium salsatorum vocatorum bisoles, per ipsum debitorum et sibi venditorum, quolibet quarta parte unius denarii grossi turonensis

- obolum grossum

Recepit pro precio sex duodenarum cum dimidia postium per ipsum debitarum et sibi venditarum ut supra, qualibet duodena, quinque denariis grossis turonensibus more solito

- II solidos, VIII denarios obolo grossos

46

Summa dictarum vendicionum:

- XXI libre, IX solidi, II denarii obolo et tercius unius denarii grossi

Antoine de Solerio 1392-1393

De quibus respondet supra post primum arrestum suprascripti com-
puti, ubi computat de ipsis in recepta.
Et sit hic eque de dictis vendicionibus.

Deuxième compte d'Antoine de Solerio d'Ivrée¹³⁷

(3 mai 1393 - 2 mai 1394)

47

[II]¹³⁸ Computus viri nobilis Anthonieti de Solerio de Yporigia, domicelli, castellani Quarti in Valle Augusta, de redditibus et exitibus eiusdem castellanie, a die tercia inclusive mensis maii, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio, usque ad diem terciam exclusive dicti mensis maii, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, videlicet de uno anno integro, receptus apud Chamberiacum, presentibus Anthonio Barberii et Petro Magnini de Chamberiaco, magistris et auditoribus computorum domini, per Petrum Rostaignii, clericum domini, examinatusque per supradictum Petrum Magnini.

Sciendum est¹³⁹ quod de duobus millibus florenis auri boni ponderis veteribus ad quos domina nostra Bona de Borbonio, Sabaudie comitissa, nominibus suo et domini nostri Sabaudie comitis, transegit cum Guilliermo de Alexino, domicello, pro juribus et actionibus que et quas idem Guilliermus pretendebat se habere in hereditate et bonis domini Henrici domini de Quarto quondam, tamquam proximior agnatus dicti domini de Quarto quondam, restant in deposito de communi consensu dicte domine et dicti Guillermi de Alexino mille floreni auri boni ponderis veteres in manibus Jaquimini de Canali de Dovia, burgensis Auguste, qui ipsos recepit ab Hugoneto Garnerii, castellano ibidem ante ipsum, pretextu dicte transactionis, pro ipsis implicandis in bona et legali mercandia quorum fructus pertineant dicto Vuilliermo donec et quousque dictus Vuilliermus de Alexino reperiat redditus et servicia acquirendos de eisdem mille florenis, et quos redditus de ipsis acquirendis tenere debeat idem Guilliermus, seu unus ex filiis ipsius, de feudo et sub homagio domini, ut dicitur plenius in libratis pecunie computorum dicte castellanie de annis Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, octuagesimo quarto, octuagesimo quinto, octuagesimo sexto, octuagesimo septi-

¹³⁷ ASTO, *Quart, châteltenie*, inventario 68, foglio 99, mazzo n° 6/2, 1392-1394.

¹³⁸ Les comptes de Anthoine de Solerio sont écrits sur parchemins cousus ensemble et numérotés par des chiffres romains.

¹³⁹ Dans la marge gauche: *vide*.

mo et octuagesimo octavo. Et ponatur presens memoriale in quolibet computo sequenti ad plenioram memoriam premissorum.

Item sciendum est quod Bartholomeus de Mota,¹⁴⁰ olim procurator domini in Valle Augusta, debet computare de exitibus castellaniarum Quarti et Oyacie et ceteris domino ibidem pertinentibus, a die penultima inclusive mensis julii, anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo septimo, qua die dominus Henricus, dominus de Quarto quondam, decessit ab humanis, usque ad diem decimam exclusive mensis septembris, anno predicto millesimo tercentesimo septuagesimo septimo, videlicet de sex septimanis integris, exceptis tamen hiis de quibus idem Hugo Garnerii computavit in octavo computo precedenti in recepta ab eodem Bartholomeo, ut dicit in computo precedenti.

Qui castellanus juravit et sub pena viginti quinque librarum forcium tociens committenda per ipsum quociens contrarium reperiretur, bene et fideliter computare de omnibus et singulis receptis et libratis per ipsum, aut alium eius nomine, in dicto officio factis pro domino quoquomodo, castrumque et edificia domini ad sostam tenere, sumptibus domini moderatis.

[III] *Frumentum:*

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu per annum de viginti tribus modiis, quinque sestariis, emina et una quartana frumenti prius apud Oyaciam et in dicta castellania debitis de redditu per annum ut in computo precedenti, deductis de eisdem novem modiis, tribus sestariis, emina frumenti, debitis per personas in quinto computo precedenti de anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio et octuagesimo quarto specificice nominatas, de mandato domine, relatione domini Aymonis de Chalant, militis, consilarii et magistri quondam computorum domini, facta in dicto quinto computo precedenti, quas frumenti quantitates domina expediri et delibari mandavit domine Pantassalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, per dictum castellanum virtute et ex causa, ut dixit dictus dominus Aymo de Chalant in quinto computo precedenti, cuiusquidem compositionis instrumenti seu litterarum receptarum, ut dixit idem dominus

¹⁴⁰ Dans la marge gauche: *vide*.

Aymo per dominum Egidium Drueti, secretarium domini, pretextu dotis et aliorum jurium que dicta domina Pantissalea se habere pretendebat in et super bonis dicti domini Henrici domini de Quarto, sui viri quondam, sub modis, formis, condicionibusque et capitulis pro domino facientibus, declaratis, contentis et descriptis in eisdem. Et prout in computo precedenti castellano predicto fuit iniunctum, iterato iniungitur¹⁴¹ sibi expressius quod regithias seu extentas ibidem recipi inceptas per Johannem Gontereti, procuratorem et commissarium domini, terminari et compleri procuret sic quod de nominibus personarum redditus, servicia, usagia et alia tributa quecumque debencium, cum quantitibus debitis per easdem, in sequenti computo plenarie declaret quantitates ibidem debitas, tam de reddito quam de servicio, cum pro quantitibus debitis de servicio debeatur duplum de placito, quando locus evenit, et pro reddito nullum debetur placitum, ut dicit et dicitur in computo precedenti, de quibus mencio fiat in singulis titulis sequentibus presentis computi, ut sciri possit quid debeatur ibidem de reddito et quid de servicio. Item iniungitur¹⁴² eidem quod litteram domine compositionis per dominam facte cum dicta domina Pantissalee, sive sit instrumentum, habere procuret ab eadem, taliter quod in sequenti computo videantur plenius et inserantur quantum fuerit opportunum. Et computat de dicto frumento, facta deductione pro dicta domina Pantissalee ut in computo precedenti, pro termino festi beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio - XIII modia, II sestaria, I quartanam frumenti

48 Recepit a Johanne de Gontereto de Augusta notario de reddito per annum pro decimis que levantur in certis possessionibus consistentibus a torrente Clausi Novi, inter Sarro et Augustam, usque ad civitatem Auguste, in quibus decimis dominus de Montejoveto percipit medietatem, dominus Jacobus Bonerii de Dovia, canonicus Auguste, terciam partem residue medietatis, et dominus, racione castri de Quarto, duas partes ipsius medietatis, ut dicit et dicitur in computo precedenti in quo fuit pro exitu dicte decime computatum pro termino messium anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo de tribus sestariis frumenti, eidem Johanni albergatis per Hugonem Garnerii de Chamberiaco alias Roda, castellanum ibidem ante ipsum, commissariumque ut asserit ad hoc deputatum, pro uno sestario frumenti de quo hic, quinque sestariis

¹⁴¹ Dans la marge gauche: *vide*.

¹⁴² Dans la marge gauche : *vide*.

siliginis, tribus modiis vini de reddito per annum in festo beati Michaelis annis singulis perpetuo [III] solvendis, et pro duodecim denariis monete cursibilis Auguste de servicio annuali in festo beati Stephani solvendis, de quibus infra in suis titulis computat, et pro duobus¹⁴³ solidis tocius placiti monete predicte quando acciderit sine plus capere ullo casu, de quo quidem albergamento asserit constare publicum instrumentum receptum per Petrum Peronini de Chamberiaco notarium sub anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, indicione decima quarta, die decima tertia mensis jullii, et prout in computo precedenti¹⁴⁴ dicto castellano fuit iniunctum, iterato iniungitur sibi expressius de mandato magistrorum computorum domini quod instrumentum albergamenti superius designatum per dictum Petrum Peronini ut premittitur receptum, in suo sequenti computo apporet taliter quod modus ipsorum in dicto sequenti computo videatur et, si fuerit utile pro domino, in eodem inseatur. Et computat, pro termino festi beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio - I sestarium frumenti

De exitu decime vocate de Ryns, mandamenti de Quarto, nichil computat quia dominus mandavit dictam decimam expediri preposito Auguste ad quem dicta decima pertinet et pertinebat ex antiquo, licet dominus Henricus, quondam dominus de Quarto, ipsam decimam teneret pro tribus modiis siliginis, sub tamen tali condicione¹⁴⁵ quod quocienscumque domino placuerit illam decimam possit habere et percipere sub simili forma quam dictus dominus de Quarto quondam tenebat dum viveret, ut dicitur in septimo computo precedenti ubi littera domini de mandato expediendi eidem preposito dictam decimam, est copiata.

Exitus terrarum:

De exitu terre domini vocate de Ryns, continentis circa duas modiatas terre, nichil computat quia tradita fuit dicte domine Pantissalee pre-textu compositionis supradicte, ut dicit et plenius dicitur in titulo siliginis quinti computi precedentis de anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio et octuagesimo quarto.

Cheyserie seu excheyte:

De cheyseriis seu excheytis nichil computat quia nichil inde recepit per tempus de quo computat ut dicit.

¹⁴³ Dans la marge gauche : *vide placitum*.

¹⁴⁴ Dans la marge gauche : *vide*.

¹⁴⁵ Dans la marge gauche : *vide pro domino*.

Summa, computatis sex eminalibus pro una quartana, duabus quartanis pro una emina, duabus eminis pro uno sestario, et sex sestariis pro uno modio, ut in computo precedenti

49 - XIII modia, III sestaria, I quartana frumenti

De quibus deducuntur sibi pro liberis Johannis Marione de Morgona debentibus singulis annis unam eminam frumenti de reddito per annum pro qua in octavo computo precedenti per errorem et ex inavertencia fuit scriptum dictos liberos debere per annum et ab ipsis recepisse unum sestarium frumenti pro anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo septimo licet non debeant per annum nisi dumtaxat unam eminam frumenti, ut in extentis domini receptis per supradictum Johannem de Gonereto, ut dicitur in computo precedenti, et deducitur eisdem pro anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio, ut in computo precedenti

- I eminam frumenti

Summa deducti - I emina frumenti

Et sic debet: - XIII modia, II sestaria, III quartanas frumenti.

Venduntur in fine computi.

Siligo:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania, tam de reddito quam servicio per annum in festo beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio, et in festo beati Stephani yemalis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, de novies viginti quatuor modiis, tribus sestariis et uno [IIII] eminali siliginis in dicta castellania et apud Oyaciam de reddito et servicio debitis per annum ut in computo precedenti, deductis de eisdem quadraginta septem modiis, quinque sestariis, una quartana, uno eminali cum dimidio siliginis occasione qua supra in frumento, et computat pro terminis festorum beati Michaelis, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio, et beati Stephani yemalis, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, et fit sibi similis iniunctio que supra in frumento¹⁴⁶

- VI^{XX} XVI modia, III sestaria, I eminam, V eminalia et dimidium siliginis

¹⁴⁶ Dans la marge gauche : *vide*.

Recepit a Theobaldo de Crista de Roissan pro terra de Lunyczan, eadem per dictum castellanum ante ipsum imperpetuum pro tanto de redditu per annum, sine introgiis aliquibus, albergata, ut in computo precedenti, in festo beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio - II modia siliginis

Recepit a Johanne de Gontereto de Augusta notario de redditu per annum pro exitu decimarum que levantur in certis possessionibus consistentibus a torrente Clausi Novi inter Sarro et Augustam usque ad civitatem Auguste, in quibus decimis dominus de Montejoveto percipit medietatem, dominus Jacobus Bonerii de Dovia, canonicus augustensis, terciam partem residue medietatis ut supra in frumento, et ut etiam dicitur in computo precedenti, eidem albergato per Hugonem Garnerii castellanum ibidem ante ipsum pro tanto ut supra in frumento, ultra frumentum, vinum et pecuniam de quibus supra et infra in suis titulis computat, et fit sibi similis iniunctio¹⁴⁷ que supra in frumento, et computat pro termino festi beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio - V sestaria siliginis

De exitu decime terrarum vocatarum de Ryns, nichil computat quia reperta fuit in integrum pertinere preposito Auguste, cui dominus per eius litteras ipsam remisit ut supra in frumento.

Exitus terrarum:

De exitu terrarum vocatarum de Ryns, nichil computat quia pertinent domine Pantissalee relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, occasione qua supra in frumento.

Cheyserie seu excheyte:

De cheyseriis seu excheytis nichil computat quia nichil ibidem recepit per tempus de quo computat ut dicit.

Summa, computatis mensuris ut supra in frumento:

- VI^{XX} XIX modia, II sestaria, I emina, V eminalia et dimidium siliginis

De quibus libavit domino Berthodo, priori Sancti Ursi Augustensis, cui debentur annuatim quinque sestaria et tres quartane siliginis, ultra capones et pecuniam de quibus infra fit mencio, pro feudo quod dictus dominus de Quarto quondam ab eadem ecclesia tenebat ut dicitur in computo precedenti, et allocantur hic de mandato Anthonii Barberii et

¹⁴⁷ Dans la marge gauche : *vide*.

Petri Magnini de Chamberiaco, magistrorum et auditorum computorum domini, pro annis Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo et nonagesimo tercio, quoniam in computo precedenti non fuerunt alloquati pro dicto anno millesimo tercentesimo nonagesimo secundo quia nullam litteram in eodem computo apportavit de confessione et recepta, per litteram dicti prioris de confessione et recepta subscripte siliginis quantitatis, necnon et sexaginta duorum solidorum monete cursibilis Auguste sibi inferius in [V] libratis propter hoc allocatorum, datam in domo prioratus predicti die vicesima prima mensis maii, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, quam reddit in quodam folio papireo scriptam, manu Petri Geremie de Augusta signatam, cum pluribus aliis - I modium, V sestaria, I eminam siliginis

50 Sciendum est quod Petro, filio Jaquimini Peronini de Alex quondam de Effra debentur annuatim¹⁴⁸ in quibus dominus Henricus, dominus de Quarto quondam, eidem Jaquimino tenebatur de censu per annum pro quadam pecia prati domini sita in pratis domini apud Oloes,¹⁴⁹ que movetur de feudo dicti Jaquemini quondam, novem eminalia siliginis, ut in quodam instrumento vendicionis facte per Petrum et Johannem fratres, filios quondam Colerii Arborum de Segnins, de laude et consensu Jaquemini Peronini de Alloex de Effra supradicto domino Henrico domino de Quarto quondam, instrumento recepto per Johannem Petri Gontereti de Augusta, notarium publicum, sub anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo, indicione octava, die quinta mensis maii, cuius tenor in septimo computo precedenti de verbo ad verbum est insertus, que non allocantur sibi hic pro termino festi beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio, nec eciam fuerunt allocati in computo precedenti pro eodem termino anni millesimi tercentesimi nonagesimi secundi pro eo quia non redditur confessionem de recepta dicti Petri, sed in computo sequenti eidem allocabuntur pro dictis duobus annis et sequentibus dum tamen confessionem dicti Petri apportaverit de recepta alias non.

Libravit Johanni, filio quondam Johannis de Croso de Dovia, nepoti et heredi Petri Vuillermete de Avisio, parrochie Quarti, cui Johanni tamquam heredi dicti Petri debentur duo sestaria siliginis in quibus dic-

¹⁴⁸ Les mots *debentur annuatim* sont ajoutés dans la marge droite avec un signe de renvoi.

¹⁴⁹ Lire *Olees*.

tus dominus Henricus, dominus de Quarto quondam, dicto Petro tenebatur annuatim pro quadam pecia prati sita in pratis domini apud Oloes, ut in quodam publico instrumento recepto per Johannem de Gontereto notarium, sub anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo nono, indicione septima, die decima quarta mensis januarii, cuius tenor in septimo computo precedenti de verbo ad verbum est insertus, et allocantur sibi de mandato magistrorum computorum domini predictorum pro termino festi beati Michaelis annorum Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo et nonagesimo tercio, quoniam in computo precedenti non fuerunt sibi allocati pro dicto anno millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, pro eo quod nullam apportavit litteram de confessione et recepta, per litteram dicti Johannis de confessione et recepta quatuor sestariorum siliginis subscriptorum pro dictis duobus annis millesimo tercentesimo nonagesimo secundo et tercio, datam in Ponte Lapideo die decima tertia mensis aprilis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, quam reddit manu Petri Geremie de Augusta notarii scriptam et signatam

- IIII sestaria siliginis

Libravit domino Jacobo Brunodi de La Suera, capellano prebendario altaris Beate Marie, siti in ecclesia Sancti Ursi Auguste, cui debentur annuatim quinque sestaria et una emina siliginis, unus obulus servicii et unus denarius de placito quando accidit racione dicti altaris, pro et super quadam pecia prati domini in septimo computo precedenti [VI] plenius confinata, sita loco dicto Etablo, de feudo dicti altaris existente, que pecia prati ad manus domini Henrici domini de Quarto quondam pervenit ex successione Alexandri de Stabulo, de et pro quibus tam in presenti quam precedentibus computis computavit in recepta pro dicta pecia prati et certis aliis rebus, videlicet superius cum maiori summa de septem modiis siliginis et inferius pro eodem de viginti solidis monete Auguste computabit, ut per instrumentum albergamenti dicto Alexandro facti, cuius tenor in septimo computo precedenti de verbo ad verbum est insertus, et allocantur sibi hic pro termino festi beati Michaelis annorum Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo et nonagesimo tercio, quoniam in computo precedenti non fuerunt sibi allocati pro dicto anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo pro eo quod nullam apportavit litteram de confessione et recepta, per litteram dicti domini Jacobi de confessione et recepta undecim sestariorum siliginis pro dictis duobus annis millesimo tercentesimo nonagesimo secundo et tercio, datam in domo prioratus Sancti Ursi die vicesima prima mensis

maii, indicione secunda, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, quam reddit manu Petri Geremie notarii signatam

- XI sestaria siliginis

51 *Rivus Prepositi:*

Libravit Boniffacio de Champapont de Roesan, custodi rivi domini vocati de Preposito, a loco principii dicti rivi, vocato de la Mornya,¹⁵⁰ usque ad locum vocatum de Valle Suana, subtus Roissan,¹⁵¹ quasi per unam leucam, per quod spacium custodire debet dictum rivum pro uno modio siliginis per annum, ultra seraceum, vinum et pecuniam sibi inferius causa predicta in suis titulis allocatos, et solvit eidem de mandato, modis et causis in pluribus computis precedentibus declaratis et expressis, pro anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio, ut per litteram dicti Boniffacii de confessione et recepta, datam die vicesima prima mensis marcii, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, quam reddit manu Anthonii de Alax...ta¹⁵² de Albiano notarii signatam, continentem confessionem de recepta unius seracei, unius sestarii vini et sexaginta solidorum monete Auguste, eidem Boniffacio libratorum et dicto castellano inferius in suis titulis more solito allocatorum

- I modium siliginis

Reparacio dicti rivi:

Libravit in operibus et reparacione supradicti rivi domini vocati de Preposito prout inferius speciffice declaratur. Et primo, manu Bartholomei Tarida, custodis in parte dicti rivi et aliorum administratorum aque dicti rivi, pane dato centum duobus operariis laborantibus ibidem ad roydam seu corvatas quasi per unam diem, a die ultima mensis maii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio usque ad diem primam mensis septembris anno eodem in reparacione dicti rivi in pluribus eius partibus destructi, capiente quolibet homine per diem quinque quarterios panis, et fit in quolibet eminali unus panis, seu de quolibet sestario siliginis viginti quatuor panes more solito, ut in computo precedenti, et allocantur eidem per litteram publicam dicti Bartholomei de testimonio dictorum centum duorum hominum, datam Auguste in burgo Porte Sancti Ursi die vicesima prima mensis maii, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, continentem attestacionem et

¹⁵⁰ Lire de la Morina.

¹⁵¹ Lire Roysan.

¹⁵² Nom inconnu.

confessionem alias hic immediate in presenti librata designatam, quam reddit manu Petri Geremie de Augusta notarii signatam, ultra seraceum et vinum eisdem operariis causa predicta libratos et infra allocatos: - VI sestaria, I quartanam, I eminale et dimidium siliginis.¹⁵³ Item pane dato sepcies viginti aliis laboratoribus quasi [VII] per unam diem vacantibus a mense marcii anno predicto millesimo tercentesimo nonagesimo quarto usque ad festum Pasche immediate sequens in aptando dictum rivum in pluribus eius partibus destructum. Item pane dato quadraginta tribus laboratoribus quasi per unam diem vacantibus a festo Pasche predictae citra, in reparando dictum rivum in pluribus eius partibus destructum, capiente quolibet homine per diem quinque quarterios panis prout supra, et allocantur eidem per litteram publicam dicti Bartholomei de testimonio ac confessione novies viginti trium hominum ibidem ad corvatas ut supra laborantium superius proxime redditam et plene designatam, ultra vinum et seraceum eisdem operariis causa predicta libratos et infra allocatos: - IX sestaria et dimidium et terciam partem unius eminalis siliginis.¹⁵⁴ Item pane dato quadraginta duobus laboratoribus quasi per unam diem vacantibus murando unum sapellum perventum in loco dicto Champapon in dicto rivo, capiente quolibet ut supra: - II sestaria, III eminalia et dimidium siliginis.¹⁵⁵ Item pane dato quadraginta duobus aliis laboratoribus quasi una die vacantibus amenando unum centum billionorum ipsumque sequendo tam per aquam quam per terram et ipsos billionos allocando supra dicto rivo in locis necessariis, capiente quolibet ut supra per diem quinque quarterios panis: - II sestaria, III eminalia et dimidium siliginis.¹⁵⁶ Item pane dato triginta laboratoribus quasi per unam diem vacantibus apportando decem sestaria calcis ad locum dicti sapelli, capiente quolibet ut supra per diem quinque quarterios panis: - I sestarium, II quartanas, I eminale et dimidium siliginis, ut per litteram dicti Bartholomei de testimonio premissorum superius redditam et *plene designatam*. Item *Johanni Charnyn pro scindendo unum centum billionorum supradictorum in nemore banni de Vallepellina pro dicto rivo ul-*

¹⁵³ Les mots *et dimidium siliginis* sont ajoutés dans la marge droite avec un signe de renvoi.

¹⁵⁴ Les mots *et dimidium et terciam partem unius eminalis siliginis* sont ajoutés dans la marge droite avec un signe de renvoi.

¹⁵⁵ Les mots *et dimidium siliginis* sont ajoutés dans la marge droite avec un signe de renvoi.

¹⁵⁶ Dans la marge gauche : *vide*.

*terios viginti quatuor solidos monete cursibilis Auguste, supra pro eodem datos et infra in libris parvi ponderis allocatos, ut per notam instrumenti dicti Johannis de confessione et recepta, datam die vicesima prima mensis aprilis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto continentem confessionem de recepta XII librarum bone monete, unius seracei et unius sestarii vini pro scindendo unum mille billionorum pro eodem. Si quia dicti billioni non sunt implicati non allocantur hic, si in computo sequenti sibi allocabuntur, si litteram apportet de testimonio quod dicti billioni sint in predicto rivo implicati, quam litteram superius designatam, reddit manu Petri Geremie notarii signatam: - II sestaria siliginis.*¹⁵⁷

- IIII modia, IIII sestaria, I eminam, I quartanam et tres partes unius emine siliginis

Alpis de Chavalari:

Libravit Petro de Pasquerio et eius consortibus de Riegni, parrochie Quarti, tenentibus alpem de Chavalari, quibus dominus de Quarto quondam annuatim solvere consuevit, quando solvunt quatuor caseos debitos per tenentes dictam alpem quando vestitur, id est bestie ponuntur in eadem pro fructo fiendo, de quibus quatuor caseis infra computat sub eorum titulo in recepta, et allocantur eidem pro anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio, more solito, ut in computo precedenti

- IIII eminalia siliginis

Alpis de Seneveri:

- 52 Libravit Johannodo de Balma de Quarto et eius consortibus tenentibus alpem de Seneveri, que dictus dominus Henricus, dominus de Quarto quondam, annuatim solvebat dictis consortibus quando dicta alpis vestitur, id est quando bestie mictuntur in eadem ad fructum faciendum, pro duobus caseis domino debitis pro dicta alpe de quibus infra computat sub eorum titulo in recepta, et solvit eidem pro anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio

- II eminalia siliginis

Deducuntur eidem pro Hugoneto, filio Valleti de Vigniel, Petro Hugoneti de Vigniel, Vallichono de Vigniel et suis consortibus causam habentibus Hugoneti de Vigniel, pro quibus computatum fuit in computo dicti loci Quarti de anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo septimo particulariter de tribus sestariis siliginis, ex inadvertentia scriptoris et castellani, licet non debeantur nisi dumtaxat tres emine siliginis

¹⁵⁷ La phrase en italique est ajoutée dans la marge droite avec un signe de renvoi.

de censu per annum, prout fidem fecit castellanus ante ipsum in septimo computo precedenti per duo publica instrumenta in eodem computo de verbo ad verbum copiata, que tria sestaria siliginis eciam includuntur in summa recepte dicte siliginis, et deducuntur eidem pro anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio - III eminas siliginis

[VIII] Deducuntur eidem pro Bartholomeo et Johanne Perole et suis consortibus pro quibus fuit computatum in computis precedentibus et presenti summarie et in computo de anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo septimo particulariter de tribus eminis, uno eminali et dimidio siliginis, ex inadvertencia et per errorem dicti castellani, licet non debeant nisi dumtaxat tres eminas siliginis de censu per annum, ut per confessiones et recogniciones dicti Bartholomei factas per ipsum nominibus suo et Johannis eius fratris et consortium suorum, designatas in septimo computo precedenti, et deducuntur eidem pro anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio, more solito, ut in computo precedenti - I eminale et dimidium siliginis

Sciendum est quod quinque sestaria siliginis sibi in computo precedenti deducta pro anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo¹⁵⁸ pro Petro Macheti de Escheveno et consortibus suis debentibus de redditu annis alternis quinque sestaria siliginis in festo beati Michaelis, de quibus particulariter fuit computatum in computo dicte castellanie de anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo septimo et eciam in presenti summarie quemadmodum si annuatim deberentur pro anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio, licet debeant ut supra dumtaxat annis alternis, prout fides fecit in septimo computo precedenti per instrumentum publicum recognicionis dicti Petri Macheti, receptum per Johannem Gontereti notarium, procuratorem et receptorem extentarum domini in Valle Augusta, anno Domini millesimo tercentesimo sexagesimo secundo, indicione decimaquinta die vicesima quarta mensis septembris, copiatum in septimo computo precedenti, que quinque sestaria siliginis deducuntur castellano predicto in suo sequenti computo si de ipsis computet pro anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto

Prandia:

¹⁵⁸ La phrase *pro anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo* est ajoutée dans la marge droite avec un signe de renvoi.

Libravit personis in septimo computo precedenti specificce et particulariter nominatis et descriptis pro prandiis datis et debitis eisdem singulis annis in crastinum Nativitatis Domini, dum solvunt servicia debita per easdem more solito, ut in computo precedenti, que prandia sunt numero trigintaquinque, quartus et sextus unius prandii, ultra duodecim prandia tradita dicte domine Pantissalee ut supra, et datur pro quolibet prandio dimidius panis siliginis valoris dimidii eminalis siliginis, ut in computo precedenti, et allocantur sibi pro termino festi beati Stephani prothomartiris crastini festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimi tercentesimi nonagesimi quarti

- XVII eminalia, tercium, quartum et dimidium quartum unius eminalis siliginis

53 *Collectura feni:*

Libravit pane dato quindecim hominibus operariis de roydys seu corvatis domini, vacantibus quasi per unam diem tam¹⁵⁹ recolligendo et levando fena decimarum pratorum domini de Stanno et herbagiorum domino debitorum a Maladeria usque ad Pontem Lapideum in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio, capiente quolibet quinque quarterios panis siliginis ut in computo precedenti, ultra vinum et seraceum sibi inferius in suis titulis allocatos, de quo feno inferius computat in titulo feni, ut per litteram Petri Rigot, mistralis mandamenti Quarti, de testimonio premissorum, datam die decima septima mensis marcii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, quam reddit in quodam folio papiri cum pluribus aliis scriptam et manu Anthonii de Alax...ta signatam: - III quartanas, tres partes unius eminalis siliginis. Item pane dato triginta quatuor hominibus de roydys seu corvatis quasi una die vacantibus scindendo de nemore biolarum in insula domini de Quarto pro circulis fiendis et portando in Villafrancham, [IX] castrum Quarti et Augustam pro doliis religandis ad vinum domini recoligendum in eisdem, dicto anno, capiente quolibet quinque quarterios panis siliginis ut supra, ultra vinum et seraceum, ut per litteram Petri Rigot supradditi de testimonio premissorum, datam anno et die quibus supra proxime in folio papiri superius reddito scriptam et manu dicti Anthoni de Alex...ta signatam: - I sestarium, III quartanas, dimidium eminale siliginis. Item pane dato quatuor hominibus de roedis seu corvatis succucientibus et recolligentibus per unam diem nuces arborum domini prope

¹⁵⁹ Le mot *tam* devrait être biffé.

et circa castrum Quarti, ipso anno millesimo tercentesimo nonagesimo tercio, capiente quolibet homine per diem quinque quarterios panis prout supra: - V eminalia siliginis. Item pane dato sexaginta tribus hominibus de roedis seu corvatis quasi per unam diem vacantibus scindendo certos bornellos per quos aqua conducitur ad castrum de Quarto, ipsos ad dictum castrum portando quam se juvando, et carpentatoribus qui ipsos bornellos et alios veteres preparaverunt serviendo, capiente quolibet homine per diem quinque quarterios panis ut supra: - III sestaria, I quartanam et tres partes unius eminalis siliginis, ut per tres litteras Hugonini Grillion, carpentatoris, Dominici de Vili Morta,¹⁶⁰ Johannis de Dovia et Petri Rigot de testimonio premissorum, datas in castro Quarti diebus decima sexta et decima septima mensis marcii, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, in folio papiri superius redditas, scriptas et manu dicti Anthonii de Alax...ta signatas

- I modium, I eminale siliginis

Deducuntur sibi pro Reynardo, naturali de Quarto quondam, cuius bona ob mortem ipsius Reynardi, deffuncti sine liberis, ad manus domini pervenerunt, de quorum bonorum fructibus et exitibus computat tam supra quam infra in recepta, qui Renardus sue vite temporibus domino debebat per annum unum sestarium siliginis et duodecim denarios servicii, de quibus castellanus ibidem ante ipsum computavit particulariter in suo computo dicti officii de anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo septimo, et in singulis aliis suis computis sequentibus cum maiori summa, et deducitur eidem dictum sestarium siliginis pro anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio, pro quo anno computat, quia res pro quibus debebatur dictum sestarium siliginis tradite fuerunt per dictum Reynaldum, naturalem de Quarto quondam, Johanni de Ramuysi pro viginti duobus solidis monete Auguste et uno capone per annum, de quibus infra in suis titulis computat ut dicit

- I sestarium siliginis

Summa librate et deducti

- X modia, III sestaria, III quartane, II eminalia et dimidium, tercius, dimidius quartus unius eminalis siliginis

Et sic debet:

¹⁶⁰ *Vili morta* (ailleurs *Vielly Morta*) était un ancien village disparu.

- VI^{XX} VIII modia, III sestaria, III quartanas, II eminalia, quintum, sextum, dimidium quartum unius eminalis siliginis
Venduntur in fine computi.

54

Avena:

Item reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu per annum circa festum beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo [X] nonagesimo tercio, videlicet ab Aymoneto Curnillion, genero Anthonii Sulpicii de Ponte, parrochie Sancti Christofori, ut in computo precedenti
- I modium avene

De exitu decimarum que levantur in certis possessionibus consistentibus a torrente Clausi Novi, inter Sarro et Augustam, usque ad civitatem Auguste, in quibus decimis dominus de Montejoveto percipit medietatem, dominus Jacobus Bonerii de Dovia, canonicus augustensis, terciam partem residue medietatis ut supra, nichil computat nec de cetero computabitur in avena quia albergata est ad frumentum, siliginem, vinum et pecuniam de quibus supra et infra in suis titulis computat prout lacius dicitur superius in frumento superius.

Summa: - I modium avene.
Venditur in fine computi.

Ordeum:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu per annum circa festum beati Michaelis, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, ut in computo precedenti, de octo sestariis, una quartana et dimidia ordei domino in dicta castellania et apud Oyaciam deberi solitis de redditu per annum, deductis de ipsis quinque sestariis, emina, una quartana et tribus eminalibus ordei, per dominam domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, traditis occasione qua supra in frumento, debitis in locis per personas in computo de annis Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio et octuagesimo quarto descriptas particulariter,¹⁶¹ et fiunt eisdem castellano similes iniunctiones¹⁶² que supra in frumento
- II sestaria, eminam ordei

¹⁶¹ Le mot *particulariter* est ajouté dans la marge droite avec un signe de renvoi.

¹⁶² Dans la marge gauche : *vide*.

Marescalcia:

Recepit a Berthodo Mugnerii de Lignian et consortibus suis de et pro marescalcia per annum debita per eosdem in festo beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio, et quia in computo precedenti dicto castellano fuit iniunctum quod in presenti computo nominaret dictos consortes, dicit dictus castellanus prout dixit castellanus ibidem ante ipsum in secundo computo precedenti, quod dictam iniunctionem adimplere non potuit donec regithie et extente domini que recipiuntur ibidem, per Johannem Gontereti de Augusta notarium et commissarium, per genitorem domini ad hoc deputatum, sint complete,¹⁶³ quibus non obstantibus iniungitur eidem castellano quod dictas regithias recipi et compleri procuret taliter quod in suo sequenti computo dictos consortes possit nominare specificice aut alias clarius respondere

- I sestarium ordei

Recepit a quinque personis in septimo computo precedenti de anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo septimo declaratis et specificice nominatis de redditu per annum, ut in computo precedenti, in festo beati Michaelis, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio

- XIII sestaria ordei

Cheyserie seu excheyte:

De cheyseriis seu excheytis nichil ibidem, quia nichil pro eisdem recepit per tempus de quo computat ut dicit.

Summa, computatis mensuris ut supra in frumento

- II modia, IIII sestaria, emina ordei

Que libravit et que sibi vendita fuerunt ut infra in vendicionibus in fine presenti computi. Et sit hic eque.

Pisa ciseria:

De exitu terre domini vocate de Ryns, [XI] nichil computat in pisis ciseris occasione superius in frumento declarata.

Ligumina pro cheyseriis seu excheytis:

De liguminibus pro cheyseriis seu excheytis nichil computat quia nichil pro eisdem recepit per tempus de quo computat ut dicit.

¹⁶³ Dans la marge gauche : *vide*.

Nuces:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu per annum circa festum beati Michaelis, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio, de novem sestariis nucum domino pridem debitis ibidem de redditu per annum ut in computo precedenti, deductis de ipsis duobus sestariis nucum per dominam domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, traditis occasione qua supra in frumento et apud Vallem Pellinam per Johannem, filium Francisci de Enfanteis - VII sestaria nucum

Recepit manu Johannis Cuaa de Dovia, porterii Quarti, de et pro exitu arborum nucum terrarum domini de Quarto, tam ante, circa et retro dictum castrum Quarti, quam eciam in ortis domini et viridariis domini circumstantibus, et de exitibus arborum nucum terrarum domini de Ryns nichil computat quia tradite fuerunt dicte domine Pantissalee, occasione qua supra in frumento, in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio, et respondet plus de uno sestario nucum quam in computo precedenti, nec inde nichil plus recepit ipso anno ut dicit et suo asserit iuramento - VI sestaria, eminam nucum

De exitu arborum nucum viridarii Raynaldi, naturalis domini de Quarto quondam, quod pervenit ad manus domini ut in computo precedenti, nichil computat quia dominus dictum viridarium una cum domo dicti Raynaldi quondam, sita loco dicto La Vanchella, et quadam pecia vinee continente circa septem fossoratas sita loco dicto Reyres, cum suis confinibus, albergavit perpetuo Petro de Bocza de Valle Augusta, pro sexcies viginti florenis auri boni ponderis veteribus, ad rationem quatuordecim solidorum monete domini pro quolibet dictorum florenorum, per dominum a dicto Petro de Bocza habitorem, manu Anthonii Fabri secretarii et thesaurarii expensarum hospicii domine, qui de ipsis computasse debuit in suo computo dictarum thesaurarie et expensarum de anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, et de quibus idem Petrus de Bocza habet licteram domini de albergamento testimonioque et confessione premissorum, sub usagiis et tributis inde dari consuetis, datam Rippallie die quinta mensis maii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, prout dicitur in computo Anthonii Fabri supradicto. Et quia in computo precedenti dicto castellano fuit iniunctum quod in presenti computo apportaret dictam litteram sic quod tenor ipsius videretur, quam litteram ut dicit habere non potuit propter quod

iniungitur eidem expresse¹⁶⁴ quod dictam litteram cum effectu habere procuret et in suo sequenti computo infallibiliter apportet, sic quod tenor eiusdem plenius videatur et in dicto sequenti computo lacius inseratur.

Summa: - XIII sestaria, emina nucum

De quibus libravit manu Bartholomei Tarida de Dovia, custodis rivi domini vocato de Preposito, ad espensas sepcies viginti hominum operariorum de roydys seu corvatis, vacancium tempo quadragesime in reparatione supradicti rivi domini vocati de Preposito, quasi per unam diem in pluribus eius partibus destructi, capiente quolibet per diem unam ambostatam nucum, de quibus fiunt quadraginta octo ambostate in quolibet sestario, more solito ut in computo precedenti, et sic librantur in quolibet sestario quadraginta octo homines operarii, ultra panem et vinum sibi pro eodem ministratos, et inferius in vino et superius in siligine allocatos, ut per litteram publicam dicti Bartholomei de testimonio premisorum, datam die vicesima prima mensis maii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, [XII] superius redditam in libratis siligini ; - II sestaria, tres quartanas, III eminalia nucum.

Libravit que sibi vendita fuerunt ut infra in vendicionibus in fine presentis computi - X sestaria, II quartanas, II eminalia nucum

Summa librate: - XIII sestaria, emina nucum

Et sit hic equa de nucibus

56

Casei:

De quindecim quintalibus, duodecim libris cum dimidia casei in dicta castellania debitis de redditu per annum, nichil computat, quia domina ipsa tradidit domine Pantassalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, occasione declarata in quinto computo precedenti, in quo nomina personarum et quantitates per ipsas debite plenius et specificice describuntur.

Alpagium:

Recepit a Johannodo, fratre Johannis de Balma de Quarto quondam, et filio quondam Jaquemeti Corna de Morgona et consortibus eorum pro alpe de Seneveri, pro duobus caseis domino ibidem debitis per annum

¹⁶⁴ Dans la marge gauche: *vide*.

circa festum beati Michaelis, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio - XIII libras caseorum

Recepit a Johanne, filio Petri de Pasquerio, et consortibus suis pro alpe de Chavalery, pro quatuor caseis domino debitis per annum quando vestitur, id est quando bestie ponuntur in eadem alpe pro fructu faciendo, et quando dicti quatuor casei solvuntur debet dari solventibus pro quolibet caseo unus panis siliginis, valoris unius eminalis siliginis, ut dicitur in computo precedenti. Et simili modo solvuntur duo panes pro duobus caseis ut supra debitis pro alpe de Segnevery, et computat pro termino festi beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio - XXX libras caseorum

Summa: - XLVIII libre caseorum
Quas libravit et que sibi vendite fuerunt ut infra in vendicionibus in fine presentis computi. Et sit hic eque.

Seracei:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de quaterviginti quindecim seraceis pridem domino debitis in dicta castellania de redditu per annum circa festum beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio, ut in computo precedenti, deductis de ipsis septuaginta quinque seraceis cum dimidio per dominam domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, traditis occasione superius in frumento declarata, debitisque per personas in quinto computo precedenti specificce descriptas, in quo quantitates eciam et particule per dictas personas debite particulariter sunt descripte. Et fit eidem castellano¹⁶⁵ similis iniunctio que supra in frumento, tam super declaracione serviciorum et reddituum quam super apportacione litterarum dicte domine Pantissalee

- XIX seraceos et dimidium

Summa: - XIX seracei et dimidius

57

Rivus Prepositi.

De quibus libravit Bonifacio, genero Aymonodi Champapont de Roysano, custodi rivi domini vocati de Preposito, capienti pro custodia

¹⁶⁵ Dans la marge gauche: *vide*.

dicti rivi ut supra in siligine et ut in computo precedenti, et solvit sibi pro termino festi beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio, per litteram publicam dicti Bonifacii de confessione et recepta, datam Auguste die vicesima prima mensis marcii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, superius in librata siliginis redditam manu Anthonii de Alax...ta notarii signatam

- I seraceum

Opera dicti rivi:

Libravit manu Bartholomei Tarida, custodis in parte dicti rivi, et aliorum administratorum aque dicti rivi in operibus et reparacione dicti rivi, et primo ad expensas centum duorum hominum operariorum de roydys seu corvatis, quasi per unam diem vacancium a die ultima maii [XIII] anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio usque ad diem primam mensis septembris anno eodem, in reparacione dicti rivi in pluribus eiusdem locis destructi, capientibus singulis sex hominibus operariis de roydys seu corvatis unam ruczam seracei, et fiunt in quolibet seraceo ante carnisprivium duodecim rucze seu partes, et post Pascha decem rucze et omni tempore de qualibet rucza librantur sex operarii, sequatoribus vero pratorum dantur singulis quatuor una rucza et illis quibus supra prandium datur in siligine singulis octo una rucza seracei, ut dicitur in computo precedenti, ultra panem et vinum sibi pro eodem allocatos, ut per litteram publicam dicti Bartholomei de testimonio dictorum hominum, datam Auguste die vicesima prima mensis maii, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, superius in librata siliginis redditam et designatam: - I seraceum, VII ruczam seracei. Item libravit ad expensas quadraginta trium hominum operariorum vacancium a festo Pascha novissime lapso citra, a roydas sive corvatas, in reparando dictum rivum in pluribus eius partibus destructum, capientibus singulis sex hominibus operariis unam ruczam seracei prout supra, per litteram publicam dicti Bartholomei de testimonio predictorum hominum, supra proxime designatam: - VII ruczam, sextum unius rucze seracei. Item ad expensas quadraginta duorum hominum operariorum quasi per unam diem murando unum sapellum perventum in dicto rivo in loco dicto Champapon, capiente quolibet prout supra: - VII ruczam seracei. Item ad expensas quadraginta duorum aliorum hominum operariorum de roedis sive corvatis, quasi per unam diem vacancium adducendo unum centum billionorum tam per aquam quam per terram et ipsos billionos allocando supra dicto rivo in locis necessariis, capientibus singulis sex

prout supra: - VII ruzas seracei. Item ad expensas triginta hominum laboratorum quasi per unam diem apportando decem sestaria calcis ad locum dicti sapelli pro murando, capientibus singulis sex prout supra: - V ruzas seracei, per litteram publicam dicti Bartholomei Tarida de testimonio premissorum superius proxime designatam et redditam. Et allocantur sibi de mandato dictorum magistrorum computorum domini:

- IIII seraceos, III ruzas et sextum unius rucze seracei

Prandia:

Libravit illis quibus solvendo servicia prandia dantur ut supra in libratis siliginis, et datur singulis octo pro prandio una rucza seracei, et fiunt in seraceo duodecim rucze cum fit ante carnisprivium, scilicet in crastinum Nativitatis Domini incipiente currere anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, more solito ut in computo precedenti,

- IIII ruzas, quartum et sextum unius rucze seracei ad duodecim

Summa librate, conversis ruczis ad XII ad ruzas ad X:

- V seracei, VI rucze et dimidia et tercium unius rucze seracei ad X
Et sic debet:

- XIII seraceos, VIII ruzas et sextum unius rucze seracei

Venduntur in fine computi.

Butiri :

De triginta libris butiri prius domino debitis in dicta castellania de reddictu¹⁶⁶ per annum per Georgium Alamandi, Jacobum Veillionis et liberos Jacobi Alamandi, habitatores vallis Oyacie, nichil computat quia domina domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, tradidit dictas triginta libras butiri occasione qua supra in frumento. Et fiunt dicto castellano¹⁶⁷ similes iniunctiones que supra in frumento.

Sanapium:¹⁶⁸

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de una emina, duobus eminalibus sanapii pridem domino debitis ibidem de redditu per annum, ut in computo precedenti, deductis de ipsis duobus eminali-

¹⁶⁶ Dans les comptes suivants on trouve souvent *reddict...* au lieu de *reddit...*

¹⁶⁷ Dans la marge gauche : *vide*.

¹⁶⁸ Lire *senapium*.

bus sanapii pridem domino debitis apud Doviam, videlicet [XIIII] per personas et particulas in quinto computo precedenti particulariter nominatas et descriptas, per dominam domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto, occasione qua supra in frumento traditis in festo beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio, et fit sibi similis iniunctio¹⁶⁹ que supra in frumento

- I eminam sanapii

Summa:

- I emina sanapii

Venditur in fine computi.

58

Capones et galline:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de quatercentum decem octo caponibus, quarta parte unius caponis et quinta parte duodecime partis unius caponis, pridem debitis in dicta castellania de redditu per annum circa carnisprivium, et de viginti caponibus ibidem plus deberi repertis de redditu per annum eodem termino per Hugonem Garnerii, alias Roda, castellanum ibidem ante ipsum, et Johannem Gontereti notarium, receptorem extentarum domini in dicta castellania Quartii, ut in computo precedenti, quequidem due particule sunt in summa quatercentum triginta octo capones, quarta pars unius caponis et quinta pars duodecime partis unius caponis, deductis de ipsis ducentis sexaginta septem caponibus et dimidio per dominam domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, traditis occasione qua supra in frumento, debitis per personas in quarto computo precedenti particulariter et speciffice nominatas, et computat pro termino carnisprevii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, et fiunt sibi similes iniunctiones¹⁷⁰ que supra in frumento

- CLXX capones, III quartos et quintam partem duodecime partis unius caponis

De tribus gallinis redditus annui debitis una cum decem solidis annui servicii, per Jaquimum de Parlea pro quodam novali seu terra de novo ad culturam redacta, que fuit per dominum de Quarto quondam albergata Adde de Parlea, patri dicti Jaquimini quondam, quod novale fuit post ea repertum esse de feudo quod a domino de Quarto tenebant Petrus et

¹⁶⁹ Dans la marge gauche : *vide*.

¹⁷⁰ Dans la marge gauche : *vide*.

Vioninus de Clusellina, domicelli, et adhuc tenent in feudum nobile, ut per instrumentum publicum recognicionis et regithie dictorum fratrum, receptum per Johannem Gontereti notarium et procuratorem domini in Valle Augusta, sub anno Domini millesimo tercentesimo sexagesimo sexto, indicione quarta, die undecima mensis januarii, ostensum in septimo computo precedenti, nichil computat quod dicti fratres et eorum heredes adhuc dictum feudum tenent et deserviunt, ut dicit et dictum fuit in computo precedenti et aliis pluribus computis precedentibus per castellanum ibidem ante ipsum.

Recepit a Johanne Ramuesii de Quarto quem debebat per annum Reynaldo naturali de Quarto, cuius Reynaldi bona fuerunt et sunt domino excheyta et commissa ob mortem dicti Reynaldi ut supra, ultra servicia alia et usagia de quibus computat ut infra, et computat pro termino carnisprevii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto

- I caponem

Summa:

- CLXXI capones, tres partes et quinta pars duodecime partis unius caponis

59 De quibus allocantur sibi quem dominus de Quarto quondam debebat annuatim ultra siliginem et pecuniam de quibus superius et inferius fit mencio, domino priori Sancti Ursi pro feudo quod ab ecclesia Sancti Ursi tenebat tenebat, pretextu recognicionis domini de [XV] Quarto quondam, copiate in libratibus siliginis septimi computi precedentis, videlicet pro termino festi Sancti Ursi, quod colitur die secunda mensis februarii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio, pro quo nichil fuit in computo precedenti allocatum quia nullam apportavit litteram de confessione et recepta. Item et pro eodem termino anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto ut per litteream domini Berthodi, prioris Sancti Ursi, de confessione et recepta, datam in dicto prioratu die vicesima prima mensis maii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, superius in librata siliginis redditam et manu Petri Geremie notarii signatam

- II capones

Libravit domino Georgio de Bersatoribus, canonico et distributori ecclesie beate Marie de Augusta, quem, ultra pecuniam infra in suo titulo allocatam, dominus de Quarto quondam eidem ecclesie debebat annuatim pro feudo quod dominus ab eadem ecclesia tenet, vocato de Establo, ut in quodam publico instrumento composicionis facte inter ve-

nerabiles dominos Anthonium de Billiens, prepositum, et capitulum Auguste, et potentem virum dominum Henricum, dominum de Quarto quondam, militem, recepto per Aymonetum Boveti de Porta Sancti Ursi, notarium publicum, sub anno Domini millesimo tercentesimo sexagesimo septimo, indicione quinta, nona aprilis, in septimo computo precedenti plenius declarato, et solvit sibi pro termino carnisprevii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, ut per litteram publicam dicti domini Georgii de confessione et recepta, datam Auguste die vicesima prima mensis marcii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, manu Petri Geremie de Augusta notarii signatam, quam reddit, continentem confessionem certe pecunie quantitatis que sibi infra in librata allocantur - I caponem

Deducitur eidem pro Aymoneta, filia quondam Peronodi Roncigniodi de Quarto, pro qua computatum fuit particulariter in computo de anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo septimo et in presenti et aliis precedentibus computis summarie de uno capone, per errorem et ex inadvertentia licet non debeat nisi dumtaxat medietatem unius caponis de de¹⁷¹ redditu per annum, per instrumentum publicum recognitionis dicte Aymonete, receptum per Johannem Gontereti, notarium publicum, procuratorem et receptorem extentarum domini in Valle Augusta, sub anno Domini millesimo tercentesimo sexagesimo septimo, indicione quinta, die vicesima secunda mensis januarii, copiatam¹⁷² in septimo computo precedenti, et deducitur eidem pro termino carnisprevii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto de quo computat prout supra - dimidium caponem

Summa librate et deducti: - III capones et dimidium

Et sic debet:

- CLXVIII capones, quartum unius caponis et quintam partem duodecime partis unius caponi

Venduntur in fine computi.

Pernices:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu per annum de decemocto pernicibus domino pridem debitis ibidem in

¹⁷¹ Biffé.

¹⁷² Lire copiatum.

festo Nativitatis Domini in parrochiis, locis et villagiis in septimo computo precedenti de anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo septimo particulariter nominatis, deductis de ipsis tribus pernicibus per dominam domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, occasione qua supra in frumento, traditis et [XVI] debitis per personas et in locis in quarto computo specificke declaratis, et computat pro termino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, et fit eidem castellano similis iniunctio¹⁷³ que supra in frumento

- XV pernice

Recepit ab Emerico Cullier de Porta Sancti Ursi notario, debente domino de Quarto singulis annis unam pernicem cum duobus denariis servicii monete Auguste, quando fit bequeria ante domum Johannis Eymonodi, sitam in civitate Auguste loco dicto Cita, iuxta carrerias publicas antierius, domum Emerici de Roncheto inferius, et exitum seu parvum allorium superius, et computat de ipsis pro anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio, quo anno tenuit ibidem bequeriam dictus Li Chastriours, habitator in porta Sancti Ursi, et de dictis duobus denariis servicii computat inferius in titulo denarii census - I pernicem

Summa:

- XVI pernice

Venduntur in fine computi.

60

Castrones seu mutones:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu per annum in festo beati Martini yemalis de viginti septem castronibus, una canali cum dimidia castronis ibidem pridem domino debitis ut in quinto computo precedenti, deductis de ipsis viginti tribus castronibus, una canali cum dimidia castronis per dominam domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, occasione qua supra in frumento traditis debitisque per personas et in locis in quinto computo precedenti specificke descriptis, et computat pro termino festi beati Martini yemalis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio, et fit eidem castellano¹⁷⁴ similis iniunctio que supra in frumento - IIII castrones

¹⁷³ Dans la marge gauche : *vide*.

¹⁷⁴ Dans la marge gauche : *vide*.

Decime agnorum:

De exitu decimarum agnorum prius domino pertinencium ratione dicti loci de Quarto apud Olomont, parrochie Vallispelline, et apud Doviam, parrochie dicti loci, pro quo fuit computatum in octavo computo precedenti de tribus agnis, nichil computat quia dicte decime sunt infra limites tradicionis per dominam facte dicte domine Pantissalee, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, occasione qua supra in frumento.

Herbagium:

Recepit ab Aymoneto Nerni et eius sociis pro herbagio pro quo levantur apud Pontem Lapideum pro singulis quinque trentenariis muthonum transeuncium per mandamentum castris Quarti et Oyacie, unus mutho pro herbagio, ut in computo precedenti, et computat pro quindecim trentenariis muthonum qui transsierunt ibidem per tempus de quo computat nec inde plus recepit ut dicit - III muthones

Summa - VII muthones seu castrones
Venduntur in fine computi.

Vinum:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu per annum in vindemiis de sex modiis, tribus sestariis, tercio, quarto et dimidio quarto unius sestarii vini ad parvam mensuram Auguste, triginta duobus modiis, octo sestariis, [XLII] una emina, una quartana cum dimidia ad magnam mensuram Auguste, deducto de eisdem uno sestario vini ad magnam mensuram Auguste per dominam domine Pantissalee, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, occasione qua supra in frumento, in parrochia de Roysan pro loco de Ryns, tradito et debito per personas in quinto computo precedenti speciffice nominatas in vindemiis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio

- VI modia, III sestaria, tercium, quartum, dimidium quartum unius sestarii vini ad parvam mensuram Auguste

Et:

- XXXII modia, VII sestaria, emina, I quartanam et dimidiam vini ad magnam mensuram Auguste

Recepit a personis in tribus particulis septimi computi precedentis particulariter et specificce nominatis de reddito per annum in vindemiis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio, modis et causis in dicto septimo computo precedenti declaratis

- VI modia, IIII sestaria, dimidiam quartanam vini

Recepit a Johanne Vidondo, habitatore Quarti, pro quadam vinea modici valoris vocata de Crista, que erat deserta, dicto Johanni per eundem castellanum ante ipsum pro tanto sine introgiis aliquibus albergata ut in quinto computo precedenti de reddito per annum in vindemiis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio - I quartanam vini

Recepit a Vuilliermo de Chamero pro quibusdam rebus que fuerunt de bonis Johannis Coquilliodi, parrochie Quarti quondam domino excheytis et commissis ob mortem dicti Johannis, situs in villa Quarti, sibi albergatis per castellanum ante ipsum tamquam commissarium domini pro tanto de reddito per annum sine introgiis, ultra servicia et alia antiqua usagia proinde solvi solita, et computat pro vindemiis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio - IIII sestaria vini

61 Recepit a Johanne de Gontereto de Augusta notario de reddito per annum pro exitu decimarum domini que levantur in certis possessionibus existentibus a torrente Clausi Novi, inter Sarro et Augustam, usque ad civitatem Auguste, in quibus dominus percipiebat duas partes medietatis, et reliquam terciam partem ipsius medietatis percipit dominus Jacobus Bonerii de Dovia, canonicus augustensis, et reliquam medietatem percipit dominus de Monte Joveto, ut supra in frumento et siligine, eidem Johanni per dictum Hugonem Garneriii, castellanum ibidem ante ipsum, albergato pro tanto de reddito per annum, solvendo in quolibet festo beati Michaelis annis singulis, ultra frumentum, siliginem et pecuniam de quibus supra et infra in suis titulis computat pro eodem ut supra in frumento, et fit sibi similis iniunctio¹⁷⁵ que supra in frumento, et computat pro termino festi beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo - III modia vini

Recepit manu Udrici de Parlea et Johannis de Parlea de exitu cuiusdam pecie vinee jacentis in parrochia Sancti Christofori, loco dicto Fontanelles, que fuit Michaelis de Parlea quondam, in vindemiis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio, nec inde plus habuit ut suo asserit iuramento - I quartanam vini

¹⁷⁵ Dans la marge gauche : *vide*.

[XVIII] *Exitus vinee domini:*

De exitu vinee domini vocate de Ryns, continentis circa decem fossoriatas, nichil computat quia domina ipsum exitum tradidit domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, occasione superius in frumento declarata.

Exitus vinee Reynaldi naturalis de Quarto quondam:

De exitu vinee et topiarum seu trilliarum que fuerunt Reynaldi naturalis de Quarto quondam, continencium circa septem septem¹⁷⁶ fossoriatas, site apud Quartum loco dicto en La Rayta, nichil computat quia dicta vinea cum domo et viridario dicti Reynaldi tradite fuerunt in feudum cum suis confinibus et pertinenciis per dominum quondam genitorem domini et in albergamentum perpetuum Petro de Bocza de Valle Augusta, sub intrgogiis et prout supra in titulo nucum plenius declaratur.

Cheyserie seu excheite:

De cheyseriis seu excheitis nichil computat quia nichil ibidem recepit per tempus de quo computat ut dicit.

Summa, computatis quatuor quarteronis pro una quartana, duabus quartanis pro una emina, duabus eminis pro uno sestario et duodecim sestariis pro uno modio, tam ad magnam quam parvam mensuram, et computatis novem sestariis ad parvam mensuram pro octo sestariis ad magnam mensuram, quia sic equippollere seu equivalere dicuntur ut dicitur in computo precedenti

- XLVII modia, XI sestaria, due tercii et quartus unius sestarii, II tercii duodecime partis unius sestarii vini

Rivus Prepositi:

De quibus libravit Boniffacio, genero Aymonodi Champapont, custodi rivi domini vocati de Preposito, a loco principii dicti rivi vocato de La Morina, usque ad locum vocatum de Vallesuana subtus Roysan, quasi per unam leucam, per quod spacium custodire debet dictum rivum pro tanto de vino per annum, ultra seraceum, siliginem et pecuniam sibi pro eodem libratos et in suis titulis allocatos more solito ut in computo precedenti, et solvit sibi pro anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio, per litteram publicam dicti Boniffacii de testimonio premisorum, confessioneque et recepta, datam Auguste die vicesima prima

¹⁷⁶ Biffé.

marcii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, superius in librata siliginis redditam et plenius designatam

- I sestarium vini.

62 *Reparacio dicti rivi:*

Libravit in operibus et reparacione dicti rivi Prepositi prout infra: videlicet manu Bartholomei Tarida, custodis in parte dicti rivi et aliorum administratorum aque dicti rivi ad expensas centum duorum hominum operariorum de roydis seu corvatis quasi per unam diem vacancium anno proxime lapso a die ultima mensis maii usque ad mensem septembris immediate sequentem, in reparacione dicti rivi in pluribus eius partibus destructi, capiente quolibet ipsorum hominum per diem unum quarteronum vini more solito, ut in computo precedenti, ultra panem et seraceum, [XIX] sibi superius in suis titulis propter hoc allocatos, et allocantur sibi per litteram publicam dicti Bartholomei Tarida de testimonio premissorum, datam Auguste die vicesima mensis maii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, superius in libratis siliginis redditam: - VI sestaria, I quartanam, II quarteronos vini.¹⁷⁷ Item ad expensas sepcies viginti hominum operariorum de roydis seu corvatis vacancium quasi per unam diem a mense marcii usque ad Pascham anno quo supra in reparando dictum rivum in quibusdam locis destructum, capiente quolibet per diem unum quarteronum vini more solito ut in computo precedenti, ultra panem et seraceum prout supra: - VIII sestaria, III quartanas vini.¹⁷⁸ Item ad expensas quadraginta trium laboratorum quasi per unam diem vacancium a festo Pasche nuper lapso citra in reparando dictum rivum, capiente quolibet ut supra: - II sestaria, I eminam, III quarteronos vini. Item ad expensas quadraginta duorum hominum de roydis sive corvatis quasi per unam diem vacancium murando unum sapellum in dicto rivo perventum, loco dicto Champapon, capiente quolibet ut supra: - II sestaria, I eminam, II quarteronos vini. Item ad expensas triginta aliorum hominum de roydis sive corvatis quasi per unam diem vacancium apportando decem sestaria calcis pro armando les archais, capiente quolibet ut supra: - I sestarium, III quartanas, II quarteronos vini. Item ad expensas quadraginta duorum hominum operariorum de roydis seu corvatis quasi per unam diem vacancium anno quo supra in adducendo centum billionos tam per aquam quam per ter-

¹⁷⁷ Le mot *vini* est ajouté dans la marge droite avec un signe de renvoi.

¹⁷⁸ Le mot *vini* est ajouté dans la marge droite avec un signe de renvoi.

ram et ipsos allocando supra dicto rivo in locis necessariis, capiente quolibet per diem unum quarteronum vini prout supra: - II sestaria, I eminam, II quarteronos vini, ut per litteram publicam dicti Bartholomei Tarida de testimonio dictorum hominum superius proxime designatam.¹⁷⁹ Item Johanni Charnin de Vallepellina pro tachia sibi data scindendi centum billionos in nemore banni de Vallepellina, necessarios ad opus coperture dicti rivi de Preposito pro tanto de vino, ultra duo sestaria siliginis et XXIII solidos monete cursibilis Auguste: - I eminam vini,¹⁸⁰ ut per litteram dicti Johannis de testimonio premissorum confessioneque et recepta, datam apud Pontem Lapideum die vicesima prima mensis aprilis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, superius in librata siliginis redditam et plenius designatam. Item ad expensas sexaginta trium hominum operariorum de roydis sive corvatis domini, quasi per unam diem vacancium tam scindendo quamplurimos bornellos necessarios in conducendo aquam ad dictum castrum ipsosque cum carpentatoribus qui eosdem perforaverunt ponendoque alios veteres bornellos, reparando, deterrando et interrando per tempus de quo computat prout supra, ut per tres notas trium instrumentorum publicorum Hugonis Grillion, Dominici de Viglimorta,¹⁸¹ Johannis de Dovyva et Petri Rigot carpentatorum, attestancium dictos homines operarios in dicto opere bornellorum per dictum tempus laborasse, datas diebus XV, XVI et XVII marci anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, scriptas [XX] in quodam folio papiri cum pluribus aliis superius in siligine reddito capiente quolibet dictorum hominum per diem unum quarteronum prout supra et ut in computo precedenti more solito: - III sestaria, III quartanas, III quarteronos vini. Item ad expensas quadraginta novem hominum operariorum de roydis sive corvatis domini quasi per unam diem vacancium tam recolligendo et levando fena decimarum pratorum domini de Stanno et herbagiorum domino debitorum a Maladeria usque ad Pontem Lapideum in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio, capiente quolibet ut supra et de quo feno inferius computat in titulo feni, quam eciam scindendo de nemore biollarum in

¹⁷⁹ La phrase *ut per litteram publicam dicti Bartholomei Tarida de testimonio dictorum hominum superius proxime designatam* est ajoutée à la fin de la phrase successive.

¹⁸⁰ Les mots *unam eminam vini* sont ajoutés dans la marge droite avec un signe de renvoi.

¹⁸¹ Lire *Vielly Morta*.

insula domini de Quarto, pro circulis fiendis pro portando in Villam Francham, castrum Quarti et Augustam, pro doliis religandis ad vinum domini recolligendum in eisdem, ut per litteram Petri Rigot, manderii Quarti, de testimonio premissorum, datam Auguste die decima septima marcii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, superius in librata siliginis redditam: - III sestaria, I quarteronum vini. Item ad expensas quatuor hominum de roydys seu corvatis quasi per unam diem vacancium in succuciendo et recolligendo nuces arborum domini prope et circa castrum Quarti ipso anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio, capiente quolibet homine per diem ultra panem et seraceum sibi superius allocatis, unum quarteronum vini ut supra: - I quatanam vini, ut per litteram Petri Rigot et Johannis de Dovia testificancium dictos homines ibidem laborasse, superius in siligine redditam, et allocantur sibi de mandato et sub juramento quibus supra

- II modia, VIII sestaria, II quartanas, III quarteronos vini

Summa librate:

- II modia, IX sestaria, III quartane, III quarteroni vini-

Et sic debet:

- XLV modia, II sestaria, I quarteronum et dimidium vini

Venduntur in fine computi.

63

Fenum:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de marescalcia per annum circa festum nativitatis beati Johannis Baptiste, a personis in locis et villagiis in computo de anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo septimo specififice nominatis, de triginta quatuor fassis et duodecima parte unius fassi feni theysiati, prius debitis domino ibidem per annum ut supra, deductis de ipsis uno fasso cum dimidio feni teysiati, per dominam domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, traditis, debitisque in locis et per personas in quinto computo precedenti nominatas. Et computat pro termino festi nativitatis beati Johannis Baptiste, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio, et fit eidem castellano¹⁸² similis iniunctio que supra in frumento

- XXXII fassos et dimidium et duodecimum unius fassi feni teysiati

¹⁸² Dans la marge gauche : *vide*.

Decime:

De exitu decimarum que levantur in certis possessionibus existentibus a torrente Clausi Novi, inter Sarro et Augustam, usque ad civitatem Auguste, in quibus dominus percipit duas partes medietatis, et reliquam terciam partem ipsius medietatis percipit dominus Jacobus de Dovia, canonicus augustensis, reliquam vero medietatem percipit dominus de Monte Joveto, ut in secundo computo precedenti, in quo fuit computatum pro dicto exitu de viginti fassis feni pro anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, nichil computat quia dicta decima albergata fuit per Hugonem [XXI] Garnerii alias Roda de Chamberiaco, castellanum ibidem ante ipsum, Johanni Gontereti de Augusta notario, pro uno sestario frumenti, quinque sestariis siliginis, tribus modiis vini de redditu per annum, duodecim denariis monete cursibilis Auguste de servicio annuali et pro duobus solidis tocus placiti monete predictae quando acciderit, de quibus omnibus supra et infra in suis titulis respondet.

Recepit manu Aymonodi naturalis de Arnyo, mistralis mandamenti de Quarto, pro exitu decimarum pratorum domini vocatorum de Stagno, sitorum subtus Sanctum Christoforum, domino pertinencium ex causa permutacionis facte per predecessores domini de Quarto quondam cum curato tunc Sancti Christofori, ut in septimo computo precedenti, in quo intrumento dicte permutacionis de verbo ad verbum est copiatum, circa festum nativitatis beati Johannis Baptiste, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio, nec inde plus recepit ipso anno ut suo asserit juramento, et respondet minus quam anno precedenti de duobus fassis et dimidio feni - XV fassos et dimidium feni

Herbagia:

Recepit manu eiusdem Aymonodi de Arnyo de et pro exitu herbagiorum que levantur a Ponte Lapideo usque ad Maladeriam Quarti, in certis pratis inter dictos confines existentibus, ultra alia herbagia debita per nonnullos cives et burgenses Auguste redacta ad pecuniam, de qua computat inferius in denariorum census, et prout in septimo computo precedenti et aliis sequentibus computis eidem et castellano ante ipsum fuit iniunctum, iniungitur eidem¹⁸³ quod declaret modum levandi dicta herbagia in suo computo sequenti, nominaque debencium prata super et in quibus debentur et levantur, tocusque negocii veritatem, et computat pro termino festi nativitatis beati Johannis Baptiste, anno Domini mille-

¹⁸³ Dans la marge gauche : *vide*.

simo tercentesimo nonagesimo tercio, ut in computo precedenti, nec inde plus habuit ipso anno ut dicit et suo asserit juramento

- XX fassos et dimidium feni

De exitu cuiusdam pecie prati seu viridarii continentis circa duas seytoras prati siti apud Quartum loco dicto Lavenchella, circa domicilium, curtes et ortum qui fuerunt Reynaldi de Quarto, naturalis quondam, domino pertinencium ob mortem dicti Reynaldi ut in computo precedenti, nichil computat quia dominus quondam genitor domini, domum, vineam et pratium seu viridarium dicti Reynaldi tradidit in feudum et albergamentum perpetuum Petro de Bocza da Augusta, domicello, sub introgiis et modis superius in titulo nucum plenius declaratis.

De exitu pratorum domini videlicet prati vocati de Oloes, prati vocati de Ryns, cuiusdam pecie prati site apud Lugniczan, cuiusdam pecie prati et gerbi seu elini vocate de Plantatis et pratorum domini vocatorum de Revoira, nichil computat in feno occasione in septimo computo precedenti declarata, et maxime quia dicte pecie pratorum sunt tradite tam in albergamentum quam domine Pantassalee, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, ut in computo precedenti.

[XXIII] Summa: - XXXVI fassi feni communes

Et: - XXXII fassi, tercius et quartus unius fassi feni theisiati
Venduntur in fine computi.

64

Palee:

De exitu decimarum certarum terrarum et possessionum existencium a torrente Clausi Novi usque ad civitatem Auguste, pro quo fuit computatum in secundo computo precedenti de quatuor fassis palearum, nichil computat quia dicta decima albergata est perpetuo Johanni de Gontereto de Augusta notario per castellanum ante ipsum ad frumentum, siliginem, vinum et pecuniam de quibus superius et inferius in suis titulis computat, ut supra in frumento clarius declaratur.

De exitu terrarum domini de Ryns, nichil computat quia domina dictas terras tradidit domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, occasione superius in frumento declarata, et fit eidem castellano similis iniunctio¹⁸⁴ que supra in frumento.

¹⁸⁴ Dans la marge gauche : *vide*.

Cera:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu seu servicio per annum in festo sancti Stephani Prothomartiris, crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, de sexaginta duabus libris, tercio et quarto unius libre cere ad pondus Auguste pridem domino debitis in dicta castellania, in parrochiis, villis, villagiis et locis aliis et per personas in octavo computo precedenti specificifice nominatas, deductis de eisdem quadraginta novem libris et duodecima parte unius libre cere ad pondus Auguste, per dominam domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, occasione qua supra in frumento traditis, debitisque in locis et per personas in quinto computo precedenti nominatas et specificifice descriptas, et fit eidem castellano similis iniunctio¹⁸⁵ que supra in frumento

- XIII libras et dimidiam cere ad pondus Auguste

Recepit a Johanne, filio Hugonodi de Basso Molendino, burgense Auguste prope Portam Sancti Ursi, de servicio per annum ut in septimo computo precedenti in quo instrumentum assignacionis et recognicionis factarum per dictum Hugonodum, patrem dicti Johannis, fuit et est copiatum,¹⁸⁶ pro qua eciam debet duplum de placito quando accidit et prout dicitur in computis precedentibus quando dictus castellanus computat de dicta libra cere in recepta, debent sibi deduci in titulo denariorum census quinque solidi monete Auguste pro quolibet anno pro quo de ipsa libra cere computabit et computaverit, cum non reperiatur de ipsis fore obligatus nisi pro dicta libra cere, ut dicitur in computo precedenti, et computat pro termino festi beati Stephani Prothomartiris in crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto

- I libram cere

65

Exitus examinum apium comandarum:

De exitu quatuor examinum apium que tenet ad comandam Johannes Ramusii de Quarto pro quo fuit computatum in secundo computo precedenti de una libra cum dimidia cere, nichil computat quia nichil ibidem pro eodem recepit per tempus de quo computat ut dicit et suo asserit ju-

¹⁸⁵ Dans la marge gauche : *vide*.

¹⁸⁶ Dans la marge gauche : *vide placitum*.

ramento pro eo quia nullum sive paucum fructum fecerunt per dictum tempus.

Apes orti:

De exitu quatuor examinum apium que erant in orto domini de Quarto, et pro quo fuit computatum in secundo computo precedenti de tribus libris cere, nichil computat quia dicte apes de [XXIII] mandato domine tradite fuerunt Caterine de Quarto cum pluribus aliis bonis mobilibus castri de Quarto ut dicit in computo precedenti.

De exitu sex examinum apium que custodit dictus Champer de Augusta ad medium exitus ut in computo precedenti, nichil computat quia nichil pro eisdem recepit per dictum tempus de quo computat ut dicit pro eo quod nullius sive pauci valoris fuerunt ipso anno.

Forisseca:

Recepit a. - dimidiam libram cere

Summa, computatis singulis tresdecim unciis pro una libra cere ad pondus Auguste, singulisque sexdecim libris cere ad pondus Auguste pro tresdecim libris cere ad pondus Chamberiaci, ut in computo precedenti - XV libre cere ad pondum Auguste

Venduntur in fine computi.

Mel:

De exitu examinum apium superius in titulo cere nominatorum, nichil computat in melle quia nichil recepit per tempus de quo computat ut dicit.

Piper de placito:

De duabus libris piperis debitis per Priorem Sancti Ursi de placito quando contingit evenire pro feudo quod tenet a domino, taxato ad tantum in pipere, ultra pecuniam per ipsum debitam pro eodem, de quibus fuit computatum in computo de annis millesimo tercentesimo octuagesimo tercio et octuagesimo quarto, pro placito debito per mortem recolende memorie domini nostri domini Amedei Sabaudie comitis quondam, avi paterni domini, dicto anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, de mense marcii, in partibus Appullie deffuncti, non computat licet casus dicti placiti evenerit per mortem bone memorie principis illustris domini nostri domini Amedei Sabaudie comitis, genitoris quondam domini, die prima mensis novembris anno Domini mille-

simo tercentesimo nonagesimo primo apud Rippalliam deffuncti, quia domina mandavit dictum castellanum non compelli ad computandum de dictis placitis, sed Johannem de Gontereto, qui ipsa placita exegit pro ipsis expediendis domino Ybleto domino Montis Joveti, per litteram domine de testimonio et mandato predictis, infra in titulo placitorum pecunie plenius designatam,¹⁸⁷ et qui Johannes Gontereti de dictis placitis domino computare debet.

Lingue boum :

De linguis boum et vacharum quas dominus percipit ibidem in macello Ville Franche de quolibet bove et vacha qui et que occiduntur ibidem causa vendendi minutim, linguam unius animalis predictorum, ut in computo precedenti, nichil computat quia nulla talia animalia occisa fuerunt ibidem per tempus de quo computat ut dicit det suo asserit iuramento.

Sal:

De exitu leyde salis que levatur apud Villafrancham in duabus nundinis que tenentur ibidem die martis propinquiori festo beatorum Philippi et Jacobi et die festi apostolorum Symonis et Jude, videlicet a quolibet vendente sal in dictis nundinis una ambostata seu manata salis, ut in computo precedenti, nichil computat in sale quod includitur in firma leyde de qua infra computat in firmis pecunie, ut in computo precedenti.

Tibie porci:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu seu servicio per annum, ut in computo precedenti, in festo beati Stephani prothomartiris, crastino festi Nativitatis Domini, quo inceperunt currere anni eiusdem Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto ab Anthonio Palmerii de Quarto alias de Balma - II tibias porci

Summa: - II tibie porci
Venduntur in fine computi.

66

[XXIII] *Membrum vache:*

¹⁸⁷ Dans la marge gauche : *Vide Johannes Gontereti.*

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu per annum in festo beati Stephani prothomartiris, crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, a Jaquemeto Salterii de Roysano, Petro Domengii, Jaquemeto Morelli et consortibus eorum, omnibus de Ruysano, dicte parrochie - I quarterium vache

Summa: - I quarterius vache
Venditur in fine computi.

Pedagium piscium et allecum:

Idem reddit computum quod recepit de et pro exitu pedagii domini vocati de Augusta domino pertinentis racione castri de Quarto. Et levantur pro quolibet milliario alecum que portantur tendendo ad partes Auguste per Montem Jovis seu per Montem de Ferreis,¹⁸⁸ quadraginta alleca pro singulis vigintiquinque palex seu de ferres, una pecia earundem, et pro singulis tresdecim turturibus seu truitiis, una pecia earundem, exceptis civibus Auguste et burgensibus Porte Sancti Ursi Auguste, qui dictum pedagium tantummodo debent per modum superius declaratum, de et pro similibus piscibus et alecibus emptis per eos et apportatis ab aqua vocata de Pissibachi, que est inter Sanctum Mauricium Aganensem¹⁸⁹ et Martigniacum, tendendo ab eadem aqua versus partes Auguste. Pro ceteris vero similibus piscibus et alecibus, emptis per eos ultra dictam aquam de Pissibachi in partibus Sancti Mauricii et Vuaudi, non debent pedagium predictum nisi venderent pisces et aleca predictos infra limites et portarentur per emptores extra limites¹⁹⁰ dyocesis Auguste, quo casu super portu credi debet corporalibus iuramentis emptorum, et inde nichil plus recepit per tempus de quo computat ut dicit, licet Anthonius de Contessa, civis Ypporegie, plures quantitates piscium et alecum duci fecerit infra dictos limites, pro quibus nichil recepit quia genitor quondam domini dictum Anthonium solvit, liberavit, quictavit et franchivit per decennium, die penultima mensis julii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo inchoatum, ab omnibus pedagiis, leydis, gabellis, passagiis, pontanagiis et herbagiis quibuslibet do-

¹⁸⁸ Col Ferret.

¹⁸⁹ Lire *Agaunensem*.

¹⁹⁰ Les mots *et portarentur per emptores extra limites* sont ajoutés dans la marge droite avec un signe de renvoi.

mino debitis in toto comitatu domini, ut dicitur plenius in tercio computo precedenti
Item
Et:
Summa:
Et:
Venduntur in fine computi.

- III^C XL aleca
- II turtures seu truitias
- II pales
- VI bizoles
- III^C XL II aleca
- II truitie
- II palee
- VI bizoles

Venaciones:

De venacionibus animalium silvestrium vocatorum boc estaygnt, pro quibus levantur de quolibet animali predictorum, capto in parrochia Vallispelline a loco dicto Les Cors de Bruson usque ad fondum vallis Oyacie, ab uno latere, et a dicto loco de Les Cors Arpiczon usque ad fondum vallis Oyacie ab alio latere, per totam dictam vallem, quarterius dexter¹⁹¹ anterior cum tresdecim costis et cornu destrum dumtaxat de dictis animalibus, etatis novem annorum et ultra, quoniam de ceteris etatis minoris novem annorum nichil capit [XXV Quarti] dominus, ut dicit et dicitur in pluribus computis precedentibus et quod etates dictorum animalium ad cornua dignoscuntur quodque dicti quarterii et cornu debiti reddi debent apud Valleepellinam per captores ipsorum animalium, ut dicitur in computo precedenti, nichil computat quia domina dictas venaciones tradidit domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, occasione qua supra in frumento et ut in computo precedenti et aliis pluribus.

Postes:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu per annum circa festum Nativitatis beati Johannis Baptiste, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio, a Martino Fabri de Ysologny, parrochie Sancti Bartholomei supra Nuns, pro reyssia sita supra Ysologny, eidem albergata pro tanto de redditu per annum ut in compu-

¹⁹¹ Lire *dexter*.

to precedenti, qui postes esse debent longitudinis octo pedum et latitudinis infra duas lineas unius pedis, ut dicitur in computo precedenti
- VI duodenas et dimidiam postium

Summa: - VI duodene et dimidia postium
Venduntur in fine computi.

Royde seu corvate:

De roydis seu corvatis domino ibidem debitis per homines habitantes et focum facientes in mandamento Quarti ut in computo precedenti, nichil computat quia redduntur per eas debentes in operibus domini quando ad ipsas mandantur, nec alias ipsas solvunt, ut dicit et dicitur in computo precedenti, et fit eidem castellano¹⁹² similis iniunctio que supra in frumento.

Ferra equorum:

De ferris equorum debitis de servicio per nonnullos nobiles quociens Imperator Romanus transit per Vallem Augustam pro feudis que tenent a domino de Quarto, nichil computat, quia dictus casus non evenit per tempus de quo computat ut dicit, et fit sibi¹⁹³ sibi similis iniunctio que supra in frumento.

67

Feuda equorum:

De feudis equorum, seu equis quos acomodare et ministrare debent certi nobiles Vallisauguste racione dicti castri de Quarto in septimo computo precedenti speciffice descriptis, quociens dominus comes mandat dominum de Quarto venire cum armis causa serviendi et reddendi cavalcata dumtaxat semel in anno per unum mensem tantum, sub certis modis et formis in Valle Augusta in talibus usitatis, in septimo computo precedenti plenius declaratis, nichil computat quia casus non evenit per tempus de quo computat ut dicit, pro eo maxime quia dictum castrum et castellania Quarti sunt et tenentur ad manus domini et fit sibi¹⁹⁴ similis iniunctio que supra in frumento.

¹⁹² Dans la marge gauche: *vide*.

¹⁹³ Dans la marge gauche: *vide*.

¹⁹⁴ Dans la marge gauche: *vide*.

Denarii census:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania tam de redditu quam servicio per annum in festo beati Stephani prothomartiris crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimi tercentesimi nonagesimi quarti, factis deducionibus occasione composicionis et tradicionis factarum per dominam domine Pantissalee, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, modis et formis specificifice declaratis in computo precedenti de annis Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio et octuagesimo quarto, et fiunt eidem castellano similes iniunctiones¹⁹⁵ que supra in frumento

- II^C L libras, II solidos obolo monete Auguste

Et: - XXIX solidos, VII denarios obolo januenses ad X pro XV predictorum

[XXVI Quarti] Recepit a personis in octo particulis quarti computi precedentis de annis Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, octuagesimo sexto, octuagesimo septimo et octuagesimo octavo specificifice et particulariter nominatis et descriptis, tam de redditu quam servicio per annum terminis festorum beati Andree apostoli et beati Stephani prothomartiris, crastini festi Nativitatis Domini, et computat pro termino festi¹⁹⁶ beati Andree anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio - XXIII florenos auri boni ponderis veteres

Et pro termino festi beati Stephani prothomartiris crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto

- IIII libras, XIX solidos, X denarios monete Auguste

Et: - LXI franchos auri

Recepit a Johanne Ramusi de Quarto quos prius faciebat seu solvebat tam de redditu quam servicio per annum Reynaldo naturali de Quarto quondam, domino pertinentes ob mortem dicti Reynaldi, ut in computo precedenti ut in computo precedenti,¹⁹⁷ et computat pro termino festi beati Stephani prothomartiris quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto - XXII solidos monete Auguste

Recepit a Johanne de Orto de Porczan pro certis rebus de feudo domini existentibus sibi albergatis per dictum castellanum, jacentibus ultra

¹⁹⁵ Dans la marge droite : *vide*.

¹⁹⁶ Les mots *pro termino festi* sont ajoutés dans la marge droite avec un signe de renvoi.

¹⁹⁷ Répété.

Cristam de Puvyl, loco dico Verney, que fuerunt de bonis Johannis Quoquilliodi quondam, domino commissis et exceytis ob mortem dicti Johannis Coquilliodi, defuncti sine liberis ut in computo precedenti, et computat pro termino festi beati Stephani prothomartiris quo inceperunt currere anni Domini millesimi tercentesimi nonagesimi quarti

- XX solidos monete Auguste

Recepit ab Aymoneto, naturali de Arnyo, pro rebus sibi albergatis per castellanum ante ipsum de rebus et bonis que fuerunt dicti Johannis Coquilliodi quondam, domino commissis et excheytyt ut supra, sitis versus Verney ultra Cristam de Puvyl, et computat pro termino festi beati Stephani crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimi tercentesimi nonagesimi quarti

- X solidos monete Auguste

Recepit a Petro, filio Petri Voudan de Segnins, parrochie Sancti Christofori, pro feudo et rebus que fuerunt Ade Batallion, parrochie Sancti Christofori quondam, domino commissis et exceytis ob mortem dicti Ade defuncti sine liberis, ut in computo precedenti, et computat pro dictis anno et termino

- XVIII denarios monete Auguste

68 Recepit a Crispino, filio quondam Johannodi Regis de Cita de Porta Sancti Ursi Auguste, pro quadam domo sita Auguste loco dicto Cita de feudo domini existente, domino commissa et excheyta per mortem domini Henrici domini de Quarto quondam, sibi Crispino remissa per castellanum ante ipsum ut in computo precedenti, et computat pro termino festi beati Stephani prothomartiris crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimi tercentesimi nonagesimi quarti

- II solidos monete Auguste

Recepit a domino Jacobo Tarary, canonico Columpne Jovis, rectore hospitalis de Foro Veldaneo¹⁹⁸ Auguste, pro medietate jornalys aque de rivo domini vocato de Preposito, per Petrum Balmen de Porroczan a domino Henrico domino de Quarto quondam acquisito in feudum perpetuum pro una fidelitate ligia et quinque solidis servicii annui, quod feudum fuit commissum et excheytum ob mortem dicti domini de Quarto quondam **[XXVII Quarti]** et propter donacionem inde factam per dictum Petrum Balmen dicto domino Jacobo Tarari, sibi remissa per dictum castellanum ante ipsum, ut in computo precedenti, et computat pro termino festi beati Stephani prothomartiris crastino festi Nativitatis Do-

¹⁹⁸ Lire *Voldaneo*.

mini quo inceperunt currere anni Domini millesimi tercentesimi nonagesimi quarti - V solidos monete Auguste

Recepit a Jaquemeto, filio quondam Johannis Feton de Vallepellina et Theobaldo fratri suo, pro duabus fossoriatis vinee de novali, jacentibus ad Caschi versus Porroczan, que fuerunt de bonis Magni Vulliermi de Porroczan, domino commissis et excheytis ob mortem dicti domini Henrici, domini de Quarto quondam et dicti Vulliermi, dictis fratribus albergatis per eundem castellanum ante ipsum ut in computo precedenti, et computat pro termino festi beati Stephani prothomartiris crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimi tercentesimi nonagesimi quarti - XII denarios monete Auguste

Recepit a Jaquemino et Martino de Croysyvy de Dovia, fratribus, pro quadam pecia prati cum domicilio, situs subtus Pontpulliast, de novali, cum potestate tenendi ibidem eorum bestias, domino commissis et excheytis ob mortem domini de Quarto quondam, sibi remissis per dictum castellanum ante ipsum, commissarium domini, ut in computo precedenti, et computat pro eisdem anno et termino - III solidos monete Auguste

Recepit a dicto Martino de Croysyvy pro licencia sibi data per dictum castellanum ante ipsum transmutandi quendam murum de dicto loco de Pompilliast usque ad novale dou Berriaz ibidem situm, ut in computo precedenti, et computat pro termino festi beati Stephani crastino festi Nativitatis Domini incipiente currere anni Domini millesimi tercentesimi nonagesimi quarti - I denarium monete Auguste

Mons de Durando:

Recepit a Jaquimino de Canali de Dovia pro monte et pascuis de Durando sibi imperpetuum albergatis per dictum castellanum ante ipsum et sibi per dominum confirmatis ut in computo precedenti, et computat pro termino festi beati Stephani prothomartiris crastino festi Nativitatis Domini incipiente currere anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto - VI libras, I denarium monete Auguste

De quatuor denariis servicii debitis per Matheum de Villafrancha pro quadam pecia vacolli seu pascui communis continente circa quatuor fossoriatas eidem albergata ad faciendum vineam pro tanto de servicio per annum ut in computo precedenti, nichil computat quia dictus Matheus bannitus est a terra domini et ipsam absentavit, nec invenit qui dictam peciam vacolli albergare voluerit, ut dicit et dicitur in computo precedenti, et prout in computo precedenti fuit sibi iniunctum, iterato iniungi-

tur eidem¹⁹⁹ quod dictam peciam vacolli albergare procuret taliter quod de ipsa valeat in suo sequenti computo utilius pro domino respondere.

De duobus denariis quos dictus Matheus debebat pro teysiis sue domus site in Villafrancha que periit incendio posito ibidem tempore guerre quam habebat dominus de Quarto cum domino Ybleto de Chaland, ut dicitur in computo precedenti, nichil computat, quia nondum fuit dicta domus reedificata nullusque possidet eius casale nec movetur de feudo domini, ut dicitur in computo precedenti. Et prout [XXVIII Quart] eidem castellano fuit iniunctum in computo precedenti iterato iniungitur²⁰⁰ sibi expressius quod super premissis remediare procuret taliter quod de dictis duobus denariis abinde domino in sequentibus computis computentur.

- 69 De duobus solidis annui servicii debitis per Jaquemetum, dictum Dyaqueno, de Vallepellina, pro molendino de Stanno sito subtus Sanctum Christoforum, nichil computat quia vacat et jam diu vacavit nec potest reffici quia eyrile dicti molendini fieri non potest propter diluvium aque Durie, que eyrile et molendina predicta periclitaverunt, ut dicit et dicitur in computo precedenti, et prout in computo precedenti eidem castellano fuit iniunctum,²⁰¹ iniungitur sibi quod dicta molendinum et Stannum alberget utiliori modo quo poterit pro domino, sic quod in suo sequenti computo valeat utilius pro domino computare aut alias sufficientius respondere et de diligencia super hoc facta fidem debitam facere.

De decem solidis annui servicii debitis per Jaquimum de Preil de Roysan, clericum quondam, pro quadam pecia terre sita apud Roysan, non computat quia dicta pecia terre vacat et diu vacavit pre et post mortem dicti Jaquimini, quia eciam non invenit qui pro tanto servicio, neque eciam pro minori sine introgiis, ipsam voluerit albergare, licet super hoc bonam diligenciam quam potuit fecerit castellanus ibidem ante ipsum ut dicitur in computo precedenti, et prout in computo precedenti eidem castellano et pluribus aliis computis precedentibus castellano ante ipsum fuit iniunctum, iterato iniungitur²⁰² eidem quod dictam peciam terre alberget utiliori modo quo poterit pro domino, taliter quod de et pro ipsa valeat in suis singulis computis sequentibus computare.

¹⁹⁹ Dans la marge gauche : *vide*.

²⁰⁰ Dans la marge gauche : *vide*.

²⁰¹ Dans la marge gauche : *vide*.

²⁰² Dans la marge gauche : *vide*.

De duobus solidis annui servicii quos debebant quidam homines domini episcopi Auguste commorantes apud Cogniz, mandamenti et iurisdictionis dicti domini episcopi, pro quibusdam pascuis sitis en Les Lores, mandamenti Breissognie, et in montanea de Mareis, mandamenti Quarti, non computat quia, diu est, in eorum solucione cessaverunt nec ad ea pascua venerunt et eciam nondum potuit informari de nominibus debencium, ut dicit et dicitur in computo precedenti. Quapropter, prout in computo precedenti sibi fuit iniunctum,²⁰³ iterato iniungitur sibi expressius quod de premissis diligenter se informet taliter quod de ipsis veniat in suo sequenti computo plenarie informatus et de ipsis debite computare paratus.

De sexaginta solidis annui redditus, debitis per communitatem parrochie Sancti Christofori pro quibusdam pasqueragiis et brotellis seu broilliis sitis subtus Sanctum Christoforum, prope Duriam, pro tanto datis dicte communitati per dominum Henricum dominum de Quarto quondam, ad certum tempus jam diu lapsum, ut dicitur in computo precedenti, non computat quia dicta pasqueragia sunt inutilia propter habundanciam aque Durie, nec restavit aliquid ad destruendum de quo aliquod comodum haberi possit ut dicit et dicitur in computo precedenti, iniungitur²⁰⁴ tamen eidem prout in computo precedenti fuit sibi iniunctum quod, si quid in premissis fuerit utilitatis, in eo bannum iuxta formam consuetudinum Vallis Auguste [**F. XXIX Quarti**] apponat, ad eo quod, si dicti sexaginta solidi non solvantur ut supra de bannis bestiarum ibidem reperatarum computet in suis sequentibus computis.

Recepit a Jaquimino de Canali de Dovia, burgense Porte Sancti Ursi, pro quodam casali domus cum curtibus, plateis plateis²⁰⁵ et pertinenciis sito versus Stannum, subtus Sanctum Christoforum, in angulo pratorum de Stanno juxta prata et pro sito Stanni domini subtus Sanctum Christoforum, prout circuitus dicti Stanni ibidem erat et aqua existebat, videlicet a rebus Maladerie de supra usque ad chanciatam Stanni inferius et a strata publica usque ad aliam chanciatam ab alio latere, juxta broillia Sancti Christofori. Item pro quadam pecia brollii sita subtus et prope situm molendini et chanciatam dicti Stanni, juxta stratam et Lugorreyz de subtus, prout dictum broillium tenere solebat Aymo de Charrery, tunc

²⁰³ Dans la marge gauche: *vide*.

²⁰⁴ Dans la marge gauche: *vide*.

²⁰⁵ Répété.

temporis molendinarius ibidem. Item pro quodam plantu gorrarum seu salicum et populorum sito subtus dictum brolium et supra et juxta broilium Johannis de Ginio quondam, et choudanam prout dictum plantum percipiebat et tenebat dominus de Quarto quondam. Item pro una pecia territorii et vacolli sita prope et subtus Alloes, que dicitur Campus de Canali, prout circuitus clausure muri circuit dictam peciam. Item pro una pecia vacolli et territorii sita ibidem iuxta predictam peciam dictam de Canali et torrentem de Mallio. Item pro una nocturna aque de rivo vocato de Fratre Boudino, qualibet ebdomada percipienda, que ut dicitur superest et superesse solita est tempore domini de Quarto quondam, et citra superesse posset ultra tamen jura aquariciorum tenencium a domino prata de Stanno et Anthonii Palmerii tenentis prata de Olleys a domino per dictum castellanum ante ipsum, commissario nomine domini, eidem Jaquemino albergatis pro centum solidis monete Auguste de censu, seu redditu, et uno denario de servicio per annum in festo beati Stephani, et duobus denariis dicte monete de placito²⁰⁶ quando casus acciderit, sine plus capere ullo casu sine introgiis, intrumento recepto per Johannem Gontereti de Augusta notarium publicum, sub anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, indicione duodecima, die septima mensis aprilis, ut plenius dicitur in tercio computo precedenti, et computat pro termino festi beati Stephani crastino festi Nativitatis Domini incipiente currere anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, incluso dicto denario servicii

- C solidos, I denarium monete Auguste

- 70** [F. XXX Quarti] Receptit ab eodem Jaquimino pro uno doczono seu bornello aque aque rivi vocati de Preposito percipiendo omni ebdomada qualibet die sabbati, prout illam a domino tenere consueverat Brunodus de Saix, mandamenti de Cly, cum certa parte territorii de novali ad capiendum ubi voluerit subtus dictum rivum pro faciendo quatuor fossoriatas vinee, pro quibus aqua et novali dictus Brunodus domino faciebat unum denarium servicii annui et debebat unam fidelitatem melius, per dictum castellanum ante ipsum dicto Jaquimino albergatis pro quinque solidis annui census seu redditus, uno denario servicii, ut in computo precedenti, et computat de dictis censu et servicio pro termino festi beati Stephani crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimi tercentesimi nonagesimi quarti

²⁰⁶ Les mots *de placito* sont ajoutés dans la marge droite avec un signe de renvoi.

- V solidos, I denarium monete Auguste

Recepit ab Hugoneto de Vignyuel, Petro Vuillermeti de Vignyuel, Girardo de Orto, Johannodo, filio quondam Petri Perrodi de Vignyuel, Valuchono, filio Vulliermi Perrodi de Vignyuel, Johanne Parisot, genero Johannodi de Vignyuel, Anthonio de Vignyuel et Girardo, filio quondam Francisci de Vignyuel, tenentibus in albergamentum feudi perpetui a domino de Quarto quondam certas res novalium et pascuorum cum certis aquis, de directo dominio feudi domini pridem moventes, et quas dictus castellanus dum extente domini per Johannem Gontereti, commissarium domini, reciperentur, dicebat domino, ob mortem dicti domini de Quarto, fore commissas pariter et excheytas, qui castellanus et commissarius domini ut asserit in hac parte dictas commissionem et excheytam, quibus supra nominibus remisit et quictavit, dictasque res cum pascuis et aquis et pertinentiis per eos uti et haberi solitis in mandamento Quarti, eisdem de Vignyuel supra nominatis albergavit perpetuo pro tanto de servicio per annum, in festo beati Stephani prothomartiris et pro octo solidis monete Auguste de toto placito quando accidit sine plus capere ullo casu, instrumento recepto per Johannem Gontereti de Augusta notarium, sub anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, indicione duodecima, die undecima mensis julii, ultra tamen omnia alia onera annualia per eos fieri debita antea et solita, ut in computo precedenti, et computat de dicto servicio pro termino festi beati Stephani prothomartiris crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimi tercentesimi nonagesimi quarti

- IIII solidos monete Auguste

Recepit a Johanne de Vayri, Aymoneto eius fratre, Marieta Trottieri, Hugoneto Bergognion, habitatoribus Carrerie, Petro, filio quondam Aymoneti de Canali de Avisio, filio quondam Johannodi Emerici de Avisio, heredibus Remigii de Fonteil, et consortibus suis, pro recognitione per eos de novo facta de montibus de Chambly, pro tanto de servicio per annum, licet alias dicta pascua montis non tenerent a domino, ut dicit, instrumento dicte recognitionis recepto per Johannem Gontereti de Augusta notarium commissarium et receptorem extentarum domini ibidem, sub anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, ut dicitur in computo precedenti, et computat de dicto servicio pro termino festi beati [F. XXXI Quarti] Stephani prothomartiris crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimi tercentesimi nonagesimi quarti

- XII denarios monete Auguste

Recepit ab Emerico Cullier de Porta Sancti Ursi, notario, debente domino de Quarto singulis annis unam pernicem cum duobus denariis servicii dicte monete Auguste quando fit bequeria ante domum Johannis Aymonodi, sitam in civitate Auguste loco dicto Cita, iuxta carrerias publicas antierius, domum Eymerici de Roncheto inferius et exitum seu parvum allorium superius, et computat pro termino et anno predictis, quo anno tenuit ibidem bequeriam dictus Ly Chastriours, habitator in Porta Sancti Ursi et de dicta pernice servicii computat supra in suo titulo
- II denarios monete Auguste

- 71 Recepit a Vuilliermeto Jaquimini de Ronco de Bocza pro certis rebus et possessionibus sitis in territorio de Bocza, domino pertinentibus pro medietate et alia medietas pertinet Petro Amedei condomino de Bocza, domicello, et sororibus suis, que fuerunt Ansermerii et Francisci Chuparz de Bocza quondam et Johannis dicti de Tullia de Bocza quondam,²⁰⁷ eidem Vuilliermeto per Hugonem Garnerii alias Roda castellanum ibidem ante ipsum et commissarium domini, ut de dicta comissione stat per litteram domini de verbo ad verbum in secundo computo precedenti copiatam in titulo introgiurum, albergatis ad feudum perpetuum pro servicio et auxilio inde dari solitis et quatuor solidis infrascripti servicii annualis de augmento, et pro triginta libris monete Auguste de introgio de quibus idem castellanus ante ipsum in secundo computo precedenti in titulo introgiurum computavit in recepta, instrumento de dicto albergamento recepto manu Johannis Gontereti de Augusta notarii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, indicione decima quinta, die vicesima quinta martii, ut dicitur in computo precedenti in titulo introgiurum, et computat de dicto augmento servicii pro termino festi beati Stephani prothomartiris, crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimi tercentesimi nonagesimi quarti
- IIII solidos monete Auguste

Recepit a Martino, dicto Merlin, de Valle Brocii, habitatore Quarti, pro feudo cuiusdam jornalys aque rivi domini vocati de Preposito, capiende annis singulis qualibet ebdomada die dominico, quam tenebat a domino de Quarto quondam Johannes de Gignio, habitator Quarti, nobilis, sub certo servicio annuali, videlicet quinque solidorum, que aqua pertinebat domino jure comissionis et excheite ob mortem dicti domini

²⁰⁷ Les mots *et Johannis dicti de Tullia de Bocza quondam* sont ajoutés dans la marge droite avec un signe de renvoi.

de Quarto, quam aquam dictus castellanus ante ipsum et commissarius eidem Martino albergavit ad feudum perpetuum pro dictis quinque solidis servicii annualis dari solitis, et pro tanto de augmento servicii per annum, et pro centum solidis monete Auguste de introgiis de quibus in secundo computo precedenti computavit dictus castellanus ante ipsum in titulo introgiorum, instrumento de dicto albergamento recepto per Johannem Gontereti de Augusta notarium, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, indicione decima quinta, die vicesima sexta mensis marcii, et computat de dicto augmento servicii pro termino festi beati Stephani crastino festi Nativitatis Domini incipiente currere anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto

- X solidos monete Auguste

Recepit a Johanne Mermeti, habitatore in porta Sancti Ursi, olim commorante in Villafrancha mandamenti Quarti, pro feudo medietatis cuiusdam casalis domus site in Villafrancha, que fuit Petri Magni de dicta villa quondam, eidem Johanni per dictum castellanum ante ipsum et commissarium albergate in feudum perpetuum pro tributo solito et pro quodam territorio novalis sito subtus Varely et supra Vyellymorta, [F. XXXII Quarti] ad extimacionem trium fossoriatarum vinee, ad faciendum vineam pro tanto de servicio seu redditu annuali et pro viginti-quinque solidis monete Auguste de introgiis de quibus dictus castellanus ante ipsum computavit in computo precedenti in titulo introgiorum, instrumento inde recepto per Johannem Gontereti de Augusta notarium sub anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, indicione decima quinta, die vicesima quinta mensis aprilis, ut dicitur in computo precedenti in titulo introgiorum, et computat de dicto servicio seu redditu pro termino et anno predictis, et quia Hugo Rode, castellanus ibidem ante ipsum, prius in computo precedenti dixit in eodem computo quod non erat informatus ad plenum utrum tantum servcium aut plus aut minus debeatur, propter quod fuit iniunctum dicto castellano moderno quod instrumentum dicti albergamenti apportaret, iterato iniungitur²⁰⁸ sibi expresse quod in suo sequenti computo dictum instrumentum infalibilibiter apportet ad declarandum veraciter dictum servcium pro temporibus presenti et futuris

- XII denarios monete Auguste

²⁰⁸ Dans la marge gauche : *vide*.

Recepit a viro nobili Jacobo, condomino de Nuns, pro feudo cuiusdam pascui²⁰⁹ siti in valle de Riegny supra Sanctum Bartholomeum, in mandamento Quarti, per dictum castellanum ante ipsum et commissarium domini, eidem albergati ad feudum perpetuum pro tanto de reddito seu servicio annuali, et pro sex libris monete Auguste de introgiis de quibus dictus castellanus ante ipsum in secundo computo precedenti in titulo introgiorum computavit, de quo albergamento stat instrumentum receptum per Johannem Gontereti de Augusta notarium publicum sub anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, indicione decima quinta, die decima mensis maii, ut dicitur in computo precedenti, et computat de dicto reddito pro termino festi beati Stephani prothomartiris crastino festi Nativitatis Domini, incipiente currere anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto

- IIII solidos monete Auguste

- 72 Recepit a Johanne de Del, clerico, habitatore de Nuns, pro feudo cuiusdam passagii seu aqueductus cuiusdam rivi conficiendi per dictum Johannem a loco terre de Nuns in Aqua Cherent usque ad res dicti Johannis, loco dicto Vachery, dicto Johanni per dictum castellanum ante ipsum et commissarium albergati ad feudum perpetuum pro tanto de servicio seu reddito per annum, et pro viginti solidis monete Auguste de introgiis, de quibus dictus castellanus ante ipsum computavit in secundo computo precedenti, instrumento de dicto albergamento recepto manu Johannis Gontereti de Augusta notarium publicum, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, indicione decima quinta, die decima maii ut dicitur in computo precedenti in titulo introgiorum, et computat de dicto reddito pro anno et termino predictis

- II solidos monete Auguste

Recepit a Jaquemino de Canali de Dovia, burgense de Porta Sancti Ursi, pro feudo medii jornalae aque de rivo domini vocato de Preposito, in qualibet ebdomada die sabbati, per dictum castellanum et commissarium ante ipsum ad feudum perpetuum et in augmento feudi alterius medietatis jornalae aque predictae, quam tenet a dicto domino aliunde albergatam pro tanto de reddito per annum, et pro decem libris monete Auguste de introgiis de quibus computavit dictus castellanus ante ipsum in secundo computo precedenti in titulo introgiorum, instrumento de dicto albergamento recepto per [F. XXXIII Quarti] Johannem Gontere-

²⁰⁹ Le mot *pascui* est ajouté dans la marge droite avec un signe de renvoi.

ti notarium sub anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, indicione decima quinta, die quarta maii, ut dicitur in introgiis secundi computi precedentis, et computat de dicto reddito pro anno et termino quibus supra - V solidos monete Auguste

Recepit ab eodem Jaquemino de Canali pro feudo medii jornalae aque rivi domini vocati de Fratre Baudino, capiendo in qualibet die jovis cum nocte immediate sequenti, usque in diem veneris in aurora inclusive in dicta nocte illa et alia nocturna aque dicti rivi, quam aliunde percipit idem Jaquemetus eidem Jaquimino per dictum castellanum ante ipsum et commissarium domini ad feudum perpetuum albergati pro viginti solidis monete cursibilis Auguste de censu annuatim et uno denario servicii dicte monete de reddito, de quibus in computo precedenti computavit et decem libris monete Auguste de introgiis de quibus in secundo computo precedenti in titulo introgiorum computavit castellanus ibidem ante ipsum, instrumento inde de dicto albergamento recepto per Johannem Gontereti de Augusta notarium publicum sub anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, indicione decima quinta, die decima maii ut dicitur in introgiis dicti secundi computi precedentis, et computat de dictis censu et reddito pro anno et termino predictis

- XX solidos, I denarium monete Auguste

Recepit a Johanne Gontereti de Augusta notario predicto, pro feudo unius jornalae aque, unius doczoni de rivo domini vocato de Preposito, quolibet mense maii, junii, jullii, augusti et septembris, videlicet vicesima tertia die cuiuslibet mensium predictorum ab aurora usque ad noctem, per dictum castellanum ante ipsum et commissarium domini eidem Johanni albergati pro tanto de servicio annuali, et pro centum solidis monete Auguste de introgiis de quibus in secundo computo precedenti in suo titulo computavit in recepta castellanus ante ipsum, instrumento de dicto albergamento recepto manu Johannis Pesletii de Butie notarii, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, indicione decima quinta, die ... , mensis ... ,²¹⁰ ut dicitur in computo precedenti, et computat de dicto servicio pro anno et termino quibus supra, et iniungitur sibi²¹¹ prout fuit sibi iniunctum in computo precedenti quod in sequenti computo apportet instrumentum dicti albergamenti taliter quod in eodem designetur - V solidos monete Auguste

²¹⁰ Le jour et le mois font défaut.

²¹¹ Dans la marge gauche : *vide*.

Recepit a Johanne de Gontereto de Augusta notario de redditu per annum pro decimis que levantur in certis possessionibus consistentibus a torrente Clausi Novi, inter Sarro et Augustam, usque ad civitatem Auguste, in quibus decimis dominus de Montejoveto percipit medietatem, dominus Jacobus Bonerii de Dovia, canonicus augustensis, terciam partem residue medietatis et dominus racione castri de Quarto duas partes ipsius medietatis ut supra in frumento, eidem Johanni de Gontereto albergatis per Hugonem Garnerii alias Rode de Chamberiaco, castellanum ibidem ante ipsum pro tanto de servicio per annum, solvendis in quolibet festo beati Stephani prothomartiris, et pro uno sestario frumenti, quinque sestariis siliginis et tribus modiis vini de quibus supra in suis titulis computat, et de quo albergamento stare dicitur instrumentum publicum receptum per Petrum Peronini de Chamberiaco notarium sub anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, indicione decima quarta, die decima quarta mensis jullii, [F. XXXIII Quarti] et fit sibi similis iniunctio²¹² que supra in frumento, et computat de dicto servicio pro termino festi beati Stephani prothomartiris crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimi tercentesimi nonagesimi quarti - XII denarios monete Auguste

Summa:

- II^C LXX libre, VIII solidi, XI denarii obolo monete Auguste
- XXIX solidi, VII denarii obolo januenses ad X pro XV
- XXIII floreni auri boni ponderis veteres

Et:

- LXI franchi auri

73

Auxilia:

De quatuor solidis monete Auguste pridem domino debitis in dicta castellania de auxilio per annum per Johannem et Johannodum Siraz de Dovia ut in computo precedenti nichil computat quia domina ipsos tradidit domine Pantissalee, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, occasione qua supra in frumento.

Recepit a personis in septem particulis octavi computi precedentis speciffice et particulariter nominatis de auxilio annis alternis ut in computo precedenti, et computat de dicto auxilio pro termino festi beati Ste-

²¹² Dans la marge gauche : *vide*.

phani prothomartiris crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni millesimi tercentesimi nonagesimi quarti

- LIX solidos, IX denarios monete Auguste

Recepit a Jaquemina, relicta Dominici Reynerii de Avysio, domicelli, tutorio nomine filii pupilli dicti Dominici quondam, pro auxilio per ipsum debito annis alternis, ut in titulo denariorum census octavi computi precedentis, et computat pro termino festi beati Stephani prothomartiris crastino festi Nativitatis Domini anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto - XXX solidos monete Auguste

De octo solidis monete Auguste debitis per Johannem Lagacy²¹³ de Valle de Bocza pro auxilio per ipsum debito annis alternis ut in computo precedenti, nichil computat pro termino festi beati Stephani prothomartiris, crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimi tercentesimi nonagesimi quarti, quia de ipsis computavit in computo precedenti pro anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio et de ipsis computabit in computo sequenti pro eodem termino anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quinto.

Summa: - IIII libre, IX solidi, IX denarii monete Auguste

Firme:

Idem reddit computum quod recepit ab Aymonodo naturali quondam Aymonodi de Arnyo pro medietate firme mistraliarum mandamenti Quarti unius anni finiti in festo beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio, et de alia medietate in computo precedenti computavit - VI florenos boni ponderis veteres

Recepit ab eodem Aymonodo pro medietate eiusdem firme unius anni finiendi in festo beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto et tunc debebit tantundem nec inde plus recepit ut dicit quia factis pluribus cridis locis, modis temporibus debitis et consuetis non invenenitur qui de dicta firma aliquod precium in ea apposuerit nec se daturum obtulerit, ut per instrumenta publica de testimonio dictarum cridarum, quorum primum datum est sub anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio, indicione decima quinta, die decima tercia mensis julii, aliud vero anno et indicione predictis die vice-sima dicti mensis julii et aliud anno et indicione quibus supra die vice-

²¹³ Faute de l'écrivain pour *Bigay*.

sima octava mensis eiusdem, quorum notas reddit in quodam folio papi-ri scriptas et manu Petri Geremie de Augusta notarii, notarii publici, si-
gnatas, quibus non obstantibus iniungitur sibi expresse²¹⁴ quod presen-tem et alias firmas infrascriptas cridari faciat modis, locis et temporibus
debitis et consuetis, plus quam offerenti concedat taliter quod de ipsis in
sequenti computo valeat utilius pro domino computare

- VI florenos boni ponderis veteres

[F. XXXV Quarti] De firma mistralie Oyacie et ipsius mandamenti
pro qua fuit computatum in computo dicte castellanie de annis Domini
millesimo tercentesimo octuagesimo tercio et octuagesimo quarto de de-
cem florenis auri boni ponderis veteribus pro firma dicte mistralie unius
anni finiti in festo beati Michaelis, anno Domini millesimo tercentesimo
octuagesimo quarto, nichil computat quia domina dictam mistraliam
tradidit domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de
Quarto quondam, occasione superius in frumento declarata.

74 De firma clericature et papirorum curie mandamenti Quarti et Oya-
cie, pro qua fuit computatum in quinto computo precedenti de viginti-
quatuor florenis auri boni ponderis veteribus pro uno anno finito die un-
decima mensis novembris anno Domini millesimo tercentesimo octua-
gesimo tercio, nichil computat quia nichil pro eadem recepit per tempus
de quo computat ut dicit, tam pro eo quia domina tradidit domine Pan-
tissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam,
castrum, castellaniam et mandamentum Oyacie, in quibus maior pars
utilitatis et comodi dicti officii percipiebatur ut dicit in computo prece-
denti, quam pro eo quia non invenit qui dictum officium ad firmam seu
exitum quomodolibet tenere voluerit, licet bonam diligenciam super hoc
fecerit per cridas et alias, prout de dictis cridis docet per publica instru-
menta inde recepta per Petrum Geremie de Augusta notarium sub anno
Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio, indicione decima
quinta, diebus decima tercia mensis julii, vicesima et vicesima octava
mensis eiusdem, quorum notas reddit cum quibusdam aliis scriptas in
dicto rotulo papireo.

Quibus non obstantibus iniungitur sibi²¹⁵ expresse quod dictam fir-
mam cridari faciat modis, locis et temporibus debitibus et consuetis plus
quam offerenti concedat, taliter quod de ipsa in suo sequenti computo

²¹⁴ Dans la marge gauche : *vide*.

²¹⁵ Dans la marge gauche : *vide*.

valeat utilius pro domino computare et de cridis et diligencia inde factis per publica instrumenta informare.

Recepit a Petro Rigotti de Quarto²¹⁶ pro eadem²¹⁷ firma manderie dicti loci unius anni finiendi die secunda mensis augusti, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, licet nondum sit terminus, per firmam sibi datam per dictum castellanum pro tanto, nec inde plus recepit nec habere potuit ut dicit, licet super hoc diligenciam quam potuit fecerit per cridas et alias, quas cridas apportare obmisit²¹⁸ ut dicit, et fit sibi similis iniunctio²¹⁹ que supra

- II florenos auri boni ponderis veteres

Recepit ab Aymonodo, naturali quondam Aymoneti de Arnyo, pro firma manderie Sancti Christofori unius anni finiendi die secunda mensis augusti, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, licet nondum sit terminus, per firmam sibi datam per dictum castellanum nec inde plus habere potuit ut dicit, licet super hoc bonam diligenciam quam potuit fecerit per cridas et alias, quas apportare obmisit ut dicit et suo asserit juramento, et fit sibi similis iniunctio²²⁰ que supra

- II florenos boni ponderis veteres

De firma manderie Vallispelline pro qua fuit computatum in quinto computo precedenti de viginti solidis monete Auguste [**M. XXXVI Quarti**] pro uno anno finito die secunda mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto et de²²¹ aliis precedentibus, nichil computat quia domina nostra Sabaudie comitissa tradidit dictam manderiam domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, occasione qua supra in frumento.

De firma manderie de Dovia pro qua fuit computatum in quinto computo precedenti de dimidio floreno auri boni ponderis vetere pro uno anno finito die secunda mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto, nichil computat quia tradita fuit per dominam ut supra.

²¹⁶ Les mots *de Quarto* sont ajoutés dans la marge droite avec un signe de renvoi.

²¹⁷ Le mot *eadem* est biffé.

²¹⁸ Le mot *obmisist* est ajouté dans la marge droite avec un signe de renvoi.

²¹⁹ Dans la marge gauche : *vide*.

²²⁰ Dans la marge gauche : *vide*.

²²¹ Le mot *de* est biffé.

Recepit ab Henrico de Turre pro firma mistralie de Bocza unius anni finiti die secunda mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio - III denarios grossos turonenses veteres

Et - dimidium florenum boni ponderis veterem

75 Recepit ab eodem pro eadem firma unius anni finiendi die secunda mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, licet nondum sit terminus - III denarios grossos turonenses veteres

Et - dimidium florenum boni ponderis veterem

Recepit manu familie sui ipsi castellani pro exitu leyde nundinarum Villefranche que tenentur ibidem bis in anno, videlicet die martis propinquiore festi apostolorum Philippi et Jacobi, et die festi apostolorum Simonis et Jude, et computat pro die martis propinquiori festi apostolorum Philippi et Jacobi anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio, pro termino festi apostolorum Symonis et Jude eiusdem anni et diei martis propinquieris festi apostolorum Philippi et Jacobi anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto

- VI libras, XVI solidos monete Auguste

De firma banni vini quod venditur in Villafrancha a die prima mensis augusti usque ad diem festi Assumpcionis Beate Marie inclusive eiusdem mensis domino pertinenti ibidem, ut in computo precedenti, nichil computat quia non invenit qui proinde aliquid dare voluerit per tempus de quo computat, licet super hoc bonam diligenciam fecerit ut suo asserit juramento. Quibus non obstantibus, fit sibi similis iniunctio²²² que supra.

De firma ponderis domini de Villa Francha, quod levatur videlicet pro singulis rebus que ponderantur ibidem ad grossum pondus, unus denarius monete cursibilis Auguste ut in computo precedenti, nichil computat quia nichil proinde recepit per tempus de quo computat ut dicit, nec invenit qui se aliquid daturum obtulerit ut suo asserit juramento, et fit sibi similis iniunctio²²³ que supra.

De firma pratorum domini de Ryns, inclusis fructibus arborum in eisdem existencium, pro firma quorum fuit computatum in quinto computo precedenti de decemseptem florenis auri boni ponderis veteribus pro uno anno finiti in festo Nativitatis domini quo inceperunt currere anni Domini millesimi tercentesimi octuagesimi quarti, nichil computat quia

²²² Dans la marge gauche: *vide*.

²²³ Dans la marge gauche: *vide*.

domina dicta prata, seu firmam ipsorum, tradidit domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, causis et rationibus in tercio computo precedenti plenius declaratis.

De sex solidis monete Auguste debitis et solvi consuetis per Johannodum de Roveyn et consortes suos de Roveyn pro pascuis de Ryns, sibi per dominum de Quarto quondam accensatis ad certum tempus, de quo declaracionem nondum habere potuit, ut dicit et dicitur in computo [XXXVII **Quarti**] precedenti, nichil computat quia domina dicta pascua et ipsorum exitus tradidit domine Pantissalee, relicte supradicti domini Henrici domini de Quarto quondam, occasione qua supra.

Summa: - VI libre, XVI solidi monete Auguste
Et: - XVII floreni et dimidius boni ponderis veteres

Teysie domorum :

De teysiis domorum Villefranche nichil computat hic, eo quod includuntur in denarii census prout et de quibus supra computat maxime quia super domibus Ville predictae, quando casus evenit, dominus percipit in eisdem laudes, ut dicit et dicitur in computo precedenti.

Introgia:

Idem reddit computum quod recepit ab Hugonetum de la Vulpigliery, Aymonodo dou Suyt, Johanne de Ronchy, Anthonio dicto Chancheluy habitatore a Lamota de Bocza, pro quodam rivo per dictum castellanum albergato pro tanto de introgiis pro medietate et per baillivum Auguste pro alia medietate et pro sex denariis monete Auguste de servicio per annum de quibus in computo sequenti computabit - II florenos veteres

Summa: - II floreni veteres

76

Laudes et vende:

Idem reddit computum quod recepit ab Anthonio Parmer de Balma et Gontereto Maluquin de Curia Maiori, nobilibus, pro quadam pecia prati sita in Olees, per dictum Anthonium eidem Gontereto albergata pro quatuor florenis auri veteribus de introgiis, instrumento inde per Johannem Gontereti notarium recepto anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio, indicione prima, die vicesima sexta mensis aprilis, pro

laudibus et vendis dictorum quatuor florenorum ad rationem XIII denariorum obolo grossorum monete cursibilis Auguste - XVIII solidos

Recepit a Johanne, filio quondam Johanneti Crispian de Avisio, parrochie Quarti, et Johanne, filio quondam Johannodi Eymerici de Avisio, pro quadam pecia terre sita supra Avisio per dictum Johannem Johanneti eidem Johanni Johannodi albergata pro quatuor florenis auri januensibus de introgiis, instrumento inde per dictum Johannem Gontereti recepto anno quo supra, die vicesima octava mensis junii, pro laudibus et vendis dictorum quatuor florenorum januensium

- II tercios unius floreni januensis auri

Recepit a Perrodo Quoco habitatore in Bressognia pro quadam pecia vinee sive territorii jacente supra Villamfrancham, per Jaqueminum Vuillencorum eidem Perrodo albergata pro viginti quatuor solidis monete cursibilis Auguste de introgiis, instrumento recepto per dictum Johannem Gontereti anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, indictione secunda, die quinta mensis februarii, pro laudibus et vendis dictorum XXIII solidorum - III solidos monete cursibilis Auguste

Recepit ab eodem Perrodo pro quadam pecia vinee sita subtus Villamfrancham, per dictum Jaqueminum Vuillencorum et Aymonetum Landrat dicto Perrodo albergata pro sexaginta solidis monete cursibilis Auguste de introgiis, instrumento inde per dictum Johannem Gontereti notarium die qua supra recepto pro laudibus et vendis dictorum sexaginta solidorum - X solidos dicte monete Auguste

Recepit a Martino, filio naturali Petri Bernola, parrochie de Tornion, habitatore in Villa Francha, pro quibus rebus eidem Martino per Johannem de Auranches, sartorem, albergatis pro decem florenis auri veteribus de introgiis, instrumento inde per dictum Johannem de Gontereto recepto anno predicto die vicesima octava mensis marcii, pro laudibus et vendis dictorum decem florenorum

- XIX denarios, I quartum grossum januensem

[XXXVIII] Recepit a Petro de Curtibus, filio quondam Valleti de Porzan, et Vulliermeto dou Crestel de Porzan, pro laudibus et vendis quarundam rerum et possessionum datarum ad feudum per dictum Petrum eidem vendito pro sex florenis auri cum dimidio januensibus de introgiis, instrumento inde recepto manu Johannis Gontereti de Augusta notarium, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio, indictione prima, die decima mensis augusti - I florenum januensem auri

Recepit a Facio, filio quondam Johannodi de Sancto Dionisio, terre de Cly, habitatore ad Regni, pro quadam infeudacione facta per Johannetam de Puvyl Johanni filio dicti Facii nomine dotis ad feudum perpetuum de certis rebus et possessionibus sitis in parrochia Quarti, instrumento inde facto manu Johannis Gontereti de Augusta notarium anno quo supra, die decima septima mensis novvembris, pro VIII libris monete Auguste de introgiis, pro laudibus et vendis dicti introgii

- XXVI solidos, VIII denarios monete Auguste

De quindecim libris monete Auguste domino debitis pro laudibus quarundam rerum venditorum Petro de Vallepellina, habitatore Auguste, per Petrum de Arlio de Vallepellina, non computat hic quia de ipsis inferius respondet in excheytis cum maiori fructu.

De aliis quindecim libris²²⁴ dicte monete Auguste domino debitis per dictum Petrum de Arlio pro dictis rebus per ipsum venditis Petro de Vallepellina predicto, non computat quia ipsas nondum recuperare potuit ut dicit pro eo quod tutor filie dicti Petri de Arlio quondam asserit se domino non tenere ad dicta vendas, ut dicit, quapropter dicto castellano iniungitur expresse quod in suo²²⁵ sequenti computo de dictis quindecim libris monete Auguste infallibiliter computet, aut alias sufficienter se excuset cur de ipsis in recepta non debeat computare.

Summa: - LVIII solidi, VIII denarii monete Auguste

Et: - III floreni, III denarii, I quartus grossus januenses auri

Aqua rivi Prepositi vendita ultra aquam accensatam:

Idem reddit computum quod recepit manu Bartholomei Tarida, administratoris et dispensatoris aque rivi domini vocati de Preposito, de et pro aqua dicti rivi vendita per ipsum Bartholomeum pluribus et diversis personis ultra aquam accensatam seu traditam ad servicium, de quo supra computat in titulo denariorum census, in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio, et respondet minus quam in computo precedenti de tribus solidis monete Auguste, nec inde plus habuit ipso anno ut dicit et suo asserit juramento - XX libras monete Auguste

Summa: - XX libre monete Auguste

²²⁴ Dans la marge gauche : *Computat in cauda computi inferius consuta.*

²²⁵ Dans la marge gauche : *vide.*

Banna concordata:

Idem reddit computum quod recepit a Michaele filio quondam Petri Charrerii Dartasan eo quia dixit dicto castellano quod recuperabat bis unum debitum et ipse Michael mentitus fuit

- XXI denarios, III quartos grossos

Recepit a Johanne Nycoleti eo quia dixit verba iniuriosa mistrali et manderio Quarti et ipse Johannes mentitus fuit

- II solidos, X denarios grossos

Recepit a Matheo de Fony eo quia dixit verba iniuriosa cum Margari-
ta la Chamussa

- IX denarios grossos

Recepit a Jacobo Farrano eo quia inculpabatur ...²²⁶ unius exchucia-
rie²²⁷ cum uxore Grillioni de Sempuis et ceteris aliis bamnis commissis
per ipsum Jacobum

- XVIII denarios grossos

[XXXIX] Recepit ab uxore Grillioni suprascripta eadem occasione et
aliis penis per ipsam commissis

- XXI denarios grossos

Recepit a dicto Lozianzon eo quia non potuit manutenere unam cla-
mam quam fecerat castellano Quarti

- IX denarios grossos

Recepit a Johanne Marqueti eo quia solvere promiserat curie Sancti
Marcelli unum debitum quod solvere neglexit

- XVI denarios grossos

Recepit a Jaquemino de Parlea eo quia volvit aquam rivi Baldini²²⁸

- XLV solidos monete Auguste

Recepit a Johanne de Gomber eo quia commisisset certa bona de
Parmerio pro se et fratribus suis

- XVIII denarios grossos

Recepit a Jaquimino dicto Volpo eo quia fregit rivum domini Prepo-
siti

- II solidos, III denarios grossos

Recepit a Johannino Valletto de Vigniel pro effusione sanguinis con-
tra Girardum du Cortil et pro uno precepto non observato

- XXX solidos monete Auguste

Recepit a filio Vulliermeti de Boza pro uno banno incurso eo quia
vertere fecerat certas bestias ad pascendum in communia

- XV solidos monete Auguste

²²⁶ Le mot fait défaut.

²²⁷ Lecture douteuse.

²²⁸ Lire *Baudini*.

Recepit a Vuilliermo Targan de Boza eo quia Vuillencus eius filius percuxit cum sanguinis effusione Johanninum filium Gregorii Ravet de Boza - XXIII solidos monete Auguste

Recepit ab Aymoneto Bergier de Boza eo quia incixit²²⁹ sex planczonos in bosco Quarti - II solidos, VI denarios grossos

Recepit a Johanne Parixon de Vigniel eo quia dixit Anthonio quod filius Anthonii Valexan, burgensis Castellionis, quod sibi solvi fecerat bis unam confessionem et dicta manutenere non potuit

- XVI denarios grossos

Recepit a Michaele Curta de Villa Francha quia fecit rixam cum Hugone Grillion - III solidos grossos

Recepit a Jaquemeta uxore quondam Johannis Gorrey pro quadam rixa habita cum Jaquemeta Mutoda - XIII solidos monete Auguste

Recepit a Vuilliermeto Jachin de Boza eo quia Gregorius eius filius percuxit de una scalia boschi eius uxorem - IX denarios grossos

Summa: - VI libre, VII solidi monete Auguste

Et: - XXII floreni, III quarti unius denarii grossi turonensis parvi ponderis

Banna condempnata:

De bannis condempnatis in quibus dictus castellanus percipit duos solidos in qualibet libra, nichil computat quia nichil pro eisdem recepit per tempus de quo computat ut dicit.

Banna minuta:

De bannis minutis nichil computat quia includuntur in firmis mistraliarum, champeriorum et foresteriorum, de quibus superius computat ut dicit.

Advoerie:

De avoeriis nichil computat quia nichil pro eisdem recepit per tempus de quo computat ut dicit.

Exitus sigilli:

²²⁹ Lire incidit.

Idem reddit computum quod recepit a Jaquimino Joryat pro sigillo duorum processuum	- III solidos monete Auguste
Recepit a Vuillienço dou Chayno pro sigillo cuiusdam littere revestiture	- VI denarios grossos
Recepit a ... ²³⁰ pro littera Rivi de Boza	- VI denarios grossos
[XL] Summa:	- III solidi monete Auguste
Et:	- XII denarii grossi turonenses

Cheyserie seu excheyte:

De cheyseriis seu excheytis domino pertinentibus in dicta castellania, quando casus evenit, per plures homines dicti mandamenti Quarti per modum et formam declaratos in quarto computo precedenti de annis Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio et octuagesimo quarto et aliis precedentibus, ut dicitur in computo precedenti, nichil computat quia nichil pro eisdem recepit per tempus de quo computat ut dicit.

78

Placita debita ob mortem domini:

De placitis debitis in dicta castellania Quarti ob mortem laudabilis memorie principis illustris domini nostri domini Amedei Sabaudie comitis quondam, genitoris domini, deffuncti Rippallie die prima novembris anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, non computat quia nichil pro ipsis recepit pro eo quia domina dicta placita assignavit egregio militi domino Ybleto, domino de Challant et Montisjoveti, in exoneracionem seu solutum certe quantitatis pecunie domine per eundem dominum Ybletum mutuo gracie tradite, ut dicitur in computo precedenti, et qui dominus Ybletus ipsa placita ut dicit dictus castellanus recuperari fecit per Johannem de Gontereto, commissarium domini,²³¹ qui de ipsis computabit et eciam quia domina dictum castellanum mandavit non compelli ad computandum de dictis placitis, actento quod dictus Johannes de Gontereto ipsa placita recepit et de ipsis veniet computatum, per litteram domine de testimonio premissorum datam Chambeiriaci die secunda maii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo

²³⁰ Le nom fait défaut.

²³¹ Dans la marge gauche : *Johannes de Gontereto*.

tercio, in precedenti computo de anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo²³² de verbo ad verbum copiatam.

Placita tenementariorum nobilium.

De placitis debitis ob mortem tenementariorum nobilium nichil computat quia nichil pro eisdem recepit per tempus de quo computat ut dicit, sed si que ibidem dicto tempore evenerint de eisdem computabit Johannes de Gontereto ut supra.

De placito domino debito per mortem filii Dominici Reynerii²³³ de Avisio, domicelli quondam, non computat quia nichil adhuc pro eodem recepit pro eo quia feudum domini inter tenentes illud, est in questione, et de ipso pendet lis, ut dicit in computo precedenti, et prout in eodem computo precedenti dicto castellano fuit iniunctum, iterato iniungitur sibi expressius²³⁴ quod dictam questionem breviter terminari procuret et instet quantum poterit, dictumque placitum recuperet sic quod de eodem valeat in suo sequenti computo domino plenarie computare.

De placito debito per Johannem et Henricum, filios quondam Peroneti de Turre de Stipulis, domicellos, non computat quia nondum habere potuit informaciones dicti placiti quia regithie nondum sunt complete, ut dicit et dicitur in computo precedenti, et prout io eodem computo precedenti eidem fuit iniunctum, iterato iniungitur²³⁵ sibi quod dictas regithias instet terminari sic quod de dicto placito et aliis ibidem debitis valeat in suo sequenti computo domino plenarie respondere.

Alia placita tenementariorum:

De placitis debitis ob mortem tenementariorum que levantur diversimode quoniam aliqua sunt taxata [XLI] seu moderata ad tantum et pro aliis levatur duplum servicii per tenementarios debiti et ultra quarta pars dicti placiti pro domina, et quinta pars eiusdem pro mistrali, ut in computis precedentibus, nichil computat quia nichil pro eisdem recepit pro eo maxime quod casus dictorum placitorum ad noticiam dicti castellani nondum pervenit per tempus de quo computat ut dicit.

²³² Les mots *de anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo* sont ajoutés dans la marge droite avec un signe de renvoi.

²³³ Le mot *Reynerii* est ajouté dans la marge droite avec un signe de renvoi.

²³⁴ Dans la marge gauche: *vide*.

²³⁵ Dans la marge gauche: *vide*.

De placito debito per filium quondam Jaquimini Peronini des Ales, pro parte sua placiti consortum ob mortem dicti Jaquimini, non computat quia sua pars nondum est divisa ab aliis nec potuit adhuc scire partem sibi contingentem ibidem ut dicit, et prout in computo precedenti sibi fuit iniunctum, iterato iniungitur²³⁶ sibi expressius quod dictam partem instet declarari et placitum proinde debitum recuperet, sic quod de ipso in suo sequenti computo valeat sine deffectu quocumque domino computare.

De placitis debitis per Hugonodum Grosserii, Richardum, generum Petri Martineti Grosserii, Clemenciam, filiam quondam Cotini, et Raymondum cerdonem, burgenses Ville Franche, non computat quia feuda que tenent sita sunt tam in mandamento Quarti quam in mandamento Breissognie et servicia seu redditus debitos per predictas personas simul solvere consueverunt sic quod, ante factas ibidem recogniciones, declarare nesciret quantitates placiti debiti per easdem personas, propter quod, prout sibi fuit iniunctum in computo precedenti, iterato iniungitur sibi²³⁷ quod super hoc taliter se informet quod in suo sequenti computo predicta possit declarare et de premissis in eodem sequenti computo computare.

De placitis si et que debentur per dictos Los Aymonoz de Avisio, parrochie Sancti Martini de Corliano prope Augustam, item de placito debito per plures de Jovenczano, mandamenti Aymeville, nichil computat quia declarare nescit utrum quantitates quas debent sint de redditu sive servicio, quoniam, si pro servicio debeantur, ad solutionem placiti tenentur, alias non, ut dicit et dicitur in computo precedenti. Quapropter, prout in computo precedenti eidem fuit iniunctum, iterato iniungitur²³⁸ sibi expressius quod de premissis plenius se informet placitaque debita recuperet sic quod de ipsis in suo sequenti computo valeat computare aut alias sufficiencius respondere.

De placitis debitis ob mortem supradicti domini Henrici, domini de Quarto quondam, et bone memorie principis illustris domini nostri domini Amedei Sabaudie comitis quondam avi paterni domini, ac recolende memorie domini nostri domini Amedei Sabaudie quondam comitis genitoris domini, in multis locis et per multas personas, ultra placita de

²³⁶ Dans la marge gauche: *vide*.

²³⁷ Dans la marge gauche : *vide*.

²³⁸ Dans la marge gauche : *vide*.

quibus in precedentibus computis computavit, non computat quia quidam ex ipsis personis debent redditum et servicium simul, et dividi non possunt ante factas recogniciones, et de ceteris non potuit informaciones habere, ut dicit et dicitur in computo precedenti, quibus non obstantibus fit²³⁹ eidem castellano similis iniunctio que supra.

79

Donaciones prothocollorum:

De donacionibus prothocollorum nichil computat quia nichil pro eisdem recepit per tempus de quo computat ut dicit.

Excheyte usurariorum:

De excheytis usurariorum nichil computat quia nichil pro eisdem recepit per tempus de quo computat ut dicit.

[XLII] *Excheyte hominum domini:*

De excheytis hominum domini nichil computat quia nichil pro eisdem recepit per tempus de quo computat ut dicit.

Alie excheite:

Idem reddit computum quod recepit a Petro de Vallepellina, habitatore Auguste, pro quadam concordia per ipsum Petrum cum dicto castellano facta de et super quadam commissione rerum feudalium domini per dictum castellanum a dicto Petro petita eo quia ipse Petrus non solvit laudes domino debitas infra tempus debitum pro dictis rebus, per eum habitis a Petro de Arlio de Vallepellina, remissa dicta commissione per dictum castellanum dicto Petro pro tanto, inclusis quindecim libris monete Auguste per ipsum Petrum de Vallepellina domino debitis pro laudibus et vendis rerum predictarum

- XLI florenos et dimidium parvi ponderis

Summa: - XLI floreni et dimidius parvi ponderis

Inventa:

Idem reddit computum quod recepit pro precio unius ovis per mistralem Quarti invente et per dictum castellanum sibi pro tanto vendite

- VIII solidos monete Auguste

²³⁹ Dans la marge gauche : *vide*.

Anselmo Pession

Recepit pro precio unius alterius ovis ibidem per dictum tempus invente per filium Johannis de Gigno et per dictum castellanum pro tanto vendite - VII solidos monete Auguste

Recepit ab Aymone Cornillion pro precio unius bovis ibidem inventi et per dictum castellanum pro tanto venditi - X solidos monete Auguste

Summa: - XXV solidi monete Auguste

Legata:

De legatis nichil computat quia nichil pro eisdem recepit per tempus de quo computat ut dicit.

Decime nascencium:

De firma seu exitu decime agnorum que levantur in partibus Vallispelline et Dovie die Jovis Sancta, nichil computat quia domina ipsam decimam tradidit domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, occasione superius in frumento declarata et ut dicitur in computo precedenti.

De exitu decime que levatur circa Augustam ut supra in frumento et siligine, nichil computat quia nichil pro eadem recepit ut dicit et suo asserit juramento.

Decime canabi:

De exitu decimarum Auguste que levantur ut supra in frumento pro canabo qui levatur ibidem, pro quo exitu fuit computatum in computo precedenti de duobus solidis monete Auguste, nichil computat nec de cetero computabitur quia dicta decima fuit albergata Johanni de Gontreto de Augusta notario per Hugonem Garnerii alias Roda, castellanum ibidem ante ipsum, ad frumentum, sililiginem, vinum et pecuniam de servicio seu reddito de quibus supra in suis titulis computat ut supra in frumento.

Donum pro redempcione officii:

Idem reddit computum quod recepit ab hominibus communitatis dicte castellanie Quarti, inclusa Villafrancha, pro dono seu subsidio domino gracieose per dictos homines concesso pro redempcione dicti officii spacio septem annorum ad rationem ducentorum viginti florenorum januensium auri, computato quolibet dictorum florenorum pro quindecim

cim denariis grossis turonensibus parvi ponderis, et computat de dicto dono seu subsidio pro termino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto et pro tercio anno seu termino dictorum septem annorum

- II^C XX florenos januenses auri ad XV denarios grossos

Summa dicti doni:

- II^C XX floreni januenses auri ad XV denarios grossos

80

[XLIII] *Summa tocius recepte huius computi*, incluso dono:

- III^C XIII libre, VIII solidi, III denarii obolo monete Auguste ad XXVI

- XXIX solidi, VII denarii obolo januenses ad X pro XV predictorum

- LXIII floreni, VI denarii, III quarti grossi parvi ponderis

- XLII floreni et dimidius veteres ad XIII denarios obolo

- II^C XXIII floreni januenses auri, III denarii, I quartus grossus januensi ad XV

Et:

- LXI franchi

de quibus

Custodia rivi Prepositi

Libravit dictus castellanus Bartholomeo Tarida, administratori et rectori rivi domini vocati de Preposito, cui dantur sex libre monete Auguste de salario per annum pro labore substento per eum circa regimen, custodiam et administracionem dicti rivi domini vocati de Preposito, ut in computo precedenti, et solvit sibi pro anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio, per litteram publicam dicti Bartholomei de testimonio premissorum confessioneque et recepta, datam die decima mensis septembris anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, quam reddit manu Johannis Sapientis de Sala notarii publici signatam

- VI libras monete Auguste

Libravit Boniffacio Champapont de Roysan, custodi rivi domini vocati de Preposito, a loco principii dicti rivi vocato de la Morina usque ad locum vocatum de Vallesuana, subtus Roysan, quasi per unam leucam, capienti pro custodia dicti rivi sexaginta solidos monete Auguste per annum, ultra siliginem, vinum et seraceum sibi pro eodem in suis titulis superius allocatos, et solvit sibi pro anno Domini millesimo tercentesi-

mo nonagesimo tercio, per litteram publicam dicti Boniffacii de testimonio premissorum, confessioneque et recepta, datam Auguste die vicesima prima mensis marcii, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, manu Anthonii de Alax...ta de Albiano notarii scriptam et signatam, superius in librata siliginis redditam

- LX solidos monete Auguste

Opera dicti rivi domini vocati de Preposito:

Libravit in operibus et reparacione dicti rivi de Preposito prout infra. Et primo manu Bartholomei Tarida, custodis in parte dicti rivi in empcione et pro precio decem sestariorum calcis emptorum pro murando et reparando unum sapellum perventum in dicto rivo loco dicto Champapon, quolibet sestario sex solidis monete Auguste: - LX solidos monete Auguste, ut per litteram publicam dicti Bartholomei Tarida de testimonio premissorum, datam in burgo Porte Sancti Ursi Auguste, die vicesima prima mensis maii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, superius in librata siliginis redditam, manu Petri Geremie de Augusta notarii signatam. Item Johanni Charnyn de Vallepellina pro centum billionis per eum scissis in nemore banni de Vallepellina in tachiam sibi datam pro tanto, ultra duo sestaria siliginis, unam eminam vini supra in suis titulis allocatos, per litteram publicam dicti Johannis de testimonio premissorum, confessioneque et recepta, datam in Ponte Lapideo in domo Petri Topelli, die vicesima prima mensis aprilis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, manu Petri Geremie de Augusta notarii scriptam et signatam, superius in librata siliginis redditam: - XXIII solidos monete Auguste. Et allocantur sibi presens et alie librate supra et infra scripte, de mandato dictorum magistrorum computorum domini - IIII libras, IIII solidos monete Auguste

Pensiones ordinarie:

Sciendum est quod non allocatur sibi unus obolus monete Auguste pro termino festi beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio, nec fuit in computo precedenti allocatus pro anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, et quem obolum servicii [XLIII] nec non unum denarium de placito quando contingit una cum quinque sestariis, emina siliginis percipit singulis annis dominus Jacobus de la Suera, capellanus prebendarius altaris ecclesie Beate Marie prioratus Sancti Ursi Auguste, pro et super quadam pecia prati

superius in libratis siliginis confinata, movente de feudo dicti altaris, ut per instrumentum dicti albergamenti facti Alexandro de Stabulo de dicta pecia prati, copiatum de verbo ad verbum in libratis siliginis septimi computi precedentis, quia non apportavit litteram dicti domini Jacobi de recepta, sed quando ipsam apportabit, allocabuntur eidem.

Libravit domino Berthodo de Nuns, priori Sancti Ursi Auguste, in quibus dominus eidem domino priori tam de servicio quam elemosina per annum tenetur, ultra caponem et siliginem superius in suis titulis allocatos et quos dictus dominus de Quarto quondam eidem domino priori annuatim debebat pro feudo quod ab ecclesia Sancti Ursi tenebat, ut in instrumento recognicionis dicti domini Henrici, domini de Quarto quondam, in libratis siliginis septimi computi precedentis de verbo ad verbum copiato, et solvit eidem domino priori pro annis Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo et tercio, videlicet pro quolibet dictorum duorum annorum XVII solidos, I denarium monete Auguste, quoniam non fuerunt in computo precedenti eidem allocati pro dicto anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo per notam instrumenti dicti domini prioris de confessione et recepta datam Auguste die vicesima prima mensis maii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, manu Petri Geremie de Augusta notarii signatam, superius in librata siliginis redditam

- XXXIII solidos, II denarios monete Auguste

81

Libravit sacriste seu priori dicte ecclesie Sancti Ursi Auguste, quibus dominus Henricus, dominus de Quarto quondam, in eius ultima voluntate dedit et legavit sexaginta unum solidos monete Auguste per annum, ut in computis precedentibus, pro missarum vigiliarumque et aliarum orationum et anniversariorum celebrationibus et solempnitatibus in eadem ecclesia annis perpetuis et singulis, pro salute animarum dicti domini de Quarto quondam et ipsius antecessorum die sui obitus, per religiosos sacerdotes seu canonicos predicte ecclesie celebrandarum et dicendarum, per dominam et dominum sibi confirmatos et assignatos perpetuo habendos et percipiendos annis singulis in futurum in, de et supra centum solidis annualibus domino debitis per conventum et domum dicte ecclesie Sancti Ursi de annuo censu, pro aquis et aquarum decursibus quos dicta ecclesia et eius conventus a domino tenent in feudum, per litteram domine et domini de confirmatione predicta, cum mandato solvendi pro salute animarum dicti domini de Quarto quondam et antecessorum suorum dicte ecclesie et sacriste qui nunc est et pro tempore fuerit, et habita

copia dicte littere domine et domini cum littera dicti domini prioris seu sacriste de recepta in prima soluzione et in singulis aliis solucionibus dumtaxat littera de recepta allocandi, datam Auguste die vicesima mensis octobris anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo, cuius quidem littere tenor est insertus in tercio computo precedenti, et solvit sibi pro anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio per litteram publicam domini Berthodi, prioris Sancti Ursi, de confessione et recepta subscripte quantitatis, datam Auguste die vicesima prima mensis maii, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, superius in librata siliginis redditam - LXI solidos monete Auguste

[XLV] Libravit domino Georgio de Bersatoribus, canonico et distributori ecclesie Beate Marie de Augusta, quos supradictus dominus Henricus, dominus de Quarto quarto²⁴⁰, eidem ecclesie debebat tam de servicio quam helemosina per annum, ultra unum caponem propter hoc supra in suo titulo allocatum, pro feudo quod ab eadem ecclesia tenebat, vocato de Establo, ut in quodam instrumento compositionis facte inter capitulum dicte ecclesie et dictum dominum de Quarto quondam, in libris siliginis septimi computi precedentis de verbo ad verbum copiato, saltem clausule ad ad²⁴¹ hoc facientes. Et solvit eidem pro termino festi beati Stephani prothomartiris crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, per litteram publicam dicti domini Georgii de Bersatoribus de confessione et recepta, datam Auguste die vicesima prima mensis marcii, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, manu Petri Geremie de Augusta notarii signatam, superius in librata caponum redditam, continentem confessionem centum solidorum qui sibi infra allocantur

- XIX solidos monete Auguste

Sciendum est quod non allocatur dicto castellano unus denarius monete Auguste pro Petro, filio Jaquimini de Alex de Effra quondam, in quo dictus dominus Henricus, dominus de Quarto quondam, eidem Jaquimino tenebatur de censu per annum pro quadam pecia prati sita in pratis domini apud Oloes que movetur de feudo dicti Jaquimini quondam, sub annua pensione novem eminalium siliginis, de quibus superius in libris siliginis fit mencio, et unius denarii servicii, solvendorum annis singulis in festo beati Michaelis, ut in quodam instrumento vendi-

²⁴⁰ Lire *quondam*.

²⁴¹ Répété.

cionis inde facte per Petrum et Johannem fratres, filios quondam Colerii Alborum de Seignins, de laude et consensu Jaquimini Peronini de Alex de Effra, suprascripto domino Henrico, domino de Quarto quondam, recepto per Johannem Gontereti de Augusta, notarium publicum, sub anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo, die quinta mensis maii, in libratis siliginis septimi computi precedentis de verbo ad verbum copiato, ut dicitur in computo precedenti, pro termino festi beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio, nec eciam fuit allocatum in computo precedenti pro eodem termino anni Domini millesimi tercentesimi nonagesimi secundi, pro eo quia non apportavit litteram confessionis et recepte dicti Petri, sed in computo sequenti eidem allocabuntur pro dictis duobus annis et sequentibus dumtamen confessionem dicti Petri apportaverit de recepta alias non.

Item non allocantur sibi tres denarios monete Auguste in quibus dictus dominus Henricus dominus de Quarto quondam tenebatur annuatim Petro Vulliermete de Avisio, parrochie Quarti, pro quadam pecia prati sita in pratis domini apud Olees, ut in quodam publico instrumento, recepto per Johannem Gontereti notarium, sub anno Domini millesimo tercentesimo sexagesimo nono, indictione septima, die decima quarta mensis januarii, in libratis [XLVI] siliginis septimi computi precedentis de verbo ad verbum copiato, et non allocantur sibi pro termino festi beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio nec fuerunt in computo precedenti allocati pro eodem termino anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, quia non apportavit litteram dicti Petri Vulliermete de confessione et recepta, sed quando ipsam apportabit allocabuntur sibi.

82

Prandia:

Libravit personis in septimo computo precedenti specificke nominatis pro prandiis datis et debitis eisdem singulis annis in crastinum Nativitatis Domini, dum solvunt servicia debita per easdem, ut in computo precedenti, que prandia sunt numero quinque, que valent, computato quolibet quatuor priorum prandiorum, sex denariis, et ultimo tribus denariis, more solito, ut in computo precedenti, et allocantur eidem pro termino festi beati Stephani yemalis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto - II solidos, III denarios monete Auguste

Libravit personis in octavo computo precedenti particulariter nominatis et descriptis, debentibus de royo per annum quinque modia, un-

decim sestaria, eminam, tres quarteronos et tercium unius quarteroni vini ad parvam mensuram, quibus quando dictum vinum solvunt dari debet unus denarius pro quolibet sestario vini, ut in computo precedenti, et allocantur eidem pro termino vindemiarum anni Domini millesimi tercentesimi nonagesimi tercii

- V solidos, XI denarios obolo monete Auguste

Libravit supradicto domino Georgio de Bersatoribus, mistrali reffectorii capituli Auguste, pro uno prandio seu reffectorio simplici per dominum Henricum, dominum de Quarto quondam, debito et fiendo capitulo ecclesie predictae singulis annis, pro feudo quod ab eadem ecclesia et capitulo tenebat, ut in instrumento publico transactionis facte cum dicto capitulo per dictum dominum de Quarto quondam, recepto per Aymonetum Boveti de Porta Sancti Ursi notarium publicum, sub anno Domini millesimo tercentesimo sexagesimo septimo, indicione quinta, nonas aprilis, quod in septimo computo precedenti exhibuit, et solvit sibi pro anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio, per litteram dicti domini Georgii de testimonio premissorum, confessioneque et recepta, datam Auguste die vicesima prima mensis marcii, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, superius in librata caponum redditam

- C solidos monete Auguste

Opera castris:

Libravit Hugonino Grillion capienti pro suis salario et expensis decemseptem dierum quibus vacavit in reparacione bornellorum et poncium dicti castris a festo beati Johannis Baptiste anni Domini millesimi tercentesimi nonagesimi tercii citra, in pluribus suis partibus destructorum, capienti per diem pro suis salario et expensis duos denarios grossos: - II solidos, X denarios grossos, ut per notam instrumenti dicti Hugonini de confessione et recepta, ac tetimonio premissorum, datam in castro Quarti die decima quinta mensis marcii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, superius in libratis siliginis redditam. Item in empcione quatuordecim veriarum ferri novarum [XLVII] pro dictis bornellis emptarum, qualibet veria decem denariis fortibus cambis ad grossos: - XVII denarios obolo grossos. Item salario et expensis Dominici de Viellimorta, carpentatori, duorum dierum quibus vacavit per dictum tempus reparando dictos bornellos, capienti per diem pro salario et expensis duos denarios grossos: - IIII denarios grossos, ut per notam instrumenti dicti Dominici de testimonio premissorum ac confessione et

recepta, datam die decima sexta marcii anno quo supra, superius in librata siliginis redditam. Et allocantur presens et alie subscripte librata de mandato magistrorum computorum domini predictorum, habito prius corporali juramento dicti castellani, suo juramento asserentis sic fuisse solutum et libratum, prout in eisdem continetur

- IIII solidos, VII denarios obolo grossos

83

Capella domini:

Libravit domino Bartholomeo Roman de Secusia, capellano celebranti et celebrare debenti tres missas in capella domini Ville Franche et alias tres missas in capella domini castri de Quarto, singulis ebdomadis ad honorem Dei, beateque gloriose Virginis Marie, beatorumque Anthonii et Nycolay, sanctorum suorum, pretextu quorum percipit et percipere debet singulis annis viginti quinque libras cursibilis monete Auguste, ex ordinacione domini et per eius litteram de mandato solvendi et allocandi, datam Rippaillie die vicesima augusti anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo, copiatam de verbo ad verbum in octavo computo precedenti, et solvit sibi pro duobus annis finiendis die vicesima mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, per notam instrumenti dicti domini Bartholomei de testimonio premissorum confessioneque et recepta, datam Auguste in monasterio sancti Ursi, die vicesima secunda mensis maii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto predicto, quam reddit manu Johannis Gontereti de Augusta notarii signatam - L libras monete Auguste

Deducuntur eidem de summa sexaginta solidorum annui census et unius denarii monete Auguste servicii et duorum denariorum tocuis placiti quando acciderit sine plus capere, prius debitorum anno quolibet per Jacobum Columbe, Petrum Pentecostes, Vulliermum de Cella, Remigium de Revoyria, Petrum de Blanche flour, Vulliermetum de Mallio, Andream Sponso, Vulliermetum Cognient, Gaspardum de Crestella, Vullierminum de Bressognia, Johannem de Balma, pro se et fratribus suis, Petrum Martine, Johannem Imperatricis, Roncigniodum Bartholomei de Perrola, pro hospicio filii sui de Pra, Hugonetum de Thiebant, dominum Reynardum, capellanum ad eius vitam, et alios homines de Quarto qui ad infrascripta voluerunt usagiare pro emphiteosi et albergamento perpetue sibi facto per egregium virum dominum Henricum, dominum de Quarto quondam, de omnibus et singulis broliis suis, sitis subtus Quartum, cum arboribus, spinis, borziis ibidem nunc et in fu-

turum existentibus, cum suis confinibus et aliis multis pactis et conventionibus quibus inter cetera canetur, quod casu quo ipsa brolia in toto vel in parte ex diluvio Durie vastarentur, quod in eo casu ipsi acquirentes pro rata dampni tantum minus faciant ipsi domino de dicto usagio, taxacione proborum communiter eligendorum et ulterius recuperari non possint prout predicta et alia quam plurima laciis describuntur in instrumento dicti algergamenti, recepto per Aymonem Palmerii de Balma, notarium, sub anno Domini millesimo tercentesimo sexagesimo, die veneris post Pascha, et deducuntur eidem de mandato genitoris quondam domini ad humilem supplicacionem sibi pro parte dictorum hominum de Quarto factam, [XLVIII] actenta comissione super premissis per dominum castellano Quarti facta et relacione Johannis Pullie, Johannis de Furno, Aymonodi Pansodi, Petri Verney, pretextu dicte commissionis in manibus dicti castellani Quarti ante ipsum, suis corporalibus juramentis dicencium et testificancium quod a tempore dicte infeudacionis facte per quondam dominum de Quarto de broliis de Quarto citra, ipsa brolia propter diluvium peioraverunt de duabus partibus, quibus informacionibus per dictum quondam dominum nostrum comitem et eius consilium receptis diligenter et examinatis, idem genitor domini quondam dictis hominibus de Quarto supplicantibus medietatem tocuis annualis cense que per dictos supplicantes dari debebat ante disrupcionem brolie supra dicte pro se et suis, diminuit et admovit taliter quod ab ipsis vel altero ipsorum pro dicta brolia non exigatur abinde nisi medietas cense annualis alias dari consuete, per litteram dicti quondam genitoris domini de diminucione predicta, cum mandato dictam medietatem dumtaxat exigendi et reliquam medietatem deducendi, datam Auguste die vicesima mensis octobris, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo, cuius tenor in secundo computo precedenti de anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo de verbo ad verbum est insertus. Et deducuntur sibi pretextu dictarum litterarum domini pro termino festi beati Stephani prothomartiris, crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, pro quo termino in presenti computo ad plenum computat more solito in recepta - XXX solidos monete Auguste

Solucio VI^{xx} florenorum debitorum fratribus minoribus Auguste:

Libravit fratri Girardo, vicario conventus fratrum minorum Auguste, recipienti nomine dicti conventus, quibus fratribus domina solvi manda-

vit et ordinavit per dictum catellanum Quarti singulis annis viginti floreni auri parvi ponderis usque ad plenam solucionem sexcies viginti florenorum auri parvi ponderis eisdem fratribus et conventui fratrum assignatorum et ordinatorum per dominam, occasione et per litteram domine de mandato ipsis fratribus et conventui singulis annis solvendi viginti florenos, usque ad plenam et integram solucionem dictorum sexcies viginti florenorum, datam Rippallie, die XVIII mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, in computo precedenti de anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo declaratam et designatam, et solvit eidem pro duobus annis in exoneracionem dicti debiti, per litteram publicam dicti fratris Girardi de testimonio premissorum, confessioneque et recepta, datam Auguste, die quarta mensis maii, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, quam reddit manu Johannis Gontereti de Augusta notarii signatam,²⁴² et de residuo fuit sibi satisfactum per Hugonem Garnerii castellanum ibidem ante ipsum - XL florenos auri parvi ponderis

84

Pensio magistri Bosoni pictoris:

Libravit magistro Bosoni de Grangiis, parrochie Sancti Marcelli dyocesis Auguste, quem domina et dominus genitor quondam domini, ac tentis sufficiencia industria et discrecione eiusdem magistri Bosonis, sperantes indubie temporibus futuris domine et domino per eundem magistrum Bosonem de artificio suo sufficienter et fideliter serviri, in suum pictorem, familiarem et continuum commensalem elegerunt sibi et retinuerunt, cum uno famulo quem duxerit eligendum ita quod ab inde in antea aliorum servitorum domine et domini consorcio aggregetur, et privilegiis et immunitatibus [XLIX] ipsorum utatur et servatur, sub annua pensione quinquaginta florenorum auri parvi ponderis per dominam et dominum eidem concessorum singulis annis percipiendorum quamdiu vixerit in humanis, de et super preysiis et exitibus preysiarum castellanie Quarti, anno quolibet, in festo beati Andree apostoli, ut idem Boso serviciis domine et domini artificio pictoris et eius scencie incumbentibus fervencius animetur, ut per litteram domine et domini de testimonio premissorum, cum mandato dictam pensionem annis singulis termino

²⁴² La phrase *et de residuo fuit sibi satisfactum per Hugonem Garnerii castellanum ibidem ante ipsum* est ajoutée dans la marge droite avec un signe de renvoi.

predicto solvendi, et habita in prima solutione cum copia dicte littere dicti magistri Bosonis littera de recepta, et in singulis sequentibus solutionibus littera dumtaxat de recepta allocandi, datam Rippallie, die vigesima octava mensis maii, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo, cuius tenor in tercio computo precedenti de annis Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono et nonagesimo, est insertus. Et solvit sibi dictam pensionem pro termino festi beati Andree apostoli, annorum Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo et nonagesimo tercio, quoniam pro dicto termino festi beati Andree anni millesimo tercentesimo nonagesimi secundi nichil fuit allocatum pro eo quia nullas litteras dicti Bosoni de recepta apportavit, per litteram dicti magistri Bosoni de confessione et recepta, datam Chamberiaci, die decima secunda mensis septembris, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, quam reddit manu Johannis Parilliati signatam

- C florenos auri parvi ponderis

Donacio facta Arthe Parmerii:

Libravit Arthe, relicte Anthonii Parmerii de Balma quondam, tutrici Petri filii dictorum coniugum, quiquidem Anthonio domina nostra domina Bona de Borbonio, Sabaudie comitissa, et dominus noster pie memorie Amedeus Sabaudie comes eius genitus quondam, ad humilem supplicationem prenominati Anthonii donaverunt de gracia speciali et concesserunt quindecim florenos auri parvi ponderis quolibet anno durantibus durantibus²⁴³ proximis decem annis, actento quod idem Anthonius tenet a domino in emphiteusim et feudum quamplures possessiones que fuerunt domini de Quarto quondam, pro quibus debet domino sexaginta unum franchos auri, duodecim solidos monete Auguste et quinque modia, octo sestaria vini de censu per annum, de quibus idem castellanus superius computat in recepta, ex quibus tam ratione solutionis dicti census annui quam culture dictarum rerum, idem Anthonius prout supplicando asseruit multipliciter gravatur, audita eciam relatione et informacione Guilliermi Cutellerii et Jaquimini Clavanderii ex commissione per dominum sibi facta, in presencia dominorum Episcopi Mauriane, capitanei Pedemoncium, Johannis de Conflens et Johannis de Corgerone, consiliariorum domini, refferencium recepta informacione plena super supplicatis et dicencium in verbo veritatis, quod tempore

²⁴³ Répété.

quo res tradite fuerunt dicto Anthonio, de eo quod datus fuit franchus non poterat reperiri nisi florenus parvi ponderis, quia tunc res deteriorate fuerunt in manibus castellani quia ipsas non coluit sicut ipsas colebat dominus de Quarto quondam, et solvit eidem pro secundo et tercio dictorum decem annorum, per litteram supradictorum domine et domini de mandato solvendi, et habita in prima solucione cum copia dicte littere in prima solucione dicti Anthonii littera de recepta, et in singulis aliis solucionibus dicto decennio durante dumtaxat littera de recepta in singulis computis dicte castellanie allocandi, datam Auguste die vicesima secunda mensis julii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, cuius tenor in computo precedenti de anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo cuius littere tenor in secundo computo precedenti de anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo²⁴⁴ est insertus, et per litteram publicam dicte Arthe, tutricis dicti Petri filii quondam et heredis Anthonii Parmerii supradicti, de testimonio premisorum, confessioneque et recepta dictorum quindecim floreni pro secundo anno dictorum decem annorum, incepto die vicesima secunda inclusive mensis julii, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, et finiendo simili die vicesima secunda mensis julii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio, quia non apportavit idem castellanus litteram dicti Anthonii de confessione et recepta dictorum quindecim florenorum pro duobus annis, videlicet secundo et tercio dictorum decem [L] annorum, inceptis die vicesima secunda inclusive mensis julii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo et finiendis simili die vicesima secunda exclusive mensis julii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, datam Auguste in Porta Sancti Ursi die quindecima mensis maii, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, quam reddit manu Petri filii Vuillermeti Allexini de Verrecio notarii signatam una cum copiis supplicacionis et litterarum domine et domini ipsius Anthonii

- XXX florenos parvi ponderis

85

Solucio stipendiorum dicti castellani:

Allocantur eidem quos solvit sibi ipsi qui sibi per dominum debebantur pro stipendiis suis quinque ebdomadarum quibus domino nostro Sa-

²⁴⁴ Les mots *de anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo* sont ajoutés dans la marge droite avec un signe de renvoi.

baudie comiti servierunt cum duabus lanceis cum equis et armis in guerra domini quam facit pro domino dominus Ybletus dominus Challandi, capitaneus Pedemoncium, contra dominos de Maxino, rebelles domini, ut per litteram dicti domini capitanei de testimonio premissorum cum rogato allocandi, datam Auguste die vicesima quinta mensis octobris anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio, quam reddit sigillo dicti domini capitanei sigillatam,²⁴⁵ et qui dominus capitaneus domino computare debebit. Et allocantur de mandato magistrorum computorum domini predictorum - L florenos parvi ponderis

Allocantur sibi quod dominus Ybletus dominus Challandi et Montisjoveti, capitaneusque generalis Pedemoncium, habuisse realiter confessus est ab eidem castellano, et qui traditi fuerunt stipendiariis dicti domini nostri, quos tenuit ipse dominus capitaneus ultra montes nomine domini contra rebelles domini de Maxino,²⁴⁶ et de quibus ipse dominus capitaneus domino debebit in eius primo coputo computare, per litteram ipsius domini capitanei de testimonio premissorum cum rogato allocandi, datam Ciriaci die vicesima nona marcii, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, quam reddit sigillo dicti domini capitanei sigillatam et allocantur de mandato magistrorum et auditorum computorum domini predictorum

- CXLV florenos, X denarios grossos parvi ponderis

Exoneracio debiti remanencie ultimi computi Hugonis Garnerii, olim castellani Quarti:

Libravit Hugoni Garnerii alias Roda de Chamberiaco, domicello olim castellano ante ipsum, in exoneracionem quingentorum triginta unius florenorum auri parvi ponderis, septem denariorum et trium parcium unius denarii grossi turonensis, in quibus eidem Hugoni tenebatur pro remanencia sui ultimi computi dicte castellanie Quarti, finiti die undecima exclusive mensis maii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo et de quibus dictus Hugo habet litteram domini de debito et promissione solvendi, datam Chamberiaci die secunda mensis aprilis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio, quam quidem remanenciam dictus Anthonius de Solerio solvere respondit et se obligavit erga dictum Hugonem Garnerii soluturum videlicet totam

²⁴⁵ Dans la marge gauche : *Capitaneus Pedemoncium.*

²⁴⁶ Dans la marge gauche : *Capitaneus Pedemoncium.*

illam quantitatem que ultra quingentos florenos quos aliunde domina dicto Hugonini solvere convenit et solvit de quibus et qui includuntur in maiori quantitate de qua idem Hugo in suo dicto computo precedenti in recepta computavit, pro remanencia dicti sui ultimi computi apparebit et reperietur eidem Hugoni deberi solvere et in pace delibare dicto Hugoni vel suis aut suo certo nuncio, anno quolibet a data instrumenti infra designati in antea, ad rationem ducentorum florenorum per annum in ultimo tamen anno et ultimo termino solvendo dumtaxat minorem quantitatem si minor tunc sit et minor tunc debeatur de dicta remanencia quam fuit ducenti floreni usque ad plenam [LI] solucionem et integram satisfacionem ipsius totalis remanencie. Casu videlicet et non alias quo dicta domina nostra Sabaudie comitissa dicto Anthonio observabit et non infringet assignaciones per ipsam dominam nostram Sabaudie comitissam eidem Anthonio supra dicto officio, preysiis, victualibus et obvencionibus castellanie Quarti predictae factas, et casu eciam quo ipse Anthonius tenebit et non dimictet officium et castellaniam predictas et non alias, prout predicta laciis continentur cum pluribus aliis in instrumento publico dictarum confessionum et obligacionum, recepto per Johannem Eyrnardi notarium publicum sub anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, indicione decima quinta, die vicesima mensis januarii, quod intrumentum una cum littera remanencie supradicta in computo precedenti ostendit et penes se retinuit pro ipsis restituendis dicto Hugoni donec sibi fuerit integre satisfactum et solutum de remanencia debiti supradicta. Et solvit sibi et se obligavit ut supra dictus Anthonius castellanus erga dictum Hugonem, vigore quarundarum litterarum domine nostre Sabaudie comitisse, tutricis et administratricis illustris domini nostri comitis de testimonio dictarum obligacionis et confessionis factarum in instrumento superius designato pro solvenda dicta remanencia eidem Hugoni Garnerii tam super preysiis bladorum, vinorum et ceterorum reddituum et obvencionum castellanie Quarti, quam super dono et concessione per comunitatem et homines dicti loci Quarti factis pro redempcione officii, de qua tamen remanencia idem Hugo per litteras patentes domine vel domini informabit, solutis tamen ipsi Anthonio et per ipsum retentis singulis annis quadringenti florenis sibi Anthonio assignatis super dicta castellania precii bladorum, victualium et aliis emolumentis eiusdem castellanie, donec sibi foret satisfactum de certa maiori quantitate florenorum ducatorum auri per dominum sibi debitorum. Cum mandato quantitatem et quantitates quas dictus Anthonius

castellanus solverit et expedierit dicto Hugoni de quibus habebit in ipsius primo computo cum copia dicte littere litteras de recepta, et in aliis sequentibus computis dumtaxat litteram de recepta allocandi super preysiis, bladis, victualibus quibuscumque redditis et obvencionibus ac donis predictis, datarum²⁴⁷ Chamberiaci die decima octava januarii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, in computo precedenti copiatam. Et de qua eciam infra fit mencio. Et solvit sibi vigore dictarum litterarum domine, et per litteram publicam dicti Hugonis Garnerii de confessione et recepta subscripte quantitatis, datam Chamberiaci die decima quinta mensis februarii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, quam reddit manu ipsius Hugonis Rode signatam. Et est sciendum quod in dorso instrumenti et littere remanencie superius designate est facta mencio de presenti solutione, facta in exoneracionem dicte remanencie quingentorum triginta unius florenorum, septem denariorum et trium quartorum unius denarii grossi turonensis. Et sic est dicto Hugoni satisfactum tam in presenti quam in precedenti computis in exoneracione debiti supradicti de III^C florenis auri parvi ponderis - II^C florenos parvi ponderis

Allocantur sibi quos Martinus de Calcibus, thesaurarius Sabaudie generalis, habuisse et recepisse confessus est ab eodem castellano de exitibus dicte castellanie anni Domini millesimi tercentesimi nonagesimi tercii predicti, de quibus²⁴⁸ dictus Martinus domino computabit, per litteram ipsius Martini de testimonio premissorum [LII] cum rogato allocandi, datam die decima secunda mensis januarii, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, quam reddit signetis cereo et manuali dicti Marini sigillatam et signatam

- LXIII florenos auri parvi ponderis

Salarium:

Libravit sibi ipsi capienti viginti quinque florenos auri parvi ponderis de salario per annum pro regimine dicte castellanie, ex ordinacione genitoris quondam domini, ut in computo precedenti,²⁴⁹ et allocatur sibi dictum salarium ad racionem ipsius pro rata temporis de quo computat videlicet pro uno anno integro, incepto die tertia inclusive mensis maii

²⁴⁷ Lire *datam*.

²⁴⁸ Dans la marge gauche : *Martinus de Calcibus*.

²⁴⁹ Les mots *ex ordinacione genitoris quondam domini* sont ajoutés dans la marge droite avec un signe de renvoi.

anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio, et finito die tercia exclusive dicti mensis maii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, de quibus computat ut supra:

- XXV florenos auri parvi ponderis

Remanencia computi precedentis:

Allocantur eidem in quibus dominus sibi tenebatur pro remanencia sui computi precedentis finiti die tercia exclusive mensis maii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio, receptique per Franciscum Calodi de Chamberiaco, thesaurarium domini, et de quibus idem castellanus nullam habuit litteram domini de debito

- CXV florenos, IIII denarios, I quartum grossi turonensis parvi ponderis

Summa librate salarii allocati cum remanencia computi precedentis:

- LXXV libre, XVI solidi, IIII denarii obolo monete Auguste

Et: - VII^C LXIII floreni, IX denarii, III quarti grossi parvi ponderis

Et sic, cambsis et conversis omnibus et singulis monetis, tam recepte quam librate supradictis, ad florenos auri parvi ponderis, computatisque singulis viginti sex solidis monete Auguste pro uno floreno auri boni ponderis vetere, valente tresdecim denariis obolo grossis, singulis decem solidis januensibus pro quindecim solidis dicte monete Auguste, quolibet floreno auri parvi ponderis pro duodecim denariis grossis, quolibet floreno auri boni ponderis vetere pro tresdecim denariis obolo grossis turonensibus, quolibet floreno auri januense ad XV pro quindecim denariis grossis, et quolibet francho auri pro quindecim denariis grossis turonensibus parvi ponderis, et econverso, factisque deductionibus hinc inde modo debito, dictus castellanus debet:

- IIII^{XX} XVII florenos, VIII denarios, sextum, dimidium quartum unius denarii grossi grossi²⁵⁰ parvi ponderis

86

Exoneracio debiti dicti castellani:

Quibus adduntur in exoneracionem mille sexcies centum folrenorum auri ducatorum eidem castellano per dominum prius debitorum causis infrascriptis. Et primo mille florenorum ducatorum auri qui dicto Anthonio per inclite recordacionis principem illustrem dominum nostrum

²⁵⁰ Répété.

dominum Amedeum Sabaudie comitem quondam, genitorem domini, debebantur pro estimacione quarundam domorum suorum sitarum in civitate Yporrigie jam dudum ad tantum extimatarum per nonnullos ad hec specialiter deputatos, instrumento publico inde super hoc recepto per Boniffacium de Rosseto, notarium publicum, sub anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, die vicesima quinta mensis octobris. Item in exoneracionem sexcies centum ducatorum qui eidem Anthonio per dictum dominum nostrum comitem quondam aliunde debebantur ad racionem quindecim denariorum grossorum turonensium pro quolibet ducato dictorum sexcies centum ducatorum auri, et quos domino mutuo tradidit et concessit manu domini Egidii Drueti, secretarii domini, qui de ipsis domino computasse debuit, et quos mille florenos ducatos ab una parte et sexcies centum ducatos ad XV ab alia, dictus dominus noster comes, genitor quondam domini, eidem castellano prius assignaverat in et supra universis et singulis redditibus et obvencionibus, emolumentis et exitibus loci et castellanie Viviaci Magni, quos et que una cum bladis, vinis et victualibus aliis [LIII] eidem Anthonio et suis nichil excepto obligaverat solvendo eidem et sibi retinendo singulis annis ducentos florenos ducatos usque ad plenam solucionem dictorum mille et sexcies centum florenorum ducatorum, per litteram dicti domini nostri comitis quondam de testimonio premissorum, datam Rippaillie die decima mensis maii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo, in computo precedenti copiatam. Item cum illustris domina Bona de Borbonio, Sabaudie comitissa, tutrix et administratrix domini nostri comitis, locum et pertinencias de Boucz que pridem dicte castellanie Viviaci subiacebant, annexaverit castellanie Rosseillionis dum dictus Anthonius foret dicti loci Viviaci castellanus, taliter et in tantum quod idem Anthonius tunc castellanus Viviaci tot redditus et emolumenta ac proventus recipere non poterat quot recipere solebat in dicto loco Viviaci ante dictam annexionem, propter quod domina voluit et ordinavit quod dictus Anthonius, tunc dicti loci Viviaci castellanus, tam super redditibus, obvencionibus et emolumentis, preysia, bladis, vinis et aliis victualibus dicte castellanie quam de et super subsidiis domino concessis per homines castellanie Viviaci et dicti loci et pertinenciarum de Boucz, inclusis ducentis ducatis supradictis in exoneracionem debiti supradicti mille et sexcies centum florenorum, perciperet et haberet quatercentum florenos ducatos auri annis singulis donec sibi esset satisfactum et integre persolutum de quantitate predicta, per litteream domine de testimo-

nio premissorum mandatoque allocandi, datam Chamberiaci die vero vicesima nona mensis decembris anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo a Nativitatis Domini sumpto, in computo precedenti copiatam. Preterea dicta domina nostra comitissa, administratorio et tutorio nominibus quibus supra, cum prenominate Anthonio de Solerio quem loci et castellanie Quarti predictorum constituit castellanum ut superius paciscendo, voluit et ordinavit quod ultra salarium et cetera percipi consueta per castellanos de Quarto ante ipsum, quod ipse Anthonietus sibi ipsi solvat et sibi retineat ac solvere et retinere sibi possit singulis annis tam super preysiis, obvencionibus, vinis, bladis et victualibus aliis et redditibus castellanie Quarti, quam super dono et concessione domino factis per homines et communitates castellanie Quarti, sicut et prout sibi solvere et retinere poterat super preysiis et dono castellanie Viviaci Magni, quatercentum florenos ducatos usque ad complementum solucionis dictorum mille et sexcies centum florenorum ducatorum, seu remanencie illius quantitatis in qua dominus sibi teneretur, ut per litteram domine de testimonio premissorum cum mandato per dictum Anthonietum castellanum solvendi Hugoni Garnerii alias Roda, castellano ibidem ante ipsum, super preysiis et dono predictis, ducentos florenos parvi ponderis singulis annis usque ad integram solucionem finalis remanencie que sibi deberetur pro remanencia sui ultimi computi castellanie Quarti, cum mandato allocandi in singulis suis computis dictas quantitates, habita in prima solutione cum copia dicte littere littera dicti Hugonis [LIIII] de recepta dictorum ducentum florenorum, datam Chamberiaci die decima octava mensis januarii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, manu Micheleti de Croso, secretarii domini, signatam. Quarum litterarum superius designatarum tenores sunt in computo precedenti de verbo ad verbum copiatam. Et est sciendum quod dicto castellano est satisfactum per dominum ut in tribus suis computis castellanie Viviaci Magni per ipsum redditus, videlicet de sexcies centum ducatis auri ad XV, de quibus superius fit mencio et ut eciam est descriptum in dorso littere domini nostri comitis quondam, superius primo copiate, et tam in precedenti quam²⁵¹ in presenti computis in exoneracionem dicti debiti de VIII^C florenorum ducatorum qui descripti sunt in dorso dicte littere in duabus particulis. Et sic restant qui

²⁵¹ Les mots *precedenti quam* sont ajoutés dans la marge droite avec un signe de renvoi.

sibi adhuc debentur pro remanencia dicte totalis quantitatis ducenti floreni ducati auri ad rationem infrascriptam, et allocantur sibi vigore dictarum litterarum necnon et de mandato quo supra, et in quarum litterarum dorso facta est mencio de presenti quantitate sibi soluta prout supra
- IIII^C ducatos auri ad XIII

Summa additi: - IIII^C floreni ducati auri ad XIII

Et sic, cambsis et conversis monetis predictis ad florenos parvi ponderis modis quibus supra valere dicuntur, dicto Anthonieto castellano debentur:

- V^C LXIII floreni, IIII denarii, sextum, dimidium quartum unius denarii grossi turonensis parvi ponderis.

De quibus deducuntur quos recepit a se ipso de et pro remanencia preciorum bladorum, vinorum et aliorum victualium dicte castellanie Quarti, per ipsum debitorem pro anno predicto millesimo tercentesimo nonagesimo tercio et sibi venditorum ut infra in vendicionibus infrascriptis

- III^C IIII^{XX} I floreni, VIII denarii, quartus, sextus et dimidius quartus unius denarii grossi

Summa deducti:

- III^C IIII^{XX} I florenus, VIII denarii, quartus, sextus et dimidius quartus unius denarii grossi

Et sic debentur finaliter eidem Anthonieto de Solerio castellano:

- C IIII^{XX} II floreni, VII denarii, III quarti unius denarii grossi turonensis parvi ponderis.

Que remanencia allocatur eidem in sui cauda computi inferius consueti, finiti die decima tercia exclusive mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto.

Et sit hic eque.

87 [LV] *Vendiciones:*

Idem reddit computum quod recepit a se ipso de et pro preciiis bladorum et aliorum victualium per ipsum ut supra debitorem et sibi venditorum per Martinum de Calcibus, thesaurarium Sabaudie generalem, in cauda computi domini preciiis infrascriptis.

Primo pro precio quatuordecim modiorum, duorum sestariorum et trium quartanarum frumenti per ipsum debitorem et sibi venditorum ut supra, quolibet modio duobus solidis grossis turonensibus

- XXVIII solidos, XI denarios grossos

Recepit pro precio sexcies viginti octo modiorum, trium sestariorum, trium quartanarum, duorum eminalium, quarti, sexti et dimidii quarti unius eminalis siliginis per ipsum debitorum et sibi venditorum ut supra, quolibet modio decem septem denariis grossis turonensibus

- C III^{XX} II florenos, III denarios, III quartos et dimidium quartum grossos

Recepit de et pro precio unius modii avene, per ipsum debiti ut supra, et sibi pro tanto venditi - I florenum

Recepit de et pro precio duorum modiorum, quatuor sestariorum, emine ordeï per ipsum debitorum et sibi venditorum ut supra, quolibet modio quatuordecim denariis grossis turonensibus

- III florenos,²⁵² II denarios obolo grossos

Recepit de et pro precio decem sestariorum, duarum quartanarum duorum eminalium nucum, per ipsum debitorum et sibi venditorum ut supra, quolibet sestario duobus denariis obolo grossis

- II solidos, II denarios, tercium. dimidium quartum grossos

Recepit de et pro precio quadraginta quatuor librarum caseorum per ipsum debitarum et sibi venditarum ut supra ad rationem sexdecim denariorum grossorum turonensium pro quintali

- VII denarios et vigesimum quartum unius denarii grossi

Recepit de et pro precio tresdecim seraceorum, octo ruczarum et sexti unius rucze seracei, per ipsum debitorum et sibi venditorum ut supra, quolibet seraceo decem denariis grossis turonensibus, computatis decem rucziis pro seraceo

- XI solidos, VI denarios, sextum unius denarii grossi turonensis

Recepit de et pro precio unius emine senapii per ipsum debite et sibi vendite pro tanto - XII denarios grossos

Recepit de et pro precio centum sexaginta octo caponum, quarti unius caponis et quinte partis duodecime partis unius caponis per ipsum debitorum et sibi venditorum ut supra, quolibet capone tribus partibus unius denarii grossi

- X solidos, VI denarios, dimidium quartum et duodecimum unius denarii grossi

Recepit de et pro precio sexdecim perniciousum per ipsum debitarum et sibi venditarum ut supra, qualibet pernicio obolo grosso

²⁵² Dans les comptes précédents on trouve *III solidos*.

- VIII denarios grossos

Recepit de et pro precio septem muthonum seu castronum per ipsum debitorum et sibi venditorum ut supra, quolibet castrone sex denariis grossis

- III solidos, VI denarios grossos

Recepit de et pro precio quadraginta quinque modiorum, duorum setariorum, unius quarteronum et dimidium vini per ipsum debitorum et sibi venditorum ut supra, quolibet modio duobus florenis cum dimidio

- C XII florenos, XI denarios, et quartum et duodecimum unius denarii grossi

Recepit de et pro precio triginta sex fassorum feni communis per ipsum debitorum et sibi venditorum ut supra, quolibet fasso duobus denariis grossis turonensibus more solito

- VI solidos grossos

Recepit de et pro precio triginta duorum fassorum, tercii et quarti unius fassi feni teysiatorum per ipsum debitorum et sibi venditorum ut supra, quolibet fasso duobus denariis obolo grossis

- VI solidos, IX denarios, tercium, dimidium quartum unius denarii grossi

Recepit de et pro precio quindecim librarum cere ad pondus Auguste per ipsum debitorum et sibi venditorum ut supra, quolibet libra duobus denariis grossis

- II solidos, V denarios grossos

Recepit de et pro precio duarum tibiatarum porci, per ipsum debitorum et sibi venditorum ut supra, quolibet tibia obolo grosso

- I denarium grossum

Recepit de et pro precio unius quarterii vache per ipsum [LVI] debiti et sibi venditi ut supra pro tanto more solito

- VI denarios grossos

Recepit de et pro precio quater centum quadraginta allecum per ipsum debitorum et sibi venditorum ut supra, quolibet cento uno floreno auri boni ponderis vetere, valente tresdecim denariis obolo grossis more solito, cambsis dictis florenis veteribus ad florenos parvi ponderis

- IIII florenos, XI denarios, I quartum grossum parvi ponderis

Recepit de et pro precio duarum turturum piscis per ipsum debitorum et sibi venditorum ut supra, quolibet turture quinque denariis grossis more solito

- X denarios grossos

Recepit de et pro precio duorum piscium vocatorum palex salatorum, per ipsum debitorum et sibi venditorum ut supra, quolibet pisce obolo grosso more solito

- I denarium grossum

Recepit pro precio sex bizolarum salsatarum, per ipsum debitarum et sibi venditarum ut supra, quolibet quarto unius denarii grossi turonensis more solito - I denarium obolo grossum

Recepit pro precio sex duodenarum cum dimidia postium per ipsum debitarum et sibi venditarum ut supra, qualibet duodena, quinque denariis grossis turonensibus more solito

- II solidos, VIII denarios obolo grossos turonenses

88

Summa dictarum vendicionum:

- III^C III^{XX} II floreni, XI denarii et sextus unius denarii grossi turonensis parvi ponderis.

De quibus libravit in empcione unius sestarii, unius emine et quatuor eminalium siliginis, per ipsum emptorum pro expensis triginta duorum hominum operancium ad corvatam de mense julii nuper lapso <anno> millesimo tercentesimo nonagesimo quarto tam in reparacione rivi domini vocati de Preposito quam recolligendo fena domini²⁵³ quasi per unam diem, ut in titulo siliginis caude sui ultimi computi inferius consuti plenius declaratur, in quo nichil fuit sibi allocatum pro expensis dictorum hominum pro eo quia nulla victualia tempore de quo computat in dicta cauda computi recepit, et allocantur hic ad racionem vendicionum suprascriptarum de mandato Anthonii Barberii et Petri Magnini, magistrorum et auditorum computorum domini: - IIIII denarios, sextum, dimidium quartum unius denarii grossi. Item in empcione et pro precio quinque ruczarum et tercii alterius rucze seracei per ipsum emptarum pro expensis dictorum triginta duorum hominum ultra dictam siliginem et vinum subscriptos, emptos pro expensis dictorum triginta duorum hominum ad idem vacancium, ut in titulo seracei caude sui ultimi computi inferius consuti, in quo nichil fuit sibi allocatum pro dictis expensis occasione predicta: - V denarios, I tercium grossi turonensis. Item in empcione duorum sestariorum vini per ipsum emptorum pro expensis dictorum hominum ultra siliginem et seraceum predictos, ad idem vacancium ut supra: - V denarios grossos turonenses, Que particule subscripte ascendunt ad - XIIII denarios obolo, dimidium quartum grossos

²⁵³ Les mots *millesimo tercentesimo nonagesimo quarto tam et quam recolligendo fena domini* sont ajoutés dans la marge droite avec un signe de renvoi.

Anselmo Pession

Summa librate: - XIII denarios obolo, dimidium quartum grossos

Et sic debet:

- III^C III^{XX} I florenos, VIII denarios, quartum, sextum, dimidium quartum unius denarii grossi

De quibus respondet supra post secundum arrestum computi supra-scripti ubi de ipsis computat in recepta.

Et sit hic eque de dictis vendicionibus.

Troisième compte d'Antoine de Solerio d'Ivrée²⁵⁴

(3 mai 1394 - 12 août 1394)

89

[LVII] Computus viri nobilis Anthonieti de Solerio de Yporrigia, domicelli, castellani Quarti in Valle Augusta, de exitibus eiusdem castellanie, a die tercia inclusive mensis maii, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, usque ad diem decimam terciam exclusive mensis augusti anno predicto, qua die expeditur castrum et castellaniam predicta Jacobo de Sancto Martino ex comitibus Sancti Martini per dominum Ybletum dominum Montisjoveti, capitaneum Pedemoncium, castellano ibidem post dictum Anthonietum constituto, ut per litteram ipsius capitani de testimonio premissorum ac mandato facto predicto Anthonieto de expediendo castrum et castellaniam jam dicto Jacobo de Sancto Martino supradicto, datam Auguste die decima tercia mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, et per instrumentum publicum de confessione et recepta castrum et castellanie predictorum facta per dictum Jacobum castellanum post ipsum, continens inventarium bonorum dicti castrum, receptum et signatum per Johannem Gontereti Casei notarium, anno et die quibus supra, videlicet de quatuordecim septimanis et quatuor diebus, receptus apud Chamberiacum presentibus Anthonio Barberii et Petro Magnini de Chamberiaco, magistris et auditoribus computorum domini, per Petrum Rostaignii clericum domini, examinatusque per supradictum Petrum Magnini.

Et videatur computus precedens²⁵⁵ quando sequens recipietur.

Qui castellanus juravit et sub pena viginti quinque librarum forcium tociens committenda per ipsum quociens contrarium reperiretur, bene et fideliter computare de omnibus et singulis receptis et libratis per ipsum, aut alium eius nomine, in dicto officio factis pro domino quoquomodo, castrumque et edificia domini ad sostam tenere, sumptibus domini moderatis.

[II] *Fruementum, siligo, avena et ordeum:*

²⁵⁴ ASTO, *Quart, châteltenie*, inventario 68, foglio 99, mazzo n° 6/2, 1392-1394.

²⁵⁵ Dans la marge gauche: *vide*.

De frumento, siligine, avena et ordeo in dicta castellania annuatim debitis in festis beatorum Michaelis et Stephani yemalis, nichil computat quia nondum fuit terminum sed ipsis advenientibus de ipsis computabit castellanus ibidem post ipsum Anthonietum.

Et est sciendum quod de uno sestario, duobus eminalibus et quarto unius eminalis siliginis per ipsum libratis viginti uni hominibus operantibus ad roydam sive corvatam de mense julii nuper lapsi in reparacione rivi domini de Preposito quasi per unam diem, ut per litteram Bartholomei Tarida de Dovia, administratoris aque dicti rivi, de testimonio premissorum, datam die ultima mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, quam reddit manu Johannis Pesceleti notarii signatam,²⁵⁶ capiente quolibet dictorum hominum²⁵⁷ per diem quinque quarterios panis ultra seraceum et vinum ut infra, et fit in quolibet eminali unus panis seu in quolibet sestario siliginis viginti quatuor panes more solito, ut in computo precedenti, nichil allocatur hic eidem quoniam nichil de siligine ibidem recepit prout supra, sed precium dictorum sestarii, unius emine et quatuor eminalium siliginis sibi allocatur in fine computi proxime precedenti superius consuti, in libratis vendicionum ibidem factarum. Item et de duabus quartanis, uno eminali et tribus partibus unius eminalis siliginis per ipsum libratis undecim hominibus operantibus ad roydam recolligendo decimam feni pratorum domini de Stagno et herbagia feni domino debita a Ponte [LVIII] Lapideo versus Sanctum Christofforum²⁵⁸ anno predicto millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, quasi per unam diem, ut per litteram Aymonodi naturalis de Arnyo, mistralis Quarti, de testimonio premissorum, datam die ultima mensis augusti anno quo supra, quam reddit manu Johannis Gontereti de Augusta notarii signatam.

Pisa ciseria, ligumina, nuces, casei, seracei:

De pisis ciseribus, liguminibus, nucibus, caseis et seracei, in dicta castellania debitis circa festum beati Michaelis nichil computat pro dicto termino anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto quia nondum est terminus, sed ipso adveniente de ipsis computabit castellanus ibidem post ipsum.

²⁵⁶ Les mots de *ut per litteram* à *signatam* sont ajoutés à la fin de la phrase.

²⁵⁷ Les mots *dictorum hominum* sont ajoutés dans la marge droite avec un signe de renvoi.

²⁵⁸ Lire *Christoforum*.

90 Et est sciendum quod de tribus ruczis cum dimidia seracei per ipsum libratis viginti uni hominibus quasi per unam diem operantibus ad roydam sive corvatam de mense julii nuper lapso in reparacione rivi domini vocati de Preposito, ut per litteram Bartholomei Tarida de Dovia, administratoris aque dicti rivi, de testimonio premissorum, datam die ultima mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, superius in titulo siliginis redditam. Item et de una rucza cum dimidia et tercio alterius rucze seracei per ipsum libratis undecim hominibus operantibus quasi per unam diem ad roydam ad recolligendum decimam feni pratorum de Stagno et herbagia feni domino debita a Ponte Lapideo versus Sanctum Christofforum anno predicto, ut per litteram Aymonodi naturalis de Arnyo, mistralis Quarti, de testimonio premissorum, datam die ultima mensis augusti anno quo supra, superius in titulo siliginis redditam, capientibus singulis sex dictorum hominum per diem unam ruczam seracei ultra panem et vinum de quibus supra et infra fit mencio, et fiunt in quolibet seraceo ante carnisprivium duodecim rucze seu partes et post Pascha decem rucze, et omni tempore de qualibet rucza librantur sex operariis more solito, ut in computo precedenti, nichil allocatur hic eidem quoniam nihil in seraceo recepit prout supra, sed precium dictarum quinque ruczarum et tercii alterius rucze seracei sibi allocatur in fine computi proxime precedenti supra consuti in libratis vendicionum ibidem factarum.

Butiri, sinapim, capones et galline, pernice, castrones seu muthones, decime agnorum, herbagium, vinum:

De butiro, sinapio²⁵⁹, caponibus, gallinis, pernicibus, castronibus seu muthonibus, decimis agnorum, herbagio et vino in dicta castellania debitis tam in festis beatorum Michaelis et Martini yemalis, Nativitatis Domini, carnisprevio quam vindemiis, nichil computat pro dictis terminis festorum beatorum Michaelis et Martini²⁶⁰ anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, quia nondum fuit terminum sed ipsis advenientibus de eisdem computabit castellanus ibidem post ipsum et

²⁵⁹ Lire *sinape* ou *sinapi*.

²⁶⁰ Les mots *festorum beatorum Michaelis et Martini* sont ajoutés dans la marge droite avec un signe de renvoi.

pro terminis Nativitatis Domini et carnisprivii millesimi tercentesimi nonagesimi quarti computavit in computo precedenti.²⁶¹

Et est sciendum quod de uno sestario, quinque quarteronis vini per ipsum libratis viginti uni hominibus per unam diem operantibus ad roydam in reparacione rivi domini vocati de Preposito, item et de undecim quarteronis vini per ipsum libratis undecim hominibus operantibus ad roydam quasi per unam diem ad recolligendum decimam feni, capiente quolibet ditorum hominum unum quarteronum vini per diem et continet sestarium sexdecim quarteronos vini, ut dicitur in computo precedenti et pluribus aliis,²⁶² prout supra in titulis siliginis et seracei, capiente quolibet ditorum hominum per diem unum quarteronum vini ultra siliginem et seraceum de quibus supra fir mencio, nichil allocatur eidem hic quia nullum vinum recepit sed precium ditorum duorum sestariorum vini sibi allocatur in fine computi superius consuti in libratis vendicionum ibidem factarum.

[LIX] Fenum:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de marescalcia per annum circa festum Nativitatis beati Johannis Baptiste a personis in locis et villagiis in computo de anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo septimo specificifice nominatis de triginta quatuor fassis et duodecima parte unius fassi theysiati, prius debitis domino ibidem per annum ut supra, deductis de ipsis uno fasso cum dimidio feni theysiati per dominam domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, tradito debitoque in locis et per personas in sexto computo precedenti nominatas, et computat pro termino festi nativitatis beati Johannis Baptiste anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, et fit castellano²⁶³ post ipsum similis iniunctio que supra in frumento

- XXXII fassos et dimidium et duodecimum unius fassi feni theysiati

Decime:

91

²⁶¹ La phrase *et pro terminis Nativitatis Domini et carnisprivii millesimi tercentesimi nonagesimi quarti computavit in computo precedenti* est ajoutée dans la marge droite avec un signe de renvoi.

²⁶² La phrase depuis *capiente quolibet* jusqu'à *pluribus aliis* est ajoutée au fond de la page avec un signe de renvoi.

²⁶³ Dans la marge gauche : *vide*.

De exitu decimarum que levantur in certis possessionibus existentibus a torrente Clausi Novi inter Sarro et Augustam usque ad civitatem Auguste, in quibus dominus percipit duas partes medietatis et reliquam terciam partem ipsius medietatis percipit dominus Jacobus Bonerii de Dovia, canonicus augustensis, reliquam vero medietatem percipit dominus de Montejobeto, ut in tercio computo precedenti in quo fuit computatum pro dicto exitu de viginti fassis feni pro anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, nichil computat quia dicta decima albergata fuit per Hugonem Garnerii alias Roda de Chamberiaco, castellatum ibidem ante ipsum, Johanni Gontereti de Augusta notario, pro uno sestario frumenti, quinque sestariis siliginis, tribus modiis vini de reddito per annum, duodecim denariis monete cursibilis Auguste de servicio annuali et pro duobus solidis tocuis placiti monete predictae quando acciderit, de quibus omnibus supra et infra in suis titulis respondet.

Recepit manu Aymonodi naturalis de Arnyo, mistralis mandamenti de Quarto, pro exitu decimarum pratorum domini vocatorum de Stagno, sitorum subtus²⁶⁴ Sanctum Christoforum, domino pertinencium ex causa permutacionis facte per predecessorum domini de Quarto quondam, cum curato tunc Sancti Christofori, ut in octavo computo precedenti in quo intrumentum dicte permutacionis de verbo ad verbum est copiatum circa festum nativitatis beati Johannis Baptiste anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, et respondet ut in computo precedenti quia nichil plus inde recepit ipso anno ut dicit et suo asserit juramento

- XV fassos et dimidium feni

Herbagia:

Recepit manu eiusdem Aymonodi de Arnyo de et pro exitu herbagiorum que levatur a Ponte Lapideo usque ad Maladeriam Quarti in certis partis inter dictos confines existentibus, ultra alia herbagia debita per nonnullos cives et burgenses Auguste, redacta ad pecuniam de qua respondet inferius in denariorum censu, et prout in computo precedenti dicto castellano fuit inunctum²⁶⁵ iniungitur castellano ibidem post ipsum quod in suo computo sequenti declaret modum levandi dicta herbagia in suo computo sequenti, nominaque debencium prata super et in quibus debentur et levantur tocuisque negocii veritatem, et computat pro termi-

²⁶⁴ Le mot *subtus* est ajouté dans la marge droite avec un signe de renvoi.

²⁶⁵ Dans la marge gauche : *vide*.

no festi nativitatis beati Johannis Baptiste anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, ut in computo precedenti nec inde plus habuit ipso anno ut suo asserit juramento - XX fassos et dimidium feni

De exitu cuiusdam pecie prati seu [LX] viridarii continentis circa duas seytoratas prati siti apud Quartum loco dicto Lavenchella, circa domicilium, curtes et ortum qui fuerunt Reynaldi de Quarto naturalis quondam, domino pertinentis ob mortem dicti Reynaldi, ut in computo precedenti, nichil computat quia dominus quondam genitor domini domum, vineam et pratum seu viridarium dicti Reynaldi tradidit in feudum et albergamentum perpetuum Petro de Bocza de Augusta, domicello, sub introgiis et modis superius in titulo nucum plenius declaratis.

De exitu pratorum domini, videlicet prati vocati de Oloes, prati vocati de Ryns, cuiusdam pecie prati siti apud Lugniczam, cuiusdam pecie prati et gerbi seu elini vocate de Plantatis et pratorum domini vocatorum de Revoira, nichil computat in feno occasione in octavo computo precedenti declarata, et maxime quia dicte pecie pratorum sunt tradite tam in albergamentum quam domine Pantissalee, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, ut in computo precedenti.

Summa: - XXXVI fassi feni communes

Et:

- XXXII fassi et dimidius et duodecim unius fassi feni theysiati
Venduntur infra.

Palee:

De exitu decimarum certarum terrarum et possessionum existencium a torrente Clausi Novi usque ad civitatem Auguste pro quo fuit computatum in tercio computo precedenti de quatuor fassis palearum, nichil computat quia dicta decima albergata est perpetuo Johanni de Gontereto de Augusta notario per castellanum ante ipsum ad frumentum, siliginem, vinum et pecuniam de quibus superius et inferius in suis titulis respondet, ut supra in frumento clarius declaratur.

De exitu terrarum domini de Ryns nichil computat quia domina dictas terras tradidit domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, occasione superius in frumento declarata, et fit castellano post ipsum similis iniunctio²⁶⁶ que supra in frumento.

²⁶⁶ Dans la marge gauche : *vide*.

Cera, mel, piper de placito, lingue boum, sal, tibie porci, membrum vache:

De cera, melle, pipere de placito, linguis boum, sale, tibiis porcorum et membris vacharum, debitis in dicta castellania in festo beati Stephani prothomartiris, crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto predicto, nichil computat quia de ipsis computavit pro dicto anno et termino in suo computo superius consuto.

92

Pedagia piscium et alecum:

De pedagiis piscium et alecum pro quo levatur de quolibet milliario alecum que portantur tendendo ad partes Auguste per Montem Jovis seu per Montem de Ferreis quadraginta aleca, de singulis viginti quinque palais seu ferres una pecia earundem, et de singulis tresdecim turturibus seu truytiis una pecia earundem, exceptis civibus Auguste et burgensibus Porte Santi Ursi Auguste, qui dictum pedagium tantummodo debent per modum superius declaratum de et pro similibus piscibus et alecibus emptis per eos et apportatis ab aqua vocata de Pissibachi, que est inter Santum Mauricium Aganensen et Martigniacum, tendendo ab eadem aqua versus partes Auguste, pro ceteris vero similibus piscibus et alecibus emptis [LXI] per eos ultra dictam aquam de Pissibachi in partibus Sancti Mauricii et Vuaudi, non debent pedagium predictum nisi venderent pisces et aleca predictos infra limites diocesis Auguste, quo casu super portu credi debent corporalibus juramentis emptores, nichil computat quia nichil pro eodem recepit per tempus de quo computat ut dicit et suo asserit juramento.

Venaciones:

De venacionibus animalium silvestrium vocatorum boc estaing, pro quibus levatur de quolibet animali predictorum, capto in parrochia Vallispelline a loco dicto Les Cors de Bruson usque ad fondum vallis Oyacie, ab uno latere, et a dicto loco de Les Cors Arpiczons usque ad fondum predictum dicte vallis ab alio latere, per totam dictam vallem, quarterius dexter²⁶⁷ anterior cum tresdecim costis et cornu destrum dumtaxat de dictis animalibus, etatis novem annorum et ultra, quoniam de ceteris

²⁶⁷ Lire dexter.

etatis minoris novem annorum nichil capit dominus, ut dicit et dicitur in pluribus computis precedentibus et quod etates dictorum animalium ad cornua dignoscuntur quodque dicti quarterii et cornu debiti reddi debent apud VallemPELLINAM per captores ipsorum animalium, ut dicitur in computo precedenti, nichil computat quia domina dictas venaciones tradidit domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, occasione qua supra in frumento et ut in pluribus computis precedentibus.

Postes:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu per annum circa festum Nativitatis beati Johannis Baptiste, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, a Martino Fabri de Ysologny, parrochie Sancti Bartholomei supra Nuns, pro reyssia sita supra Ysologny, eidem albergata pro tanto de redditu per annum ut in computo precedenti, qui postes esse debent longitudinis octo pedum et latitudinis infra duas lineas unius pedis, ut dicitur in computo precedenti

- VI duodenas et dimidiam postium

Summa:

- VI duodene et dimidia postium

Venduntur infra.

Royde seu corvate:

De roydīs sive corvatis domino ibidem debitis per homines habitantes et focum facientes in mandamento Quarti ut in computo precedenti, nichil computat quia reddunt per eas debentes in operibus domini quando ad ipsa mandantur, nec alias ipsas solvunt, ut dicit et dicitur in computo precedenti, et fit castellano²⁶⁸ post ipsum similis iniunctio que supra in frumento.

Ferrī²⁶⁹ equorum:

De ferris equorum debitis de servicio per nonnullos nobiles quociens Imperator Romanus transsit²⁷⁰ per Vallem Augustam pro feudis que tenent a domino de Quarto, nichil computat, quia dictus casus non evenit

²⁶⁸ Dans la marge gauche: *vide*.

²⁶⁹ Lire *ferra*.

²⁷⁰ Lire *transit*.

per tempus de quo computat ut dicit, et fit sibi²⁷¹ similis iniunctio que supra in frumento.

93

Feuda equorum:

De feudis equorum, seu equis quos acomodare et ministrare debent certi nobiles Vallis Auguste racione dicti castris de Quarto in octavo computo precedenti specificice descripti, quociens dominus comes mandat dominum de Quarto venire cum armis causa serviendi et reddendi cavalcata dumtaxat semel in anno per unum mensem tantum, sub certis modis et formis in Valle Augusta in talibus usitatis, in octavo computo precedenti plenius declaratis, nichil computat quia casus non evenit per tempus de quo computat ut dicit, pro eo maxime quia dictum castrum et castellania Quarti sunt et tenentur ad manus domini et [LXII] fit sibi²⁷² similis iniunctio que supra in frumento.

Denarii census:

De ducentis septuaginta duabus libris, octo solidis, undecim denariis obolo monete Auguste, viginti novem solidis, septem denariis obolo januensibus ad X pro XV, viginti tribus florenis auri boni ponderis veteribus et sexaginta uno franchis auri in dicta castellania debitis tam de reddito quam servicio per annum in festis beatorum Stephani prothomartiris crastino festi Nativitatis domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto et Andree apostoli, nichil computat pro dicto festo beati Stephani prothomartiris anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto quia de ipsis computavit pro dictis anno et termino in suo computo superius consuto, nec pro dicto festo beati Andree apostoli anno predicto millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, quia nondum est terminus sed ipso adveniente de ipsis computabit castellanus ibidem post ipsum.

Auxilia:

De quatuor solidis monete Auguste pridem domino debitis in dicta castellania de auxilio per annum per Johannem et Johannodum Siraz de Dovia ut in computo precedenti nichil computat quia domina ipsos tra-

²⁷¹ Dans la marge gauche: *vide*.

²⁷² Dans la marge gauche: *vide*.

didit domine Pantissalee, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, occasione qua supra in frumento.

De aliis auxiliis ibidem domino debitis in termino festi beati Stephani prothomartiris crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, nichil computat quia de ipsis computavit in suo computo superius consuto.

Firme:

De firmis nichil computat quia nulli termini cadunt in tempore de quo computat prout supra nichilque pro eisdem recepit ut dicit.

Theysie domorum:

De theysiis domorum Ville Franche nichil computat hic quia includuntur in denariorum censibus prout et de quibus supra computat maxime quia supra domibus ville predictae quando casus evenit dominus percipit in eisdem laudes ut dicit et dicitur in computo precedenti.

Introgia:

De introgiis nichil computat quia nichil pro eisdem recepi per tempus de quo computat ut dicit.

Laudes et vende:

Idem reddit computum quod recepit ab Aymoneto Nerni de Villa supra Nuns, parrochie Quarti, et Anthonio, filio quondam Petro de Gresoney, et Johanne eius fratre, pro laudis et vendis quarundam rerum sitarum in parrochia Quarti, loco dicto Nierernis,²⁷³ et quodam bornello aque rivi domini vocati de Preposito, per dictum Aymonem eisdem fratribus albergatis pro vigintiquinque florenis auri januensibus et ducatis de introgio, instrumento inde recepto manu Martini de Campolorenczali notari anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, die vicesima quarta mensis januarii

- IIII florenos et sextum unius floreni auri januensis

Recepit ab eodem Aymoneto et Anthonio Bruneti de Laudrey, diocesis Thaurianensis, habitatore apud Quartum, pro quibusdam rebus sitis in villa Quarti per dictum Aymonem eidem Anthonio albergatis ad feudum pro viginti novem florenis auri januensibu de introgiis

²⁷³ Lecture douteuse.

- IIII florenos et dimidium et tercium unius floreni januensis

Recepit a Jaquimino de Maillio tam pro laude sibi facta per dictum castellanum de quadam parte aque rivi ...²⁷⁴ dicto Jaquimino vendita per Anthonium Prepositi, precio sexaginta solidis monete [LXIII] Auguste, quam pro empcione per dictum Jaquiminum cum eodem castellano facta super eo quia dicte laudes infra tempus debitum non solverat

- LX solidos monete Auguste

Recepit a Petro de Arlio de Vallepellina pro vendicione quarundam rerum per ipsum venditarum Petro de Vallepellina precio ...²⁷⁵ de qua vendicione recepit instrumentum Johannes de Gontereto notarius

- XV libras monete Auguste

Summa: - XVIII libre monete Auguste

Et: - IX floreni januenses auri

94

Aqua rivi Prepositi vendita ultra aquam accensatam:

De aqua rivi domini vocati de Preposito que venditur ultra aquam accensatam seu traditam ad servicium, de quo supra computat in titulo denarii census, nichil inde recepit per tempus de quo computat ut dicit et suo asserit juramento.

Banna concordata:

Idem reddit computum quod recepit a Colino, filio Muriseti Cacho de Rema eo quia ipse inculpabatur cepisse aquam Martini Merlin manderii, de aqua rivi domini vocati de Preposito - XX solidos

Recepit a Johanne Cotel de Alex pro sanguine effuso contra Aymonetum de Cre - XII solidos

Recepit ab Aymoneto de Cre suprascripto pro sanguine effuso contra dictum Johannem Cotel - XII solidos

Recepit a Johanne de Jacobo, solvente pro quadam muliere maritata quam carnaliter cognovisse dicebatur, pro compositione cum dicto castellano pro eadem facta - IX denarios grossos

²⁷⁴ Le nom fait défaut.

²⁷⁵ Le prix fait défaut.

Anselmo Pession

Recepit a Nicoletto de Uneg et eius filiis pro eo quia inculpabantur treynasse lapides per pratum Johannodi de Chamvillar de Roysano, et eciam quia juraverunt quod non, et contrarium repertum fuit
- XLV solidos monete Auguste

Summa : - IIII libre, IX solidi monete Auguste
Et: - IX denarii grossi turonenses

Banna condempnata:

De bannis condempnatis in quibus dictus castellanus percipit duos solidos in qualibet libra, nichil computat quia nichil pro eisdem recepit per tempus de quo computat ut dicit.

Banna minuta:

De bannis minutis nichil computat quia includuntur in firmis mistraliarum champeriorum et foresteriorum, de quibus supra computat ut dicit.

Advoerie. Exitus sigilli:

De advoeriis et exitu sigilli domini nichil computat quia nichil inde recepit per tempus de quo computat ut dicit.

Cheyserie seu excheyte:

Idem redditi computum quod recepit de cheyseriis seu excheytis domino pertinentibus in dicta castellania quando casus evenit per plures homines dicti mandamenti Quarti per modum et formam declaratos in quarto computo precedenti de annis Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio et octuagesimo quarto et pluribus [LXIII] aliis computis precedentibus, et primo a Johannodo, filio Stephani Morete de Bocza quondam pro cheseria dicti Stephani - C solidos monete Auguste

Recepit manu Hugoneti Tarida et Jaquimini de Prel ab heredibus Ul-drici Benedicte de Blavi pro una cheseria - XVI florenos parvi ponderis

Recepit ab heredibus Johannodi de Rins pro una cheyseria, presente Hugoneto Tarida et mugnerio de Rins - C solidos

Recepit a Jaquemeta, uxore quondam Parvi Johannis de Blavy, pro una cheyseria per manum Bartholomei Taride, Jaquimini Drueti et Petri filii Clerici de Parlea - LX solidos

Et pro quatuor sestariis vini solvendis²⁷⁶ in proximo festo beati Michaelis archangelis in manibus castellani ibidem post ipsum, qui de ipsis domino computare debet

Summa: - XIII libre monete Auguste
Et: - XVI floreni parvi ponderis

95

Placita debita ob mortem domini, placita tenementariorum nobilium, alia placita tenementariorum:

De placitis debitis in dicta castellania Quarti tam ob mortem laudabilis memorie principis illustris domini nostri domini Amedei Sabaudie comitis quondam, genitoris domini, defuncti Rippaillie die primo mensis novembris anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, quam ob mortem tenementariorum nobilium et aliorum tenementariorum, nichil computat occasione declarata in computo precedenti superius consuto, qui videatur quando sequens recipietur.²⁷⁷

Donacione prothocollorum, excheyte usurariorum, excheyte hominum domini et alie excheyte:

De donacionibus prothocollorum, excheytis usurariorum, excheytis hominum domini et aliis excheytis, nichil computat quia nichil ibidem pro eisdem recepit per tempus de quo computat ut dicit et suo asserit juramento.

Inventa, legata, decime nascencium, decime canabi:

De inventis, legatis, decimis nascencium, decime canabi, nichil computat quia nichil pro eisdem recepit per tempus de quo comptat ut dicit et suo asserit juramento.

Donum pro redempcione officii:

De dono seu subsidio domino gracie concesso per homines communitatis dicte castellanie Quarti, inclusa Villa Francha, pro redempcione dicti officii spacio septem annorum ad rationem ducentorum viginti florenorum januensium auri, computato quolibet dictorum florenorum pro quindecim denariis grossis turonensibus, percipiendorum, nichil

²⁷⁶ Dans la marge gauche : *Vide vinum pro computo sequenti.*

²⁷⁷ Dans la marge gauche : *vide.*

computat hic pro termino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, quoniam pro dictis anno et termino computavit de dono predicto in suo computo superius consuto.

Vendiciones que ponantur in computo sequenti in fine computi ut alias:

Item reddit computum quod recepit de et pro precio triginta sex fassorum feni comuni per ipsum debitorum ut supra et sibi venditorum, quolibet fasso duobus denariis grossis more solito - VI solidos grossos

Recepit pro precio triginta duorum fassorum, tercii et quarti unius fassi feni theysiati per ipsum debitorum ut supra et sibi venditorum, quolibet fasso duobus denariis obolo grossis, ut in computo precedenti

- VI solidos, IX denarios, tercium, dimidium quartum unius denarii grossi

Recepit de et pro precio sex duodenarum cum dimidia postium per ipsum debitarum ut supra et sibi venditarum, qualibet duodena quinque denariis grossis turonensibus more solito

- II solidos, VIII denarios obolo grossos

[LXV] Summa dictarum vendicionum:

- XV solidi, V denarii obolo, tercius, dimidius quartus unius denarii grossi

Summa tocius recepte huius computi:

- XXXV libre, IX solidi monete Auguste ad XXVI

- XXXII floreni, II denarii obolo, I tercius, dimidius quartus grossi turonensis

Et:

- IX floreni januenses auri

Salarium:

De quibus libravit sibi ipsi capienti viginti quinque florenos auri parvi ponderis de salario per annum pro regimine dicte castellanie ut in computo precedenti, et allocatur sibi dictum salarium ad rationem ipsius pro rata temporis, videlicet pro quatuordecim septimanis et quatuor diebus, inceptis die tercia inclusive mensis maii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, et finitis die decima tercia exclusive mensis augusti anno predicto, de quibus computat prout supra

- VII florenos et duodecimum unius denarii grossi turonensis

Remanencia sui computi precedentis :

Allocantur eidem in quibus dominus sibi tenebatur pro remanencia sui computi precedentis suprascripti, finiti die tercia exclusive mensis maii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, receptique per Petrum Rostaignii, clericum domini, et de quibus idem castellanus nullam habuit litteram domini <de> debito

- C III^{XX} II florenos, VII denarios, III quartos grossorum turonensium

96

Summa salarii et remanencie computi precedentis :

- C III^{XX} IX floreni, VII denarii obolo, I tercius unius denarii grossi turonensis parvi ponderis

Et sic, cambsis et conversis omnibus et singulis monetis, tam recepte quam librate supradictis, ad florenos auri parvi ponderis, computatisque²⁷⁸ singulis vigintisex solidis monete Auguste pro uno floreno auri boni ponderis vetere, valente tresdecim denariis obolo grossis, quolibet floreno januense auri pro quindecim denariis grossis, quolibet floreno parvi ponderis pro duodecim denariis grossis turonensibus et econverso, factisque deductionibus hinc inde modo debito, dicto Anthonieto castellano debentur:

- CXV florenos, V denarios, III quartos unius denarii grossi turonensis parvi ponderis

Quibus adduntur qui dicto castellano debebantur pro remanencia mille sexcies centum florenorum ducatorum auri eidem per dominum debitorem, videlicet mille pro exoneracione quarundam domorum suarum sitarum Yporrigie, jam dudum ad tantum extimatarum per nonnullos ad hec specialiter deputatos, et sexcies centum ducatorum ad XV per eundem castellanum mutuo traditorum domino nostro quondam Sabaudie comiti, genitori domini, manu domini Egidii Drueti, secretarii domini, ut supra in libratibus computi proxime precedentis superius consuti plenius continetur, ubi littere domine et domini de testimonio premissorum ac assignacione sibi facta supra dicto officio sunt designate et in secundo computo precedenti de anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo ad plenum copiate, quas reddit, et de residuis sexcies cen-

²⁷⁸ Le mot *computatisque* est ajouté dans la marge droite avec un signe de renvoi.

tum ducatis auri ad XV fuit dicto castellano satisfactum ut in tribus suis computis castellanie Viviaci Magni per ipsum redditus, et tam in suo computo superius consuto quam in suo secundo computo precedenti de anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo de octies centum ducatis auri, et fuerunt dicti mille quatercentum ducati nec non et ducenti ducati subscripti, descripti in dorso litterarum dominicalium predictarum in sex particulis, nec non et in marginibus inferioribus litterarum predictarum, in exoneracionem tocius debiti mille sexcies centum ducatorum predictorum, et allocantur sibi de mandato Anthonii Barberii et Petri Magnini, magistrorum et auditorum computorum domini

- II^C ducati ad XIII

Summa additi: - II^C ducati auri ad XIII

Et sic cambsis et conversis omnibus et singulis monetis supradictis modis quibus supra valere dicuntur, dicto Anthonieto de Solerio debentur finaliter :

- III^C XLVIII florenos, IX denarios, III quartos unius denarii grossi turonensis parvi ponderis

De quibus habet litteram domini de debito cum promissione solvendi, datam Chamberiaci die XVI mensis septembris anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, manu Petri Rostaignii clerici domini signatam.

De qua remanencia satisfactum fuit dicto Anthonieto per Georgium de Montebello, condominum Ferruczasci, castellanum ibidem post ipsum, et qui fuerunt eidem Georgio propter hoc allocati in suo computo dicte castellanie, finito die decima tertia exclusive mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo nono, vigore et per litteras domini quas una cum littera dicte remanencie superius designata in eodem reddidit prout ibidem continetur.

Et sit eque de dicta remanencia.

97

[Parchemin sans numéro]

Inventarium bonorum mobilium et immobilium dicti castri Quarti, traditorum per dictum castellanum Jacobo de Sancto Martino, castellano ibidem post ipsum.

Anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, die decima tertia mensis augusti in castro Quarti, presentibus testibus ad infra-scripta vocatis et rogatis, videlicet viro nobili ... ex comitibus et dominis de Sancto Martino, Yporregiensis diocesis, Petro, filio Petri ... de Chamberiaco notario, et Joahne Girardi de Chamberiaco et aliis pluribus, sequitur inventarium rerum et bonorum mobilium et immobilium traditorum, ..., ²⁷⁹ et delibatorum per Anthonietum de Solerio Yporrigie domicellum, olim castellanum Quarti, viro nobili Jacobo ex comitibus et dominis Sancti Martini, diocesis Yporrigie, castellano Quarti pro illustri et magnifico principe et domino, domino nostro, domino Amedeo Sabaudie comite, ad causam tamen castri predicti et vice et nomine ac ad opus prefati domini nostri comitis recipienti et stipulanti sollicite²⁸⁰ et que et quas idem Jacobus tenore presencium nomine prefati domini nostri comitis ex nunc confitetur a dicto Anthonieto se realiter habuisse et recepisse, ac sibi expedita et expeditas fuisse, adepta pridem per dictum Jacobum et ante inventarium predictum possessione corporali de castro predicto et officio castellanie eiusdem ut asserit Jacobus antedictus.

Et primo castrum Quarti predictum bene copertum cum clavibus dicti castri.

Item unum sigillum curie Quarti dicti domini.

Item in furno dicti castri duo furna bene coperta et preparata cum tabulis ibidem esistentibus.

Item in capella dicti castri duos campanas cum duobus offertoriis stagni pro ministrando altari et uno vaso parvo heris²⁸¹ ad tenendum aquam benedictam.

Item in magna sala quatuor sedes seu banchos longos circumcirca ad sedendum et unum candelabrum de bannes corni pictum²⁸² pendens cum cathena ferrea.

Item tres compedes ferreos pro carceratis.

Item unam catellam fusteam ad levandum grossum funem.

Item in ratterio unum compedem ligneum nemoris brenve, alias cep, clavatum cum duobus clavibus.

Item duas magnas scalas et duas alias parvas.

²⁷⁹ Les mots qui font défaut jusqu'ici sont illisibles à cause de déchirures du parchemin.

²⁸⁰ Lecture douteuse.

²⁸¹ Lire *aeris*.

²⁸² Lecture douteuse.

Anselmo Pession

Item unam eminam fusteam ferratam ad mensurandum bladum.

Item unum sestarium ad mensurandum vinum signatum signis domini.

Item quinque paria de boz tam bona quam prava de coreo bovino ad portandum vinum.

Item unum dolium continens circa duo modia vini.

Et de predictis omnibus michi notario infrascripto jussum fuit fieri et tradi tot instrumenta quot erunt necessaria ad opus omnium quorum interest et interesse poterit quolibet in futurum.

Ego Johannes Petri Gontereti Casei de Augusta, clericus auctoritate imperiali notarius publicus, hiis omnibus interfui vocatus et rogatus, hanc cartam recepi scribique levavi feci manu Johannis Pescleti de Butie notarii publici, commissione michi facta per baillivum Auguste et inde me subscripsi fideliter et signavi in testimonio premissorum ad opus dicti Anthonii.

Comptes des nobles Jean et Georges de Montbel, seigneurs de Ferruzzasco²⁸³

(13 août 1394 - 12 août 1399)

[I] Computus virorum nobilium domini Johannis de Montebello, militis, et Georgii eius fratris, dominorum Ferruczasci, castellanorum Quarti in Valle Augusta, de redditibus et exitibus eiusdem castellanie a die decima tertia inclusive mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, quibus die et anno dictum castellanie officium receperunt post Jacobum de Sancto Martino et Anthonietum de Sollerio, castellanos ibidem ante ipsos ut in computo precedenti, licet die decima octava mensis augusti anno predicto fuerint ibidem castellani constituti per dominum Ybletum dominum Chalandi et Montis Joveti, capitaneum Pedemoncium, vice et nomine domini, per ipsius domini capitanei litteram de constitutione predicta, datam Auguste die decima octava augusti anno predicto, inferius in fine presentis computi de verbo ad verbum copiatam, usque ad diem decimam terciam exclusive dicti mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo nono, videlicet de quinque annis integris, receptus apud Chamberiacum, presentibus Anthonio Barberii, Petro Magnini et Anthonio Domengii, magistris et audictoribus computorum domini, per Petrum Rostaignii, clericum domini, examinatusque per dictos magistros die vicesima secunda mensis marcii, anno Domini millesimo quatercentesimo primo.

²⁸³ ASTO, *Quart, châteltenie*, inventario 68, foglio 99, mazzo n° 7/1, 1394-1402).

Sciendum est quod de duobus millibus florenis auri boni ponderis veteribus ad quos domina nostra Bona de Borbonio, Sabaudie comitissa, nominibus suo et domini nostri Sabaudie comitis, transegit cum Guiliermo de Alexino, domicello, pro juribus et accionibus que et quas idem Guiliermus pretendebat se habere in hereditate et bonis domini Henrici domini de Quarto quondam, tamquam proximior agnatus dicti domini de Quarto quondam, restant in deposito de communi consensu dicte domine et dicti Guillermi de Alexino mille floreni auri boni ponderis veteres in manibus Jaquimini de Canali de Dovia, burgensis Auguste, qui ipsos recepit ab Hugonem Garnerii, olim castellano ibidem pretextu dicte transactionis, pro ipsis implicandis in bona et legali mercandia, quorum fructus pertineant dicto Vuilliermo donec et quousque dictus Vuilliermus de Alexino reperiat redditus et servicia acquirendos de eisdem mille florenis, et quos reddictus de ipsis acquirendos tenere debeat idem Guiliermus, seu unus ex filiis ipsius, de feudo et sub homagio domini, ut dicitur plenius in libratis pecunie computorum dicte castellanie de annis Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, octuagesimo quarto, octuagesimo quinto, octuagesimo sexto, octuagesimo septimo et octuagesimo octavo. Et ponatur presens memoriale in quolibet computo sequenti ad plenioram memoriam premissorum.

Item sciendum est quod Bartholomeus de Mota, olim procurator domini in Valle Augusta, debet computare de exitibus castellaniarum Quarti et Oyacie et ceteris domino ibidem pertinentibus, a die penultima inclusive mensis julii, anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo septimo, qua die dominus Henricus, dominus de Quarto quondam, decessit ab humanis, usque ad diem decimam exclusive mensis septembris, anno predicto millesimo tercentesimo septuagesimo septimo, videlicet de sex septimanis integris, exceptis tamen hiis de quibus idem Hugo Garnerii computavit in nono computo precedenti in recepta ab eodem Bartholomeo, ut dicit in computo precedenti.

Qui dominus²⁸⁴ Johannes et Georgius, castellani, juraverunt et sub pena viginti quinque librarum forcium tociens commictenda per ipsos quociens contrarium reperiretur, bene et fideliter computare de omnibus et singulis receptis et libratis per ipsos, aut alium eorum nomine, in dicto

²⁸⁴ Lire *domini*.

officio factis pro domino quoquomodo, castrumque et edificia domini ad sostam tenere, sumptibus domini moderatis.

Fruementum:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu per annum de viginti tribus modiis, **[II Quarti]** quinque sestariis, emina, una quartana frumenti prius apud Oyaciam et in dicta castellania debitis de redditu per annum ut in computo precedenti, deductis de eisdem novem modiis, tribus sestariis, emina frumenti, debitis per personas in sexto computo precedenti de anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio et octuagesimo quarto *speciffice*²⁸⁵ nominatas, de mandato domine, relacione domini Aymonis de Chalant, militis, consilarii et magistri quondam computorum domini, facta in dicto sexto computo precedenti, quas frumenti quantitates domina expediri et delibari mandavit domine Pantassalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, per dictum castellanum virtute et ex causa, ut dixit dictus dominus Aymo de Chalant in sexto computo precedenti, cuiusquidem compositionis instrumentorum seu litterarum receptorum, ut dixit idem dominus Aymo per dominum Egidium Drueti, secretarium domini, pretextu dotis et aliorum jurium que dicta domina Pantissalea se habere pretendebat in et super bonis dicti domini Henrici domini de Quarto, sui viri quondam, sub modis, formis, condicionibusque et capitulis pro domino facientibus, declaratis, contentis et descriptis in eisdem. Et prout in computo precedenti fuit castellano ibidem ante ipsum iniunctum, dicto nunc castellano quia presentem iniunctionem ignorabat²⁸⁶ propter eius novum adventum, iniungitur expressius quod regithias seu extentas ibidem recipi inceptas per Johannem Gontereti, procuratorem et commissarium domini quondam, per alium commissarium ibidem per dominum ordinatum terminari et compleri procuret sic quod de nominibus personarum redditus, servicia, usagia et alia tributa quecumque debencium, cum quantitatibus debitis per easdem, in sequenti computo plenarie declarat quantitates ibidem debitas, tam de redditu quam servicio, cum pro quantitatibus debitis de servicio debeat dupliciter placito, quando locus evenit, et pro redditu nullum debeat placitum, ut dicit et dicitur in computo precedenti, de quibus mencio fiat in singulis titulis

²⁸⁵ Le mot *speciffice* est ajouté dans la marge droite avec un signe de renvoi.

²⁸⁶ Dans la marge gauche: *vide*.

sequentibus presentis computi, ut sciri possit quid debeatur ibidem de redditu et quid de servicio. Item iniungitur eidem quod litteram domine compositionis per dominam facte cum dicta domina Pantissalee, sive sit instrumentum, habere procuret ab eadem, taliter quod in sequenti computo videantur et inserantur quantum fuerit opportunum. Et computat de dicto frumento, facta deductione pro dicta domina Pantissalee ut in computo precedenti, pro termino festi beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto

- XIII modia, II sestaria, I quartanam frumenti

- 99 Receptit a Johanne de Gontereto de Augusta notario seu eius heredibus de redditu per annum pro decimis que levantur in certis possessionibus consistentibus a torrente Clausi Novi, inter Sarro et Augustam, usque ad civitatem Auguste, in quibus decimis dominus de Montejoveto percipit medietatem, dominus Jacobus Bonerii de Dovia, canonicus Auguste, terciam partem residue medietatis, et dominus, ratione castri de Quarto, duas partes ipsius medietatis, ut dicit et dicitur in secundo computo precedenti in quo fuit pro exitu dicte decime computatum pro termino messium anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo de tribus sestariis frumenti, eidem Johanni albergatis per Hugonem Garnerii de Chamberiaco alias Roda, dudum castellanum ibidem commissariumque ad hoc deputatum, pro uno sestario frumenti de quo hic, quinque sestariis siliginis, tribus modis vini de redditu per annum in festo beati Michaelis annis singulis perpetuo solvendis, et pro duodecim denariis monete cursibilis Auguste de servicio annuali in festo beati Stephani solvendis, de quibus infra in suis titullis computat, et pro duobus²⁸⁷ solidis tocius placiti monete predictae quando acciderit sine plus capere ullo casu, de quo quidem albergamento asserit constare **[III Quarti]** publicum instrumentum receptum per Petrum Peronini de Chamberiaco notarium, sub anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, indictione decima quarta, die decima tertia mensis jullii, et prout in computo precedenti castellanus ante ipsos modernos castellanos fuit iniunctum, iterato iniungitur eisdem expressius²⁸⁸ de mandato magistrorum computorum domini quod instrumentum albergamenti superius designatum per dictum Petrum Peronini ut premittitur receptum, in suo sequenti computo apporet taliter quod modus ipsius in dicto sequenti computo videatur,

²⁸⁷ Dans la marge gauche : *vide placitum*.

²⁸⁸ Dans la marge gauche : *vide*.

et si fuerit utile pro domino in eodem inseratur. Et computat, pro termino festi beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto - I sestarium frumenti

Recepit ibidem pro eodem ut in duabus particulis supra proxime scriptis in festo beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quinto - XIII modia, III sestaria, I quartanam frumenti

Recepit ibidem pro eodem et eodem termino in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo sexto

- XIII modia, III sestaria, I quartanam frumenti

Recepit ibidem pro eodem et eodem termino in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo septimo

- XIII modia, III sestaria, I quartanam frumenti

Recepit ibidem pro eodem et eodem termino in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo octavo

- XIII modia, III sestaria, I quartanam frumenti

De exitu decime vocate de Ryns, mandamenti de Quarto, nichil computat quia dominus mandavit dictam decimam expediri preposito Auguste ad quem dicta decima pertinet et pertinebat ex antiquo, licet dominus Henricus quondam dominus de Quarto ipsam decimam teneret pro tribus modiis siliginis, sub tamen tali condicione quod quocienscumque domino placuerit illam decimam possit habere et percipere²⁸⁹ sub simili forma quam dictus dominus de Quarto quondam tenebat dum viveret, ut dicitur in octavo computo precedenti ubi littera domini de mandato expediendi eidem preposito dictam decimam, est copiata.

Exitus terrarum:

De exitu terre domini vocate de Ryns, continentis circa duas modiatas terre, nichil computat quia tradita fuit dicte domine Pantissalee pre-textu compositionis supradicte, ut dicit et plenius dicitur in titulo siliginis sexti computi precedenti de anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio et octuagesimo quarto.

Cheyserie seu excheyte:

De cheyseriis seu excheytis nichil computat quia nichil inde recepit per tempus de quo computat ut dicit.

²⁸⁹ Dans la marge gauche : *vide pro domino*.

Anselmo Pession

Summa, computatis sex eminalibus pro una quartana, duabus quartanis pro una emina, duabus eminis pro uno sestario, et sex sestariis pro uno modio, ut in computo precedenti

- LXXII modia, IIII sestaria, I quartana frumenti

De quibus deducuntur sibi pro liberis Johannis Marione de Morgona debentibus singulis annis unam eminam frumenti de reddito per annum pro qua in nono computo precedenti per errorem et ex inavertencia fuit scriptum dictos liberos debere per annum et ab ipsis recepisse unum sestarium frumenti pro anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo septimo licet non debeant per annum nisi dumtaxat unam eminam frumenti, ut in extentis domini receptis per supradictum Johannem de Gontereto, ut dicitur in secundo computo precedenti, et deducitur eisdem pro anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto

- I eminam frumenti

Deducuntur eidem pro eodem et eadem causa, videlicet pro annis Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quinto, nonagesimo sexto, nonagesimo septimo et nonagesimo octavo pro quolibet anno unam eminam frumenti

- II sestaria frumenti

Summa deducti:

[IIII Quarti] - II sestaria, eminam frumenti

Et sic debet: - LXXII modia, I sestarium, I eminam, I quartanam frumenti.

Venduntur in fine computi.

Siligo:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania, tam de reddito quam servicio per annum in festo beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, et in festo beati Stephani yemalis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quinto, de novies viginti quatuor modiis, tribus sestariis et uno eminali siliginis in dicta castellania et apud Oyaciam de reddito et servicio debitis per annum ut in computo precedenti, deductis de eisdem quadraginta septem modiis, quinque sestariis, una quartana, uno eminali cum dimidio siliginis occasione qua supra in frumento, et computat pro terminis festorum beati Michaelis, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, et beati Stephani yemalis, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quinto, et fit sibi similis iniunctio que supra in frumento

- VI^{XX} XVI modia, III sestaria, I eminam, V eminalia et dimidium siliginis

Recepit a Theobaldo de Crista de Royissan pro terra de Lunyczan de redditu per annum, ut in computo precedenti, in festo beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto

- II modia siliginis

Recepit a Johanne de Gontereto de Augusta de redditu per annum pro exitu decimarum que levantur in certis possessionibus consistentibus a torrente Clausi Novi inter Sarro et Augustam usque ad civitatem Auguste, in quibus decimis dominus de Montejoveto percipit medietatem, dominus Jacobus Bonerii de Dovia, canonicus Auguste, terciam partem residue medietatis ut supra in frumento, et ut eciam dicitur in computo precedenti, eidem albergato per Hugonem Garnerii castellanum ibidem ante ipsum pro tanto ut supra in frumento, ultra frumentum, vinum et pecuniam de quibus supra et infra in suis titulis computat, et fit similis iniunctio²⁹⁰ que supra in frumento, et computat pro termino festi beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto

- V sestaria siliginis

Recepit ibidem ut in tribus particulis supra proxime scriptis pro eodem in festis beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quinto et Stephani yemalis, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo sexto²⁹¹

- VI^{XX} XIX modia, II sestaria, eminam, V eminalia et dimidium siliginis

Recepit pro eodem in festis beatorum Michaelis, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo sexto, et Stephani yemalis, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo septimo

- VI^{XX} XIX modia, II sestaria, eminam, V eminalia et dimidium siliginis

Recepit ibidem pro eisdem terminis annorum Domini millesimo tercentesimo nonagesimo septimo et nonagesimo octavo

- VI^{XX} XIX modia, II sestaria, eminam, V eminalia et dimidium siliginis

²⁹⁰ Dans la marge gauche : *vide*.

²⁹¹ La phrase *et Stephani yemalis, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo sexto* est ajoutée à la fin de la ligne avec un signe de renvoi.

Recepit ibidem pro eodem et eisdem terminis festorum beatorum Michaelis et Stephani annorum Domini millesimo tercentesimo nonagesimo octavo et nonagesimo nono

- VI^{XX} XIX modia, II sestaria, eminam, V eminalia et dimidium siliginis

De exitu decime terrarum vocatarum de Ryns, nichil computat quia reperta fuit in integrum pertinere preposito augustensi, cui dominus per eius litteras ipsam remisit ut supra in frumento.

Exitus terrarum:

De exitu terrarum vocatarum de Ryns, nichil computat quia pertinent domine Pantissalee relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, occasione qua supra in frumento.

Cheyserie seu excheyte:

De cheyseriis seu excheyteis nichil computat quia nichil ibidem recepit per tempus de quo computat ut dicit.

Summa, computatis mensuris ut supra in frumento:

- VI^C III^{XX} XVII modia, I sestarium, I emina, III eminalia et dimidium siliginis

De quibus libravit domino Berthodo, priori Sancti Ursi augustensi, cui debentur annuatim quinque sestaria et tres quartane siliginis, ultra caponem et pecuniam de quibus infra fit mencio, pro feudo quod dictus dominus de Quarto quondam ab eadem ecclesia tenebat ut dicitur in computo precedenti, [V Quarti] et allocantur sibi de mandato dictorum magistrorum pro annis Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto et nonagesimo quinto, per litteram dicti domini prioris de confessione et recepta subscripte siliginis quantitatis, necnon et triginta quatuor solidorum monete Auguste et duorum caponum, inferius in suis titullis propter hoc alloquatorum, datam die decima sexta mensis julii, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo septimo, quam reddit manu Nycoleti Gerbillion notarii signatam

- I modium, V sestaria, I eminam siliginis

101

Libravit eidem domino priori Sancti Ursi pro eodem et eadem causa, et allocantur sibi pro tribus annis, videlicet millesimo tercentesimo nonagesimo sexto, millesimo tercentesimo nonagesimo septimo et millesimo tercentesimo nonagesimo octavo, ut per notam instrumenti dicti

domini prioris de confessione et recepta subscripte quantitatis, continentem etiam confessionem de recepta quinquaginta unius solidorum et trium denariorum monete Auguste et trium caponum pro dictis tribus annis superius designatis, receptam sub anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo nono, die decima octava mensis septembris, quam reddit manu Johannis Casei, notarii publici, scriptam et signatam

- II modia, V sestaria, I quartanam siliginis

Libravit Petro, filio Jaquimini Peronini de Alex quondam de Effra que sibi debentur annuatim et in quibus dominus Henricus dominus quondam de Quarto eidem Jaquimino tenebatur de censu per annum pro quadam pecia prati sita in pratis domini apud Alloex²⁹² que movetur de feudo dicti Jaquimini quondam, novem eminalia siliginis ut in quodam instrumento vendicionis facte per Petrum et Johannem fratres, filios quondam Colerii Arborum²⁹³ de Seignins, de laude et consensu Jaquimini Peronini de Alloex²⁹⁴ de Effra, supradicto domino Henrico, domino quondam de Quarto, instrumento recepto per Johannem Petri Gontereti de Augusta, notarium publicum, sub anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo, indicione octava, die quinta mensis maii, cuius tenor in octavo computo precedenti de verbo ad verbum est insertus, et allocantur sibi pro tribus annis sive terminis festorum beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, millesimo tercentesimo nonagesimo quinto et millesimo tercentesimo nonagesimo sexto, ut per notam instrumenti dicti Petri de confessione et recepta subscripte quantitatis, receptam sub anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo septimo, die decima sexta mensis maii, quam reddit manu Johannis Casei junioris notarii publici scriptam et signatam. Et est sciendum quod in computis precedentibus nichil fuit allocatum pro eodem pro terminis festorum beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo et millesimo tercentesimo nonagesimo tercio ut dicitur in computo precedenti pro eo quia nulla littera confessionis de recepta dicti Petri in eisdem nec altero dictorum computorum fuit reddicta, sed in computo sequenti eidem allocentur pro dictis duobus annis et sequentibus si confessiones dicti Petri apportaverit de recepta alias non

- I sestarium, III eminalia siliginis

²⁹² Lire *Olees*.

²⁹³ Lire *Alborum*.

²⁹⁴ Lire *Alex*.

Libravit eidem Petro pro eodem et eadem causa et allocantur sibi pro duobus terminis festorum beati Michaelis annorum Domini millesimo tercentesimo nonagesimo septimo et millesimo tercentesimo nonagesimo octavo, ut per notam instrumenti dicti Petri de confessione et recepta subscripte quantitatis, datam die decima quarta mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo nono, quam reddit manu Johannis Casei notarii signatam - I eminam, I quartanam siliginis

Libravit Johanni filio quondam Johannis de Croso de Dovia, nepoti et heredi Petri Vulliermete de Avisio, parrochie Quarti, cui Johanni tamquam heredi dicti Petri debentur duo sestaria siliginis in quibus dictus dominus **[VI Quarti]** Henricus, dominus de Quarto quondam, dicto Petro tenebatur annuatim pro quadam pecia prati sita in pratis domini apud Oloex,²⁹⁵ ut in quodam publico instrumento recepto per Johannem de Gontereto notarium, sub anno Domini millesimo tercentesimo sexagesimo nono, indictione septima, die decima quarta mensis januarii, cuius tenor in octavo computo precedenti de verbo ad verbum est insertus, et allocantur sibi pro tribus terminis festorum beati Michaelis annorum Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, millesimo tercentesimo nonagesimo quinto et millesimo tercentesimo nonagesimo sexto, ut per notam instrumenti de confessione et recepta dicti Johannis de subscripta quantitate, datam anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo septimo, die decima sexta mensis maii, quam reddit manu Johannis Casei junioris notarii publici scriptam et signatam

- VI sestaria siliginis

Libravit eidem Johanni pro eodem et eodem causa et allocantur sibi pro duobus terminis festorum beati Michaelis annorum Domini millesimo tercentesimo nonagesimo septimo et millesimo tercentesimo nonagesimo octavo, ut per notam instrumenti dicti Johannis de confessione et recepta subscripte quantitatis, datam die vicesima prima mensis septembris anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo nono, quam reddit manu Johannis Casei junioris notarii publici scriptam et signatam

- IIII sestaria siliginis

Libravit domino Jacobo Brunodi de La Suera, capellano prebendario altaris Beate Marie, siti in ecclesia Sancti Ursi Auguste, cui debentur annuatim quinque sestaria et una emina siliginis, unus obulus servicii et unus denarius de placito quando accidit racione dicti altaris, pro et super

²⁹⁵ Lire *Olees*.

quadam pecia prati domini in octavo computo precedenti plenius confinata, sita loco dicto Etablo, de feudo dicti altaris existente, que pecia prati ad manus domini Henrici domini de Quarto quondam pervenit ex successione Alexandri de Stabullo, de et pro quibus tam in presenti quam precedentibus computis computavit in recepta pro dicta pecia prati et certis aliis rebus, videlicet superius cum maiori summa de septem modiis siliginis et inferius pro eodem de viginti solidis monete Auguste computabit, ut per instrumentum albergamenti dicto Alexandro facti, cuius tenor in octavo computo precedenti de verbo ad verbum est insertus, et allocantur sibi hic pro quinque terminis festorum beati Michaelis quinque annorum Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, millesimo tercentesimo nonagesimo quinto, millesimo tercentesimo nonagesimo sexto, millesimo tercentesimo nonagesimo septimo et millesimo tercentesimo nonagesimo octavo, ut per notam instrumenti dicti domini Jacobi de confessione et recepta subscripte quantitatis, datam die quinta mensis septembris anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo nono, quam reddit manu Johannis Martini de Alianis notarii publici scriptam et signatam, cum tamen etiam confessionis de recepta unius oboli servicii supradicti pro quolibet dictorum quinque annorum sibi inferius in libratibus pecunie propter hoc alloquati

- IIII modia, III sestaria, I eminam siliginis

102 *Rivus Prepositi:*

Libravit Bonifacio Champapont de Roysan, custodi rivi domini vocati de Preposito, a loco principii dicti rivi vocato de La Morina, usque ad locum vocatum de Valle Suana subtus Roysan, quasi per unam leucam, per quod spacium custodire debet dictum rivum pro uno modio siliginis per annum, ultra seraceum, vinum et pecuniam sibi inferius causa predicta in suis titulis alloquatos, et solvit eidem de mandato, modis et causis in pluribus computis precedentibus declaratis et expressis, pro quinque annis, videlicet pro anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, millesimo tercentesimo nonagesimo quinto, millesimo tercentesimo nonagesimo sexto, millesimo tercentesimo nonagesimo septimo et millesimo tercentesimo nonagesimo octavo, pro quolibet dictorum quinque annorum unum modium siliginis, ut per litteram publicam dicti Bonifacii de confessione et recepta unius modii siliginis pro quolibet dictorum quinque annorum, datam die vicesima secunda mensis septembris anno Domini millesimo [VII Quarti] tercentesimo nonagesimo nono, quam reddit manu Johannis Casei notarii publici signatam, conti-

nentem eciam confessionem de recepta unius seracei, unius sestarii vini et sexaginta solidorum monete Auguste, eidem Bonifacio debitorum pro quolibet dictorum quinque annorum et libratorum sibi que inferius in suis titullis alloquatorum - V modia siliginis

Reparacio dicti rivi anno millesimi tercentesimi nonagesimi quarti:

Libravit in operibus et reparacione supraditi rivi domini vocati de Preposito, prout inferius specificke declaratur. Et primo manu Bartholomei Tarida, custodis in parte dicti rivi et aliorum administratorum aque dicti rivi, pane dato ducentis quinquaginta duobus hominibus operariis quasi per unam diem vacantibus prius festi beati Michaelis in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, in conducendo unum milliare billionorum de brenva, cissorum in valle Oyacie per Johannem Charnyn ex tachia sibi data per Anthonietum de Solerio, castellanum ibidem ante ipsum in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio, ad opus copertura dicti rivi, ut dicitur in computo precedenti et ut inferius in libratis pecunie, videlicet a loco de Puliay per aquam Baute-gii et montes usque ad pontem de Oyacia et a dicto ponte usque subtus dictum rivum prope Ryns, incluso pane dato viginti uno hominibus quasi per unam diem vacantibus cum predictis in se iuvando in dicto conductu billionorum in loco Magne Loye dou Bagnerast et a dicta Loya inferius usque subtus dictum rivum in loco quo grappata sive extanchia facta fuit pro ipsis billionis de aqua extrahendis prout supra, capiente quolibet homine per diem pro salario et expensis unum panem cum dimidio siliginis, et fit in quolibet eminali unus panis, seu in quolibet sestario siliginis viginti quatuor panes more solito, dimidiam ruczam seracei, unum quarteronum vini et tres solidos monete Auguste, ut in computo precedenti, sibi inferius in suo titulo propter hoc alloquatos, et allocantur eidem per notam instrumenti dicti Bartholomei de testimonio premissorum, datam die vicesima prima mensis septembris anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo nono, quam reddit in quodam folio papiri cum pluribus aliis, scriptam et manu Johannis Casei notarii publici signatam, ultra seraceum et vinum eisdem operariis pro eodem datos et infra in suis titullis alloquatos

- II modia, III sestaria, I eminam, I quartanam siliginis

Libravit pane dato decem septem hominibus operariis ad roydam vacantibus quasi per unam diem, portando victualia supradictis ducentis et quinquaginta duobus hominibus dictum milliare billionorum conducen-

tibus et plurium aliorum vacancium²⁹⁶ in faciendo grappatam et extrahendo dictos billionos de aqua, nec possunt dicti homines aliter declarari quam aliqui ipsorum manserunt ibidem per totam diem, alii medietate, alii duabus partibus diei, ut per notam instrumenti dicti Bartholomei de testimonio premissorum, datam anno et die quibus supra, scriptam cum pluribus aliis in folio papiri superius reddito manu Johannis Casei notarii supradicti

- II sestaria, I quartanam, III eminalia, quartum unius eminalis siliginis

Anni millesimi tercentesimi nonagesimi quinti:

Libravit in operibus et reparacione dicti rivi manu dicti Bartholomei in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quinto reparati, videlicet pane dato tercentum sexaginta quatuor hominibus de roediis operariis tempore quadragesime in dicta reparacione vacantibus, videlicet tam in refficiendo elevacionem ipsius rivi propter diluvia ibidem eventa in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto destructi, quam portando certos billionos et illos in coperiendo dictum rivum murandoque quoddam sappellum ibidem evenctum loco dicto Comba Arenibel, quam eciam in pluribus aliis reparacionibus in locis dicti rivi necessariis cum aliis hominibus subscriptis factis, capiente quolibet dictorum hominum quinque quarterios panis per diem, de quibus fiunt in quolibet sestario viginti quatuor panes ut supra in librata proxime precedenti, unam ambostatam nucum et unum quarteronum vini more solito ut in computo precedenti: - III modia, II eminas, I quartanam, V eminalia siliginis. Item tercentum viginti sex aliis hominibus de roydys²⁹⁷ anno predicto post Pascha cum aliis hominibus supradictis in reparacionibus dicti rivi supra proxime designati quasi per unam diem unitibus, capiente quolibet dictorum hominum per diem quinque quarterios panis, sestum²⁹⁸ unius ruze seracei et unum quarteronum vini more solito et ut in computo precedenti: - II modia, IIII sestaria, I eminam, I quartanam, V eminalia et dimidium siliginis. Et allocantur eidem per litteram publicam dicti Bartholomei de testimonio premissorum, datam anno et die quibus supra, scriptam in folio papiri cum pluribus aliis superius et inferius designatis

²⁹⁶ Lire *pluribus aliis vacantibus*.

²⁹⁷ Les mots *de roydys* sont ajoutés dans la marge droite avec un signe de renvoi.

²⁹⁸ Lire *sextum*.

- V modia, V sestaria, I eminam, I quartanam, III eminalia et dimidiam siliginis

103 *Anni millesimi tercentesimi nonagesimi sexti:*

Libravit in operibus et reparacionibus dicti rivi manu dicti Bartholomei Tarida in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo sexto prout infra reparati, videlicet pane dato tercentum hominibus ad roydam [VIII Quarti] quasi per unam diem tempore quadragesime in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo sexto, et quadraginta novem aliis hominibus post Pascha ipso anno, in reparacione dicti rivi in pluribus eius locis destructi, vacantibus et reparantibus, capiente quolibet dictorum hominum per diem quinque quarterios panis, unam ambostatam nucum tempore quadragesime et unum quarteronum vini, et alio tempore sextum unius ruze seracei cum pane et vino supradictis prout supra: - III modia, III eminalia, quartum unius eminalis siliginis.²⁹⁹ *Item Johanni Charnyn et Petro Besten pro tachia sibi data scindendi duo milliaria billionorum de breyna³⁰⁰ in valle Oyacie pro tanto, ultra seraceum, vinum et pecuniam supra et inferius alloquatos, scissorum pro copertura dicti rivi ...³⁰¹ fiendi et manutenendi ultra aliud milliare billionorum de quo supra fit mencio, ut per notam instrumenti dicti Bartholomei de testimonio premissorum confessioneque et recepta, datam die nona mensis augusti, <anno> millesimo tercentesimo nonagesimo nono, quam reddit manu Johannis Martini de Aillianis notarii signata: - XIII sestaria siliginis.³⁰² Item pane dato tercentum et triginta septem hominibus quasi per unam diem vacantibus ipso anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo sexto post festum beati Michaelis operantibus in conducendo dicta duo milliaria billionorum de brenva, cisorum in valle Oyacie ad opus coperturarum rivi supradicti manutenendarum, per aquam Bauteгии a loco in quo cisi fuerunt usque subtus dictum rivum, capiente quolibet dictorum hominum per diem unum panem cum dimidio, ultra pecuniam, seraceum et vinum eisdem pro eodem datos, et infra in suis titullis propter hoc allocatos: - III modia, III sestaria, I eminale et dimidium siliginis. Item pane dato decem octo operariis quasi per unam diem vacantibus ad roydam portando et conducendo victualia tercentum et triginta septem hominibus supradictis et pane dato pluribus aliis*

²⁹⁹ Le mot *siliginis* est ajouté dans la marge droite avec un signe de renvoi.

³⁰⁰ Lire *brenva*.

³⁰¹ Mot illisible.

³⁰² La phrase en italique est ajoutée dans la marge droite avec un signe de renvoi.

hominibus de roydīs qui aliter declarari non possunt quia aliqui ex ipsis quasi duabus partibus diei et alii quasi per totam diem, vacaverunt in faciendo grappatam pro arrestando dictos billionos et in ipsos de aqua extrahendo, capiente quolibet dictorum hominum per diem quinque quarterios panis siliginis, ultra seraceum et vinum: - II sestaria, I eminam, I quartanam, V eminalia et dimidium siliginis. Et allocantur eidem per notam instrumenti dicti Bartholomei Tarida de testimonio omnium premisorum confessioneque et recepta subscriptae quantitatis, datam anno et die quibus supra, scriptam in folio papiri superius reddicto et manu Johannis Casei notarii publici signatam

- IX modia, II sestaria, V eminalia et quartum unius eminalis siliginis-

Anni Domini millesimi tercentesimi nonagesimi septimi:

Libravit in operibus et reparacione dicti rivi manu qua supra in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo septimo prout infra reparati, videlicet pane dato tercentum viginti tribus hominibus de roydīs, vacantibus quasi per unam diem anno predicto tempore quadragesime in reparacione dicti rivi videlicet a loco de Morina usque ad combam de Vallesuana, capiente quolibet dictorum hominum per diem quinque quarterios panis, ultra nuces et vinum prout supra: - II modia, IIII sestaria, I eminam, I quartanam, I eminale et tres partes unius eminalis siliginis. Item pane dato triginta septem aliis hominibus ad roydā quasi per unam diem vacantibus in reparacione supradicta eodem anno post Pascha, videlicet a loco Vallis Suane usque ad Chiselleriam in locis necessariis, capiente quolibet ut supra per diem quinque quarterios panis ultra seraceum et vinum: - I sestarium, I eminam, I quartanam, III eminalia et quartum unius eminalis siliginis. Item pane dato triginta hominibus ad roydā quasi per unam diem vacantibus eodem anno de mense maii, tam in reparacione cuiusdam ruyne in dicto rivo evente propter pluvias, quam in certa copertura facta super dicto rivo, videlicet il loco ubi dicta ruyne evenerat, capiente quolibet ut supra: - I sestarium, I eminam, I eminale et dimidium siliginis. Item pane dato quadraginta sex aliis hominibus ad roydā quasi per unam diem vacantibus de mense julii anno predicto in reparacione cuiusdam ruyne die decima quinta julii eodem anno in dicto rivo propter nimiam habundanciam pluviarum evente in Valle Suana, et reparacione plurium cumulorum terre supra et in dicto rivo dirrupte in pluribus locis ipsius, capiente quolibet [IX **Quarti**] ut supra: - II sestaria, I quartanam, III eminalia et dimidium si-

liginis. Et allocantur sibi per litteram publicam dicti Bartholomei Tarida de testimonio premissorum confessioneque et recepta subscripte quantitatis, datam anno et die quibus supra, scriptam in folio papiri superius reddicto cum pluribus aliis manu dicti Johannis Casei signatam

- III modia, IIII sestaria, I eminam, V eminalia siliginis

Reparacio dicti rivi de anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo octavo:

104 Libravit in operibus et reparacione dicti rivi manu qua supra in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo octavo prout infra reparati, videlicet pane dato novies viginti et octo hominibus de roйда, vacantibus quasi per unam diem eodem anno tempore quadragesime in reparacione dicti rivi a loco de Morina usque ad combam de Vallesuana, in pluribus eius partibus reparati, capiente quolibet quinque quarterios panis siliginis, unam ambostatam nucum et unum quarteronum vini: - I modium, III sestaria, I eminam, I quartanam, I eminale siliginis. Item pane dato novies viginti et uni aliis hominibus operariis operantibus ad roйдam quasi per unam diem vacantibus eodem anno post festum Pache in secunda ebdomada aprilis tam in elevacione matris aque³⁰³ dicti rivi, ultra predictas reparaciones, quam in faciendo unum arques et unum solanum de lapidibus pro coperiendo dictum rivum in comba de Roysano ad deffensionem ruyne dicte combe, quam eciam in portando et impli-cando certam quantitatem billionorum in coperiendo dictum rivum in pluribus et diversis locis pro manutenencia et custodia dicti rivi necces-sario copertum, capiente quolibet dictorum hominum per diem, ultra se-raceum et vinum sibi inferius propter hoc allocatos, quinque quarterios panis siliginis: - I modium, III sestaria, I quartanam, III eminalia et quartum unius eminalis siliginis. Item pane dato triginta tribus homini-bus ad roйдam quasi per unam diem vacantibus ad predictas reparacio-nes, videlicet in ultima ebdomada dicti mensis aprilis, in refectione cuiusdam sappelli in dicto rivo eventi a predictis reparacionibus citra propter nimias pluvias ibidem supervenientes juxta combam de Roysano ubi dictus rivus crepuit et dirruit, capiente quolibet dictorum hominum per diem ut supra: - I sestarium, I eminam, V eminalia et quartum unius eminalis siliginis. Item pane dato septuaginta duobus aliis hominibus ad roйдam quasi per unam diem vacantibus in elevacione matris aque dicti rivi propter nimiam inundacionem et ruynam aque Bauteгии, post omnes

³⁰³ Lieu où le ruisseau commence.

predictas reparaciones factas prima ebdomada mensis julii, destructe, capiente quolibet dictorum hominum per diem quinque quarterios panis ut supra, ultra seraceum et vinum sibi inferius in suis titullis propter hoc alloquatos: - III sestaria, I eminam, I quartanam siliginis. Et allocantur sibi per notam instrumenti dicti Bartholomei Tarida de testimonio premissorum confessioneque et recepta subscripte quantitatis, datam anno et die quibus supra, scriptam in folio papiri superius reddicto manu dicti Johannis Casei signatam

- IIII modia, I emina, IIII eminalia et dimidium siliginis

Reparacio dicti rivi de anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo nono:

Libravit in operibus et reparacione dicti rivi manu dicti Bartholomei Tarida in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo nono prout infra reparati, videlicet pane dato tercentum quadraginta hominibus ad roydam, quasi per unam diem vacantibus in reparacione dicti rivi in prima ebdomada post Pascha dicto anno, reparati a loco elevacionis eiusdem supradicte usque in Vallesuana, et pro complendo dictam elevacionem, capiente quolibet dictorum hominum per diem quinque quarterios panis, ultra seraceum et vinum prout supra: - II modia, V sestaria, I eminam, V eminalia siliginis. Item pane dato viginti sex hominibus ad roydam quasi per unam diem vacantibus tam in mense maii propter nives quam in mense augusti propter pluvias ibidem supervenientes in pluribus eius locis destructi et per dictos homines reparati, capiente quolibet dictorum hominum per diem quinque quarterios panis ultra seraceum et vinum prout supra: - I sestarium, I quartanam, IIII eminalia et dimidium siliginis. Et allocantur sibi per notam instrumenti publici dicti Bartholomei de testimonio premissorum confessioneque et recepta [X **Quarti**] subscripte quantitatis, datam anno et die quibus supra, scriptam in folio papiri superius reddicto manu Johannis Casei notarii publici signatam et scriptam :

- III modia, I sestarium, I eminale et dimidium siliginis

105 *Reparacio rivi fratris Boudini:*

Libravit manu Jaquimini de Canali de Dovia in reparacione rivi fratris Boudini per tempus de quo computat, quem dominus reparare tenetur et manutenere ultra jornalia debita annuatim per tenentes prata de Stanno pro auxilio reparacionis dicti rivi prout dominus Henricus, dominus de Quarto quondam, et sui successores dictum rivum manutenere debebant et tenebantur sicut constat relacione Johannis de Gontereto no-

tarii et procuratoris quondam domini in valle Augusta verbothenus³⁰⁴ facta in computo precedenti de anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo, item per quoddam instrumentum publicum cuiusdam albergamenti facti per venerabiles dominos Vuilliermi de Quarto, archidiaconum Auguste, Eymericum eius nepotem, Jaquiminum et Henricum fratres ipsius, dominos de Quarto quondam, quibusdam personis de certis rebus et possessionibus in ipso instrumento nominatis et descriptis, recepto per Aymonem Palmerii notarium sub anno Domini millesimo tercentesimo trigesimo septimo, indicione quinta, vigesima septima die mensis julii, in quoquidem instrumento continetur clausulle que secuntur, una cum aqua pro ipsa possessione ad evidenciam proborum hominum ad aquanda sine fraude de rivo magno de subtus qui dicitur rivus fratris Boudini. Alia clausulla sequens talis est. Item in rivo reparando omni anno quatragenta operarios eorum expensis et dicti domini residuum, et per litteram domini de quodam alio albergamento per dominum facta Anthonio Palmerii de quibusdam aliis pratis, terris et vineis in dicto computo precedenti designatis pro facto rivi Prepositi, in qua continetur inter cetera sequens clausulla: cum aqua rivi vocati de fratre Boudino habenda et percipienda annis singulis qualibet ebdomada tribus diebus et duabus noctibus tempore rivi predicti currentis, jure tamen domus et conventus Sancti Ursi augustensis in aqua dicti rivi reservato, dictus vero Anthonius et sui teneantur se juvare eorum sumptibus annis singulis in reparacione et custodia dicti rivi prout et quemadmodum tenentes prata claustris de Stanno facere et juvare sunt soliti in eisdem, videlicet pro rata pecie prati et terre de Ollees antedictae, rata etiam dictorum pratorum de Stanno computare, et forte casus ovallis in dicto rivo aliquo tempore veniret, videlicet propter ruynam de Bagnieres, ipse Anthonius et sui, cum dictus casus evenerit, teneantur et debeant sumptuare pro dicto ovalli reparando viginti quinque operantes, qui familiaribus nostris debite presententur residuum vero reparacionis dicti ovalli, qui dicti viginti quinque operatores una die reparare non possent, nos illud reparare et facere debeamus. Quasquidem instrumentum et litteram in dicto computo precedenti de anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo ostendidit et penes se **[XI Quarti]** retinuit pro ipsis restituendis illis ad quos pertinent. Et primo tempore quadragesime anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quinto,

³⁰⁴ *Sic.*

pane dato quaterviginti hominibus operariis de roydys seu corvatis quasi per unam diem vacantibus in reparacione dicti rivi qui propter inundaciones aquarum nimias ruinas et diluvia destructus, ruynatus et diruptus fenditus extitit in principio matris ibidem eventas de mense septembris anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, ad que vacaverunt quasi per unam diem, capiente quolibet ipsorum per diem quinque quarterios panis siliginis ut supra, ultra nuces et vinum sibi infra in suis titullis propter hoc alloquatos: - IIII sestaria, III eminalia siliginis. Item pane dato novies centum et viginti aliis hominibus in dicta reparacione post Pascha tam in mense aprilis quam maii anno predicto, videlicet tam in faciendo et construendo murum ipsius rivi in loco principii eiusdem quam multis arboribus scindendis, portandis et implicandis ultra dictum murum in elevacione dicti rivi, et aliis pluribus operibus necessariis circa hec, ad que vacaverunt quasi per unam diem, capiente quolibet per diem quinque quarterios panis siliginis, ultra seraceum et vinum ut supra. Et alloquantur sibi de mandato predicto simul et per litteram publicam dicti Jaquimini de testimonio premissorum confessioneque et recepta, datam Auguste die vicesima secunda mensis augusti, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo sexto, quam reddit manu Johannis Casei notarii publici scriptam et signatam: - VII modia, V sestaria, I emina, I quartana, III eminalia siliginis, et que quantitates ascendunt ad - VIII modia, IIII sestaria, II eminalia siliginis

Libravit manu Vuillermi de Fonte, custodis et administratoris aque dicti rivi in reparacione eiusdem, videlicet pane dato viginti quatuor hominibus de roydys quasi per unam diem vacantibus ibidem ultra journalia que debentur pro feudatariis, videlicet in principio dicti rivi post Pascha anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo septimo reparati in locis reparacione indigentibus, capiente quolibet per diem quinque quarterios panis siliginis, ultra seraceum et vinum ut supra, ut per litteram publicam dicti Vuillermi de testimonio premissorum confessioneque et recepta, datam decima sexta die mensis julii anno predicto, quam reddit manu Johannis Casei juvenis notarii publici scriptam et signatam: - I sestarium, I quartanam siliginis

Libravit manu qua supra in reparacione dicti rivi, videlicet pane dato ducentis et duodecim hominibus de roydys quasi per unam diem vacantibus in faciendo triginta teyssias muri in principio dicti rivi et elevacione eiusdem, qui rivus propter inundaciones aquarum et ruinas aque Bauteгии ibidem in prima ebdomada julii anno Domini millesimo tercen-

tesimo nonagesimo octavo eventas, continentis in altum circa unam teyssiam et in grossitudine quatuor pedes, capiente quolibet per diem quinque quarterios panis, ultra seraceum et vinum ut supra, et alloquantur sibi de mandato predicto et per litteram publicam ducti Vuilliermi de testimonio premissorum confessioneque et recepta, datam die ultima mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo nono, quam reddit manu Johannis Casei notarii signatam

- I modium, V sestaria, I eminam siliginis

Libravit manu qua supra in et pro reparacione dicti rivi in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo nono, prima ebdomada post Pascha, pane dato centum hominibus operariis de roydis, quasi per unam diem vacantibus in reparacione et meillioramento murorum et elevacionis rivi predicti ultra jornalialia que pro dicto rivo debentur, quia dictam elevacionem de novo facere oportuit pro eo quia aqua Bautegee se volvit a loco ubi solita erat labere juxta dictum rivum. Item pane dato quadraginta aliis hominibus de roydis quasi per unam diem vacantibus eodem anno de mense maii in refectione et reparacione cuiusdam sappelli ibidem subtus ecclesiam Sancti Christophori eventus ex causa habundantie nivium in dicto loco in ultima ebdomada aprilis, de longo **[XII Quartii]** circa octo teyssias et in alto circa unam teyssiam superventientium. Item et pane dato quinquaginta octo aliis hominibus operariis de roydis quasi per unam diem vacantibus in reparacione cuiusdam grossi sappelli, longitudinis quatuor teyssiarum et altitudinis duarum teyssiarum, ex casu fortuito in dicto rivo eventus in vinea Petri Nepotis supra Pontem Lapideum, capiente quolibet dictorum hominum per diem quinque quarterios panis siliginis, ultra seraceum et vinum prout supra, et allocantur sibi de mandato predicto et per litteram publicam dicti Vuilliermi de testimonio premissorum confessioneque et recepta, datam die ultima mensis augusti, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo nono, quam reddit manu Johannis Casei notarii publici signatam

- I modium, IIII sestaria, I quartana, I eminale et dimidium siliginis

Alpis de Cheneveri in dorsum

- I eminam, I quartanam, II eminalia siliginis in dorso

Alpis de Seneveri:

- 106** Libravit Johannodo de Balma de Quarto et eius consortibus tenentibus alpem de Seneveri, que dictus dominus Henricus, dominus de Quarto quondam, annuatim solvebat dictis consortibus quando dicta alpis vestitur, id est quando bestie mictuntur in eadem ad fructum faciendum,

pro duobus caseis domino debitis pro dicta alpe de quibus infra computat sub eorum titullo in recepta, et solvit eidem pro anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto - II eminalia siliginis

Libravit eisdem pro eodem et solvit eisdem pro anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quinto - II eminalia siliginis

Libravit eisdem pro eodem et solvit sibi pro tribus annis, videlicet millesimo tercentesimo nonagesimo sexto, millesimo tercentesimo nonagesimo septimo et millesimo tercentesimo nonagesimo octavo, pro quolibet duo eminalia siliginis - VI eminalia siliginis

Deducuntur eidem pro Hugoneto, filio Valleti de Vigniel, Petro Hugoneti de Vigniel, Vallichono de Vigniel et suis consortibus causam habentibus Hugoneti de Vigniel, pro quibus computatum fuit in computo dicti loci Quarti de anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo septimo particulariter de tribus sestariis siliginis, ex inadvertencia scriptoris et castellani, licet non debeantur nisi dumtaxat tres emine siliginis de censu per annum, prout fidem fecit castellanus pro tunc ibidem in octavo computo precedenti per duo publica instrumenta in eodem computo de verbo ad verbum copiata, que tria sestaria siliginis eciam includuntur in summa recepte dicte siliginis, et deducuntur eidem pro anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto - III emine siliginis

Deducuntur eidem pro eisdem pro quatuor annis, videlicet millesimo tercentesimo nonagesimo quinto, millesimo tercentesimo nonagesimo sexto, millesimo tercentesimo nonagesimo septimo et millesimo tercentesimo nonagesimo octavo, pro quolibet III emine siliginis - I modium siliginis

Deducuntur eidem pro Bartholomeo et Johanne Perole et suis consortibus pro quibus fuit computatum in computis precedentibus et presenti summarie et in computo de anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo septimo particulariter de tribus eminis, uno eminali et dimidio siliginis, ex inadvertencia et per errorem dicti castellani, licet non debeant nisi dumtaxat tres eminas siliginis de censu per annum, ut per confessiones et recogniciones dicti Bartholomei factas per ipsum nominibus suo et Johannis eius [**XIII Quarti**] fratris et consortum suorum, designatas in octavo computo precedenti, et deducuntur eidem pro anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto more solito, ut in computo precedenti - I eminale et dimidium siliginis

Deducuntur eidem pro eisdem et eadem causa pro quatuor annis, videlicet millesimo tercentesimo nonagesimo quinto, millesimo tercente-

simo nonagesimo sexto, millesimo tercentesimo nonagesimo septimo et millesimo tercentesimo nonagesimo octavo, pro quolibet unum eminale cum dimidio siliginis - I quartana siliginis

Deducuntur eidem pro Petro Macheti de Escheveno et consortibus suis debentibus de reddito annis alternis quinque sestaria siliginis in festo beati Michaelis, de quibus particulariter fuit computatum in computo dicte castellanie de anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo septimo et eciam in presenti summarie quemadmodum si annuatim deberentur pro anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, millesimo tercentesimo nonagesimo quinto, millesimo tercentesimo nonagesimo sexto, millesimo tercentesimo nonagesimo septimo, millesimo tercentesimo nonagesimo octavo, pro quolibet dictorum quinque annorum licet debeantur ut supra dumtaxat annis alternis, prout fides facta fuit in octavo computo precedenti per instrumentum publicum recognitionis dicti Petri Macheti, receptum per Johannem Gontereti notarium, procuratorem et receptorem extentarum domini in Valle Augusta, anno Domini millesimo tercentesimo sexagesimo secundo, indicione quindecima die vicesima quarta mensis septembris, copiatum in octavo computo precedenti, et deducuntur eidem causis et modis in dicto computo plenius declaratis, pro anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto de quo supra computat, licet nichil pro dicto anno debeatur ut supra - V sestaria siliginis

Deducuntur eidem pro eisdem causis et modis superius plenarie declaratis pro duobus annis, videlicet millesimo tercentesimo nonagesimo sexto et millesimo tercentesimo nonagesimo octavo, pro quolibet dictorum duorum annorum quinque sestaris siliginis - X sestaria siliginis

Prandia:

Libravit personis in octavo computo precedenti specificce et particulariter nominatis et descriptis pro prandiis datis et debitis eisdem singulis annis in crastinum Nativitatis Domini, dum solvunt servicia debita per easdem more solito, ut in computo precedenti, que prandia sunt numero trigintaquinque, quartus et sextus unius prandii, ultra duodecim prandia tradita dicte domine Pantissalee ut supra, et datur pro quolibet prandio dimidius panis siliginis valoris dimidii eminalis siliginis, ut in computo precedenti, et allocantur sibi pro termino festi beati Stephani prothomartiris crastini festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimi tercentesimi nonagesimi quinti

- XVII eminalia, tercium, quartum et dimidium quartum unius eminalis siliginis

Libravit eisdem pro eodem et eadem causa et allocantur sibi pro terminis festi beati Stephani prothomartiris crastini festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni millesimi tercentesimi nonagesimi sexti, millesimi tercentesimi nonagesimi septimi, millesimi tercentesimi nonagesimi octavi et millesimi tercentesimi nonagesimi noni, videlicet pro quolibet dictorum quatuor annorum decemseptem eminalia, tres quartos, dimidium quartum unius eminalis siliginis

- II sestaria, I eminam, I quartana, III eminalia et dimidium et tercium unius eminalis siliginis

107 *Collectura feni:*

Libravit manu Aymonodi, mistralis Quarti,³⁰⁵ pane dato triginta hominibus operariis de roydis seu corvatis domini, vacantibus quasi per unam diem tam recolligendo et levando fena decimarum pratorum domini de Stanno et herbagiorum domino debitorum a Maladeria usque ad Pontem Lapideum in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quinto, capiente quolibet dictorum hominum quinque quarterios panis siliginis ut in computo precedenti, ultra vinum et seraceum sibi inferius [XIII Quarti] alloquatos, de quo feno inferius computat in recepta: - I sestarium, I eminam, I eminale et dimidium siliginis. Item pane dato septuaginta octo operariis de roydis quasi per unam diem vacantibus scindendo de nemore biolarum in insulla domini de Quarto pro circullis fiendis et portandis tam apud Quartum quam Augustam pro doliis reli-gandis ad vinum domini reponendum in eisdem, dicto anno et anno precedenti millesimo tercentesimo nonagesimo quarto,³⁰⁶ capiente quolibet per diem quinque quarterios panis siliginis ut supra: - III sestaria, I eminale et dimidium siliginis, ut per litteram dicti Aymonodi de testimonio premissorum, datam die octava mensis septembris anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo nono quam reddit manu Johannis Casei notarii signatam: - V sestaria, I eminam, III eminalia siliginis

Item manu qua supra pane dato sexaginta quinque operariis de roydis quasi per unam diem vacantibus tam in recolligendo et levando fena domini predicta in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo

³⁰⁵ Les mots *manu Aymonodi, mistralis Quarti* sont ajoutés dans la marge droite avec un signe de renvoi.

³⁰⁶ Les mots *et anno precedenti millesimo tercentesimo nonagesimo quarto* sont ajoutés dans la marge droite avec un signe de renvoi.

sexto quam in scindendo de nemore domini pro Quarto pro circullis fiendis et portandis tam apud Augustam quam Quartum ab insula domini predicta et illos implicando in doliis pro vino domini ipso anno in eisdem reponendo, capiente quolibet per diem quinque quarterios panis siliginis ut supra, ultra seraceum et vinum sibi inferius propter hoc allocatos: - III sestaria, I quartana, III eminalia et quartum unius eminalis siliginis, ut per litteram publicam dicti Aymonodi de testimonio premissorum, datam die octava mensis septembris anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo nono superius reddictam manu dicti Johannis Casei notarii signatam:

- III sestaria, I quartana, III eminalia et quartum unius eminalis siliginis

Libravit manu Merlini de Ponte, manderii parrochie Sancti Christofori, pane dato septuaginta uni hominibus quasi per unam diem vacantibus tam recolligendo fena domini supradicta in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo septimo quam in scindendo de nemore biolarum in insulla domini de Quarto pro circullis fiendis et portando tam apud Quartum quam Augustam pro doliis religandis et vino domini in eisdem reponendo ipso anno, capiente quolibet ipsorum per diem quinque quarterios panis siliginis ut supra, ultra seraceum et vinum sibi inferius propter hoc alloquatos infra in suis titullis, ut per litteram publicam dicti Merlini de testimonio premissorum, datam die quindecima mensis octobris anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo octavo, quam reddit manu Johannis Casei notarii signatam:

- III sestaria, I eminalia, III eminalia et tres partes unius eminalis siliginis

Libravit manu dicti Merlini de Ponte pane dato quadraginta quinque hominibus quasi per unam diem vacantibus tam recolligendo fena domini predicta in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo octavo quam in scindendo de nemore biolarum in insulla domini de Quarto pro circullis faciendis et portando tam apud Quartum quam Augustam pro doliis religandis et vino domini in eisdem reponendo ipso anno, capiente quolibet ipsorum per diem quinque quarterios panis siliginis ut supra, ultra seraceum et vinum sibi inferius propter hoc alloquatos, in suis titullis more solito ut per litteram publicam dicti Merlini de testimonio premissorum, datam die quindecima mensis octobris anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo octavo, superius redditam manu dicti Johannis Casei notarii signatam:

- II sestaria, I quartanam, II eminalia et quartum unius eminalis siliginis

108 Libravit manu Johannis de Donacio pane dato viginti uni hominibus de roydys quasi per unam diem vacantibus recolligendo fena domini supradicta in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo nono, capiente quolibet per diem quinque quarterios panis siliginis ut supra, ultra vinum et seraceum sibi inferius propter hoc alloquatos in suis titullis more solito, ut per litteram publicam dicti Johannis de testimonio premissorum, datam die decima tertia mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo nono, quam reddit manu Johannis Casei notarii signatam:

- I sestarium, II eminalia et quartum unius eminalis siliginis

[XV] *Collectura nucum. Opera thopiarum et bornellorum castri:*

Libravit manu Johannis Dovi pane dato sexdecim hominibus de roydys quasi per unam diem vacantibus in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto tam in succuciendo nuces ortorum castri de arboribus ibidem et circumcirca dictum castrum existentibus quam in colligendo easdem, capiente quolibet ipsorum per diem quinque quarterios panis siliginis ultra vinum et seraceum ut in computo precedenti, ut per litteram publicam dicti Johannis de testimonio premissorum, datam die octava mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo nono, quam reddit manu Johannis Casei notarii signatam

- I eminalia, I quartanam, II eminalia siliginis

Libravit manu qua supra pane dato octo hominibus de roydys quasi per unam diem vacantibus in putando et ligando topias seu trillas castri domini de Quarto in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quinto, tempore quadragesime, et pane dato sexdecim hominibus operariis de roydys quasi per unam diem vacantibus tam in succuciendo quam colligendo nuces arborum domini predictorum anno predicto: - I sestarium, I quartanam siliginis. Item pane dato viginti duobus hominibus operariis de roydys quasi per unam diem vacantibus tam in scindendo, apportando, perforando et implicando certos bornellos pro conductu aque fontis dicti castri necessarios, capiente quolibet dictorum hominum per diem quinque quarterios panis siliginis ultra seraceum et vinum ut supra: - I sestarium, III eminalia et dimidium siliginis, ut per litteram publicam dicti Johannis de testimonio premissorum, datam die octava mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo nono, superius reddictam continentem plures alias confessiones infrascriptas

- II sestaria, I quartanam, III eminalia et dimidium siliginis

Libravit pane dato octo hominibus operariis de roydys quasi per unam diem vacantibus tam in putando quam ligando topias dicti castris tempore quadragesime anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo sexto: - I quartana, III eminalia siliginis. Item pane dato sexdecim hominibus operariis de roydys quasi per unam diem vacantibus tam in succuciendo quam recolligendo nuces arborum domini circa dictum castrum existentium, capiente quolibet ut supra: - I eminalia, I quartana, II eminalia siliginis. Item pane dato viginti duobus hominibus operariis quasi per unam diem vacantibus tam in refficiendo plures bornellos per quos aqua conducitur in dictum castrum, et ipsos de novo loco veterum necessario implicando et ponendo, capiente quolibet dictorum hominum ut supra: - I sestarium, III eminalia et dimidium siliginis, ut per litteram publicam dicti Johannis de testimonio premissorum, datam die octava mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo nono, superius reddictam manu Johannis Casei notarii publici signatam

- II sestaria, I quartana, III eminalia et dimidium siliginis

Libravit manu qua supra pane dato quatuor hominibus quasi per unam diem vacantibus ad roydam tempore quadragesime in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo septimo, tam in putando quam ligando thopias dicti castris. Item pane dato viginti octo hominibus operariis de roydys quasi per unam diem vacantibus tam in scindendo in nemore de Pan Perdu supra Quartum, et a dicto nemore ducendo apud Quartum, qui distant unus ab alio per unam leucam salvo pluri, certam quantitatem billionorum pro faciendo bornellos ad opus conductus aque dicti castris quam in reparacione et reffecione [XVI Quarti] plurium aliorum bornellorum destructorum quam eciam in recolligendo et succuciendo nuces arborum domini predictarum anno predicto millesimo tercentesimo nonagesimo septimo, capiente quolibet dictorum hominum per diem quinque quarterios panis siliginis ultra nuces tempore quadragesime, vinum et seraceum ut supra sibi inferius in suis titullis propter hoc alloquatos more solito ut in computo precedenti, ut per litteram publicam dicti Johannis de testimonio premissorum, datam die octava mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo nono, superius reddictam manu Johannis Casei notarii signatam

- I sestarium, I eminalia, III eminalia siliginis

Libravit manu Johannis Dovy, porterii dicti castris, pane dato quinque hominibus de roydys operantibus quasi per unam diem in dicto castro

Quarti post Pascha, perforando certos et plures bornellos pro refficiendo et manutenendo conductum aque in dicto castro neccessarios, capiente quolibet dictorum hominum per diem quinque quarterios panis siliginis in suis titullis propter hoc alloquatos. Item pane dato tempore quadragésime in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo octavo, viginti hominibus operariis de roydís quasi per unam diem vacantibus in erigendo et refficiendo topias castri predicti ipso anno tempore quadragésime ex nimia nivium habundancia destructas et disruptas ipsasque putando et ligando et in apportando plures perticas pro dictis topiis refficiendis. Item pane dato sex hominibus operariis de roydís quasi per unam diem in reparacione bornellorum dicti castri in pluribus locis destructorum vacantibus post Pascha,³⁰⁷ capiente quolibet dictorum hominum per diem quinque quarterios panis siliginis ultra vinum et seraceum ut supra sibi inferius in suis titullis propter hoc alloquatos, ut per litteram publicam dicti Johannis de testimonio premissorum, datam die octava mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo nono, superius reddictam manu Johannis Casei notarii publici signatam

- I sestarium, I eminam, II eminalia, tres quartos unius eminalis siliginis

Libravít manu Johannis de Donacio pane dato quinque hominibus operariis de roydís quasi per unam diem vacantibus tempore quadragésime in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo nono, tam in putando quam ligando topias dicti castri. Item pane dato undecim aliis hominibus operariis de roydís quasi per unam diem vacantibus in refectione et reparacione bornellorum aque dicti castri in pluribus locis destructis, capiente quolibet dictorum hominum per diem quinque quarterios panis siliginis ultra seraceum et vinum ut supra ut per litteram publicam dicti Johannis de testimonio premissorum, datam die decimatercia mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo nono, superius reddictam manu Johannis Casei notarii publici signatam

- I eminam, I quartanam, II eminalia siliginis

109 *Opera castri: 20*

Libravít manu Talliardi de Ferruczasco commorantis in dicto castro Quarti, in operibus et reparacione tectorum dicti castri, videlicet pane dato quindecim hominibus operariis de roydís quasi per unam diem va-

³⁰⁷ Les mots *vacantibus post Pascha* sont ajoutés dans la marge droite avec un signe de renvoi.

cantibus ad portandum supra dictis tectis tavallionos, clavinos et alia pro dicta reparacione neccessaria, et per Hugoninum Grillion, carpentatorem ibidem per tempus quo superius computat implicatum, cuius Hugonini salarium inferius in libratibus propter hoc allocatur, capiente quolibet dictorum operariorum per diem quinque quarterios panis siliginis ultra se-raceum et vinum prout supra, ut per litteram publicam dicti Talliardi de Ferruczasco de testimonio premissorum, datam die quinta mensis maii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo septimo, quam reddit manu Johannis Casei notarii signatam

- I eminam, I quartanam, II eminalia, tres quartos unius eminalis siliginis

[XVII Quarti] Deducuntur sibi pro Reynaudo, naturali de Quarto quondam, cuius bona ob mortem ipsius Reynaudi, deffuncti sine liberis, ad manus domini pervenerunt, de quorum bonorum fructibus et exitibus computat tam supra quam infra in recepta, qui Renaudus sue vite temporibus domino debebat annuatim unum sestarium siliginis et duodecim denarios servicii, de quibus castellanus pro tunc ibidem domino particulariter computavit in suo computo dicti officii de anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo septimo, et in singulis aliis computis sequentibus cum maiori summa semper fuit computatum, et deducitur eidem dictum sestarium siliginis pro anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto pro quo anno computat, quia res pro quibus debebatur dictum sestarium siliginis tradite fuerunt per dictum Reynaudum, Johanni de Ramuysi pro viginti duobus solidis monete Auguste et uno capone per annum, ut dicit de quibus infra in suis titullis computat in recepta

- I sestarium siliginis

Deducuntur sibi pro eodem et eadem causa pro quatuor annos, videlicet millesimo tercentesimo nonagesimo quinto, millesimo tercentesimo nonagesimo sexto, millesimo tercentesimo nonagesimo septimo et millesimo tercentesimo nonagesimo octavo, pro quolibet dictorum quatuor annorum unum sestarium siliginis

- IIII sestaria siliginis

Summa librate et deducti:

- LXVIII modia, I quartana, I eminale, quartus, sextus et dimidius quartus unius eminalis siliginis

Et sic debet:

- VI^c XXIX modia, I sestarium, I quartanam, I eminale et dimidium tertium, dimidium quartum unius eminalis siliginis

Venduntur in fine computi.

Avena:

Item reddit computum quod recepit in dicta castellania de reddictu per annum circa festum beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, videlicet ab Aymoneto Curnillion, genero Anthonii Sulpicii de Ponte, parrochie Sancti Christofori, ut in computo precedenti

- I modium avene

Recepit ibidem ab eodem pro eodem et computat pro quatuor annis sive terminis festorum beati Michaelis annorum Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quinto, millesimo tercentesimo nonagesimo sexto, millesimo tercentesimo nonagesimo septimo et millesimo tercentesimo nonagesimo octavo

- IIII modia avene

De exitu decimarum que levantur in certis possessionibus consistentibus a torrente Clausi Novi, inter Sarro et Augustam, usque ad civitatem Auguste, in quibus decimis dominus de Montejoveto percipit medietatem, dominus Jacobus Bonerii de Dovia, canonicus augustensis, terciam partem residue medietatis ut supra, nichil computat nec de cetero computabitur in avena quia albergata est ad frumentum, siliginem, vinum et pecuniam de quibus supra et infra in suis titullis computat prout lacius dicitur superius in frumento

Summa:

- V modia avene.

Venduntur in fine computi.

Ordeum:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu per annum circa festum beati Michaelis, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, ut in computo precedenti, de octo sestariis, una quartana et dimidia ordei domino in dicta castellania et apud Oyaciam deberi solitis de reddictu per annum, deductis de ipsis quinque sestariis, emina, una quartana et tribus eminalibus ordei, per dominam domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, tradictis occasione qua supra in frumento, debitis in locis per personas in computo de annis Domini millesimo tercentesimo octuage-

simo tercio et octuagesimo quarto descriptas particulariter, et fiunt eidem castellano similes iniunctiones³⁰⁸ que supra in frumento

- II sestaria, eminam ordeï

Recepit ibidem ab eodem pro eodem et eadem causa et pro quatuor annis sive terminis festorum beati Michaelis annorum Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quinto, millesimo tercentesimo nonagesimo sexto, millesimo tercentesimo nonagesimo septimo et [XVIII] millesimo tercentesimo nonagesimo octavo

- I modium, IIII sestaria ordeï

Marescalcia:

Recepit a Berthodo Mugnerii de Lignian et consortibus suis de et pro marescalcia per annum debita per eosdem in festo beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, et quia in computo precedenti eidem castellano seu castellano ibidem ante ipsum fuit iniunctum quod in presenti computo nominaret dictos consortes, dicit dictus castellanus prout dixit castellanus pro tunc ibidem in tercio computo precedenti, quod dictam iniunctionem adimplere non potuit donec regithie et extente domini que recipiuntur ibidem sint complete. Quibus non obstantibus iniungitur eidem castellano³⁰⁹ quod dictas regithias recipi et compleri procuret taliter quod in suo sequenti computo dictos consortes possit nominare speciffice aut alias clarius respondere

- I sestarium ordeï

Recepit ibidem pro eodem et eadem causa et computat pro quatuor annis sive terminis festorum beati Michaelis annorum Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quinto, millesimo tercentesimo nonagesimo sexto, millesimo tercentesimo nonagesimo septimo et pro anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo octavo

- IIII sestaria ordeï

Recepit a quinque personis in octavo computo precedenti de anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo septimo declaratis et speciffice nominatis de reddito per annum, ut in computo precedenti, in festo beati Michaelis, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto

- XIII sestaria ordeï

Recepit ab eisdem quinque personis pro eodem et eadem causa et computat pro quatuor annis sive terminis festorum beati Michaelis annorum Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quinto, millesimo ter-

³⁰⁸ Dans la marge gauche : *vide*.

³⁰⁹ Dans la marge gauche : *vide*.

centesimo nonagesimo sexto, millesimo tercentesimo nonagesimo septimo et <anno> Domini millesimo tercentesimo nonagesimo octavo
- VIII modia, IIII sestaria ordei

Cheyserie seu excheyte:

De cheyseriis seu excheytis nichil computat quia nichil de et pro eisdem recepit per tempus de quo computat ut dicit.

Summa, computatis mensuris ut supra in frumento

- XIII modia, IIII sestaria, I emina ordei

Venduntur in fine computi.

Pisa cisera:

De exitu terre domini vocate de Ryns, nichil computat in pisis ciseris occasione superius in frumento declarata.

Ligumina pro cheyseriis seu excheytis:

De liguminibus pro cheyseriis seu excheytis nichil computat quia nichil pro eisdem recepit per tempus de quo computat ut dicit.

111

Nuces:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu per annum circa festum beati Michaelis, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, de novem sestariis nucum domino pridem debitis ibidem de redditu per annum ut in computo precedenti, deductis de ipsis duobus sestariis nucum per dominam domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, traditis occasione qua supra in frumento et apud Vallem Pellinam per Johannem, filium Francisci de Enfanteis
- VII sestaria nucum

Recepit ibidem pro eodem et eadem causa et computat pro quatuor annis sive terminis festorum beati Michaelis annorum Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quinto, millesimo tercentesimo nonagesimo sexto, millesimo tercentesimo nonagesimo septimo et pro anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo octavo pro quolibet dictorum quatuor annorum septem sestaria nucum
- XXVIII sestaria nucum

Recepit manu Johannis Cuaa de Dovia, porterii Quarti, de et pro exitu arborum nucum terrarum domini de Quarto, tam ante, circa et retro dictum castrum Quarti, quam eciam in ortis domini et viridariis domini circumstantibus, et de exitibus arborum nucum terrarum domini de Ryns

nichil computat, quia tradite fuerunt dicte domine Pantissalee, occasione qua supra in frumento in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto et respondet minus de una emina nucum quam in computo precedenti pro anno proxime precedenti, nec inde nichil plus recepit ut dicit et suo asserit juramento - VI sestaria nucum

Recepit ibidem pro eodem manu qua supra in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo **[XIX Quarti]** quinto et respondet minus de uno sestario nucum quam pro anno proxime precedenti, nec inde plus habuit³¹⁰ ut dicit et suo asserit juramento - V sestaria nucum

Recepit ibidem pro eodem manu qua supra in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo sexto et respondet plus de tribus sestariis et dimidio nucum quam pro anno proxime precedenti, nec inde plus recepit ut dicit et suo asserit juramento - VIII sestaria et dimidium nucum

Recepit ibidem pro eodem manu qua supra in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo septimo et respondet minus de tribus sestariis nucum quam pro anno proxime precedenti, nec inde plus habuit ut dicit et suo asserit juramento - V sestaria et dimidium nucum

De exitu dictarum arborum nucum nichil computat pro anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo octavo quia nulle nuces in dictis arboribus ipso anno evenerunt ut dicit suo juramento.

De exitu dictarum arborum nucum nichil computat pro anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo nono quia nichil pro eodem recepit ut dicit suo juramento quia non cadit in tempore de quo supra computat.

De exitu arborum nucum viridarii Reynaldi, naturalis domini de Quarto quondam, quod pervenit ad manus domini ut in computo precedenti, nichil computat quia dominus dictum viridarium una cum domo dicti Reynaldi quondam, sita loco dicto La Vanchella, et quadam pecia vinee continente circa septem fossoratas sita loco dicto Reyres, cum suis confinibus, albergavit perpetuo Petro de Boza de Valle Augusta, pro sexcies viginti florenis auri boni ponderis veteribus, ad rationem quatuordecim solidorum monete domini pro quolibet dictorum florenorum, per dominum a dicto Petro de Bocza habitorem, manu Anthonii Fabri secretarii et thesaurarii expensarum hospicii domine, qui de ipsis computasse debuit in suo computo dictarum thesaurarie et expensarum de anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, et de quibus idem Petrus de Bocza habet litteram domini de albergamento testimo-

³¹⁰ Répété.

nioque et confessione premissorum, sub usagiis et tributis inde dari consuetis, datam Rippallie die quinta mensis maii anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono, prout dicitur in computo Anthonii Fabri supradicto. Et prout in computo precedenti castellano ibidem ante ipsum fuit iniunctum quod in presenti computo apportaret dictam litteram sic quod tenor ipsius videretur, quam iniunctionem adimplere non potuit quia est novus castellanus et ipsam ignorabat, nichilominus tamen iniungitur³¹¹ sibi expresse quod dictam litteram cum effectu habere procuret et in sequenti computo infallibiliter apportet, sic quod tenor eiusdem plenius videatur et in dicto sequenti computo lacius inseratur.

Summa: - X modia nucum

Reparacio rivi vocati de Preposito:

De quibus libravit manu Bartholomei Tarida de Dovia, custodis dicti rivi domini vocati de Preposito ad expensas mille centum septuaginta quinque hominum operariorum de roydis sive corvatis vacancium temporibus quadragesimarum per tempus de quo computat in reparacione supradicti rivi quasi per unam diem in pluribus eius partibus superius in libratis siliginis designatis destructi, capiente quolibet dictorum hominum per diem unam ambostatam nucum, de quibus fiunt quadraginta octo ambostate in quolibet sestario more solito ut in computo precedenti, et sic librantur in quolibet sestario quadraginta octo homines operarii, ultra panem et vinum sibi pro eodem ministratos, et superius in siligine et inferius in vino allocatos [XX Quarti] ut per litteras publicas dicti Bartholomei de testimonio premissorum superius in libratis siliginis reddictas et plenius designatas

- XXIII sestaria, I quartana, V eminalia et dimidium nucum

Reparacio rivi fratris Boudini:

- 112 Libravit manu Jaquimini de Canali, administratoris rivi domini vocati fratris Boudini, ad expensas quaterviginti hominum operariorum de roydis sive corvatis, vacancium tempore quadragesime per per³¹² tempus de quo computat in reparacione supradicti rivi quasi per unam diem in pluribus eius partibus superius in libratis siliginis designatis destructi, capiente quolibet dictorum hominum per diem unam ambostatam nucum, de quibus fiunt quadraginta octo ambostate in quolibet sestario ut

³¹¹ Dans la marge gauche : *vide*.

³¹² Répété.

supra more solito, et sic librantur in quolibet sestario quadraginta octo homines operarii, ultra panem et vinum sibi pro eodem ministratos et superius in siligine et inferius in vino allocatos, ut per litteram publicam dicti Bartholomei de testimonio premissorum superius in libratis siliginis reddictam et plenius designatam

- I sestarium, I emina, III eminalia nucum

Libravit manu Johannis Dovi, porterii, ad expensas quadraginta quinque hominum operariorum de roydys vacancium tempore quadragessime per tempus de quo computat in reparacione topiarum dicti castri, quasi per unam diem in pluribus eius partibus superius in libratis siliginis designatis destructarum, capiente quolibet dictorum hominum per diem unam ambostatam nucum ut supra, ultra panem et vinum superius in libratis siliginis et inferius in libratis vini propter hoc allocatos ut per litteram publicam dicti Johannis Dovi de testimonio premissorum superius in libratis siliginis reddictam et plenius designatam

- I eminam, I quartanam, III eminalia et dimidium nucum

Summa librate - III modia, III sestaria, II eminalia nucum

Et sic debet:

- V modia, II sestaria, I eminam, I quartanam, III eminalia nucum

Venduntur in fine computi.

Casei:

De quindecim quintalibus, duodecim libris cum dimidia casei in dicta castellania debitis de reddito per annum, nichil computat, quia domina ipsa tradidit domine Pantassalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, occasione declarata in sexto computo precedenti, in quo nomina personarum et quantitates per ipsas debite plenius et speciffice describuntur.

Alpagium:

Recepit a Johannodo de Balma, Petro de Cella et suis consortibus pro alpe de Seneveri, pro duobus caseis domino ibidem debitis per annum circa festum beati Michaelis, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto

- XIII libras caseorum

Recepit ab eisdem pro eodem et computat pro quatuor annis sive terminis festorum beati Michaelis annorum Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quinto, millesimo tercentesimo nonagesimo sexto,

millesimo tercentesimo nonagesimo septimo et millesimo tercentesimo nonagesimo octavo - LVI libras caseorum

Recepit a Johanne, filio Petri de Pasquerio, et consortibus suis pro alpe de Chavalery, pro quatuor caseis domino debitis per annum quando vestitur, id est quando bestie ponuntur in eadem alpe pro fructu faciendo, et quando dicti quatuor casei solvuntur debet dari solventibus pro quolibet caseo unus panis siliginis, valoris unius eminalis siliginis, ut dicitur in computo precedenti. Et simili modo solvuntur duo panes pro duobus caseis ut supra debitis pro alpe de Senevery, et computat pro termino festi beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto - XXX libras caseorum

Recepit ab eisdem pro eodem et eadem causa et computat pro quatuor annis sive terminis festorum beati Michaelis annorum Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quinto, millesimo tercentesimo nonagesimo sexto, millesimo tercentesimo nonagesimo septimo et pro anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo octavo pro quolibet dictorum quatuor annorum triginta libras caseorum - VI^{XX} libras caseorum

Summa: - II^C XX libre caseorum
Venduntur in fine computi.

[XXI Quarti] Seracei:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de quaterviginti quindecim seraceis pridem domino debitis in dicta castellania de redditu per annum circa festum beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, ut in computo precedenti, deductis de ipsis septuaginta quinque seraceis cum dimidio per dominam domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, traditis occasione superius in frumento declarata, debitisque per personas in sexto computo precedenti speciffice descriptas, in quo quantitates eciam et particule per dictas personas debite particulariter sunt descripte. Et fit eidem castellano³¹³ similis iniunctio que supra in frumento, tam super declaracione serviciorum et reddituum, quam super apportacione litterarum dicte domine Pantissalee

- XIX seraceos et dimidium

³¹³ Dans la marge gauche: *vide*.

Recepit ibidem pro eodem et eadem causa et computat pro quatuor annis sive terminis festorum beati Michaelis annorum Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quinto, millesimo tercentesimo nonagesimo sexto, millesimo tercentesimo nonagesimo septimo et pro anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo octavo, pro quolibet dictorum quatuor annorum decem novem seraceos cum dimidio seraceorum
- LXXVIII seraceos

113 Summa: - III^{XX} XVII seracei et dimidius
Rivus Prepositi.

De quibus libravit Bonifacio, genero Aymonodi Champapont de Roysano, custodi rivi domini vocati de Preposito, capienti pro custodia dicti rivi ut supra in siligine et ut in computo precedenti unum seraceum per annum,³¹⁴ et solvit sibi pro quinque terminis festorum beati Michaelis annorum Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, millesimo tercentesimo nonagesimo quinto, millesimo tercentesimo nonagesimo sexto, millesimo tercentesimo nonagesimo septimo et millesimo tercentesimo nonagesimo octavo videlicet per quolibet dictorum terminorum unum seraceum, ut per litteram publicam dicti Bonifacii de confessione et recepta, superius in librata siliginis reddictam et plenius designatam
- V seraceos

Opera rivi Prepositi anni Domini millesimi tercentesimi nonagesimi quarti:

Libravit manu Bartholomei Tarida, custodis in parte dicti rivi et aliorum administratorum aque dicti rivi, in operibus et reparacione dicti rivi, et primo ad expensas ducentorum quinquaginta duorum hominum quasi per unam diem vacancium post festum beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, in conducendo et chaciando unum milliarium billionorum ut supra in siligine et ut in computo precedenti cisorum pro coperturis dicti rivi in locis necessariis refficiendis, capiente quolibet dictorum hominum ultra panem, vinum et tres solidos de salario ut supra in siligine, dimidiam rucza seracei, et fiunt in quolibet seraceo ante carnisprivium duodecim ruze seu partes et post Pascha decem ruze, et omni tempore de qualibet ruza librantur sex operarii de

³¹⁴ Les mots *unum seraceum per annum* sont ajoutés dans la marge droite avec un signe de renvoi.

roydis,³¹⁵ seculatoribus vero pratorum datur singulis quatuor una ruza et illis quibus supra prandium datur in siligine singulis octo una ruza seracei, ut dicitur in computo precedenti, ultra panem et vinum sibi pro eodem allocatos, ut per litteram dicti Bartholomei de testimonio dictorum hominum confessioneque et recepta superius in libratis siliginis reddictam et plenius designatam - X seraceos et dimidium ad XII ruzas

Libravit ad expensas decem septem hominum operariorum ad roydam quasi per unam diem vacancium, portando et ministrando victualia supradictis ducentis quinquaginta duobus hominibus dum ad predicta vacaverunt necessaria capientibus singulis sex hominibus operariis de roydis unam ruzam seracei sicut superius

- II ruzes et dimidiam et tercium unius ruze seracei ad idem

Anni millesimi tercentesimi nonagesimi quinti:

Libravit ad expensas tercentum viginti sex hominum de roydis in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quinto post Pascha manu dicti Bartholomei Tarida, quasi per unam diem vacancium in reparatione dicti rivi ut supra in libratis siliginis ipso anno reparati, ultra tercentos sexaginta **[XXII Quarti]** quatuor homines operarios ad idem tempore quadragesime ipso anno vacantes, capientes ut supra, at allocantur de mandato quo supra et per litteram dicti Bartholomei Tarida de testimonio dictorum hominum confessioneque et recepta superius in libratis siliginis reddictam et plenius designatam

- V seraceos, III ruzes, tercium unius ruze seracei ad X pro seraceo

Anni millesimi tercentesimi nonagesimi sexti:

Libravit ad expensas quadraginta novem hominum operariorum de roydis in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo sexto post Pascha, manu dicti Bartholomei quasi per unam diem vacancium in reparatione dicti rivi ut supra in librata siliginis reparati ipso anno, ultra tercentos operarios vacantes ad idem tempore quadragesime, capientes ut supra: - VIII ruzes et sextum unius ruze. Item Johanni Charnyn et Petro Bestent pro tachia sibi data scindendi duo milliarum billionorum de breyna³¹⁶ in valle Oyacie pro tanto, ultra siliginem, vinum et pecuniam sibi superius et inferius in suis titulis alloquatos, scisorum pro copertura dicti rivi necessario fiendi et manutenendi, ut per notam instrumenti dicti Bartholomei de testimonio premissorum confessioneque et recepta,

³¹⁵ Les mots *de roydis* sont ajoutés dans la marge droite avec un signe de renvoi.

³¹⁶ Lire *brenva*.

datam die nona mensis augusti, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo nono, superius in librata siliginis reddictam et plenius designatam: - II seraceos.

- II seraceos, VIII ruzes et sextum unius ruze seracei ad idem

Libravit anno quo supra manu dicti Bartholomei Tarida post festum beati Michaelis ad expensas tercentum triginta septem hominum operariorum quasi per unam diem vacancium in conducendo et chaciando dicta duo milliarum billionorum per aquam Bautegee a loco in quo cisi fuerunt usque subtus dictum rivum pro coperturis dicti rivi fiendis et manutenendis ut supra in librata siliginis, capiente quolibet dictorum hominum per diem ultra salarium, panem et vinum, dimidiam ruzam seracei : - XIII seraceos, dimidiam ruzam seracei. Item ad expensas decem octo hominum operariorum quasi per unam diem vacancium ad roydam portando et conducendo victualia supradictis tercentum et triginta septem hominibus dum ad predicta vacaverunt, capiente quolibet sextum unius seracei : - III ruzes seracei. Item et ad expensas plurium aliorum hominum qui aliter declarari non possunt quia aliqui ex ipsis duabus partibus, alii tertia et alii media parte diei vacaverunt in faciendo grapatam pro arrestando dictos billionos ut supra in librata siliginis, et ipsos de aqua extrahendo: - XI ruzes et sextum unius ruze seracei. Et allocantur sibi de mandato quo supra simul et per litteram publicam dicti Bartholomei de testimonio premissorum confessioneque et recepta subscripte quantitatis, superius in librata siliginis reddictam et plenius designatam - XV seraceos, II ruzes, II tercios unius ruze seracei ad XII

Anni millesimi tercentesimi nonagesimi septimi:

Libravit manu qua supra in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo septimo post Pascha ad expensas centum et tresdecim hominum operariorum de roydis quasi per unam diem vacancium in reparacione dicti rivi ipso anno ut supra in librata siliginis reparati, ultra tercentos viginti tres homines operarios ad idem tempore quadragesime vacantes, capientibus ut supra, et allocantur sibi de mandato dictorum magistrorum et per litteram publicam dicti Bartholomei de testimonio premissorum superius in libratibus siliginis reddictam et plenius designatam

- I seraceum et dimidium, III ruzes et dimidiam et tercium unius ruze seracei ad X

Anni millesimi tercentesimi nonagesimi octavi:

Libravit manu qua supra in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo octavo post Pascha ad expensas ducentorum quaterviginti et sex hominum operariorum de roydis, quasi [XXIII Quarti] per unam diem vacancium ultra novies viginti et octo homines operarios ibidem tempore quadragesime vacantes in reparacione dicti rivi, videlicet tam in elevacione matris aque faciendo unum arques et unum solanum de lapidibus pro coperiendo dictum rivum in comba de Roysano ad deffensionem ruyne dicte combe, in portando, implicando et coperiendo dictum rivum de certa quantitate billionorum predictorum, in pluribus eius locis discopertum, quam in reparacione cuiusdam sappelli eventus in dicto rivo, ut supra in libratis siliginis prenius declaratur, capientibus dictis hominibus ut supra, et allocantur sibi de mandato predicto et per litteram publicam dicti Bartholomei de testimonio premissorum superius in librata siliginis reddictam et plenius designatam

- IIII seraceos et dimidium, II ruzes, II tercios unius ruze seracei ad X.

Anni millesimi tercentesimi nonagesimi noni:

Libravit manu qua supra in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo nono post Pascha ad expensas tercentum et sexaginta sex hominum operariorum de roydis, quasi per unam diem vacancium in reparacione dicti rivi reparati a loco elevacionis supradicte usque in Valle Suana, et pro complemento dicte elevacionis fiendo, ut supra in librata siliginis, capientibus dictis hominibus ut supra, et allocantur de mandato predicto et per litteram publicam dicti Bartholomei de testimonio premissorum superius in librata siliginis reddictam et plenius designatam:

- VI seracei et I ruza seracei ad X

Reparacio rivi fratris Boudini:

Libravit manu Jaquimini Canali de Dovia in reparacione rivi domini vocati fratris Boudini per tempus de quo computat, prout infra reparati, et quem rivum dominus reparare tenetur et manutenere ultra jornalialia debita annuatim per tenentes prata de Stanno pro auxilio reparacionis dicti rivi ut supra in libratis siliginis plenius continetur, videlicet ad expensas novies centum et viginti hominum operariorum de roydis in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quinto post Pascha quasi per unam diem vacancium tam in faciendo et construendo murum ipsius rivi in loco principii eiusdem quam multis arboribus scindendis, portandis et implicandis ibidem ultra dictum murum in elevacione dicti rivi, et aliis pluribus operibus circa hec necessariis, de mensibus aprilis et maii anno

predicto, ultra quaterviginti homines operarios in dictis reparacionibus ipso anno tempore quadragesime vacantes, capientibus dictis hominibus ut supra in reparacionibus rivi Prepositi, et allocantur sibi de mandato dictorum magistrorum simul et per litteram publicam dicti Jaquemini de testimonio premissorum confessioneque et recepta, datam Auguste die vicesima secunda mensis augusti, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo sexto, superius in librata siliginis reddictam et plenius designatam: - XV seraceos, III ruzes, I tercium unius ruze seracei ad X

Libravit manu Vuillermi de Fonte, custodis et administratoris in parte aque dicti rivi in reparacione eiusdem anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo septimo post Pascha, ultra jornalialia que debetur per feudatarios domini ad expensas viginti quatuor hominum operariorum de roydis quasi per unam diem ibidem vacancium, videlicet in principio dicti rivi in locis reparacione indigentibus ut supra in librata siliginis, capientibus ut alii superius, et allocantur sibi de mandato quo supra et per litteram publicam dicti Vuillermi de testimonio premissorum, datam die decima sexta mensis julii anno predicto, superius in librata siliginis reddictam et plenius designatam: - III ruzas seracei ad idem

Libravit manu qua supra in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo octavo post Pascha, ad expensas ducentorum et duodecim hominum operariorum de roydis quasi per unam diem vacancium in faciendo triginta teyssias muri in principio dicti rivi et elevacione eiusdem, un supra in librata siliginis, capientibus dictis hominibus ut supra, et allocantur sibi de mandato predicto et per litteram publicam dicti Vuillermi de testimonio premissorum superius in librata siliginis reddictam et plenius designatam:

- III seraceos et dimidium et tercium unius ruze seracei ad idem

[XXIII Quart] Libravit manu qua supra in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo nono, in prima ebdomada post Pascha, ad expensas centum quaterviginti decemocto hominum operariorum, quasi per unam diem ad roydam vacancium in reparacione et melioramento murorum et elevacionis dicti rivi, ultra jornalialia que pro dicto rivo debentur et in reparacione cuiusdam sappelli de mense maii subtus ecclesiam Sancti Christophori eventi et reparati, et in reparacione cuiusdam alterii grossi sappelli in vinea Petri Nepotis anno predicto eventi et ut supra in librata siliginis reparati, capientibus dictis hominibus ut supra, et allocantur de mandato predicto et per litteram publicam dicti Vuillermi de

testimonio premissorum superius in librata siliginis reddictam et plenius designatam - III seraceos et III ruzas seracei ad idem

115 *Collectura feni:*

Libravit manu Aymonodi, mistralis de Quarto, ad expensas triginta hominum operariorum de roydis, vacancium quasi per unam diem in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quinto tam in recolligendo et levando fena decimarum pratorum domini de Stanno et herbagiorum domini debitorum a Maladeria usque ad Pontem Lapideum, capientibus dictis hominibus ut supra: - V ruzas sercei. Item ad expensas septuaginta octo operariorum de roydis quasi per unam diem vacancium in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto et nonagesimo quinto, scindendo de nemore biolarum domini de insulla pro circullis faciendo et portando a dicto loco insulle tam apud Quartum quam Augustam pro doliis religandis ad vinum domini reponendum in eisdem, dictis annis, capientibus dicti hominibus ut supra. Et allocantur de mandato quo supra, et per litteram publicam dicti Aymonodi de testimonio premissorum, confessioneque et recepta, superius in librata siliginis reddictam et plenius designatam: - I seraceum, III ruzes seracei, ascendentibus dictis duabus particulis ad:

- I seraceum et dimidium et III ruzes seracei ad idem

Libravit manu qua supra sexaginta quinque hominibus operariis de roydis quasi per unam diem in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo sexto vacantibus tam in recolligendo et levando fena domini predicta quam in scindendo de nemore domini de insulla pro circullis fiendis et portandis tam apud Quartum quam Augustam pro doliis religandis et vino in eisdem reponendo, capientibus ut supra et allocantur de mandato predicto et per litteram publicam dicti Aymonodi de testimonio premissorum superius in librata siliginis reddictam et plenius designatam:

- I seraceum, dimidiam ruzam et tercium unius ruze seracei ad idem

Libravit manu Merlini de Ponte, manderii parrochie Sancti Christofori, ad expensas septuaginta unius hominum quasi per unam diem vacancium in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo septimo tam in recolligendo fenum decime et herbagiorum domini predictum quam scindendo, faciendo et implicando circullos pro doliis religandis ad vinum domini reponendum ipso anno, ut supra il librata siliginis

- I seraceum, I ruzam et dimidiam et tercium unius ruze seracei ad idem

Libravit manu qua supra ad expensas quadraginta quinque hominum operariorum de roydīs, quasi per unam diem vacancium in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo octavo tam recolligendo fena domini predicta **[XXV Quarti]** quam scindendo et portando circulos ab insulla domini predicta apud Quartum et Augustam pro doliis domini religandis ad vinum domini ipso anno in eisdem reponendum, capientibus dictis hominibus ut supra in librata siliginis

- VII ruzes et dimidiam seracei ad idem

Libravit manu Johannis de Donacio ad expensas viginti unius hominum operariorum de roydīs quasi per unam diem vacancium in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo nono, tam in recolligendo fena domini supradicta quam reparando certos bornellos conductus aque fontis dicti castrī, capientibus dictis hominibus ut supra

- III ruzes et dimidiam seracei ad idem

Collectura nucum, opera topiarum et bornellorum castrī:

Libravit manu Johannis Dovi ad expensas sexdecim hominum operariorum in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto quasi per unam diem vacancium tam in succuciendo nuces arborum ortorum domini quam ipsas colligendo et portando, capientibus dictis hominibus ut supra

- II ruzes, II tercios unius ruze sarcei ad idem

Libravit ad expensas triginta octo hominum operariorum quasi per unam diem in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quinto, vacancium tam in colligendo et succuciendo nuces quam reparacione bornellorum aque dicti castrī ut supra in libratis siliginis

- VI ruzes, I tercium unius ruze seracei

Libravit ad expensas triginta sex hominum operariorum de roydīs in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo sexto, quasi per unam diem vacancium tam in succuciendo et recolligendo nuces domini predictas, quam in reparacione bornellorum dicti castrī ipso anno, ut supra in libratis siliginis reparariorum, capientibus dictis hominibus ut supra

- VI ruzes seracei

Libravit manu Johannis Dovi ad expensas viginti sex hominum operariorum de roydīs in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo septimo, quasi per unam diem vacancium tam in scindendo, faciendo, portando et implicando certos bornellos in dicto castro necessarios, quam succuciendo et colligendo nuces arborum predictarum, ut supra in siligine, capientibus dictis hominibus ut supra ultra siliginem et vinum

- IIII ruzes, tercium unius ruze seracei

116 Libravit manu qua supra ad expensas undecim hominum operariorum quasi per unam diem in annis Domini millesimo tercentesimo nonagesimo septimo et nonagesimo octavo vacancium ad perforandum cum Dominico de Villi Morta certos bornellos tempore estivo ante festum beati Michaelis et eosdem ponendo in locis magis neccessariis ut supra in libratis siliginis - I ruzam et dimidiam, tercium unius ruze seracei
Opera castris:

Libravit manu Talliardi de Ferruczasco ad expensas quindecim hominum de roydis quasi per unam diem vacancium per tempus de quo computat in reparacione tectorum dicti castris serviendo Hugonino Grillion carpentatori dum ad predicta vacabat, capientibus dictis hominibus ut supra - II ruzes et dimidia seracei

Prandia:

Libravit illis quibus solvendo servicia prandia dantur ut supra in libratis siliginis, et datur singulis octo pro prandio una ruza seracei, et fiunt in seraceo duodecim ruze cum fit ante carnisprivium scelicet in crastinum Nativitatis Domini incipiente currere anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quinto, more solito ut in computo precedenti

- III ruzes, quartum et sextum unius ruze seracei ad XII

Libravit eisdem pro eodem in crastinum festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimi tercentesimi nonagesimi sexti

- III ruzes, quartum et sextum unius ruze seracei ad idem

Libravit eisdem pro eodem in crastinum festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo septimo - III ruzes, quartum et sextum unius ruze seracei ad idem

Libravit eisdem pro eodem in crastinum festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo octavo - III ruzes, quartum et sextum unius ruze seracei ad idem

Libravit eisdem pro eodem in crastinum festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimi tercentesimi nonagesimi noni

- III ruzes, quartum et sextum unius ruze seracei ad idem

[XXVI Quarti] Summa librate, conversis ruzis ad XII ad ruzas seracei ad X: - LXXIX seracei, IIII ruzes, III quarti unius ruze seracei ad X
Et sic debet: - XVIII seraceos, quartum unius ruze seracei ad X
Venduntur in fine computi.

Butiri:

De triginta libris butiri prius domino debitis in dicta castellania de reddictu per annum per Georgium Alamandi, Jacobum Veillionis et liberos Jacobi Alamandi, habitatores vallis Oyacie, nichil computat quia domina domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, tradidit dictas triginta libras butiri occasione qua supra in frumento. Et fiunt dicto castellano³¹⁷ similes iniunctiones que supra in frumento.

Senapium:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de una emina, duobus eminalibus senapii pridem domino debitis ibidem de redditu per annum, ut in computo precedenti, deductis de ipsis duobus eminalibus senapii pridem domino debitis apud Doviam, videlicet per personas et particulas in sexto computo precedenti particulariter nominatas et descriptas, per dominam domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto, occasione qua supra in frumento traditis in festo beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, et fiunt sibi similes iniunctiones³¹⁸ que supra in frumento

- I emina senapii

Recepit ibidem pro eodem et computat pro quadragesimis et terminis festorum beati Michaelis annorum Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quinto, millesimo tercentesimo nonagesimo sexto, millesimo tercentesimo nonagesimo septimo, millesimo tercentesimo nonagesimo octavo et millesimo tercentesimo nonagesimo octavo³¹⁹ videlicet pro quolibet dictorum quatuor annorum unam emina senapii

- II sestaria senapii

Summa: - II sestaria, I emina senapii

Venduntur in fine computi.

117

Capones et galline:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de quatercentum decem octo caponibus, quarta parte unius caponis et quinta parte duodecime partis unius caponis, pridem debitis in dicta castellania de reddictu per annum circa carnisprivium, et de viginti caponibus ibidem

³¹⁷ Dans la marge gauche : *vide*.

³¹⁸ Dans la marge gauche : *vide*.

³¹⁹ Les mots *et millesimo tercentesimo nonagesimo octavo* sont biffés.

plus deberi repertis de reddictu per annum eodem termino per Hugonem Garnerii, alias Roda, castellanum ibidem ante ipsum et Johannem Gontereti notarium, receptorem extentarum domini in dicta castellania Quarti, ut in computo precedenti, quequidem due particule sunt in summa quatercentum triginta octo capones, quarta pars unius caponis et quinta pars duodecime partis unius caponis, deductis de ipsis ducentis sexaginta septem caponibus et dimidio per dominam domine Pantissalee de Saluciis supradicte traditis occasione qua supra in frumento, debitis per personas in quinto computo precedenti particulariter et specificce nominatas, et computat pro termino carnisprivii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quinto, et fiunt sibi similes iniunctiones³²⁰ que supra in frumento

- CLXX capones, III quartos et quintam partem duodecime partis unius caponis

Recepit ibidem pro eodem et eodem termino carnisprivii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo sexto

- CLXX capones, III quartos et quintam partem duodecime partis unius caponis

Recepit ibidem pro eodem et computat pro termino carnisprivii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo septimo

- CLXX capones, III quartos et quintam partem duodecime partis unius caponis

Recepit ibidem pro eodem et eodem termino carnisprivii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo octavo

- CLXX capones, III quartos et quintam partem duodecime partis unius caponis

Recepit ibidem pro eodem et eodem termino carnisprivii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo nono

- CLXX capones, III quartos et quintam partem duodecime partis unius caponis

De tribus gallinis reddictus annui debitis, una cum decem solidis annui servicii, [XXVII Quarti] per Jaquimum de Parlea pro quodam novali seu terra de novo ad culturam redacta, que fuit per dominum de Quarto quondam albergata Adde de Parlea, patri dicti Jaquimini quondam, quod novale fuit postea repertum esse de feudo quod a domino de Quarto tenebant Petrus et Vioninus de Clusellina, domicelli, et adhuc

³²⁰ Dans la marge gauche : *vide*.

tenent in feudum nobile, ut per instrumentum publicum recognitionis et regithie dictorum fratrum, receptum per Johannem Gontereti notarium et procuratorem domini in Valle Augusta, sub anno Domini millesimo tercentesimo sexagesimo sexto, indicione quarta, die undecima mensis januarii, ostensum in octavo computo precedenti, nichil computat quia dicti fratres et eorum heredes adhuc dictum feudum tenent et deserviunt, ut dicit et dictum fuit in computo precedenti et aliis pluribus computis precedentibus per castellanos ibidem ante ipsum. Receptit a Johanne Ramuesii de Quarto quem debebat per annum Reynaldo naturali de Quarto, cuius bona fuerunt et sunt domino excheyta et commissa ob mortem dicti Reynaldi ut supra, ultra servicia alia et usagia de quibus computat ut infra, et computat pro termino carnisprivii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quinto - I caponem

Receptit ab eodem pro eodem et computat pro quatuor annis et terminis carnisprivii, annorum Domini millesimo tercentesimo nonagesimo sexto, millesimo tercentesimo nonagesimo septimo, millesimo tercentesimo nonagesimo octavo et millesimo tercentesimo nonagesimo nono, videlicet pro quolibet dictorum quatuor annorum unum caponem

- IIII capones

Summa: - VIII^C LVIII capones et dimidius et tercius unius caponis.

De quibus allocantur sibi quem dominus de Quarto quondam debebat annuatim ultra siliginem et pecuniam de quibus superius et inferius fit mencio, domino priori Sancti Ursi pro feudo quod ab ecclesia Sancti Ursi tenebat, pretextu recognitionis domini de Quarto quondam, copiate in libratu siliginis octavi computi precedenti, videlicet pro termino festi Sancti Ursi, quod colitur die secunda mensis februarii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quinto, ut per litteram domini Berthodi, prioris Sancti Ursi, de confessione et recepta, datam in dicto prioratu die vicesima decima sexta mensis julii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo septimo superius in librata siliginis reddictam et plenius designatam - I caponem

Allocantur sibi pro eodem domino priori videlicet pro quatuor annis et terminis festorum Santi Ursi, diei secunde mensis februarii, annorum Domini millesimo tercentesimo nonagesimo sexto, millesimo tercentesimo nonagesimo septimo, millesimo tercentesimo nonagesimo octavo et millesimo tercentesimo nonagesimo nono, videlicet pro quolibet dictorum quatuor annorum unum caponem - IIII caponem

118 Libravit domino Michaeli de Alberio, canonico et distributori ecclesie beate Marie de Augusta, quem, ultra pecuniam infra in suo titullo allocatam, dominus de Quarto quondam eidem ecclesie debebat annuatim pro feudo quod dominus ab eadem ecclesia tenet, vocato de Extablo, ut in quodam publico instrumento compositionis facte inter venerabiles dominos Anthonium de Billiens prepositum et capitulum Auguste, et potentem virum dominum Henricum, dominum de Quarto quondam, militem, recepto per Aymonetum Boveti de Porta Sancti Ursi, notarium publicum, sub anno Domini millesimo tercentesimo sexagesimo septimo, indicione quinta, die nona aprilis, in octavo computo precedenti plenius declarato, et solvit sibi pro termino carnisprivii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo sexto et septimo, ut per litteram publicam dicti domini Michaelis de confessione et recepta, datam die octava mensis septembris anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo nono, quam reddit manu Johannis Casei notarii signatam, continentem confessionem de recepta librate proxime subscripte et certe pecunie quantitatis que sibi infra in libratis propter hoc **[XXVIII Quarti]** alloquatur, et pro anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quinto nichil alloquatur eidem quia nullam apportavit litteram de confessione et recepta - II capones

Libravit domino Johanni Martini de Campo Laurenczal, canonico et distributori ecclesie supradicte pro eodem et eodem termino anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo octavo, ut per litteram dicti domini Johannis de confessione et recepta, superius proxime reddictam et plenius designatam - I caponem

Deducitur eidem pro Aymoneta, filia quondam Peronodi Roncigniodi de Quarto, pro qua computatum fuit particulariter in computo de anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo septimo et in presenti et aliis precedentibus computis summarie de uno capone, per errorem et ex inadvertencia, licet non debeat nisi dumtaxat medietatem unius caponis de redditu per annum, per instrumentum publicum recognitionis dicte Aymonete, receptum per Johannem Gontereti, notarium publicum, procuratorem et receptorem extentarum domini in Valle Augusta, sub anno Domini millesimo tercentesimo sexagesimo septimo, indicione quinta, die vicesima secunda mensis januarii, copiatum in octavo computo precedenti, et deducitur eidem pro termino carnisprivii annorum Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quinto, millesimo tercentesimo nonagesimo sexto, millesimo tercentesimo nonagesimo septimo, mille-

simo tercentesimo nonagesimo octavo et millesimo tercentesimo nonagesimo nono, pro quolibet dictorum quinque annorum dimidium caponem - II capones et dimidium

Summa librate et deducti: - X capones et dimidius
Et sic debet: - VIII^C XLVIII capones et tercium unius caponis
Venduntur in fine computi.

Pernices:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu per annum de decem octo pernicibus domino pridem debitis ibidem in festo Nativitatis Domini in parrochiis, locis et villagiis in octavo computo precedenti de anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo septimo particulariter nominatis, deductis de ipsis tribus pernicibus per dominam domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, occasione qua supra in frumento, traditis et debitis per personas et in locis in sexto computo precedenti specificke declaratis, et computat pro termino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quinto, et fit eidem castellano similis iniunctio³²¹ que supra in frumento - XV pernicis

Recepit ibidem pro eodem et eadem causa et computat pro quatuor annis et terminis festorum Nativitatis Domini annorum Domini millesimo tercentesimo nonagesimo sexto, millesimo tercentesimo nonagesimo septimo, millesimo tercentesimo nonagesimo octavo et millesimo tercentesimo nonagesimo nono, videlicet pro quolibet dictorum quatuor annorum quindecim pernicis - LX pernicis

Recepit ab Eymerico Culier de Porta Sancti Ursi, notario, debente domino de Quarto singulis annis unam pernicem cum duobus denariis servicii monete Auguste, quando fit bequeria ante domum Johannis Eymonodi, sitam in civitate Auguste loco dicto Cita, iuxta carrerias publicas antierius, domum Emerici de Roncheto inferius, et exitum seu parvum allorium superius, et computat de ipsis pro anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, quo anno tenuit ibidem bequeriam dictus li Chastriours, habitator in porta Sancti Ursi, et de dictis duobus denariis servicii computabit infra in titullo denariorm census - I pernicem

³²¹ Dans la marge gauche : *vide*.

Recepit ab eodem pro eodem et computat pro quatuor annis videlicet millesimo tercentesimo nonagesimo quinto, millesimo tercentesimo nonagesimo sexto, millesimo tercentesimo nonagesimo septimo, millesimo tercentesimo nonagesimo octavo, quibus annis tenuit ibidem bequeriam dictus ly Chastriours et de dictis duobus denariis servicii computabit inferius in titullo denariorum census, pro dictis quatuor annis

- IIII pernice

Summa: - IIII^{XX} pernice

Venduntur in fine computi.

119

Castrones seu mutones:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania [XXIX **Quarti**] de reddictu per annum in festo beati Martini yemalis de viginti septem castronibus, una canali cum dimidia castronis, ibidem pridem domino debitis ut in sexto computo precedenti, deductis de ipsis viginti tribus castronibus, una canali cum dimidia castronis per dominam domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini quondam de Quarto, occasione qua supra in frumento tradictis debitisque per personas et in locis in sexto computo precedenti speciffice descriptis, et computat pro termino festi beati Martini yemalis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, et fit eidem castellano³²² similis iniunctio que supra in frumento

- IIII castrones

Recepit ibidem pro eodem et eodem termino et computat pro quatuor annis sive terminis festorum beati Martini yemalis annorum Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quinto, millesimo tercentesimo nonagesimo sexto, millesimo tercentesimo nonagesimo septimo, millesimo tercentesimo nonagesimo octavo, pro quolibet dictorum quatuor annorum quatuor castrones

- XVI castrones

Decime agnorum:

De exitu decimarum agnorum prius domino pertinencium ratione dicti loci de Quarto, apud Olomont, parrochie Vallispelline, et apud Doviam, parrochie dicti loci, pro quo fuit computatum in nono computo precedenti de tribus agnis, nichil computat quia dicte decime sunt infra limites tradicionis per dominam facte dicte domine Pantissalee, relicte

³²² Dans la marge gauche : *vide*.

domini Henrici domini de Quarto quondam, occasione qua supra in frumento.

Herbagium:

Recepit Petro de Marcio pro herbagio pro quo levatur apud Pontem Lapideum pro singulis quinque trentenariis muthonum transeuncium per mandamentum castri Quarti et Oyacie, unus mutho pro herbagio, ut in computo precedenti, et computat pro quindecim trentenariis muthonum qui transsierunt ibidem per tempus de quo computat ut dicit per manum dicti Petri de Marcio - III castrones

Recepit a Bartholomeo, filio Johannis de Marcio, pro quinque trentenariis muthonum transeuncium ibidem per tempus de quo computat - I castronem

Recepit a famullis Johannis de Prato de Rippairollo pro viginti trentenariis muthonum transeuncium ibidem per tempus de quo computat - IIII castrones

Recepit ab Aymoneto Nerni pro decem trentenariis muthonum ibidem per dictum tempus transeuncium - II castrones

Recepit ab Alberto de Lizona pro quinque trentenariis muthonum ibidem per dictum tempus transeuncium - I castronem

Recepit a Germano de Gebennis pro quindecim trentenariis muthonum ibidem per dictum tempus transeuncium - III castrones

Recepit a Johanne Berte pro quinque trentenariis muthonum ibidem per dictum tempus transeuncium - I castronem

Recepit a Petro de Mercio pro decem trentenariis muthonum ibidem per tempus de quo computat transeuncium - II castrones

Recepit a Johanne de Mercio pro decem trentenariis muthonum ibidem transeuncium per tempus de quo computat - II castrones

Recepit ab Alberto de Lizona pro quindecim trentenariis muthonum ibidem per tempus de quo computat transeuncium - III castrones

Recepit a Johanne Mosca, Humberto de Lizona, Petro de Mercio et pluribus aliis eorum sociis pro quinquaginta trentenariis muthonum per tempus de quo computat ibidem transeuncium pro quibus levantur ut supra - X castrones

Summa - LII castrones seu muthones
Venduntur in fine computi.

Vinum:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de reddictu per annum in vindemiis de sex modiis, tribus sestariis, tercio, quarto [XXX Quarti] et dimidio quarto unius sestarii vini ad parvam mensuram Auguste, triginta duobus modiis, octo sestariis, una emina, una quartana cum dimidia vini ad magnam mensuram Auguste, deducto de eisdem uno sestario vini ad magnam mensuram Auguste, deducto de eisdem uno sestario vini ad magnam mensuram Auguste, per dominam domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, occasione qua supra in frumento, in parrochia de Roysan pro loco de Ryns, tradito et debito per personas in sexto computo precedenti speciffice nominatas in vindemiis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto

- VI modia, III sestaria, tercium, quartum, dimidium quartum unius sestarii vini ad parvam mensuram Auguste

Et:

- XXXII modia, VII sestaria, eminam, I quartanam et dimidiam vini ad magnam mensuram Auguste

Recepit ibidem pro eodem et eadem causa et computat pro quatuor annis et terminis vindemiarum annorum Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quinto, millesimo tercentesimo nonagesimo sexto, millesimo tercentesimo nonagesimo septimo et millesimo tercentesimo nonagesimo octavo, pro quolibet dictorum quatuor annorum sex modia, tria sestaria, tercium, quartum et dimidium quartum unius sestarii vini ad parvam mensuram Auguste, et triginta duo modia, septem sestaria, eminam, unam quartanam et dimidiam vini ad magnam mensuram Auguste

- XXV modia, II sestaria et dimidiam, tercium unius sestarii vini ad parvam mensuram Auguste

Et:

- VI^{XX} X modia, VII sestaria, I eminam vini ad magnam mensuram Auguste

Recepit a personis in tribus particullis octavi computi precedentis particulariter et speciffice nominatis de redditu per annum in vindemiis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, modis et causis in dicto septimo computo precedenti declaratis

- VI modia, IIII sestaria, dimidiam quartanam vini

Recepit ab eisdem pro eodem et computat pro quatuor annis et terminis vindemiarum annorum Domini millesimo tercentesimo nonagesi-

mo quinto, millesimo tercentesimo nonagesimo sexto, millesimo tercentesimo nonagesimo septimo et pro anno domini millesimo tercentesimo nonagesimo octavo, pro quolibet dictorum quatuor annorum sex modia, quatuor sestaria et dimidiam quartanam vini

- XXV modia, IIII sestaria, I eminam vini

Recepit a Johanne Vidondo, habitatore Quarti, pro quadam vinea modici valoris vocata de Crista, que erat deserta, dicto Johanni per castellanum ibidem pro tunc pro tanto de redditu per annum ut in sexto computo precedenti albergata, in vindemiis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto

- I quartanam vini

Recepit ab eodem pro eodem et computat pro quatuor annis seu terminis annorum Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quinto, millesimo tercentesimo nonagesimo sexto, millesimo tercentesimo nonagesimo septimo et millesimo tercentesimo nonagesimo octavo, pro quolibet dictorum quatuor annorum unam quartanam vini

- I sestarium vini

Recepit a Vuilliermo de Chamero pro quibusdam rebus que fuerunt de bonis Johannis Coquilliodi, parrochie Quarti domino excheytis et commissis ob mortem dicti Johannis, sitis in villa Quarti, sibi albergatis per castellanum ibidem ante Anthonium de Sollerio tamquam commissarium domini pro tanto de reddictu per annum sine introgiis, ultra servicia et alia antiqua usagia proinde solvi consueta, et computat pro vindemiis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto

- IIII sestaria vini

Recepit ab eodem pro eodem et computat pro quatuor annis et vindemiis annorum Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quinto, millesimo tercentesimo nonagesimo sexto, millesimo tercentesimo nonagesimo septimo et pro anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo octavo, pro quolibet dictorum quatuor annorum quatuor sestaria vini

- I modium, IIII sestaria vini

- 121** Recepit a Johanne de Gontereto de Augusta de reddictu per annum pro exitu decimarum **[XXXI Quarti]** domini que levantur in certis possessionibus existentibus a torrente Clausi Novi, inter Sarro et Augustam, usque ad civitatem Auguste, in quibus dominus percipiebat duas partes medietatis, et reliquam terciam partem ipsius medietatis percipit dominus Jacobus Bonerii de Dovia, canonicus augustensis, et reliquam medietatem percipit dominus de Monte Joveto ut supra in frumento et siligine, eidem Johanni per Hugonem Garneriii, castellanum pro tunc ibidem, albergato pro tanto de redditu per annum, solvendo in quolibet fe-

sto beati Michaelis annis singulis, ultra frumentum, siliginem et pecuniam de quibus supra et infra in suis titullis computat pro eodem ut supra in frumento, et fit sibi similis iniunctio³²³ que ibidem in frumento, et computat pro termino festi beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto - III modia vini

Recepit ab eodem pro eodem et computat pro quatuor annis sive terminis festorum beati Michaelis annorum Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quinto, millesimo tercentesimo nonagesimo sexto, millesimo tercentesimo nonagesimo septimo et pro anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo octavo, videlicet pro quolibet dictorum quatuor annorum tria modia vini - XII modia vini

Novus redditus:

Recepit ab Henrico, genero Johannis Imperatoris ultra tres alias quartanas vini ad parvam mensuram, inclusas in prima particula vini subscripta, de novo reddictu per annum, per ipsum augmentato pro quadam pecia terre et prati Jacobi de Callero quondam, domino excheyta per obitum dicti Jacobi, et dicto Henrico albergata per Johannem Casei vicecastellanum Quarti anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo nono, die sexdecima mensis maii, pro tribus quartanis vini subscriptis de novo reddictu per annum per ipsum augmentato persolvendo annis singulis in vindemiis, ultra quatuor solidos de censu, duos solidos servicii annuales, quatuor solidos placiti, inclusos in denarii servicii, II solidos auxilii, et pro sex libris de introgiis de quibus infra in suis titullis computat in recepta, instrumento dicti albergamenti inde recepto per Nycoletum Gerbilliodi notarium publicum sub anno et die quibus supra, quod apportare obmisit, quare iniungitur sibi³²⁴ per dictum instrumentum seu notam eiusdem, manu dicti notarii signatam, in suo sequenti computo apportet sic quod modus dicti albergamenti in eodem plenius videatur, et computat de dicto novo reddictu pro vindemiis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo octavo, licet instrumentum dicti albergamenti factum fuerit anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo nono prout supra³²⁵ - III quartanas vini

³²³ Dans la marge gauche : *vide*.

³²⁴ Dans la marge gauche : *vide*.

³²⁵ La phrase *licet instrumentum dicti albergamenti factum fuerit anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo nono prout supra* est ajoutée dans la marge droite avec un signe de renvoi.

Recepit manu Udrici de Parlea et Johannis de Parlea de exitu cuiusdam pecie vinee jacentis in parrochia Sancti Christofori, loco dicto Fontanelles, que fuit Michaelis de Parlea quondam, in vindemiis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto ut in computo precedenti

- I quartanam vini

Recepit ibidem pro eodem exitu et computat pro quatuor annis et terminis vindemiarum annorum Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quinto, millesimo tercentesimo nonagesimo sexto, millesimo tercentesimo nonagesimo septimo, et millesimo tercentesimo nonagesimo octavo

- I sestarium vini

Exitus vinee domini:

De exitu vinee domini vocate de Ryns, continentis circa decem fossoriatas, nichil computat quia domina ipsum exitum tradidit domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, occasione superius in frumento declarata.

Exitus vinee Reynaldi naturalis de Quarto quondam:

De exitu vinee et topiarum seu trilliarum que fuerunt Reynaldi naturalis de Quarto quondam, continencium circa septem septem fossoriatas, sitarum apud Quartum loco dicto en La Rayta, nichil computat quia dicta vinea cum domo et viridario dicti Reynaldi, tradicte fuerunt in feudum cum suis [XXXII Quarti] confinibus et pertinenciis per dominum quondam genitorem domini et in albergamentum perpetuum Petro de Bocza de Valle Augusta, sub intrgogiis et prout supra in titulo nucum plenius declaratur.

Cheyserie seu excheite:

De cheyseriis seu excheitis nichil computat quia nichil ibidem recepit per tempus de quo computat ut dicit.

Summa, computatis quatuor quarteronis pro una quartana, duabus quartanis pro una emina, duabus eminis pro uno sestario et duodecim sestariis pro uno modio vini, tam ad magnam quam parvam mensuram, computatis novem sestariis ad parvam mensuram pro octo sestariis ad magnam mensuram, quia sic equippollere et equivalere dicuntur ut dicitur in computo precedenti

- II^C XXXIX modia, XI sestaria, tercius, quartus, dimidius quartus unius sestarii vini

Rivus Prepositi:

De quibus libravit Bonifacio, genero Aymonodi Champapont, custodi rivi domini vocati de Preposito, a loco principii dicti rivi vocati de La Morina, usque ad locum vocatum de Vallesuana subtus Royssan, quasi per unam leucam, per quod spacium custodire debet dictum rivum pro tanto de vino per annum, ultra seraceum, siliginem et pecuniam sibi pro eodem libratos et in suis titullis alloquatos more solito ut in computo precedenti, et solvit sibi pro anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, per litteram publicam dicti Bonifacii de confessione et recepta, datam die vicesima prima mensis septembris anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo nono, superius in librata siliginis reddictam et plenius designatam, continentem³²⁶ cum aliis confessionibus de recepta quantitatis vini in librata proxime descripta continentem

- I sestarium vini

Libravit eidem Bonifacio pro eodem et eadem causa et solvit sibi pro pro quatuor annis videlicet millesimo tercentesimo nonagesimo quinto, millesimo tercentesimo nonagesimo sexto, millesimo tercentesimo nonagesimo septimo et millesimo tercentesimo nonagesimo octavo, videlicet pro quolibet dictorum quatuor annorum unum sestarium vini, ut per litteram dicti Bonifacii de confessione et recepta superius designatam

- IIII sestaria vini

122 *Reparacio dicti rivi:*

Libravit in operibus et reparacione dicti domini rivi de Preposito prout infra: videlicet manu Bartholomei Tarida, custodis in parte dicti rivi et aliorum administratorum aque dicti rivi ad expensas ducentorum quinquaginta duorum hominum operariorum ad salarium ultra expensas, quasi per unam diem vacancium post festum beati Michaelis in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto in conducendo unum milliare billionorum de brenva cisorum pro reparacione dicti rivi ut supra in libratis siliginis, capiente quolibet dictorum hominum per diem unum quarteronum vini more solito, ut in computo precedenti, ultra panem et seraceum, sibi superius in suis titullis propter hoc alloquatos, et allocantur sibi per litteram publicam dicti Bartholomei Tarida de testimonio premissorum, datam die vicesima prima mensis septembris anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo nono, superius in libratis siliginis reddictam et plenius designatam:

- I modium, III sestaria, I eminam. I quartanam vini.

³²⁶ Le mot *continentem* est biffé.

Libravit ad expensas decem septem hominum operariorum ad roydiam quasi per unam diem vacancium portando victualia supradictis ducentis quinquaginta duobus hominibus - I sestarium, I quartanam vini

Libravit ad expensas tercentum sexaginta quatuor hominum operariorum de roydias quasi per unam diem vacancium in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quinto, tempore quadragesime, in reparatione dicti rivi videlicet tam refficiendo elevacionem ipsius quam portando certos billionos et illos implicando in copertura dicti rivi quam murando quoddam sappellum ibidem eventum ut supra in librata siliginis. Item ad expensas tercentum viginti sex aliorum hominum de roydias³²⁷ supradictis anno predicto post Pascha, cum aliis hominibus supradictis in reparatione dicti rivi superius proxime designati, quasi per unam diem vacancium, capiente quolibet dictorum hominum per diem unum quarteronum vini ut supra, ultra panem, nuces et seraceum more solito - III modia, VII sestaria, II quarteronos vini

Libravit ad expensas tercentum quinquaginta novem³²⁸ hominum operariorum [XXXIII Quarti] de roydias quasi per unam diem vacancium in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo sexto tempore quadragesime et quadraginta novem aliorum hominum ipso anno post Pascha quasi per unam diem vacancium in reparatione dicti rivi in pluribus eius locis destructi ut supra in librata siliginis, capiente quolibet dictorum hominum unum quarteronum vini ut supra

- I modium, IX sestaria, I eminam, I quartanam, I quarteronum vini

Libravit Johanni Charnin et Petro Besten pro tachia sibi data scindendi duo milliaria billionorum de brenva in valle Oyacie pro tanto, ultra seraceum et pecuniam sibi superius et inferius in suis titullis propter hoc alloquatos ut supra in librata siliginis plenius declaratur

- IIII sestaria vini

Libravit ad expensas tercentum quinquaginta quinque hominum operariorum quasi per unam diem vacancium ipso anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo sexto, post festum beati Michaelis, in conduciendo dicta duo milliaria billionorum ut supra in librata siliginis, et per litteram dicti Bartholomei Tarida de testimonio premissorum ibidem in

³²⁷ Le mots *de roydias* sont ajoutés dans la marge droite avec un signe de renvoi.

³²⁸ Les mots *quinquaginta novem* sont ajoutés dans la marge droite avec un signe de renvoi.

siligine reddictam et plenius designatam, capiente quolibet dictorum hominum unum quarteronum vini ut supra

- I modium, X sestaria, III quarteronos vini

Libravit ad expensas quatercentum triginta sex hominum operariorum de roydis quasi per unam diem vacancium in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo septimo tam tempore quadragesime quam post Pascha et mensibus maii et julii eodem anno, in reparacionibus dicti rivi ut supra in siligine dicto tempore reparati, et ut per litteram dicti Bartholomei Tarida de testimonio premissorum ibidem in siligine reddictam et plenius designatam, capiente quolibet dictorum hominum unum quarteronum vini more solito ut supra

- II modia, III sestaria, I quartanam vini

123 Libravit ad expensas quatercentum septuaginta quatuor hominum operariorum de roydis in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo octavo tam tempore quadragesime quam carnali quasi per unam diem vacancium in reparacione dicti rivi ut supra in librata siliginis dicto anno reparati, et per litteram publicam dicti Bartolomei Tarida de testimonio premissorum ibidem in siligine reddictam et plenius designatam, capiente quolibet dictorum hominum per diem unum quarteronum vini ut supra more solito

- II modia, V sestaria, I eminam, II quarteronos vini

Libravit ad expensas tercentum sexaginta sex hominum operariorum de roydis in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo nono tam in prima ebdomada post Pascha quam in mensibus maii et augusti, quasi per unam diem vacancium in reparacione dicti rivi ut supra in librata siliginis dicto anno et tempore reparati, et per litteram publicam dicti Bartolomei Tarida de testimonio premissorum ibidem in siligine reddictam et plenius designatam, capiente quolibet dictorum hominum per diem ultra panem et seraceum ut supra unum quarteronum vini more solito

- I modium, X sestaria, I eminam, I quartanam, II quarteronos vini

Reparacio rivi fratris Boudini:

Libravit ad expensas mille hominum operariorum in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quinto, tam tempore quadragesime, quam carnali, quasi per unam diem vacancium in reparacione dicti rivi fratris Boudini, ut supra in librata siliginis dictis anno et tempore reparati, ut per litteram publicam Jaquimini de Canali de Dovia de testimonio premissorum ibidem <in> siligine reddictam et plenius designatam, ca-

piente quolibet dictorum hominum per diem ultra panem, nuces et seraceum ut supra more solito unum quarteronum vini

- V modia, II sestaria, I eminam vini

Libravit ad expensas viginti quatuor hominum operariorum de roydīs quasi per unam diem vacancium in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo septimo post Pascha in reparacione dicti rivi ut supra in librata siliginis dictis anno et tempore reparati, ut per litteram publicam Vuilliermi de Fonte, custodis et administratoris aque dicti rivi, de testimonio premissorum ibidem in siligine reddictam et plenius designatam, capiente quolibet homine unum quarteronum vini ut supra more solito

- I sestarium, I eminam vini

[XXXIII Quart] Libravit ad expensas ducentorum et duodecim hominum operariorum de roydīs in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo octavo post Pascha, quasi per unam diem vacancium in faciendo triginta teyssias muri pro reparacione dicti rivi ut supra in librata siliginis et per litteram publicam dicti Vuilliermi de testimonio premissorum ibidem in siligine reddictam et plenius designatam, capiente quolibet ultra panem et seraceum unum quarteronum vini ut supra more solito

- I modium, I sestarium, I quartanam vini

Libravit ad expensas centum quaterviginti decem octo hominum operariorum de roydīs in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo nono, tam tempore quadragesime quam carnali quasi per unam diem vacancium in reparacionibus dicti rivi ut supra in librata siliginis dictis anno et tempore reparati, ut per litteram publicam dicti Vuilliermi de testimonio premissorum ibidem in siligine reddictam et plenius designatam, capiente quolibet dictorum hominum per diem ultra panem, nuces et seraceum unum quarteronum vini ut supra more solito

- I modium, I quartanam, II quarteronos vini

Collectura feni:

Libravit ad expensas centum octo hominum operariorum de roydīs quasi per unam diem vacancium in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto et nonagesimo quinto, tam recolligendo et levando fena decimarum pratorum domini de Stanno et herbagiorum domino debitorum a Maladeria usque ad Pontem Lapideum, quam scindendo de nemore biolarum in insulla domini pro circulis fiendis et portandis tam apud Quartum quam Augustam pro doliis religandis ad vinum domini ibidem reponendum, capiente quolibet ut supra unum quarteronum vi-

ni,³²⁹ ut per litteram publicam Aymonodi mistralis de testimonio premissorum superius in librata siliginis reddictam et plenius designatam

- VI sestaria, I eminam, I quartanam vini

124 Libravit manu dicti Aymonodi ad expensas sexaginta quinque hominum operariorum de roydys quasi per unam diem vacancium in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo sexto, tam in recolligendo et levando fena domini predicta quam scindendo circulos pro doliis domini religandis, capiente quolibet ut supra, ut per litteram publicam dicti Aymonodi de testimonio premissorum superius in librata siliginis reddictam et plenius designatam - IIII sestaria, I quarteronum vini

Libravit manu Merlini de Ponte ad expensas septuaginta unius hominum operariorum de roydys quasi per unam diem vacancium in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo septimo, tam in recolligendo et levando fena domini predicta quam scindendo circulos pro doliis domini religandis, capiente quolibet ut supra, ut per litteram publicam dicti Merlini de testimonio premissorum superius in librata siliginis reddictam et plenius designatam

- IIII sestaria, I quartanam, III quarteronos vini

Libravit manu qua supra ad expensas quadraginta quinque hominum operariorum de roydys quasi per unam diem vacancium in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo octavo, tam in recolligendo et levando fena domini predicta quam scindendo circulos pro doliis domini religandis, capiente quolibet ut supra, ut per litteram publicam dicti Merlini de testimonio premissorum superius in librata siliginis reddictam et plenius designatam

- II sestaria, I eminam, I quartanam, I quarteronum vini

Libravit manu Johannis de Donacio ad expensas viginti unius hominum operariorum de roydys quasi per unam diem vacancium in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo nono, recolligendo et levando fena domini predicta, capiente quolibet dictorum hominum operariorum ut supra, ut per litteram publicam dicti Johannis de testimonio premissorum superius in librata siliginis reddictam et plenius designatam - I sestarium, I quartanam, I quarteronum vini

Collectura nucum:

³²⁹ La phrase *capiente quolibet ut supra unum quarteronum vini* est ajoutée dans la marge droite avec un signe de renvoi.

Libravit ad expensas sexdecim hominum de roydis quasi per unam diem vacancium in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto tam in succuciendo nuces arborum domini ut supra in librata siliginis, quam ipas colligendo, capiente quolibet dictorum hominum unum quarteronum vini ut supra, ultra panem et seraceum ut **[XXXV Quarti]** per litteram publicam Johannis Dovi de testimonio premissorum ibidem in siligine reddictam et plenius designatam - I sestarium vini

Libravit ad expensas quadraginta sex hominum operariorum de roydis quasi per unam diem vacancium in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quinto temporibus quadragesime et carnali, tam in putando et ligando topias seu trillias castri domini de Quarto, in succuciendo et recolligendo nuces arborum domini predictas, quam in scindendo, apportando, perforando et implicando certos bornellos pro conductu aque fontis dicti castri ut supra in librata siliginis, capiente quolibet dictorum hominum unum per diem ultra panem, seraceum et nuces unum quarteronum vini ut supra

- II sestaria, I eminam, I quartanam, II quarteronos vini

Libravit ad expensas quadraginta sex hominum operariorum de roydis quasi per unam diem vacancium in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo sexto, temporibus quadragesime et carnali, tam in putando et ligando topias seu trillias castri domini de Quarto, in succuciendo et recolligendo nuces arborum domini predictarum, quam in reparando certos bornellos pro conductu aque fontis dicti castri ut supra in librata siliginis, capiente quolibet dictorum hominum per diem ultra panem, seraceum et nuces unum quarteronum vini prout supra

- II sestaria, I eminam, I quartanam, II quarteronos vini vini

Libravit ad expensas triginta duorum hominum operariorum de roydis quasi per unam diem vacancium in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo septimo temporibus quadragesime et carnali,³³⁰ tam in putando et ligando topias seu trillias castri domini de Quarto, in succuciendo et recolligendo nuces arborum domini predictarum, quam in scindendo certos bornellos pro conductu aque fontis dicti castri ut supra in librata siliginis, capiente quolibet dictorum hominum per diem ultra panem, seraceum et nuces unum quarteronum vini ut supra

- II sestaria vini

³³⁰ Les mots *temporibus quadragesime et carnali* sont ajoutés dans la marge droite avec un signe de renvoi.

Libravit ad expensas triginta unius hominum operariorum de roydys quasi per unam diem vacancium in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo octavo temporibus quadragesime et carnali, tam in refficiendo conductum aque fontis dicti castris Quarti quam in refficiendo et erigendo topias dicti castris ut supra in librata siliginis, capiente quolibet dicatorum hominum per diem ultra panem, seraceum et nuces unum quarteronum vini ut supra

- I sestarium, I eminam, I quartanam, III quarteronos vini

Libravit ad expensas sexdecim hominum operariorum de roydys quasi per unam diem vacancium in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo nono tempore quadragesime, tam in putando et ligando topias dicti castris quam in reparando certos bornellos pro conductu aque fontis dicti castris ut supra in librata siliginis, capiente quolibet dicatorum hominum per diem ultra panem et nuces unum quarteronum vini ut supra

- I sestarium vini

Libravit manu Taylliandi de Ferruczasco ad expensas quindecim hominum operariorum de roydys quasi per unam diem vacancium in reparacione tectorum dicti castris cum Hugonino Grillion carpentatore ut supra in librata siliginis, capiente quolibet ut supra unum quarteronum vini, ut per litteram publicam dicti Talliandi de testimonio premissorum, ibidem in siligine reddictam et plenius designatam

- I eminam, I quartanam, I quarteronum vini

Summa librate:

- XXVI modia, II sestaria, I quartana, I quarteronus vini

Et sic debet:

- II^c III modia, IX sestaria, quartum et dimidium quartum unius sestarii vini

Venduntur in fine computi.

Fenum:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de marescalcia per annum circa festum nativitatis beati Johannis Baptiste, a personis in locis et villagiis in computo de anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo septimo speciffice nominatis, de triginta quatuor fassis et duodecima parte unius fassi feni teysciati, prius debitis domino ibidem per annum ut supra, deductis de ipsis uno fasso cum dimidio feni teysciati, per dominam domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henri-

ci domini de Quarto quondam, tradicto, debitoque in locis et per personas in sexto computo precedenti nominatas. Et computat pro termino festi [XXXVI Quarti] nativitatis beati Johannis Baptiste, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quinto, et fit dicto castellano³³¹ similis iniunctio que supra in frumento

- 125 - XXXII fassos et dimidium et duodecimum unius fassi feni teyssiat
Recepit ibidem ab eisdem pro eodem et eodem termino et computat pro quatuor annis sive terminis festorum nativitatis beati Johannis Baptiste annorum Domini millesimo tercentesimo nonagesimo sexto, millesimo tercentesimo nonagesimo septimo, millesimo tercentesimo nonagesimo octavo et millesimo tercentesimo nonagesimo nono, pro quolibet dictorum quatuor annorum XXXII fassos et dimidium et duodecimum unius fassi feni - CXXX fassos, tercium unius fassi feni teyssiat

Decime:

De exitu decimarum que levantur in certis possessionibus existentibus a torrente Clausi Novi, inter Sarro et Augustam, usque ad civitatem Auguste, in quibus dominus percipit duas partes medietatis, et reliquam terciam partem ipsius medietatis percipit dominus Jacobus Bonerii de Dovia, canonicus augustensis, reliquam vero medietatem percipit dominus de Monte Joveto, ut in tercio computo precedenti, in quo fuit computatum pro dicto exitu de viginti fassis feni pro anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, nichil computat quia dicta decima fuit albergata per Hugonem Garnerii de Chamberiaco, pro tunc castellanum ibidem, Johanni Gontereti de Augusta notario, pro uno sestario frumenti, quinque sestariis siliginis, tribus modiis vini de reddictu per annum, duodecim denariis monete cursibilis Auguste de servicio annuali et duobus solidis tocius placiti monete predictae quando contingerit, de quibus omnibus supra et infra in suis titullis respondet.

Recepit manu Aymonodi, mistralis de Quarto, pro exitu decimarum pratorum domini vocatorum de Stanno, sitorum subtus Sanctum Christoforum, domino pertinencium ex causa permutacionis facte per predecessores domini de Quarto quondam cum curato tunc Sancti Christofori, ut in nono computo precedenti, in quo intrumento dicte permutacionis de verbo ad verbum est copiatum, circa festum nativitatis beati Johannis Baptiste, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quinto, et

³³¹ Dans la marge gauche : *vide*.

respondet plus de viginti quatuor fassis cum dimidio feni quam in computo precedenti, nec inde plus habuit ut dicit - XL fassos feni teyssati

Recepit ibidem pro eodem manu qua supra et eodem termino festi beati Johannis Baptiste anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo sexto, et respondet minus de duobus fassis feni quam anno proxime precedenti, nec inde plus habuit ut dicit et suo asserit juramento

- XXXVIII fassos feni

Recepit ibidem pro eodem manu qua supra et eodem termino festi beati Johannis Baptiste anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo septimo, et respondet plus de sex fassis feni quam anno proxime precedenti, nec inde plus habuit ut dicit - XLVIII fassos feni

Recepit ibidem pro eodem manu Merlini, manderii Sancti Christophori, et eodem termino festi beati Johannis Baptiste anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo octavo, et respondet minus de duobus fassis feni quam anno proxime precedenti, nec inde plus habuit ut dicit et suo asserit juramento

- XLII fassos feni

Recepit ibidem pro eodem manu Johannis de Donacio et eodem termino festi nativitatis beati Johannis Baptiste anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo nono, et respondet minus de sex fassis feni quam pro anno proxime precedenti, nec inde plus habuit ut dicit suo juramento

- XXXVI fassos feni

Herbagia:

Recepit manu Aymonodi de Arnyo, mistralis mandamenti Quarti, de et pro exitu herbagiorum que levantur a Ponte Lapideo usque ad Maladeriam Quarti, in certis pratis inter dictos confines existentibus, ultra alia herbagia debita per nonnullos cives et burgenses Auguste redacta ad pecuniam, de qua respondet inferius in denariorum census, et prout in computo precedenti sibi fuit iniunctum, quam iniunctionem ignorabat quia est novus in dicto officio, et nullam copiam habebat de computo precedenti, iniungitur sibi³³² quod in suo sequenti computo declaret modum levandi dicta herbagia nominaque debencium ac prata super et in quibus debentur et levantur, tociusque negotii veritatem, et computat **[XXXVII Quarti]** pro termino festi nativitatis beati Johannis Baptiste, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quinto, ut in computo precedenti, nec inde plus habuit ut dicit suo juramento

- XX fassos et dimidium feni

³³² Dans la marge gauche : *vide*.

Recepit ibidem pro eodem manu qua supra et computat pro quatuor annis sive terminis festorum nativitatis beati Johannis Baptiste annorum Domini millesimo tercentesimo nonagesimo sexto, millesimo tercentesimo nonagesimo septimo, millesimo tercentesimo nonagesimo octavo et millesimo tercentesimo nonagesimo nono, pro quolibet ditorum quatuor annorum XX fassos cum dimidio feni - IIII^{XX} II fassos feni

De exitu cuiusdam pecie prati seu viridarii continentis circa duas seytoratas prati siti apud Quartum loco dicto Lavenchella, circa domicilium, curtes et ortum qui fuerunt Reynaldi de Quarto, naturalis quondam, domino pertinentis ob mortem dicti Reynaldi ut in computo precedenti, nichil computat quia dominus quondam genitor domini, domum, vineam et pratum seu viridarium dicti Reynaldi tradidit in feudum et albergamentum perpetuum Petro de Bocza de Augusta, domicello, sub introgiis et modis superius in titullo nucum plenius declaratis.

De exitu pratorum domini videlicet prati domini vocati de Olees, prati vocati de Ryns, cuiusdam pecie prati site apud Lugniczan, cuiusdam pecie prati et gerbi seu elini vocate de Plantatis et pratorum domini vocatorum de Revoria, nichil computat in feno occasione in nono computo precedenti declarata, et maxime quia dicte pecie pratorum sunt tradite tam in albergamentum quam domine Pantissalee, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, ut in computo precedenti.

Summa: - III^C II fassi et dimidius feni communes
Et: - CLXII fassi, II tercii, I quartus unius fassi feni teyssiati
Venduntur in fine computi.

126

Palee:

De exitu decimarum certarum terrarum et possessionum existencium a torrente Clausi Novi usque ad civitatem Auguste pro quo fuit computatum in quarto computo precedenti de quatuor fassis palearum, nichil computat quia dicta decima fuit albergata perpetuo Johanni de Gontere-to de Augusta notario per Hugonem Garnerii, ibidem pro tunc castellatum, ad frumentum, siliginem, vinum et pecuniam de quibus superius et inferius in suis titullis respondet, ut supra in frumento plenius declaratur.

De exitu terrarum domini de Ryns nichil computat quia domina dicitas terras tradidit domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici

domini de Quarto quondam, occasione superius in frumento declarata, et fit dicto castellano similis iniunctio³³³ que supra in frumento.

Cera:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de reddictu seu servicio per annum in festo beati Stephani Prothomartiris, crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quinto, de sexaginta duabus libris, tercio et quarto unius libre cere ad pondus Auguste, pridem domino debitis in dicta castellania, in parrochiis, villis, villagiis et locis aliis et per personas in nono computo precedenti specificifice nominatas, deductis de eisdem quadraginta novem libris et duodecima parte unius libre cere ad pondus Auguste, per dominam domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, occasione qua supra in frumento tradictis, debitisque in locis et per personas in sexto computo precedenti nominatas et specificifice descriptas, et fit eidem³³⁴ castellano similis iniunctio que supra in frumento

- XIII libras et dimidiam cere ad pondus Auguste

[XXXVIII Quarti] Recepit a Johanne, filio Hugonodi de Basso Molendino, burgense Auguste prope Portam Sancti Ursi, de servicio per annum ut in octavo computo precedenti in quo intrumentum assignacionis et recognicionis factarum per dictum Hugonodum, patrem dicti Johannis, fuit et est copiatum,³³⁵ pro qua eciam debet duplum de placito quando accidit et prout dicitur in computis precedentibus quando dictus castellanus computat de dicta libra cere in recepta debent sibi deduci in titullo denariorum census quinque solidi monete Auguste pro quolibet anno pro quo de ipsa libra cere computabit et computaverit, cum non reperiatur de ipsis fore albergatus nisi pro dicta libra cere, ut dicitur in computo precedenti, et computat pro termino festi beati Stephani Prothomartiris crastini festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quinto - I libram cere

127 Recepit ibidem ab eisdem pro eodem et eorum termino et ut in duabus particulis supra proxime scriptis, et computat pro quatuor annis sive terminis festorum beati Stephani Prothomartiris crastini festorum nativi-

³³³ Dans la marge gauche : *vide*.

³³⁴ Dans la marge gauche : *vide*.

³³⁵ Dans la marge gauche : *vide placitum*.

tatis Domini quibus inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo sexto, millesimo tercentesimo nonagesimo septimo, millesimo tercentesimo nonagesimo octavo et millesimo tercentesimo nonagesimo nono, pro quolibet dictorum quatuor annorum XIII libras et dimidiam cere - LVIII libras cere

Exitus examinum apium comandarum:

Recepit a Johanne Ramusii de Quarto tenentis ad comandam quatuor examina apium ut dicitur in computo precedenti de exitu unius examinis dictorum apium, item a Petro de Larey pro exitu duorum examinum cum dimidio apium, et a Vulliermeto Mugnerii pro exitu unius examinis cum dimidio apium per dictum tempus de quo supra computat, nec inde plus habuit ut dicit et suo asserit juramento pro eo quia paucum fructum fecerunt per dictum tempus - VI libras cere

De exitu sex examinum apium que custodit dictus Champer de Augusta ad medium exitus ut in computo precedenti, nichil computat quia nichil pro eisdem recepit per tempus de quo computat ut dicit et suo asserit juramento pro eo quia nullius sive pauci valoris fuerit per dictum tempus ut dicit.

Summa, computatis singulis tresdecim unciis pro una libra cere ad pondus Auguste, singulisque sexdecim libris cere ad pondus Auguste pro tresdecim libris cere ad pondus Chamberiaci, ut in computo precedenti - LXXVIII libre et dimidia cere ad pondum Auguste

Venduntur in fine computi.

Mel:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de et pro exitu examinum apium superius in titullo cere nominatorum per tempus de quo computat prout supra nec inde plus habuit ut dicit et suo asserit juramento - LXXII libras mellis

Summa:

- LXXII libre mellis

Venduntur in fine computi.

Piper de placito:

De duabus libris piperis debitis per priorem Sancti Ursi de placito quando contingit evenire pro feudo quod tenet a domino, taxato ad tantum in pipere, ultra pecuniam per ipsum debitam pro eodem, de quibus

fuit computatum in computo de annis millesimo tercentesimo octuagesimo tercio et octuagesimo quarto, pro placito debito per mortem recolende memorie domini nostri domini Amedei Sabaudie comitis quondam, avi paterni domini, dicto anno millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, de mense marcii, in partibus Apullie deffuncti, non computat quia casus non evenit nec in computo precedenti fuit computatum licet casus evenerit ut dicitur in eodem per mortem bone memorie illustris principis domini nostri domini Amedei Sabaudie comitis, genitoris quondam domini, apud Rippaliam die prima mensis novembris anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo deffuncti, quia domina mandavit dictum castellanum non compelli ad **[XXXIX Quarti]** computandum de dictis placitis sed Johannem Gontereti, qui ipsa exegit, pro ipsis expediendis domino Ybleto domino Montis Joveti, per litteram domine de testimonio et mandato predictis, in dicto computo precedenti in titullo placitorum pecunie plenius designatam et cuius Johannis Gontereti heredes de dictis placitis domino computare debebunt.³³⁶

Lingue boum:

De linguis boum et vacharum quas dominus percipit ibidem in macello Ville Franche, de quolibet bove et vacha qui et que occiduntur ibidem causa vendendi minutim, lingua unius animalis predictorum, ut in computo precedenti, nichil computat quia nulla talia animalia occisa fuerunt ibidem per tempus de quo computat ut dicit det suo asserit iuramento.

Sal:

De exitu leyde salis que levatur apud Villafrancham in duabus nundinis que tenentur ibidem die martis propinquiore festo beatorum Philippi et Jacobi et die festi apostolorum Symonis et Jude, videlicet a quolibet vendente sal in dictis nundinis una ambostata sive manata salis, ut in computo precedenti, nichil computat in sale quod includitur in firma leyde de qua infra computat in firmis pecunie, ut in computo precedenti.

Tibie porci:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu seu servicio per annum, ut in computo precedenti, in festo beati Stepha-

³³⁶ Dans la marge gauche : *heredes Johannis Gontereti.*

ni prothomartiris, crastino festi Nativitatis Domini, quo inceperunt currere anni eiusdem millesimo tercentesimo nonagesimo quinto ab Anthonio Palmerii de Quarto alias de Balma - II tibias porci

Recepit ibidem ab eodem pro eodem et eodem termino anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo sexto - II tibias porci

Recepit ibidem ab eodem pro eodem et eodem termino anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo septimo - II tibias porci

Recepit ibidem ab eodem pro eodem et eodem termino anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo octavo - II tibias porci

Recepit ibidem ab eodem pro eodem et eodem termino anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo nono - II tibias porci

Summa: - X tibie porci

Venduntur in fine computi.

128

Membrum vache:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu per annum in festo beati Stephani prothomartiris, crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni eiusdem Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quinto, a Jaquemeto Salterii de Ruysano, Petro Domengii, Jaquemeto Morelli et eorum consortibus, omnibus de Ruysano, dicte parrochie - I quarterium vache

Recepit ibidem ab eisdem pro eodem et coputat pro eodem termino anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo sexto - I quarterium vache

Recepit ibidem ab eisdem pro eodem et eodem termino anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo septimo - I quarterium vache

Recepit ibidem ab eisdem pro eodem et computat pro eodem termino anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo octavo - I quarterium vache

Recepit ibidem ab eisdem pro eodem et eodem termino anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo nono - I quarterium vache

Summa: - V quarterii vache

Venduntur in fine computi.

Pedagium piscium et allecum:

Idem reddit computum quod recepit de et pro exitu pedagii domini vocati de Augusta domino pertinentis racione castris de Quarto. Et levantur pro quolibet milliario alecum que portantur tendendo ad partes Auguste per Montem Jovis seu per Montem de Ferreis, quadraginta alleca pro singulis vigintiquinque pales seu de ferres, una pecia earundem, et pro singulis tresdecim turturibus seu truytiis, una pecia earundem, exceptis civibus Auguste et burgensibus Porte Sancti Ursi de Augusta, qui dictum pedagium tantummodo debent per modum superius declaratum, de et pro similibus piscibus et allecibus emptis per eos et apportatis ab aqua vocata de Pissibachi, que est [XL Quarti] inter Sanctum Mauricium Aganensem et Martigniacum, tendendo ab eadem aqua versus partes Auguste. Pro ceteris vero similibus piscibus et allecibus, emptis per eos ultra dictam aquam de Pissibachi in partibus Sancti Mauricii et Vvaudi, non debent pedagium predictum nisi venderent pisces et alleca predictos infra limites et portarentur per emptores extra limites dyocesis Auguste, quo casu super portu credi debet corporalibus juramentis emptorum, et inde nichil plus recepit in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quinto

- M alleca

Et: - VIII pales

Recepit ibidem de et pro dicto exitu in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo sexto et respondet minus de VI^C alleca et II pales quam anno proxime precedenti, nec inde plus habuit ipso anno ut dicit et suo asserit juramento

- III^C alleca

Et - VI pales

Recepit ibidem de et pro dicto exitu in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo septimo et respondet plus de tercentum allecibus et nullas pales ipso anno recepit ut dicit

- VII^C alleca

Recepit ibidem de et pro dicto exitu in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo octavo et respondet plus de viginti quinque allecibus quam anno proxime precedenti

- VII^C XXV alleca

Et: - I truytia

Et: - IX pales

Recepit ibidem de et pro dicto exitu in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo nono et respondet plus de quingentis et viginti quinque allecibus et minus de tribus pales et una truitia quam anno proxime precedenti, nec inde plus habuit ipso anno ut dicit et suo asserit juramento

- XII^C L alleca

Et: - VI pales

Summa: - III^M LXXV alleca
- XXIX pales
Et: - I truytia
Venduntur in fine computi.

Venaciones:

De venacionibus animalium silvestrium vocatorum boc estain, pro quibus levantur de quolibet animali predictorum, capto in parrochia Vallispelline a loco dicto Les Cors de Bruson usque ad fondum vallis Oyacie, ab uno latere, et a dicto loco de Les Cors Alpiczon usque ad fondum predictum dicte vallis ab alio latere, per totam dictam vallem, quarterius dexter³³⁷ anterior cum tresdecim costis et cornu destrum dumtaxat de dictis animalibus, etatis novem annorum et ultra, quoniam³³⁸ de ceteris etatis minoris novem annorum nichil capit dominus, ut dicit et dicitur in pluribus computis precedentibus et quod etates dictorum animalium ad cornua dignoscuntur quodque dicti quarterii et cornu debiti reddi debent apud Valleepellinam per captores ipsorum animalium, ut dicitur in computo precedenti, nichil computat quia domina dictas venaciones tradidit domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, occasione qua supra in frumento et ut in computo precedenti et aliis pluribus.

Postes:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania de redditu per annum circa festum Nativitatis beati Johannis Baptiste, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quinto, a Martino Fabri de Ysologny, parrochie Sancti Bartholomei supra Nous, pro reyssia sita supra Ysologny, eidem albergata pro tanto de redditu per annum ut in computo precedenti, qui postes esse debent longitudinis octo pedum et latitudinis infra duas lineas unius pedis, ut dicitur in computo precedenti

- VI duodenas et dimidiam postium

Recepit ibidem ad eodem pro eodem et eodem termino festi Nativitatis beati Johannis Baptiste anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo sexto

- VI duodenas et dimidiam postium

³³⁷ Lire *dexter*.

³³⁸ Lire *quoniam*.

Recepit ibidem ad eodem pro eodem et eodem termino festi Nativitatis beati Johannis Baptiste anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo septimo - VI duodenas et dimidiam postium

[XLI Quarti] Recepit ibidem ad eodem pro eodem et eodem termino festi Nativitatis beati Johannis Baptiste anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo octavo - VI duodenas et dimidiam postium

Recepit ibidem ad eodem pro eodem et eodem termino festi Nativitatis beati Johannis Baptiste anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo nono - VI duodenas et dimidiam postium

Summa: - XXXII duodene et dimidia postium
Venduntur in fine computi.

Royde seu corvate:

De roydis seu corvatis domino ibidem debitis per homines habitantes et focum facientes in mandamento Quarti ut in computo precedenti, nichil computat quia redduntur per eas debentes in operibus domini quando ad ipsa mandantur, nec alias ipsas solvunt, ut dicit et dicitur in computo precedenti, et fit eidem castellano³³⁹ similis iniunctio que supra in frumento.

Ferri³⁴⁰ equorum:

De ferris equorum debitis de servicio per nonnullos nobiles quociens Imperator Romanus transit per Vallem Augustam pro feudis que tenent a domino de Quarto, nichil computat, quia dictus casus non evenit per tempus de quo computat ut dicit, et fit sibi³⁴¹ sibi similis iniunctio que supra in frumento.

129

Feuda equorum:

De feudis equorum, seu equis quos acomodare et ministrare debent certi nobiles Vallis Auguste ratione dicti castris de Quarto in octavo computo precedenti specificifice descriptis, quociens dominus comes mandat dominum de Quarto venire cum armis causa serviendi et reddendi cavalcata duntaxat semel in anno per unum mensem tantum,

³³⁹ Dans la marge gauche: *vide*.

³⁴⁰ Lire *ferra*.

³⁴¹ Dans la marge gauche: *vide*.

sub certis modis et formis in Valle Augusta in talibus usitatis, in octavo computo precedenti plenius declaratis, nichil computat quia casus non evenit per tempus de quo computat ut dicit, pro eo maxime quia dictum castrum et castellania Quarti sunt et tenentur ad manus domini et fit sibi³⁴² similis iniunctio que supra in frumento.

Denarii census:

Idem reddit computum quod recepit in dicta castellania tam de redditu quam servicio per annum in festo beati Stephani prothomartiris crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quinto, factis deducionibus occasione compositionis et tradicionis factarum per dominam domine Pantissalee de Saluciis, relictæ domini Henrici domini de Quarto quondam, modis et formis speciffice declaratis in computo precedenti de annis Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio et octuagesimo quarto, et fiunt dicto castellano³⁴³ similes iniunctiones que supra in frumento

- II^C L libras, II solidos obolo monete Auguste

Et: - XXIX solidos, VII denarios obolo januenses ad X pro XV predictorum

Recepit ibidem pro eodem et eodem termino festi beati Stephani prothomartiris crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo sexto

- II^C L libras, II solidos obolo monete Auguste

Et: - XXIX solidos, VII denarios obolo januenses ad X pro XV predictorum

Recepit ibidem pro eodem et eodem termino anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo septimo

- II^C L libras, II solidos obolo monete Auguste

Et: - XXIX solidos, VII denarios obolo januenses ad X pro XV predictorum

Recepit ibidem pro eodem et eodem termino anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo octavo

- II^C L libras, II solidos obolo monete Auguste

Et: - XXIX solidos, VII denarios obolo januenses ad X pro XV predictorum

³⁴² Dans la marge gauche: *vide*.

³⁴³ Dans la marge droite : *vide*.

Recepit ibidem pro eodem et eodem termino anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo nono

- II^C L libras, II solidos obolo monete Auguste

Et: - XXIX solidos, VII denarios obolo januenses ad X pro XV predictorum

Recepit a personis in octo particulis quinti computi precedentis de annis Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, octuagesimo sexto, octuagesimo septimo et octuagesimo octavo specificifice et particulariter nominatis et descriptis, tam de redditu quam servicio per annum terminis festorum beati **[XLII Quarti]** Andree apostoli et beati Stephani prothomartiris, crastini festi Nativitatis Domini, et computat pro termino festi beati Andree anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto

- XXIII florenos auri boni ponderis veteres

Recepit ibidem pro eodem et eodem termino et computat pro quatuor annis sive terminis festorum beati Andree annorum Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quinto, millesimo tercentesimo nonagesimo sexto, millesimo tercentesimo nonagesimo septimo et millesimo tercentesimo nonagesimo octavo pro quolibet dictorum quatuor annorum viginti tres florenos auri boni ponderis veteres

- III^{XX} XII florenos auri boni ponderis veteres

Et pro termino festi beati Stephani prothomartiris crastini festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quinto

- IIII libras, XIX solidos, X denarios monete Auguste

Et: - LXI franchos auri

Recepit ibidem pro eodem et eodem termino et computat pro quatuor annis sive terminis festorum beati Stephani prothomartiris crastini festi Nativitatis Domini quibus inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo sexto, millesimo tercentesimo nonagesimo septimo, millesimo tercentesimo nonagesimo octavo et millesimo tercentesimo nonagesimo nono, videlicet pro quolibet dictorum quatuor annorum IIII libras, XIX solidos, X denarios monete Auguste et LXI franchos auri - XIX libras, XIX solidos, IIII denarios monete Auguste

Et: - II^C XLIII franchos auri

Recepit a personis in novem particulis computi precedentis particulariter et specificifice nominatis et descriptis tam de redditu quam servicio per annum termino festi beati Stephani prothomartiris, crastini festi Na-

tivitatis Domini, et computat pro eodem termino anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quinto

- LXIII solidos, VII denarios monete Auguste

Recepit ab eisdem pro eodem et computat pro eodem termino quatuor annorum sive terminorum festorum beati Stephani prothomartiris crastini festi Nativitatis Domini quibus inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo sexto, millesimo tercentesimo nonagesimo septimo, millesimo tercentesimo nonagesimo octavo et millesimo tercentesimo nonagesimo nono, videlicet pro quolibet dictorum quatuor annorum LXIII solidos, VII denarios monete Auguste

- XII libras, XVIII solidos, III denarios monete Auguste

130 *Mons de Durando:*

Recepit a Jaquemino de Canali de Dovia pro monte et pascuis de Durando sibi imperpetuum albergatis per Hugonem Garnerii alias Rode, pro tunc castellanum dicti loci et sibi per dominum confirmatis ut in computo precedenti, et computat pro termino festi beati Stephani prothomartiris crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quinto

- VI libras, I denarium monete Auguste

Recepit ab eodem pro eodem et eodem termino et computat pro quatuor annis sive terminis festorum beati Stephani prothomartiris quibus inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo sexto, millesimo tercentesimo nonagesimo septimo, millesimo tercentesimo nonagesimo octavo et millesimo tercentesimo nonagesimo nono, videlicet pro quolibet dictorum quatuor annorum VI libras, I denarium monete Auguste

- XXIII libras, III denarios monete Auguste

De quatuor denariis servicii debitis per Matheum de Villafrancha pro quadam pecia vacolli seu pascui communis continente circa quatuor fossoriatas eidem albergata ad faciendum vineam pro tanto de servicio per annum ut in computo precedenti, nichil computat quia dictus Matheus bannitus est a terra domini et ipsam absentavit, nec invenit qui dictam peciam vacolli albergare voluerit, ut dicit et dicitur in computo precedenti, et prout in eodem computo precedenti fuit sibi iniunctum, quam iniunctionem et alias supra et infra inscriptas penitus ignorabat, quia est novus castellanus ibidem et nullam copiam habebat de computo precedenti ut dicit, iniungitur eidem³⁴⁴ quod dictam peciam vacolli albergare

³⁴⁴ Dans la marge gauche: *vide*.

procuret taliter quod de ipsa valeat in suo sequenti computo utilius pro domino respondere.

De duobus denariis quos dictus Matheus debebat pro teysiis sue domus site in Villafrancha que periit incendio posito ibidem tempore guerre quam habebat dominus de Quarto cum domino Ybleto de Chant, ut dicitur in computo [XLIII Quarti] precedenti, nichil computat, quia nondum fuit dicta domus reedificata nullusque possidet eius casale nec movetur de feudo domini, ut dicitur in computo precedenti. Et prout castellano ibidem ante ipsum fuit iniunctum, iniungitur dicto castellano³⁴⁵ moderno expresse quod super premissis remediare procuret taliter quod de dictis duobus denariis abinde domino in sequentibus computis in recepta computetur.

De duobus solidis annui servicii debitis per Jaquemetum, dictum Diaqueno, de Vallepellina, pro molendino de Stanno sito subtus Sanctum Christoforum, nichil computat quia vacat et jam diu vacavit nec potest reffici quia eyrile dicti molendini fieri non potest propter diluvium aque Durie, quo eyrile et molendina predicta periclitaverunt, ut dicit et dicitur in computo precedenti, et prout in eodem computo castellano ibidem ante ipsum fuit iniunctum,³⁴⁶ iniungitur dicto castellano moderno quod dicta molendina et Stannum alberget utiliori modo quo poterit pro domino, sic quod in suo sequenti computo utilius valeat pro domino computare aut alias sufficiencius respondere et de diligencia super hoc facta fidem debitam facere.

De decem solidis annui servicii debitis per Jaquimum de Preyl de Roysan, clericum quondam, pro quadam pecia terre sita apud Roysan, non computat quia dicta pecia terre vacavit dicto anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quinto et ante pre et post mortem dicti Jaquimini, quia non invenit qui pro tanto servicio, nec eciam pro minori sine introgiis, ipsam voluerit albergare, licet super hoc bona diligencia facta fuerit, ut dicitur in computo precedenti, in quo fuit sibi iniunctum quod dictam peciam terre albergaret utiliori modo quo posset pro domino, vigore cuius iniunctionis albergavit prout infra proxime.

Recepit a Petro Nicoleti de Macino de reddito et servicio per ipsum annuatim debito pro albergamento sibi per dictum castellanum facto de dicta pecia terre superius proxime dicta, pro tanto de servicio et reddito

³⁴⁵ Dans la marge gauche: *vide*.

³⁴⁶ Dans la marge gauche : *vide*.

annuali et pro uno januense annuo de introgio de quo infra in suo titullo computat in recepta, instrumento dicti albergamenti inde recepto per Johannem Casei juniorem de Augusta notarium sub anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo sexto, die vigesima septima mensis februarii quod apportare obmisist, quare iniungitur sibi³⁴⁷ quos ipsum instrumentum in suo sequenti computo apportet sic quod modus dicti albergamenti in eodem videatur, et computat pro termino festi beati Stephani

- IIII solidos monete Auguste

- XII solidos monete Auguste in dorso³⁴⁸

De duobus solidis annui servicii quos debebant quidam homines domini episcopi Auguste commorantes apud Cogniz, mandamenti et jurisdictionis dicti domini episcopi, pro quibusdam pascuis sitis en Les Lores, mandamenti Breissognie, et in montanea de Marreys, mandamenti Quarti, non computat quia, diu est, in eorum solucione cessaverunt nec ad ea pascua venerunt et eciam nondum potuit informari de nominibus debencium, ut dicit et dicitur in computo precedenti. Quapropter, prout in eodem castellano ibidem ante ipsum fuit iniunctum,³⁴⁹ iniungitur dicto castellano moderno quod de premissis diligenter se informet taliter quod de ipsis veniat in suo sequenti computo plenarie informatus et de ipsis debite computare paratus.

De sexaginta solidis annui reddictus, debitis per communitatem parochie Sancti Christofori pro quibusdam pasqueragiis et brozellis seu broliis sitis subtus Sanctum Christoforum, prope Duriam, pro tanto datis dicte communitati per dominum Henricum dominum de Quarto quondam, ad certum tempus jam diu lapsum, ut dicitur in computo precedenti, non computat quia dicta pasqueragia sunt inutilia propter inundacionem aque Durie, nec restavit aliquid ad destruendum de quo aliquod comodum haberi possit ut dicit et dicitur in computo precedenti, iniungitur³⁵⁰ tamen eidem prout in computo precedenti castellano ibidem ante ipsum fuit iniunctum quod, si quid in premissis fuerit utilitatis, in eo bannum iuxta formam consuetudinum Vallis Auguste apponat, ad eo quod, si dicti sexaginta solidi non solvantur ut supra de bannis bestiarum ibidem repertarum computet in suis sequentibus computis.

³⁴⁷ Dans la marge gauche: *vide*.

³⁴⁸ Dans la marge gauche: *vide dorsum*.

³⁴⁹ Dans la marge gauche: *vide*.

³⁵⁰ Dans la marge gauche: *vide*.

Recepit a Jaquimino de Canali de Dovia, burgensi Porte Sancti Ursi, pro quodam casali domus cum curtilibus, plateis et pertinenciis sitis versus Stannum, subtus Sanctum Christoforum, item [XLIIII] pro quadam peciam brolii sita subtus et prope situm molendini et chanciatam dicti Stanni, item pro quodam plantu gorrarum seu salicium et popullorum sito subtus dictum brolium, item pro una pecia territorii et vacolli sita prope et subtus Alloes, item pro una pecia vacolli et territorii sita ibidem, item et pro una nocturna aque de rivo vocato de Fratre Boudino, eidem Jaquimino albergatis pro centum solidis monete Auguste de censu, seu redditu, et uno denario de servicio per annum in festo beati Stephani, et duobus denariis dicte monete de placito quando casus acciderit, sine plus capere ullo casu sine introgiis, ut dicitur in computo precedenti, et computat pro termino festi beati Stephani crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni eiusdem Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quinto, incluso dicto denario servicii

- C solidos, I denarium monete Auguste

- 131** Recepit ab eodem Jaquimino pro uno doczono seu bornello aque rivi vocati de Preposito percipiendo omni ebdomada qualibet die sabacti, prout illam a domino tenere consuevit Brunodus de Sans,³⁵¹ mandamenti de Cly, cum certa parte territorii de novali ad capiendum ubi voluerit subtus dictum rivum pro faciendo quatuor fossoriatas vinee, pro quibus aqua et novali dictus Brunodus domino faciebat unum denarium servicii annui et debebat unam fidelitatem melius, per dictum castellanum ante ipsum dicto Jaquimino albergatis pro quinque solidis annui census seu redditus, uno denario servicii, ut in computo precedenti, et computat de dictis censu et servicio pro termino festi beati Stephani crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni eiusdem Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quinto

- V solidos, I denarium monete Auguste

Recepit ab Hugoneto de Vigniul,³⁵² Petro Vuillermeti de Vigniuel, Girardo de Orto, Johannodo, filio quondam Petri Perrodi de Vigniuel, Valluchono, filio Vulliermi Perrodi de Vigniuel, Johanne Parisot, genero Johannodi de Vigniuel, Anthonio de Vigniuel et Girardo, filio quondam Francisci de Vigniuel, tenentibus in albergamentum feudi perpetui a domino de Quarto quondam certas res novallium et pascuorum cum

³⁵¹ Lire *Saix*.

³⁵² Lire *Vignyuel*.

certis aquis, de directo dominio feudo domini pridem moventes, et quas dictus castellanus dum extente domini per Johannem Gontereti, commissarium domini, reciperentur, dicebat domino ob mortem dicti domini de Quarto fore commissas pariter et excheytas, cui castellanus et commissarius domini ut dicitur in computo precedenti, dictas commissionem et excheytam quibus supra nominibus remisit et quictaverunt, dictasque res cum pascuis et aquis et pertinenciis per eos uti et haberi solitis in mandamento Quarti, eisdem de Vigniuel supra nominatis albergavit perpetuo pro tanto de servicio per annum, in festo beati Stephani prothomartiris, et pro octo solidis monete Auguste de toto placito quando accidit sine plus capere ullo casu, instrumento inde super hoc recepto in computo precedenti plenius designato, ultra tamen omnia alia onera annualia per eos fieri debita antea et solita ut in computo precedenti, et computat de dicto servicio pro termino festi beati Stephani prothomartiris crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni eiusdem Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quinto

- IIII solidos monete Auguste

Recepit a Johanne de Vayri, et aliis eius consortibus in computo precedenti nominatis de servicio annuatim per ipsos debito termino festi beati Stephani prothomartiris pro montibus de Chambly, et computat de dicto servicio pro dicto termino festi beati Stephani prothomartiris crastini festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni eiusdem Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quinto

- XII denarios monete Auguste

Recepit ab Emerico Cullier de Porta Sancti Ursi, notario, debente domino de Quarto singulis annis unam pernitem cum duobus denariis servicii dicte monete Auguste quando fit bequeria ante domum Johannis Aymonodi, sitam in civitate Auguste [XLV Quarti] loco dicto Cita, iuxta carrerias publicas antierius, domum Eymerici de Rochacio³⁵³ inferius et exitum seu parvum allorium superius, et computat pro termino et anno predictis, quo anno tenuit ibidem bequeriam dictus Li Chastrioux,³⁵⁴ habitator in Porta Sancti Ursi et de dicta pernice servicii computat supra in suo titullo

- II denarios monete Auguste

132 Recepit a Vulliermeto Jaquimini de Ronco de Bocza pro certis rebus et possessionibus sitis in territorio de Bocza, sibi albergatis in feudum

³⁵³ Lire *Roncheto*.

³⁵⁴ Lire *Chastriours*.

perpetuum pro servicio et auxilio inde dari solitis et quatuor solidis infrascriptis servicii annualis de augmento, ut plenius dicitur in computo precedenti, et computat de dicto augmento servicii pro termino festi beati Stephani prothomartiris, crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quinto

- IIII solidos monete Auguste

Recepit a Martino dicto Merlin, de Valle Brocii, habitatore Quarti, pro feudo cuiusdam jornalae aque rivi domini vocati de Preposito, capiende annis singulis qualibet ebdomada die dominico, quam tenebat a domino de Quarto quondam Johannes de Ginio,³⁵⁵ habitator Quarti, sub servitio annuali quinque solidorum, dicto Martino albergata ad feudum perpetuum pro dictis quinque solidis servicii annualis dari solitis, et pro tanto de augmento servicii per annum, ut dicitur in computo precedenti, et computat de dicto augmento servicii pro termino festi beati Stephani crastino festi Nativitatis Domini incipiente currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quinto

- X solidos monete Auguste

Recepit a Johanne Mermeti, habitatore de porta Sancti Ursi, olim commorante in Villafrancha mandamenti Quarti, pro feudo medietatis cuiusdam casalis domus site in Villafrancha, que fuit Petri Magni de dicta villa quondam, eidem Johanni per dictum castellanum ante ipsum et commissarium albergate in feudum perpetuum pro tributo solito, et pro quodam territorio novalis sito subtus Varely et supra Vyellymorta, ad extimacionem trium fossoriatarum vinee, ad faciendum vineam pro tanto de servitio seu reddictu annuali ut dicitur in computo precedenti, instrumento inde recepto per Johannem Gontereti de Augusta notarium sub anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, indictione decima quinta, die vicesima quinta mensis aprilis, quod apportare obmisit, et quia Hugoni Rode, castellano ibidem ante ipsum, in secundo computo precedenti dicenti in eodem computo quod non erat informatus ad plenum utrum tantum servitium aut plus vel minus debeatur, propter quod fuit iniunctum castellano ibidem ante castellanum modernum quod instrumentum dicti albergamenti apportaret, quod non fecit, quare iniungitur³⁵⁶ castellano moderno quod dictum instrumentum in suo sequenti computo infallibiliter apportet ad declarandum veraciter dictum

³⁵⁵ Lire *Gignio*.

³⁵⁶ Dans la marge gauche : *vide*.

servicium pro temporibus presenti et futuris, et computat de dicto reddicto seu servicio pro termino et anno predictis³⁵⁷

- XII denarios monete Auguste

Recepit a viro nobili Jacobo, condomino de Nuns, pro feudo cuiusdam pascui siti in valle de Riegny supra Sanctum Bartholomeum, in mandamento Quarti, eidem albergati ad feudum perpetuum pro tanto de reddito seu servicio annuali, ut dicitur in computo precedenti et computat de dicto reddicto pro termino festi beati Stephani prothomartiris crastino festi Nativitatis Domini, quo inceperunt currere anni eiusdem Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quinto

- IIII solidos monete Auguste

Recepit a Johanne de Del, clerico, habitatore de Nuns, pro feudo cuiusdam passagii seu aqueductus cuiusdam rivi conficiendi per eum a loco terre de Nuns in Aqua Cherent usque ad res dicti Johannis, loco dicto Vachery, dicto Johanni albergata³⁵⁸ ad feudum perpetuum pro tanto de servicio seu reddito [XLVI Quarti] per annum, ut dicitur in computo precedenti, et computat de dicto reddito pro anno et termino supradictis

- II solidos monete Auguste

Recepit a Jaquemino de Canali de Dovia, burgense de Porta Sancti Ursi, pro feudo medii jornalae aque rivi domini vocato de Preposito, in qualibet ebdomada die sabacti, eidem albergati ad feudum perpetuum et in augmentum feudi alterius medietatis jornalae aque predicte, quam tenet a dicto domino aliunde albergate ut dicit in computo precedenti, et computat de dicto reddicto pro anno et termino quibus supra

- V solidos monete Auguste

133 Recepit ab eodem Jaquemino de Canali pro feudo medii jornalae aque rivi domini vocati de Fratre Baudino, capiendo in qualibet die jovis cum nocte immediate sequenti, usque in diem veneris in aurora inclusy³⁵⁹ in dicta nocte illa et alia nocturna aque dicti rivi, quam aliunde percipit idem Jaquemetus eidem Jaquimino ad feudum perpetuum albergate pro viginti solidis monete cursibilis Auguste de censu annuatim et uno denario servicii dicte monete de reddito, ut dicitur in computo precedenti, et computat de dictis censu et reddito pro anno et termino supradictis

- XX solidos, I denarium monete Auguste

³⁵⁷ La phrase *et computat de dicto reddicto seu servicio pro termino et anno predictis* est ajoutée dans la marge droite avec un signe de renvoi.

³⁵⁸ Lire *albergati*.

³⁵⁹ *Sic*.

Recepit a Johanne Gontereti de Augusta notario pro feudo unius journalis aque, unius dozoni de rivo domini vocato de Preposito, quolibet mense maii, junii, jullii, augusti et septembris, videlicet vicesima tertia die cuiuslibet mensium predictorum ab aurora usque ad noctem, eidem Johanni abergati pro tanto de servicio annuali, ut dicitur in computo precedenti, instrumento dicti albergamenti recepto manu Johannis Pescleti de Butier notarii, sub anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, indicione decima quinta, die ... , mensis ... ,³⁶⁰ ut dicitur in eodem computo precedenti, et computat de dicto servicio pro anno et termino quibus supra, et iniungitur sibi³⁶¹ prout in computo precedenti fuit iniunctum castellano ibidem ante ipsum, quod in suo sequenti computo apporet instrumentum dicti albergamenti sic quod modus et effectus dicti instrumenti in eodem plenius designetur

- V solidos monete Auguste

Recepit a Johanne de Gontereto de Augusta notario de redditu per annum pro decimis que levantur in certis possessionibus consistentibus a torrente Clausi Novi, inter Sarro et Augustam, usque ad civitatem Auguste, in quibus decimis dominus de Montejoveto percipit medietatem, dominus Jacobus Bonerii de Dovia, canonicus augustensis, terciam partem residue medietatis et dominus racione castri de Quarto duas partes ipsius medietatis ut supra in frumento, eidem Johanni de Gontereto pro tanto albergati³⁶² de servicio annuali solvendo in quolibet festo beati Stephani prothomartiris, et pro uno sestario frumenti, quinque sestariis siliginis et tribus modiis vini de quibus supra in suis titullis computat, et de quo albergamento stare dicitur instrumentum publicum receptum per Petrum Peronini de Chamberiaco notarium sub anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, indicione quarta, die decima tertia mensis jullii, et fit sibi similis iniunctio³⁶³ que supra in frumento, et computat de dicto servicio pro termino festi beati Stephani prothomartiris crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quinto

- XII denarios monete Auguste

Novus reddictus:

³⁶⁰ Le jour et le mois font défaut.

³⁶¹ Dans la marge gauche : *vide*.

³⁶² Lire *albergatis*.

³⁶³ Dans la marge gauche : *vide*.

Recepit ab Hugoneto de la Vurpilliery, Aymonodo dou Suyt, Johanne de Roncho, Anthonio dicto Chancellin, habitatoribus a la Mota de Bocza, pro quodam rivo per castellanum ibidem ante ipsum albergato pro tanto de introgiis pro medietate et per baillivum Auguste pro alia medietate pro sex denariis monete Auguste de servicio annuali **[XLVII Quarti]** et pro duobus florenis auri veteribus de introgiis de quibus in computo precedenti in titullo introgiorum computavit in recepta, *et computat de dicto novo reddictu pro termino festi beati Stephani crastino Nativitatis Domini incipiente currere anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quinto,*³⁶⁴ et iniungitur sibi quod instrumentum dicti albergamenti in suo sequenti computo apportet taliter quod modus et effectus ipsius plenius videatur et in eodem computo si necessarium fuerit inseratur - VI denarios monete Auguste

Recepit ibidem pro eodem et a personis³⁶⁵ in quindecim particulis supra proxime scriptis eodem termino festi beati Stephani prothomartitris crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo sexto

- VIII libras, II solidos, XI denarios monete Auguste

Recepit ibidem pro eodem et ab eisdem pro eodem termino festi beati Stephani prothomartitris crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo septimo

- VIII libras, II solidos, XI denarios monete Auguste

Recepit ibidem ab eisdem pro eodem et eodem termino festi beati Stephani prothomartitris crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo octavo

- VIII libras, II solidos, XI denarios monete Auguste

Recepit ibidem ab eisdem pro eodem et eodem termino festi beati Stephani prothomartitris crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo nono

- VIII libras, II solidos, XI denarios monete Auguste

Novus redditus:

Recepit a Vuilliermo Branchi de Villa Francha de novo servicio per eum debito pro quadam pecia vacoli jacente loco dicto Comba Vallis Surde, eidem albergata pro tanto de servicio annuali et pro viginti solidis monete Auguste de introgiis de quibus infra in suo titullo computat in

³⁶⁴ La phrase en italique est ajoutée dans la marge droite avec un signe de renvoi.

³⁶⁵ Les mots *a personis* sont ajoutés dans la marge droite avec un signe de renvoi.

recepta per Johannem Casei vicecastellanum Quarti, instrumento dicti albergamenti ut dicit recepto per Nicoletum Gerbilliodi de Salanchia notarium publicum sub anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo septimo, die vicesima secunda mensis maii, et computat de dicto novo servicio pro termino festi beati Stephani prothommartiris crastini festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni eiusdem Domini millesimo tercentesimo nonagesimo octavo, et iniungitur sibi³⁶⁶ quod instrumentum dicti albergamenti seu notam eiusdem manu dicti notarii signatam in suo sequenti computo apportet taliter quod modus et effectus dicti albergamenti in eodem videatur et plenius designetur

- VI denarios monete Auguste

- 134** Recepit a Petro naturali Martini Michelete quondam de novo servicio per ipsum augmentato pro quibusdam domo, orto et plateis jacentibus in Villa Francha, domino ob mortem dicti Martini excheitis et eidem Petro albergatis per Johannem Casei vicecastellanum dici loci ad feudum perpetuum pro tanto de augmento servicii, ultra servicia et alia tributa et usagia proinde dari et solvi consueta, et pro quatuor libris monete Auguste de introgiis de quibus infra in suo titullo computat in recepta, instrumento publico dicti albergamenti ut dicit recepto per Nycoletum Gerbilliodi notarium sub anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo septimo die nona mensis maii, et computat de dicto novo servicio pro termino festi beati Stephani prothomartiris crastini festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo octavo, et fit sibi similis iniunctio³⁶⁷ que supra

- VI denarios monete Auguste

Recepit ibidem pro eodem a personis et ut in duabus particulis supra proxime scriptis et nominatis eodem termino festi beati Stephani prothomartiris, crastini festi Nativitatis domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo nono

- XII denarios dicte monete

Recepit ab Henrico, genero Johannis Imperatoris de novo censu seu servicio annuali per ipsum augmentato pro quadam pecia terre et prati que quondam **[XLVIII Quarti]** fuit Jacobi Advalero, domino excheita per mortem dicti Jacobi, dicto Henrico albergata per Johannem Casei vicecastellanum Quarti pro tanto de novo censu seu servicio annuali per

³⁶⁶ Dans la marge gauche: *vide*.

³⁶⁷ Dans la marge gauche : *vide*.

ipsum augmentato, ultra alia servicia, tributa et usagia inde dari et solvi consueta, ut supra in recepta vini plenius continetur, et pro sex libris monete Auguste de introgiis de quibus infra in suo titullo computat in recepta, instrumento dicti albergamenti inde recepto per Nycoletum Gerbilliodi notarium publicum, sub anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo nono, die decima sexta mensis maii, et computat de dicto novo censu pro termino festi beati Stephani prothomartiris crastini festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo nono, licet non cadat in tempore date dicti instrumenti, et fit sibi similis iniunctio³⁶⁸ que supra

- III solidos, IX denarios monete Auguste

Recepit a Johanne et Nycolao de Pra de novo servicio annuali per ipsum augmentato pro quadam pecia vinee que quondam fuit Martini Michelete, jacente versus Vily Morta, domino excheita ob mortem dicti Martini, et eisdem Johanni et Nycolao albergate per Georgium de Montebello castellanum Quarti pro tanto de novo servioo annuali per ipsum augmentato, ultra alia servicia, tributa et usagia inde dari et solvi consueta, et pro sexaginta solidis monete Auguste de introgiis de quibus infra in suo titullo computat in recepta, instrumento dicti albergamenti inde recepto per Johannem Casei juniorem sub anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo ... die ... mense ...³⁶⁹ et computat de dicto novo servicio ut supra augmentato pro termino festi beati Stephani prothomartiris crastini festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo septimo, et fit sibi³⁷⁰ similis iniunctio que supra

- VI denarios monete Auguste

Recepit ab eisdem pro eodem et eodem termino festi beati Stephani crastini festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo octavo et nonagesimo nono

- XII denarios monete Auguste

Recepit a Johanne Jocta de novo servicio annuali per ipsum debito pro quadam pecia vacoli sita ...³⁷¹ per Julianum de Paparella, vicecastellanum Quarti, pro tanto de novo servicio albergata, et pro uno januense auri de introgiis de quo infra in suo titullo computat in recepta, instrumento dicti albergamenti inde recepto per Johannem Casei notarium pu-

³⁶⁸ Dans la marge gauche : *vide*.

³⁶⁹ Les dates font défaut.

³⁷⁰ Dans la marge gauche : *vide*.

³⁷¹ Le lieu fait défaut.

blicum sub anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo ... die ... mense ...,³⁷² et computat de dicto novo servicio pro termino festi beati Stephani prothomartiris crastini festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo octavo et fit sibi³⁷³ similis iniuncti que supra

- III solidos, VI denarios monete Auguste

Recepit ibidem ab eodem pro eodem et eodem termino festi beati Stephani prothomartiris crastini festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo nono

- III solidos, VI denarios dicte monete

Summa:

- MIII^C LXIII libre, XVIII solidi, VI denarii obolo monete Auguste

- VII libre, VIII solidi, denarius obolo januensis ad X pro XV

- CXV floreni veteres

Et:

- III^C V franchi auri

135

Auxilia:

De quatuor solidis monete Auguste pridem domino debitis in dicta castellania de auxilio per annum per Johannem et Johannodum Syraz de Dovia ut in computo precedenti nichil computat quia domina ipsos tradidit domine Pantissalee, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, occasione qua supra in frumento.

Recepit a septem personis in septem particulis noni computi precedenti particulariter et specificce nominatis de auxilio annis alternis ut in computo precedenti, in quo fuit computatum de eodem pro termino festi beati Stephani prothomartiris crastini festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, et computat hic de dicto auxilio pro dicto termino festi beati **[XLIX Quarti]** Stephani prothomartiris crastini festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni millesimo tercentesimo nonagesimo sexto

- LIX solidos, IX denarios monete Auguste

Recepit ibidem ab eisdem pro eodem et computat pro termino festi beati Stephani prothomartiris crastini festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni millesimo tercentesimo nonagesimo octavo

³⁷² Les dates font défaut.

³⁷³ Dans la marge gauche : *vide*.

Anselmo Pession

- LIX solidos, IX denarios monete Auguste

Recepit a Jaquemina, relicta Dominici Reynerii de Avisio, domicelli, tutorio nomine filii pupilli dicti Dominici quondam, pro auxilio per ipsum debito annis alternis, ut in titullo denariorum census noni computi precedentis, et de quo auxilio fuit in computo precedenti computatum pro termino festi beati Stephani prothomartiris crastini festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, et computat hic de dicto auxilio pro eodem termino festi beati Stephani prothomartiris crastini festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo sexto

- XXX solidos monete Auguste

Recepit ibdem ab eadem pro eodem et computat pro termino festi beati Stephani prothomartiris crastini festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni millesimo tercentesimo nonagesimo octavo

- XXX solidos monete Auguste

Recepit a Johanne Lagacy³⁷⁴ de Valle de Bocza pro auxilio per ipsum annis alternis debito ut in computo precedenti, in quo nichil fuit de dicto auxilio pro anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto computatum, et computat hic de eodem auxilio pro termino festi beati Stephani prothomartiris, crastini festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quinto

- VIII solidos monete Auguste

Recepit ibdem ab eodem pro eodem et computat pro termino festi beati Stephani prothomartiris crastini festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni millesimo tercentesimo nonagesimo septimo

- VIII solidos monete Auguste

Recepit ibdem ab eodem pro eodem et computat pro termino festi beati Stephani prothomartiris crastini festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni millesimo tercentesimo nonagesimo nono

- VIII solidos monete Auguste

Summa: - X libre, III solidi, VI denarii monete Auguste

Firme:

Idem reddit computum quod recepit ab Aymonodo naturali quondam Aymonodi de Arnio pro medietate firme mistraliarum mandamenti

³⁷⁴ Lire *Bigay*.

Quarti unius anni finiti in festo beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, et de alia medietate fuit computatum in computo precedenti - VI florenos boni ponderis veteres

Recepit ab eodem pro tota dicta firma unius anni finiti in festo beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quinto, nec inde plus habuit ipso anno ut dicit et suo asserit juramento

- XII florenos boni ponderis veteres

Recepit ab eodem pro eadem firma unius anni finiti in festo beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo sexto, nec inde plus recepit ipso anno ut dicit et suo asserit juramento

- XII florenos boni ponderis veteres

Recepit ab eodem pro eadem firma unius anni finiti in festo beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo septimo, nec inde plus habuit ipso anno³⁷⁵ ut dicit et suo asserit juramento

- XII florenos boni ponderis veteres

Recepit ab eodem pro eadem firma unius anni finiti in festo beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo octavo, nec inde plus recepit ipso anno ut dicit et suo asserit juramento

- XII florenos boni ponderis veteres

136 Recepit ab eodem Aymoneto pro medietate [**L Quarti**] eiusdem firme unius anni finiendi in festo beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo nono, et tunc debebit tantumdem nec inde plus habuit ut dicit et suo asserit juramento, et iniungitur sibi³⁷⁶ quod dictam firmam et alias infrascriptas locis, modis, temporibusque debitis et consuetis cridari faciat et plus offerentibus tradat easdem taliter quod in suo sequenti computo utilius pro domino valeat computare, et de cridis et diligencia inde super hoc fiendis sufficienter informare

- VI florenos boni ponderis veteres

De firma mistralie Oyacie et ipsius mandamenti pro qua fuit computatum in computo dicte castellanie de annis Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio et octuagesimo quarto de decem florenis auri boni ponderis veteribus pro firma dicte mistralie unius anni finiti in festo beati Michaelis, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto, nichil computat quia domina dictam mistraliam tradidit domine

³⁷⁵ Les mots *ipso anno* sont ajoutés dans la marge droite avec un signe de renvoi.

³⁷⁶ Dans la marge gauche: *vide*.

Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, occasione superius in frumento declarata.

De firma clericature et papirorum curie mandamenti Quarti et Oyacie, pro qua fuit computatum in sexto computo precedenti de vigintiquatuor florenis auri boni ponderis veteribus pro uno anno finito die undecima mensis novembris anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio, nichil computat quia nichil pro eadem recepit per tempus de quo computat ut dicit, tam pro eo quia domina tradidit domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, castrum, castellaniam et mandamentum Oyacie, in quibus maior pars utilitatis et comodi dicti officii percipiebatur ut dicit in computo precedenti, quam pro eo quia non invenit qui dictum officium ad firmam seu exitum quomodolibet tenere voluerit, licet bonam diligenciam super hoc fecerit ut per quindecim instrumenta, quindecim cridarum inde factarum per tempus de quo supra computat, diebus, locis, modis, temporibusque debitis et consuetis sub annis Domini millesimo tercentesimo nonagesimo sexto, diebus octava, quindecima et vicesima nona mensis octobris, duodecima, decima nona et vicesima sexta mensis novembris; millesimo tercentesimo nonagesimo septimo, diebus vicesima prima, vicesima octava et penultima mensis octobris, item et quarta mensis novembris; millesimo tercentesimo nonagesimo octavo, diebus decima septima, vicesima octava mensis octobris, decima, vicesima et vicesima septima mensis novembris, que instrumenta et eorum notas reddit manibus Nicoleti Gerbilliodi, Petri Geremie et Johannis Pesleti, notariorum publicorum, scriptas et signatas. Nichilominus tamen iniungitur sibi³⁷⁷ quod dictam firmam cridari faciat locis, modis, temporibusque debitis et consuetis et plus offerenti tradat eandem, taliter quod in suo sequenti computo utilius pro domino valeat respondere et de cridis et diligencia inde super hoc fiendis sufficienter informare.

Recepit a Petro Rigotti de Quarto pro firma manderie Quarti unius anni finiti die secunda mensis augusti, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quinto, per firmam sibi datam per dictum castellanum pro tanto ipso anno ut in computo precedenti, quia nullum alium invenit qui de dicta firma plus neque se daturum obtulerit, licet ipsam pluries cridari fecerit, ut per notas instrumentorum dictarum cridarum supra

³⁷⁷ Dans la marge gauche : *vide*.

proxime cum aliis reddictas et manibus dictorum notariorum receptas, scriptas et signatas - II florenos auri boni ponderis veteres

Recepit ab eodem pro eadem firma unius anni finiti die secunda mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo sexto, per firmam sibi datam per dictum castellanum ipso anno pro tanto, ut anno proxime precedenti, nec inde plus habere potuit licet diligenciam [LI Quarti] quantam potuit fecerit insuper hoc sicut supra

- II florenos auri boni ponderis veteres

137 Recepit ab eodem pro eadem firma unius anni finiti die secunda mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo septimo, per firmam sibi datam per dictum castellanum ipso anno pro tanto, ut anno proxime precedenti, nec inde plus habere potuit licet diligenciam quantam potuit super hoc fecerit sicut supra

- II florenos boni ponderis veteres

Recepit ab eodem pro eadem firma unius anni finiti die secunda mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo octavo, per firmam sibi datam per dictum castellanum ipso anno pro tanto, prout anno proxime precedenti, nec inde plus habere potuit licet diligenciam quantam potuit super hoc fecerit prout supra

- II florenos auri boni ponderis veteres

Recepit ab eodem pro eadem firma unius anni finiti die secunda mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo nono, per firmam sibi datam per dictum castellanum ipso anno pro tanto, ut anno proxime precedenti, nec inde plus habere potuit licet diligenciam quantam potuit super hoc fecerit prout supra, et fit sibi similis iniunctio³⁷⁸ que supra

- II florenos auri boni ponderis veteres

Recepit a Merlino de Ponte pro firma manderie Sancti Christofori, unius anni finiti die secunda mensis augusti, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quinto, per firmam sibi datam per dictum castellanum pro tanto ipso anno tamquam plus offerenti, nec inde plus habere potuit ipso anno licet diligenciam quam potuit super hoc fecerit ut dicit et suo asserit juramento - II florenos boni ponderis veteres

Recepit ab eodem pro eadem firma unius anni finiti die secunda mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo sexto, per firmam sibi datam per dictum castellanum ipso anno pro tanto, ut anno proxime precedenti, nec inde plus habere potuit ipso anno licet di-

³⁷⁸ Dans la marge gauche: *vide*.

ligenciam quantam potuit super hoc fecerit ut dicit et suo asserit juramento

- II florenos boni ponderis veteres

Recepit ab eodem pro eadem firma unius anni finiti die secunda mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo septimo, per firmam sibi datam per dictum castellanum ipso anno pro tanto, ut anno proxime precedenti, nec inde plus recepit ipso anno licet diligenciam quantam potuit super hoc fecerit ut dicit et suo asserit juramento

- II florenos boni ponderis veteres

Recepit ab eodem pro eadem firma unius anni finiti die secunda mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo octavo, per firmam sibi datam per dictum castellanum ipso anno pro tanto, prout anno proxime precedenti, nec inde plus habuit ipso anno licet diligenciam quam potuit super hoc fecerit ut dicit et suo asserit juramento

- II florenos boni ponderis veteres

Recepit ab eodem pro eadem firma unius anni finiti die secunda mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo nono, per firmam sibi datam per dictum castellanum ipso anno pro tanto, ut anno proxime precedenti, nec inde plus habere potuit licet diligenciam quantam potuit super hoc fecerit ut dicit et suo asserit juramento, et fit eidem castellano similis iniunctio³⁷⁹ que supra

- II florenos boni ponderis veteres

De firma manderie Vallispelline pro qua fuit computatum in sexto computo precedenti de viginti solidis monete Auguste pro uno anno finiti die secunda mensis augusti anno Domini **[LII Quarti]** millesimo tercentesimo octuagesimo quarto et aliis precedentibus, nichil computat pro dicto tempore de quo supra computat quia domina nostra Sabaudie comitissa tradidit dictam manderiam domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, occasione qua supra in frumento.

De firma manderie de Dovia pro qua fuit computatum in sexto computo precedenti de dimidio floreno auri boni ponderis vetere pro uno anno finiti die secunda mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto, nichil computat per dictum tempus quia tradita fuit per dominam sicut supra.

Recepit a Gregorio Buttodi pro firma mistralie de Bocza unius anni finiti die secunda mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo

³⁷⁹ Dans la marge gauche: *vide*.

nonagesimo quinto ut in computo precedenti, nec inde plus habere potuit ipso anno³⁸⁰ ut dicit suo juramento

138 - IX denarios grossos boni ponderis veteres
Recepit ab eodem pro eadem firma unius anni finiti die secunda mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo sexto, ut anno proxime precedenti, nec inde plus habere potuit ipso anno ut dicit et suo asserit juramento - IX denarios grossos boni ponderis veteres
Recepit ab eodem pro eadem firma unius anni finiti die secunda mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo septimo, prout anno proxime precedenti, nec inde plus recepit ipso anno ut dicit et suo asserit juramento

- IX denarios grossos boni ponderis veteres
Recepit ab eodem pro eadem firma unius anni finiti die secunda mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo octavo, ut anno proxime precedenti, nec inde plus habuit dicto anno ut dicit et suo asserit juramento - IX denarios grossos boni ponderis veteres

Recepit ab eodem pro eadem firma unius anni finiti die secunda mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo nono, prout anno proxime precedenti, nec inde plus habere potuit dicto anno ut dicit et suo asserit juramento

- IX denarios grossos boni ponderis veteres
Recepit manu Johannis Regis de Ponte Lapideo pro exitu leyde nundinarum Villefranche que tenentur ibidem bis in anno, videlicet die martis propinquiori festi apostolorum Philipi et Jacobi, et die festi apostolorum Simonis et Jude, et computat pro termino festi apostolorum Symonis et Jude anni Domini millesimi tercentesimi nonagesimi quarti

- IIII libras, XVI solidos monete Auguste
Recepit manu qua supra pro exitu dicte leyde et computat pro die martis propinquiori festi apostolorum Philipi et Jacobi anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quinto et pro termino festi apostolorum Simonis et Jude eiusdem anni

- V libras, XVII solidos dicte monete Auguste
Recepit manu qua supra pro exitu dicte leyde et computat pro die martis propinquiori festi Philipi et Jacobi et termino festi apostolorum Simonis et Jude anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo sexto
- IIII libras, XIX solidos monete Auguste

³⁸⁰ Les mots *ipso anno* sont ajoutés dans la marge droite avec un signe de renvoi.

Recepit manu Tailliandi de Ferruczasco pro exitu dicte leyde et computat pro die martis propinquiori festi Philipi et Jacobi et termini festi apostolorum Symonis et Jude anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo septimo - IIII libras, I solidum monete Auguste

Recepit manu Johannis Regis pro exitu dicte leyde et computat pro die martis propinquiori festi Philipi et Jacobi et termini festi apostolorum Symonis et Jude anni Domini millesimi tercentesimi nonagesimi octavi - LXXVII solidos monete Auguste

Recepit manu dicti Rigot pro exitu dicte leyde et computat pro die martis propinquiori festi apostolorum Philipi et Jacobi anni Domini millesimi tercentesimi nonagesimi noni

- II solidos, VI denarios monete Auguste

De firma banni vini quod venditur in Villafrancha a die prima mensis augusti usque ad diem festi Assumpcionis Beate Marie Virginis inclusive eiusdem mensis domino pertinentis ibidem, ut in computo precedenti, nichil computat quia non invenit qui inde aliquid dare voluerit [LIII] per tempus de quo computat, licet super hoc bonam diligenciam fecerit ut suo asserit juramento. Quibus non obstantibus, fit eidem similis iniunctio³⁸¹ que supra.

De firma ponderis domini de Villa Francha, quod levatur videlicet pro singulis rebus que ponderantur ibidem ad grossum pondus, unus denarius monete cursibilis Auguste ut in computo precedenti, nichil computat quia nichil proinde recepit per tempus de quo computat ut dicit, nec invenit qui se aliquid daturum obtulerit ut suo asserit juramento, et fit sibi similis iniunctio³⁸² que supra.

De firma pratorum domini de Ryns, inclusis fructibus arborum in eisdem existencium, pro firma quorum fuit computatum in sexto computo precedenti de decemseptem florenis auri boni ponderis veteribus pro uno anno finito in festo Nativitatis domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quarto, nichil computat quia domina dicta prata, seu firmam ipsorum, tradidit domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, causis et rationibus in quarto computo precedenti plenius declaratis.

De sex solidis monete Auguste debitis et solvi consuetis per Johannodum de Roveyns et consortes suos de Roveyn pro pascuis de Ryns,

³⁸¹ Dans la marge gauche: *vide*.

³⁸² Dans la marge gauche: *vide*.

sibi per dominum de Quarto quondam accensatis ad certum tempus, de quo declaracionem nondum habere potuit, ut dicit et dicitur in computo precedenti, nichil computat quia domina dicta pascua et ipsorum exitus tradidit domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, occasione qua supra.

Summa: - XXIII libre, XII solidi, VI denarii monete Auguste
Et: - III^{XX} III floreni, IX denarii grossi boni ponderis veteres

Theysie domorum:

De theysiis domorum Ville Franche nichil computat hic quod includuntur in denariorum censibus prout et de quibus supra computat maxime quia super domibus ville predictae quando casus evenit dominus percipit laudes in eisdem, ut dicit et dicitur in computo precedenti.

139

Introgia:

Idem reddit computum quod recepit a Johanne Pastoris de Arpulies pro introgio cuiusdam feudi sibi per dictum castellanum albergati pro tanto de introgio, instrumento dicti albergamenti inde recepto per ... notarium sub anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo ... die ... mense ...³⁸³ quod apportare obmisit, quare iniungitur sibi quod dictum instrumentum, seu notam eiusdem manu dicti notarii signatam, in suo sequenti computo apportet taliter quod modus et effectus dicti albergamenti videatur et in eodem plenius designetur - IIII januenses auri

Recepit a Johanne Jocta pro introgiiis cuiusdam pecie vacoli sibi albergati per Julianum de Paparella, locumtenentem dicti loci, pro tanto de introgiiis et pro tribus solidis, sex denariis monete de novo servicio, de quibus supra in suo titullo computat - I januensem auri

Recepit a Vuilliermo Branchi de Villafrancha pro introgiiis cuiusdam pecie vacoli jacentis loco dicto Comba Vallis Surde, sibi albergate pro tanto de introgiiis et pro sex denariis servicii annualis, de quibus supra computat in recepta - XX solidos monete Auguste

Recepit a Petro, naturali Martini Michelete quondam, pro introgiiis cuiusdam domus jacentis in Villafrancha cum orto et plateis suis, sibi albergate pro tanto de introgiiis et pro sex denariis monete de servicio per ipsum augmentato, de quibus supra computat in recepta

³⁸³ Le nom du notaire et les dates font défaut.

Anselmo Pession

- XIII libras monete Auguste

Recepit ab Henrico genero Johannis Imperatoris pro introgiis cuiusdam pecie terre et prati que quondam fuit dicti Johannis Imperatoris, sibi albergate pro tanto de introgiis, ultra vinum et pecuniam de quibus supra in suis titullis computat in recepta - VI libras monete Auguste

Recepit a Johanne et Nycolao de Pra, pro introgiis [LIII Quarti] cuiusdam pecie vinee jacentis versus Vyely Morta, quam quondam tenebat Martinus Michelete, sibi albergate pro tanto de introgiis et pro sex denariis monete de servicio per ipsum augmentato de quibus supra computat in recepta - LX solidos monete Auguste

Recepit a Petro Nycoleti de Macino pro introgiis cuiusdam pecie terre site apud Royssan que quondam fuit Jaquimini de Preil, eidem Petro albergate pro tanto de introgiis, et pro quatuor solidis de servicio annuali - I januenesem auri

Summa : - XXIII libre monete Auguste

Et: - VI januenses auri

Laudes et vende:

Idem reddit computum quod recepit ab Aymoneto de Chamero pro quibusdam rebus sibi vendictis per Petrum de Advoyer et datis pro triginta sex libris monete Auguste de introgiis, instrumento inde recepto per Johannem Casei notarium anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo sexto, die decima nona junii

- III libras, VI solidos monete Auguste

Recepit a Johanne Trippa et Johanne Petri de Fonte pro quibusdam rebus dicto Johanni de Fonte datis per ipsum Johannem Trippa pro decem florenis auri introgii, instrumento inde recepto per Johannem Casei notarium, anno quo supra, die decima tercia novembris

- LIII solidos, VIII denarios monete Auguste

Recepit a Johanne Jota pro quibusdam rebus sibi vendictis et datis per Johannem filium quondam Guigone de Campis pro viginti libris introgii, instrumento recepto per Johannem Gontereti anno supradicto die decima septima marcii - LXVI solidos, VIII denarios monete Auguste

Recepit a Vincencio de Roncheto pro quadam domo per eum data Petro naturali domini Jacobi Boner pro triginta duobus libris introgii, instrumento recepto per Johannem Casei, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo octavo, die decima sexta februarii

- CVI solidos, VIII denarios monete Auguste

Recepit a Vuilliermo Porlio et mugnerio de Effra pro quadam pecia ipsi Vuilliermo per dictum mugnerium data pro quatuor libris et decem solidis introgii, instrumento recepto per Johannem Casei, anno quo supra, die vicesima tertia februarii - XV solidos monete Auguste

Recepit a Vionino Pomat pro quadam donacione feudi sibi facta per Bonifacium Nerni pro decem libris introgii, instrumento inde recepto per Johannem Casei anno quo supra, die vicesima quinta februarii

- XXXIII solidos, IIII denarios monete Auguste

Recepit ab Anthonieto Regis et Jaquemeto de Dovia pro quadam pecia ipsi Jaquemeto donata per dictum Anthonietum pro novem libris introgii, instrumento recepto per Johannem Casei anno quo supra die decima marcii - XXX solidos

Recepit a Petro de Chelion pro quibusdam rebus sibi donatis per Petrum Morgalet pro viginti una libris introgii, instrumento recepto per Johannem Casei anno predicto die decima sexta marcii - LXX solidos

140 Recepit a Hugoneto de Vigel³⁸⁴ et Petro filio Girardi de Orto pro quadam aqua sibi data per Aymonodum de Arnyo pro viginti septem libris introgii, instrumento inde recepto per Johannem Casei anno supra dicto die septima decembris - IIII libras, X solidos

Recepit a Johanne dou Moral et Johanneto de Balma pro quodam feudo dicto Johanneto per ipsum Johannem dato pro quatuor libris introgii, instrumento recepto per Johannem Casei anno eodem die ultima marcii - XIII solidos, IIII denarios

Recepit a Johanne dicto Colom pro quibusdam rebus sibi datis per Johannem Chapuis pro centum libris introgii, instrumento recepto per Johannem Gontereti anno eodem die ... mensis ...³⁸⁵

- XVI libras, XIII solidos, IIII denarios

Recepit a Bedix, relicta Franchi calderarii, pro quadam domo sibi data per ipsum Franchum et taxata per bonos viros valere sexdecim libris, pro laudis et vendis debitis, ut de ipsa donacione constat instrumento publico recepto per Johannem de Del, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo septimo, die decima nona octobris

- LIII solidos, IIII denarios

³⁸⁴ Lire *Vignyuel*.

³⁸⁵ La date fait défaut.

Recepit a Petro Colombi de Roesano pro quibusdam rebus sibi datis per Johannem Jota pro viginti libris introgii, instrumento recepto per Johannem Gontereti anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo ... [LV Quarti] die ... mense ...³⁸⁶ - LXVI solidos, VIII denarios

Recepit ab Hugoneto de Vigel³⁸⁷ pro quadam aqua data per Aymonodum de Arnyo pro sexaginta solidis introgii, instrumento recepto per Johannem Casei anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo septimo, die quinta novembris - X solidos

Recepit ab Aymonino Borna et Nycolao Valler pro quadam pissina et aqua per ipsum Aymoninum dicto Nycolao data pro sexaginta solidis introgii, instrumento recepto per Johannem Casei notarium, anno eodem die vicesima tertia novembris - X solidos

Recepit a Micheleto de Cho et Eymonodo de Raspalies pro quadam donacione facta de certis rebus per ipsum Micheletum eidem Eymonodo pro septem libris introgii, instrumento recepto per Johannem Casei anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo octavo, die ultima junii - XXIII solidos, IIII denarios

Recepit ab Aymoneto Nerni et communitate de Effra pro quibusdam rebus dicte communitati per ipsum Aymonetum datis pro quadraginta quinque januensibus auri introgii, instrumento recepto per Johannem Casei anno supra proxime scripto, die octava julii, computato quolibet januense auri ad rationem XVII grossorum monete parve - XII libras, XV solidos

Recepit a Menfredo, genero Jaquimini de Junel, pro quibusdam rebus sibi datis per dictum Jaquimum pro viginti libris semel, instrumento recepto per Johannem Casei anno eodem, die decima octava novembris - LXVI solidos, VIII denarios

Recepit ab Aymonodo naturali de Arnyo pro certis rebus sibi datis per Franciscum de Arnyo, pro quadraginta solidis introgii, instrumento recepto per Johannem Casei anno eodem, die penultima novembris - VI solidos, VIII denarios

Recepit ab eodem Aymonodo pro certis rebus eidem datis per ipsum Franciscum, instrumento recepto per Johannem Casei anno eodem, die decima sexta decembris - XLVI solidos, VIII denarios

³⁸⁶ La date fait défaut.

³⁸⁷ Lire *Vignyuel*.

Recepit a Vuillermeto Cleva pro certis rebus sibi donatis per Aymonodum predictum et eius uxorem, pro sexaginta solidis introgii, instrumento recepto per dictum Johannem Casei anno predicto, die penultima novembris
- X solidos

De laudis et vendis debitis per Johannem de Ramuesy, Perrinum Chapuis, Johannem Chapuys, Johannem de Prato, Brunodum de Pasquier et Hugoninum Grillion pro certis rebus per ipsos acquisitis, nichil computat hic quia nichil ab eisdem recepit ut dicit, nec est informatus quantum debent pro predictis, quare iniungitur sibi quod de predictis acquirimentis se diligenter informet et laudes et vendas pro predictis debitas exigit et recuperet a superius nominatis, taliter quod in suo sequenti computo de ipsis valeat ad plenum computare.

Summa dictarum laudium et vendarum:

- LXXII libre, VII solidos, IIII denarios monete Auguste

141

Aqua rivi Prepositi vendicta ultra aquam accensatam:

Idem reddit computum quod recepit manu Bartholomei Tarida, administratoris et dispensatoris aque rivi domini vocati de Preposito, de et pro aqua dicti rivi vendicta per ipsum Bartholomeum pluribus et diversis personis ultra aquam accensatam seu traditam ad servicium, de quo supra computat in titulo denariorum census, in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, et respondet minus quam in computo precedenti de novem libris, sexdecim solidis monete Auguste, nec inde plus habuit ipso anno ut dicit et suo asserit juramento

- X libras, IIII solidos monete Auguste

Recepit ibidem manu qua supra et pro eodem in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quinto, et respondet plus quam anno proxime precedenti de sex libris, duodecim solidis monete Auguste

- XVI libras, XVI solidos monete Auguste

Recepit manu dicti Bartholomei pro eodem in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo sexto, et respondet plus de quatuor solidis monete Auguste quam pro anno proxime precedenti

- XVII libras monete Auguste

Recepit manu qua supra pro eodem in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo septimo, [LVI Quarti] et respondet minus de quadraginta solidis monete Auguste quam pro anno proxime precedenti

- XV libras monete Auguste

Anselmo Pession

Recepit manu qua supra pro eodem in anno Domini millesimo ter-
centesimo nonagesimo octavo, et respondet minus de quindecim solidis
monete Auguste quam pro anno proxime precedenti

- XIII libras, V solidos monete Auguste

Summa: - LXXIII libre, V solidi monete Auguste

Banna concordata:

Idem reddit computum quod recepit a Johanne Colini pro eo quia
verberavit certas capras alienas - I florenum parvi ponderis

Recepit a Jaqueto Duret pro eo quia fecit quandam falsam denuncia-
cionem - VII januenses cum dimidio auri

Recepit a Johanne de Furno pro eo quia Gonterius eius filius fuit in-
culpatus de nocte verberasse usque ad periculum mortem quendam suo-
rum vicinorum - XXXVII januenses cum dimidio auri

Recepit ab Aymoneto de Blavy pro eo quia eradicavit certas arbores
alienas - III florenos boni ponderis

Recepit a filio Jaqueti Duret pro eo quia removit sine licencia sigil-
lum positum in hostio domus patris sui

- IX denarios grossos boni ponderis

Recepit a Petro Vodan pro eo quia percuxit quandam de palma

- III denarios grossos

Recepit a Magnino de Quarto quia inculpabatur cepisse aquam alie-
nam - VII denarios obolo grossos

Recepit a Johanne de Orto pro eo quia removit crucem positam per
familliares domini supra quodam comullo lignorum in insulla sine li-
cencia - III januenses auri

Recepit a quodam de Boza quia inculpabatur furtive cepisse quen-
dam gladium - III januenses auri

Recepit a filio Theobaldi de Clusellina quia cepit aquam alienam in
rivo Prepositi - III quartos unius januensis auri

Recepit a Peroneto Polier de Bocza pro eo quia eius filius fuit incul-
patus furtive cepisse certos caseos sui vicini

- X januenses cum dimidio auri

Recepit a Petro de Cho pro eo quia erat inculpatus certos terminos
extraxisse seu removisse indebite in preiudicium sui vicini et consortis

- IX florenos, IX denarios grossos boni ponderis

Recepit a Berthodo de Blavy quia fuit comprehenso in adulterio

- VII denarios obolo grossos
Recepit ab Aymoneto de Cre pro eodem et eadem causa
- VII denarios obolo grossos
Recepit a Johanne Benedicte de Blavy quia petiit cuidam in iudicio
debitum de quo erat sibi solutum
- I florenum et dimidium parvi ponderis
Recepit ab Henrico, genero Johannis Imperatoris, quia vendidit sine
licencia ipsius Johannis quandam equam seu cambiavit³⁸⁸ pro quodam
equo
- III quartos unius januensis auri
Recepit a Johanne Martineti pro eo quia eius capre fuerunt capte in
banno
- I januensem et dimidium auri
Recepit a Johanne de Pertot quia fuit inculpatus de quodam furto
- IIII florenos et dimidium parvi ponderis
Recepit a Bertodo Marcelli pro eo quia extraxit eius bestias de
quodam stabulo ubi erant reducte pro damno facto per illas, sine licencia
illius qui reducerat et sine restitutione dampni
- XXX solidos monete Auguste
142 Recepit a Perrodo de Berrya pro eo quia tenuit eius bestias in certis
pascuis alienis ultra inhibicionem et bannum domini
- LIIII solidos monete Auguste
Recepit a Gasparde de Cheiso quia fuit bis adiornatus coram castel-
lano compariturum sub banno et non comparuit
- LX solidos dicte monete Auguste
Recepit a Petro Merlyn de Boza pro eo quia cidit in nemore de Boza
in loco bannito
- I januensem et dimidium auri
Recepit ab Anthonio de Canali pro eo quia juravit chartam³⁸⁹ de feu-
do domini
- XLV solidos monete Auguste
Recepit a Johanne de Canali pro eo quia vendidit pro allodio feudum
domini
- IIII libras, X solidos dicte monete
Recepit a Perrodo, famullo Johannis Mariete, pro eo quia fuit con-
sciis³⁹⁰ de quadam vi facta super certis bestiis et extractis a terra Quarti
- XXX solidos dicte monete
Recepit a Colino de Glacier pro eo quia fuit inhobediens manderio
domini
- tres quartos unius januensis auri

³⁸⁸ Lecture douteuse.

³⁸⁹ Lecture douteuse.

³⁹⁰ Coupable.

Anselmo Pession

- Recepit a Colete de Mesata pro eodem et eadem causa
- XVIII solidos predictae monete
- [LVII Quarti]** Recepit ab Aymonodo de Raspalies pro eo quia eius
filia interfecit capram alienam - I januensem auri
- Recepit a Johanne filio Johannodi de Povyl pro eo quia dementitus
fuit uxore Petri de Curtibus coram familia domini
- XV solidos monete Auguste
- Recepit a Johanne Adde pro eo quia fuit inhobediens precepto man-
derii domini XVIII solidos dicte monete
- Recepit a Berthodo Mugnerii pro eo quia inculpabatur furtive cepis-
se quosdam caseos et unam eminam frumenti
- XXII januenses et dimidium auri
- Recepit a Berthola de Villafrancha pro eo quia credidit percutere
uxorem dou Frant de uno lapide - XII solidos dicte monete
- Recepit a Jaquemino de Junel pro eo quia furtive cepit unam serram
et duos postes - XII januenses auri
- Recepit a Johanne, famullo Francisci de Viserano, quia deportavit
quandam plantam nemoris signatam signo domini
- III quartos unius floreni januensis
- Recepit a Petro Velpo pro eodem et eadem causa
- XLV solidos monete predictae
- Recepit ab Andrea Brigant quia fuit inculpatus pasturasse ad suas be-
stias prato Jaquimini de Junel - VI januenses auri
- Recepit a Johanne, filio Petri Bissochy, quia vendidit unum fesenum
in quo posuit unum lapidem ut magis ponderaret
- III quartos unius januensis auri
- Recepit a Johanne Martineti quia recusavit respondere quibusdam in-
tullacionibus - III januenses auri
- Recepit a Vuillermeto Filiestro pro eo quia eius capre fuerunt capte
in loco bannito - I januensem auri
- Recepit a Jaquemeto de Macyno pro eo quia interfecit in sua poses-
sione unum parvum porcum - XV solidos supradicte monete
- Recepit a Nycoletto de Luly pro eo quia retinuit suo magistro unam
eminam siliginis quam asserebat seminasse in campo ipsius magistri
- I januensem auri
- Recepit ab Anx de Grissoney pro eo quia vendidit sine licencia cer-
tam terram alienam licet concordaverit de eadem cui erat
- I januensem et dimidium auri

Recepit a Bartolomeum Bernardi pro eo quia eius filius percuxit Jaquemetum Brigant usque ad sanguinis effusionem

- III quartos unius januensis auri

Recepit a Jaquemeto Brigant pro eo quia percuxit de uno lapide usque ad sanguinis effusionem filium Bartolomei Bernardi

- I januensem et dimidium auri

Recepit a bastardo dou Cleva pro quadam seyssina³⁹¹ per eum fracta

- XV solidos predictae monete

Recepit a Petro, filio Clerici de Parlea, pro eo quia cepit aquam alienam

- XXX solidos dicte monete

Recepit a Vuillermeto de Villa pro una devestitura

- VII solidos, VI denarios dicte monete

Summa: - XXXIII libere, IIII solidi, VI denarii monete Auguste

- IX floreni, I denarius obolo grossi parvi ponderis

- XIII floreni et dimidius boni ponderis veteris

Et: - CXVIII floreni et dimidius januenses auri

143

Banna condempnata:

De bannis condempnatis in quibus dictus castellanus percipit duos solidos in qualibet libra, nichil computat quia nichil pro eisdem recepit per tempus de quo computat ut dicit.

Banna minuta:

De bannis minutis nichil computat hic quia includuntur in firmis ministrarum champeriorum et foresteriorum, de quibus supra computat ut dicit.

Advoerie et cure:

Idem reddit computum quod recepit ab Hugoneto de Charrery pro cura filii Girodi Mugnerii quondam sibi data

- I januensem auri

Recepit ab Aymonodo naturali de Arnyo pro cura Yni, filii quondam Yohannis Vidondo sibi data

- II florenos parvi ponderis

Recepit a Petro Nycoleti de Macyno pro advoeria filiarum Jaquemeti de Macino sibi data

- I januensem auri

³⁹¹ Saisie.

Anselmo Pession

Recepit a Petro Benedicte pro advoeria liberorum Anthonii Benedicte quondam sibi data - XX solidos monete Auguste

Summa: - XX solidi monete Auguste
- II floreni parvi ponderis

Et: - II januenses auri

Exitus sigilli:

Idem reddit computum quod recepit de exitu sigilli dicte castellanie Quarti per tempus de quo computat mec inde plus habuit ut dicit et suo asserit juramento per dictum tempus - LXII solidos monete Auguste

[LVIII Quarti]

Summa: - LXII solidi monete Auguste

Cheyserie seu excheyte:

Idem reddi computum quod recepit de cheyseriis seu excheytis domino pertinentibus in dicta castellania quando casus evenit per plures homines dicti mandamenti Quarti per modum et formam declaratos in quinto computo precedenti de annis Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tercio et octuagesimo quarto et pluribus aliis computis precedentibus, nec inde plus ultra particulas et quantitates subscriptas recepit per tempus de quo supra computat ut dicit et suo asserit juramento, et primo a Vuilliermo de Preil pro cheyseria pertinenti domino per obitum patris dicti Vuilliermi - XI januenses auri

Et: - X denarios grossos parvi ponderis

Recepit a Peroneta relicta Johannis Bruneti pro cheyseria domino pertinente propter mortem dicti Johannis eius viri quondam

- I januensem auri

Et: - III denarios grossos parvi ponderis

Recepit a Jaquemeto genero Bonifacii de Closo Novo pro cheyseria pertinente domino ob mortem dicti Bonifacii - X libras monete Auguste

Recepit a liberis Johannis Bionat pro cheyseria pertinente domino ob mortem dicti Johannis eorum patris quondam

- XII libras monete Auguste

Recepit a Johanne Chapuys pro cheyseria domino pertinente ob mortem Johannis Colon - IX libras dicte monete

Recepit a Vulliermeto Berluc et sorore Johannis Bionat pro cheyseria domino pertinente ob mortem filii Johannis Bionat

- III florenos parvi ponderis

Recepit a Petro de Crista pro cheyseria domino pertinente ob mortem
Jaquimini Girardi - I januensem auri

Recepit a liberis Berthodi Foreste pro cheyseria domino pertinente
ob mortem dicti Bertodi eorum patris quondam

- LX solidos monete Auguste

Recepit a filio Johannodi de Rins pro cheyseria domino pertinente ob
mortem dicti Johannodi eius patris quondam

- IIII libras monete Auguste

Recepit ab Hugonodo Benedicte pro cheyseria domino pertinente ob
mortem filii Johannis Bruneti - XX solidos monete Auguste

Summa: - XXXIX libre monete Auguste
- IIII floreni, I denarius grossus parvi ponderis

Et: - XIII floreni januenses auri

144 *Placita debita ob mortem domini:*

De placitis debitis in dicta castellania Quarti ob mortem domini nichil computat quia casus non evenit, et de placitis ibidem debitis ob mortem memorie recollende domini nostri quondam Sabaudie comitis, genitoris domini, Rippaillie deffuncti die prima novembris anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, assignatis domino Ybleto domino Montis Joveti ut dicitur in computo precedenti debet computare Johannes Gontereti³⁹² seu eius heredes, qui Johannes dicta placita recepit ut dicitur in eodem.

Placita tenementariorum nobilium:

De placitis debitis ob mortem tenementariorum non computat quia nichil pro eisdem recepit per tempus de quo computat ut dicit. Et si que ibidem dicto tempore evenerint de eisdem computabit Johannes de Gontereto ut supra.

De placito domino debito per mortem filii Dominici Reynerii de Avisio, domicelli quondam, non computat quia nichil pro eodem recepit pro eo quia feudum domini inter tenentes illud est in questione et de ipso pendet lix,³⁹³ ut dicit et dicitur in computo precedenti. Et prout in eo-

³⁹² Dans la marge gauche: *Johannes Gontereti seu eius heredes.*

³⁹³ Lire *lis.*

dem computo precedenti castellano ibidem ante ipsum fuit iniunctum, quam iniunctionem dictus castellanus [**LIX Quarti**] modernus penitus ignorabat quia est novus in dicto officio, iniungitur sibi expresse³⁹⁴ quod dictam questionem breviter terminari procuret et instet quantum poterit, dictumque placitum recuperet sic quod de eodem valeat in suo sequenti computo computare.

De placito debito per Johannem et Henricum, filios quondam Peroneti de Turre de Stipullis, domicellos, non computat quia nondum habere potuit informaciones dicti placiti quia regithie nondum sunt complete, ut dicit et dicitur in computo precedenti, et prout in eodem computo precedenti castellano ibidem ante ipsum fuit iniunctum, quam iniunctionem dictus catellanus modernus ignorabat quia est novus in dicto officio, iniungitur³⁹⁵ sibi quod dictas regithias instet terminari sic quod de dicto placito et aliis ibidem debitis in suo sequenti computo valeat domino plenarie respondere.

Alia placita tenementariorum:

Idem reddit computum quod recepit de placitis ibidem debitis ob mortem tenementariorum, que levantur diversimodo quoniam aliqua sunt taxata seu moderata ad tantum, et pro aliis levatur duplum servicii per tenementarios debiti, et ultra quinta pars pro domina et decima pars pro mistrali, ut in computis precedentibus a personis et ut in particulis inferius declaratis. Videlicet a Vuilliermo, filio quondam Johannodo de Preil de Roysan pro placito per ipsum debito per mortem dicti Johannodi, eius patris quondam,

- XVIII solidos, X denarios, quintam pertem unius denarii monete Auguste

Recepit a liberis Johannis Gomberti junioris pro placito per ipsos domino debito ob mortem dicti Johannis eorum patris quondam

- IX solidos, IIII denarios obolo monete Auguste

Recepit ab heredibus Vulliermi de Chamero pro placito per ipsos domino debito ob mortem dicti Vulliermi

- XLIIII solidos, VIII denarios obolo monete Auguste

Recepit ab heredibus Petri Guilliermete de Avisio pro placito per ipsos domino debito ob mortem dicti Petri quondam

³⁹⁴ Dans la marge gauche : *vide*.

³⁹⁵ Dans la marge gauche : *vide*.

- XXXIX solidos monete Auguste

De placito debito per filium quondam Jaquimini Peronini des Ales pro parte sua placiti consortum ob mortem dicti Jaquimini, non computat quia sua pars nondum est divisa ab aliis, nec potuit adhuc scire partem sibi contingentem ibidem ut dicit, et prout in computo precedenti castellano ibidem ante ipsum fuit iniunctum, quam iniunctionem castellanus modernus ignorabat prout supra, iniungitur sibi expresse³⁹⁶ quod dictam partem instet declarari et placitum proinde debitum recuperet sic quod de ipso in suo sequenti computo valeat sine deffectu quocumque domino computare.

De placitis debitis per Hugonodum Grosserii, Richardum, generum Petri Martineti Grosserii, Clemenciam, filiam quondam Cotini, et Raymondum cerdonem, burgenses Villefranche, non computat quia feuda que tenent sita sunt tam in mandamento Quarti quam in mandamento Breissognie et servicia seu redditus debitos per predictas personas simul solvere consueverunt sic quod ante factas ibidem recogniciones declarare nesciret quantitates placiti debiti per easdem personas, propter quod, prout in computo precedenti castellano ibidem ante ipsum fuit iniunctum, iniungitur dicto castellano moderno³⁹⁷ quod super hoc taliter se informet quod in suo sequenti computo predicta possit declarare et de premissis in eodem sequenti computo computare.

De placitis si et que debentur per dictos Los Aymonocz de Avisio, parrochie Sancti Martini de Corliano prope Augustam, item de placito debito per plures de Jovenczano, mandamenti Aymeville, nichil computat quia declarare nescit utrum quantitates quas debent sint de redditu seu servicio, quoniam si pro servicio debeantur ad solutionem placiti tenentur, alias non, ut dicit et dicitur in computo precedenti. Quapropter, prout in eodem computo precedenti castellano ibidem ante ipsum fuit iniunctum, iterato iniungitur³⁹⁸ **[LX Quarti]** dicto castellano moderno expresse quod de premissis plenarie se informet placitaque debita recuperet sic quod de ipsis in suo sequenti computo valeat computare aut alias sufficiencius respondere.

De placitis debitis ob mortem supradicti domini Henrici, domini de Quarto quondam, et bone memorie illustris principis domini nostri do-

³⁹⁶ Dans la marge gauche : *vide*.

³⁹⁷ Dans la marge gauche : *vide*.

³⁹⁸ Dans la marge gauche : *vide*.

mini Amedei Sabaudie comitis, avi paterni domini, ac recollende memorie domini nostri domini Amedei comitis Sabaudie, genitoris quondam domini, in multis locis et per multas personas, ultra placita de quibus in precedentibus computis computavit, non computat quia quedam ex ipsis personis debent reddictum et servicium simul, et dividi non possunt ante factas recogniciones, et de ceteris non potuit informaciones habere, ut dicit et dicitur in computo precedenti, quibus non obstantibus fit³⁹⁹ eidem castellano similis iniunctio que supra.

145

Summa:

- CXI solidos, XI denarios, quinta pars unius denarii monete Auguste

Donaciones prothocollorum:

De donacionibus prothocollorum nichil computat quia nichil pro eisdem recepit per tempus de quo computat ut dicit et suo asserit juramento.

Excheyte usurariorum:

De exceytis usurariorum nichil computat quia nichil de et pro eisdem recepit per tempus de quo computat ut dicit et suo asserit juramento.

Excheyte hominum domini:

Idem reddit computum quod recepit de bonis Guillermeti Clavanderot, hominis pauperrimi quondam domini, deffuncti sine liberis naturalibus videlicet pro duobus parvis boczonis pravi saporis, pro tanto venditis et nulla alia bona habebat ut dicit, et iniungitur sibi⁴⁰⁰ expresse quod inventarium bonorum dicti quondam Vuillermeti in forma sufficienti, manu notarii publici fidedigni signatum, in suo sequenti computo infalibiliter apportet ut si que alia bona dicti Vuillermeti reperiantur de ipsis valeat in suo sequenti computo sine deffectu quocumque comparere

- X solidos monete Auguste

Recepit de bonis Vuillermeti Gonra sine liberis deffuncti et quos sibi debebat Martinus Marqueti, et fit sibi similis iniunctio⁴⁰¹ que supra

- LXI solidos monete Auguste

³⁹⁹ Dans la marge gauche : *vide*.

⁴⁰⁰ Dans la marge gauche : *vide*.

⁴⁰¹ Dans la marge gauche : *vide*.

Summa: - LXXI solidi monete Auguste

Alie excheite:

De aliis excheitis <nichil> computat quia nichil de et pro eisdem recepit per tempus de quo computat ut dicit et suo asserit juramento.

Inventa:

Idem reddit computum quod recepit a Martino Tarida pro precio trium examinum apium per champerium de Augusta inventorum et per eum dicto castellano notificatorum et inde dicto Martino pro tanto venditorum - II florenos parvi ponderis

Recepit pro precio quinque agnorum, unius caprioli et unius castroni in dicta castellania repertorum post sanctum Martinum et pro tanto venditorum - XL solidos monete Auguste

Summa: - XL solidi monete Auguste

Et: - II floreni parvi ponderis

Legata:

De legatis nichil computat quia nichil de et pro eisdem recepit per tempus de quo computat ut dicit.

Decime nascencium:

De firma seu exitu decime agnorum que levantur in partibus Vallispelline et Dovie die Jovis Sancta, nichil computat quia domina ipsam decimam tradidit domine Pantissalee de Saluciis, relicte domini Henrici domini de Quarto quondam, occasione superius in frumento declarata et ut dicitur in computo precedenti.

De exitu decime que levantur circa Augustam ut supra in frumento et siligine, nichil computat quia nichil pro eodem recepit per tempus de quo computat ut dicit et suo asserit juramento.

146

Decime canabi:

De exitu decimarum Auguste que levantur [LXI Quarti] ut supra in frumento pro canabo qui levatur ibidem, pro quo exitu fuit computatum in secundo computo precedenti de duobus solidis monete Auguste, nichil computat nec de cetero computabitur, quia dicta decima fuit alber-

gata Johanni de Gontereto de Augusta notario, per Hugonem Garnerii alias Rode, castellanum pro tunc ibidem, ad frumentum, siliginem, vinum et pecuniam de servicio seu reddito de quibus supra in suis titullis computat ut supra in frumento.

Donum pro redemptione officii:

Idem reddit computum quod recepit ab hominibus communitatis dicte castellanie Quarti, inclusa Villafrancha, pro dono seu subsidio domino graciose per dictos homines concesso pro redemptione dicti officii spacio septem annorum ad rationem ducentorum viginti florenorum januensium auri, computato quolibet dictorum florenorum pro quindecim denariis grossis turonensibus parvi ponderis, et computat de dicto dono seu subsidio pro termino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quinto, videlicet pro quarto anno sive termino dictorum septem annorum

- II^C XX florenos januenses auri ad XV denarios grossos

Recepit ab eisdem pro eodem et computat pro termino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo sexto, videlicet pro quinto anno et termino dictorum septem annorum

- II^C XX florenos januenses auri ad XV denarios grossos

Recepit ab eisdem pro eodem et computat pro termino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo septimo, videlicet pro sexto anno et termino dictorum septem annorum

- II^C XX florenos januenses auri ad XV denarios grossos

Recepit ab eisdem pro eodem et computat pro termino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo octavo, videlicet pro septimo et ultimo dictorum septem annorum

- II^C XX florenos januenses auri ad XV denarios grossos

Summa dicti doni:

- VIII^C IIII^{XX} floreni januenses auri ad XV denarios grossos

Summa tocius recepte huius computi, incluso dono:

- M VI^C XLV libre, XV solidi, III denarii, tercius, quartus, dimidius quartus unius denarii monete Auguste ad XXVI

- VII libre, VIII solidi, I denarius ob. januensis ad X pro XV

- XVII floreni, II denarii ob. grossi parvi ponderis

- II^C XII floreni, III denarii grossi veteres

Et: - M XIX floreni januenses et dimidius auri
- III^C V franchi auri

Custodia rivi Prepositi:

De quibus libravit dictus castellanus Bartholomeo Tarida, administratori et rectori rivi domini vocati de Preposito, cui dantur sex libre monete Auguste de salario per annum pro labore substento per eum circa regimen, custodiam et administracionem dicti rivi domini vocati de Preposito, ut in computo precedenti, et solvit sibi pro anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, per litteram publicam dicti Bartholomei de testimonio premissorum confessioneque et recepta subscripte quantitatis, datam die vicesima secunda mensis septembris anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo nono, continentem plures alias confessiones de pluribus libratis per dictum castellanum manu dicti Bartholomei factis prout inferius continetur, quam reddit manu Johannis Casei notarii scriptam et signatam - VI libras monete Auguste

Libravit eidem Bartholomeo pro eodem, et solvit sibi pro quatuor annis videlicet millesimo tercentesimo nonagesimo quinto, millesimo tercentesimo nonagesimo sexto, millesimo tercentesimo nonagesimo septimo et millesimo tercentesimo nonagesimo octavo, videlicet pro quolibet dictorum quatuor annorum sex libras monete, per litteram dicti Bartholomei de confessione et recepta, supra proxime reddictam et plenius designatam - XXIII libras monete Auguste

Libravit Bonifacio Champapon de Roysan, custodi rivi domini vocati de Preposito, a loco principii dicti rivi vocato de la Morina usque ad locum [LXII Quarti] vocatum de Vallesuana, subtus Royssan, quasi per unam leucam, capienti pro custodia dicti rivi sexaginta solidos monete Auguste per annum, ultra siliginem, vinum et seraceum sibi supra pro eodem in suis titullis alloquatos, et solvit sibi pro anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, per litteram publicam dicti Bonifacii de testimonio premissorum, confessioneque et recepta, datam die vicesima prima mensis septembris, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo nono, manu Johannis Casei notarii publici signatam, superius in librata siliginis reddictam et plenius designatam, continentem eciam confessionem de recepta duodecim librarum monete Auguste in librata proxime sequenti descriptarum - LX solidos monete Auguste

Libravit eidem Bonifacio pro eodem et solvit sibi pro quatuor annis videlicet millesimo tercentesimo nonagesimo quinto, millesimo tercen-

tesimo nonagesimo sexto, millesimo tercentesimo nonagesimo septimo et millesimo tercentesimo nonagesimo octavo, videlicet pro quolibet dictorum quatuor annorum sexaginta solidos monete Auguste, per litteram publicam dicti Bonifacii de testimonio premissorum, confessioneque et recepta, supra proxime reddictam et plenius designatam

- XII libras monete Auguste

Opera dicti rivi:

Libravit in operibus et reparacione dicti rivi de Preposito prout infra, manu videlicet Bartholomei Tarida, administratoris eiusdem, Johanni Charnin pro tachia sibi data per Anthonietum de Solerio, castellanum ibidem ante ipsum pro tanto scindendi unum milliarium billionorum de brenva scisorum in valle Oyacie ut dicitur in computo precedenti, ad opus coperture dicti rivi, in quo computo precedenti nichil fuit pro dicta tachia dicto Anthonieto allocatum quia dicti billioni non erant in reparacione dicti rivi implicati, ultra siliginem, seraceum et vinum sibi per dictum Anthonietum libratos et solutos

- XII libras monete Auguste

Libravit salario dicti Johannis Charnin et eius sociorum ducentorum et quinquaginta duorum dierum quibus vacaverunt in conducendo et chaciando dictos billionos per aquam Bautegii a loco cisionis eorundem usque subtus dictum rivum, capiente quolibet dictorum hominum per diem, ultra expensas, duos solidos monete Auguste, ut in computis precedentibus, ut per notam instrumenti dicti Johannis de testimonio premissorum confessioneque et recepta, datam die nona mensis augusti, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo nono, superius in librata siliginis reddictam et plenius designatam, manu Johannis Martini de Allianis notarii signatam, continentem confessionem de recepta ducentum librarum monete Auguste, in librata proxime precedenti descriptam

- XXV libras, IIII solidos monete Auguste

Libravit manu dicti Bartholomei Tarida in empcione et pro precio unius grosse corde longitudinis triginta quinque teyssiarum, empte a Jacquemeto Papet cordario, pro descendendo et ligando in ipsa corda homines conducentes ipso anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto post festum beati Michaelis dictos billionos per certa et plura loca rochaciorum usque in aquam Bautegii et in ipsos homines ligatos trahendo insuper, ut per litteram publicam dicti Bartholomei de testimonio premissorum, confessioneque et recepta, datam die vicesima secunda mensis septembris anno Domini millesimo tercentesimo nona-

gesimo nono, continentem plures alias confessiones proxime subsriptas, superius in prima librata reddictam, manu Johannis Casei notarii signatam
- VI libras monete Auguste

Libravit in empcione et pro precio novem grapparum ferri emptarum a fabro de Valle Pellina et pro illis sepe refficiendis, ad opus conducendi dictos billionos per aquam predictam, ut per litteram publicam dicti Bartholomei superius designatam
- XXXIX solidos monete Auguste

[LXIII Quart] Libravit manu dicti Bartholomei Johannis Charnin et Petro Bestein pro tachia sibi data scindendi duo milliaria billionorum de brenva in valle Oyacie pro tanto, ultra siliginem, vinum et seraceum sibi superius in suis titullis propter hoc alloquatos, scisorum pro copertura dicti rivi necessario reparanda et manutenenda in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo sexto, ultra aliud milliare billionorum de quo superius fit mencio ut supra il librata siliginis, per litteram publicam dictorum Johannis et Petri de testimonio premissorum, confessioneque et recepta, datam die nona mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo nono, ibidem in siligine reddictam et plenius designatam
- XXIII libras monete Auguste

Libravit salario tercentum triginta septem hominum quasi per unam diem vacancium in conducendo et chaciando dicta duo milliaria billionorum per aquam Bautegee a loco cisionis eorundem usque subtus dictum rivum, capiente quolibet dictorum hominum per diem ultra expensas tres solidos monete Auguste ut supra, ut per notam instrumenti dictorum Johannis et Petri de testimonio premissorum, confessioneque et recepta, superius reddictam et plenius designatam

- L libras, XI solidos monete Auguste

148 Libravit manu dicti Bartholomei Tarida in et pro precio unius grosse corde, ponderantis centum quinquaginta librarum, et duo marz parve corde, emptarum a Jaquemeto Papet corderio pro descendendo per montes et rupes homines conducentes ipso anno post festum beati Michaelis dicta duo milliaria billionorum per plura et certa loca rochaciorum diversa usque in aquam Bautegee, ut per litteram publicam dicti Bartholomei Tarida de testimonio premissorum confessioneque et recepta, superius pro empcione alterius corde reddictam et plenius designatam

- VIII libras, VII solidos monete Auguste

Libravit manu qua supra in empcione sex graparum ferri emptarum a fabro de Valle Pellina et pro ipsas pluries refficiendo, ad opus dictos bil-

lionos conducendi per aquam predictam, ut per litteram publicam supra proxime reddictam et plenius designatam

- XXXVIII solidos monete Auguste

Libravit manu qua supra in empzione duorum sestariorum calcis emptorum et implicatorum in reparacione magni arvod dicti rivi, ut per litteram dicti Bartholomei superius designatam et reddictam

- XII solidos monete Auguste

Pensiones ordinarie:

Libravit domino Jacobo Brunodi de la Suera, capellano prebendario altaris Sancte Marie prioratus Sancti Ursi Auguste, percipienti racione dicti altaris, singulis annis, quinque sestaria, eminam siliginis, unum obolum servicii et unum denarium de placito quando contingit, pro et super quadam pecia prati superius in librata siliginis confinata, movente de feudo dicti altaris, ut per instrumentum publicum albergamenti facti Alexandro de Stabullo ut supra in librata siliginis, et in computo precedenti, et solvit sibi pro termino festi beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio, ut per litteram dicti domini Jacobi de confessione et recepta, superius in librata siliginis reddictam

- I obolum monete Auguste

Libravit eidem domino Jacobo pro eodem et solvit pro quinque annis sive terminis festorum beati Michaelis annorum Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, millesimo tercentesimo nonagesimo quinto, millesimo tercentesimo nonagesimo sexto, millesimo tercentesimo nonagesimo septimo et millesimo tercentesimo nonagesimo octavo, videlicet pro quolibet dictorum quinque annorum unum obolum monete Auguste

- II denarios obolo monete Auguste

Libravit domino Berthodo de Nuns, priori Sancti Ursi augustensi, in quibus dominus eidem domino priori tam de servicio quam elemosina per annum tenetur, ultra caponem et siliginem superius in suis titullis alloquatos et quos dictus dominus de Quarto quondam eidem priori annuatim debebat pro feudo quod ab ecclesia Sancti Ursi tenebat, ut in instrumento recognicionis dicti domini Henrici, domini de Quarto quondam, in libratibus siliginis octavi computi precedentis de verbo ad verbum copiato, et solvit eidem domino priori pro anno Domini [LXIII Quarti] millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, per litteram publicam dicti domini prioris de confessione et recepta, superius in librata siliginis reddictam et plenius designatam

- XVII solidos, I denarium monete Auguste

Libravit eidem pro eodem et solvit sibi pro quatuor annis videlicet millesimo tercentesimo nonagesimo quinto, millesimo tercentesimo nonagesimo sexto, millesimo tercentesimo nonagesimo septimo et millesimo tercentesimo nonagesimo octavo, videlicet pro quolibet dictorum quatuor annorum XVII solidos, I denarium monete Auguste

- LXVIII solidos, III denarios monete Auguste

- 149** Libravit sacriste seu priori dicte ecclesie Sancti Ursi Auguste, quibus dominus Henricus, dominus de Quarto quondam, in eius ultima voluntate dedit et legavit sexaginta unum solidos monete Auguste per annum, ut in computis precedentibus, pro missarum vigiliarumque et aliarum orationum et anniversariorum sollempnitatibus et celebrationibus in eadem ecclesia annis perpetuis et singulis, pro salute animarum dicti domini de Quarto quondam et ipsius antecessorum die sui obitus, per religiosos sacerdotes seu canonicos predictae ecclesie celebrandarum et dicendarum, per dominam et dominum sibi confirmatos et assignatos perpetuo habendos et percipiendos annis singulis in futurum in, de et supra centum solidis annualibus domino debitis per conventum et domum dicte ecclesie Sancti Ursi de annuo censu pro aquis et aquarum decursibus quos dicta ecclesia et eius conventus a domino tenent in feudum, per litteram domine et domini de confirmatione predicta, cum mandato solvendi pro salute animarum dicti domini de Quarto quondam et antecessorum suorum dicte ecclesie et sacriste qui nunc est et pro tempore fuerit, et habita copia dicte littere domine et domini cum littera dicti domini prioris seu sacriste de recepta in prima solutione et in singulis aliis solutionibus dumtaxat littera de recepta sine contradicione qualibet allquandi, cuius tenor in quarto computo precedenti de verbo ad verbum est insertus, et solvit sibi pro anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, per litteram publicam dicti domini prioris de confessione et recepta subscriptae quantitatis, datam die sexdecima mensis julii, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo septimo, superius in librata siliginis reddictam et plenius designatam - LXI solidos monete Auguste

Libravit eidem sacriste seu priori dicte ecclesie Sancti Ursi pro eodem, et solvit sibi pro quatuor annis videlicet millesimo tercentesimo nonagesimo quinto, millesimo tercentesimo nonagesimo sexto, millesimo tercentesimo nonagesimo septimo et millesimo tercentesimo nonagesimo octavo, videlicet pro quolibet dictorum quatuor annorum sexaginta unum solidos monete Auguste, per litteram publicam dicti

domini prioris de confessione et recepta, datam die decima septima mensis septembris anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo nono, qual reddit manu Johannis Casei notarii scriptam et signatam

- XII libras, IIII solidos monete Auguste

Libravit domino Michaeli de Alberio, canonico et distributori ecclesie Beate Marie de Augusta, quos supradictus dominus Henricus, dominus de Quarto quondam, eidem ecclesie debebat tam de servicio quam helemosina per annum, ultra vinum et caponem propter hoc supra in suis titullis alloquatos, pro feudo quod ab eadem ecclesia tenebat, vocato de Establo, ut in quodam instrumento compositionis facte inter capitulum dicte ecclesie et dictum dominum de Quarto quondam in libratis siliginis octavi computi precedentis de verbo ad verbum [**LXV Quarti**] copiato, saltim clausulle ad hoc facientes. Et solvit eidem pro termino festi beati Stephani prothomartiris crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo sexto et pro anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quinto nichil allocatur quia nullam apportavit litteram de recepta dicti distributoris,⁴⁰² per litteram publicam dicti domini Michaelis de confessione et recepta, datam die octava mensis septembris, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo nono, superius in librata caponum reddictam et manu Johannis Casei notarii signatam

- XIX solidos monete Auguste

Libravit dicto domino Michaeli, canonico et distributori dicte ecclesie pro eodem et eadem causa, et solvit sibi pro termino festi beati Stephani prothomartiris crastini festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo septimo per litteram dicti domini Michaelis supra proxime designatam

- XIX solidos monete Auguste

Libravit domino Johanni Martini de Campo Laurenzadio, canonico et distributori ecclesie supradicte pro eodem et eadem causa, et solvit sibi pro termino festi beati Stephani prothomartiris crastini festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo octavo, per litteram publicam dicti domini Johannis de confessione et recepta, scriptam cum alia supra proxime designata in eadem cedulla papirea, et pro eodem termino beati Stephani crastini festi Nati-

⁴⁰² La phrase *et pro anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quinto nichil allocatur quia nullam apportavit litteram de recepta dicti distributoris* est ajoutée dans la marge droite avec un signe de renvoi.

vitatis Domini quo inceperunt currere anni eiusdem Domini millesimo tercentesimo nonagesimo nono, nichil allocatur eidem quoniam nullam reddit litteram de confessione et recepta - XIX solidos monete Auguste

Libravit Petro, filio Jaquimini de Alex de Effra quondam, in quo dictus dominus Henricus, dominus de Quarto quondam, eidem Jaquimino tenebatur de censu per annum pro quadam pecia prati sita in pratis domini apud Oloex⁴⁰³ que movetur de feudo dicti Jaquimini quondam, sub annua pensione novem eminalium siliginis de quibus superius in libratis siliginis fit mencio, et unius denarii servicii, solvendorum annis singulis in festo beati Michaelis, ut in quodam instrumento vendicionis inde facte in computo precedenti plenius designato in quo nichil fuit pro anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio nec eciam nonagesimo secundo ut dicitur in eodem alloquatum, deffectu littere confessionis et recepte dicti Petri, et solvit sibi pro termino festi beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, per litteram dicti Petri de confessione et recepta superius in librata siliginis reddictam - I denarium monete Auguste

150 Libravit eidem pro eodem et solvit sibi pro quatuor annis et terminis festorum beati Michaelis annorum Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quinto, millesimo tercentesimo nonagesimo sexto, millesimo tercentesimo nonagesimo septimo et millesimo tercentesimo nonagesimo octavo, videlicet pro quolibet dictorum quatuor annorum unum denarium monete Auguste, et per litteras superius in librata siliginis reddictas - IIII denarios monete Auguste

Libravit Johannodo, nepoti et heredi Petri Vuillermete de Avisio, parrochie Quarti quondam, in quibus dictus dominus de Quarto quondam tenebatur annuatim dicto Petro pro quadam pecia prati sita in pratis domini apud apud⁴⁰⁴ Olees, ut in quodam publico instrumento, recepto per Johannem Gontereti notarium, sub anno Domini millesimo tercentesimo sexagesimo nono, indicione septima, die decima quarta mensis januarii, in libratis siliginis octavi computi precedentis de verbo ad verbum copiato, et solvit sibi pro termino festi beati Michaelis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto per litteram publicam dicti Johannodi de confessione et recepta superius in librata siliginis reddictam et plenius [LXVI Quarti] designatam, et pro eodem termino anni

⁴⁰³ Lire *Olees*.

⁴⁰⁴ Répété.

Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio nichil fuit in computo precedenti nec etiam pro anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo ut dicitur in eodem deffectu littere confessionis et recepte alloquatum - III denarios monete Auguste

Libravit eidem pro eodem et solvit sibi pro quatuor annis et terminis festorum beati Michaelis annorum Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quinto, millesimo tercentesimo nonagesimo sexto, millesimo tercentesimo nonagesimo septimo et millesimo tercentesimo nonagesimo octavo, per litteras dicti Johannodi de confessione et recepta superius in librata siliginis reddictas - XII denarios monete Auguste

Prandia:

Libravit personis in octavo computo precedenti speciffice et particulariter nominatis pro prandiis datis et debitis eisdem singulis annis in crastinum Nativitatis Domini, dum solvunt servicia debita per easdem, ut in computo precedenti, que prandia sunt numero quinque, que valent computato quolibet quatuor priorum prandiorum sex denariis et ultimo tribus denariis more solito, ut in computo precedenti, et allocantur eidem pro termino festi beati Stephani yemalis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quinto - II solidos, III denarios monete Auguste

Libravit eisdem pro eodem et eadem causa, et allocantur sibi pro quatuor annis seu terminis festorum beati Stephani yemalis annorum Domini millesimo tercentesimo nonagesimo sexto, millesimo tercentesimo nonagesimo septimo, millesimo tercentesimo nonagesimo octavo, et millesimo tercentesimo nonagesimo nono, videlicet pro quolibet dictorum quatuor annorum duo solidos, tres denarios monete Auguste

- IX solidos monete Auguste

Libravit personis in nono computo precedenti particulariter nominatis et descriptis debentibus de royo per annum quinque modia, undecim sestaria, eminam, tres quarteronos et tercium unius quarteroni vini ad parvam mensuram, quibus quando dictum vinum solvunt dari debet unus denarius pro quolibet sestario vini, ut in computo precedenti, et allocatur eidem pro termino vindemiarum anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto

- V solidos, XI denarios obolo monete Auguste

Libravit eisdem pro eodem et eadem causa, et allocatur sibi pro quatuor annis sive terminis vindemiarum annorum Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quinto, millesimo tercentesimo nonagesimo sex-

to, millesimo tercentesimo nonagesimo septimo et millesimo tercentesimo nonagesimo octavo, videlicet pro quolibet dictorum quatuor annorum V solidos, IX denarios obolo monete Auguste

- XXIII solidos, X denarios monete Auguste

Libravit domino Georgio de Bersatoribus, mistrali reffectorii capituli Auguste, pro uno prandio seu reffectorio simplici per dominum Henricum, dominum de Quarto quondam, debito et fiendo capitullo ecclesie predictae singulis annis, pro feudo quod ab eadem ecclesia et capitulo tenebat, ut in computo precedenti et solvit sibi pro anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, per litteram publicam dicti domini Georgii de testimonio premissorum, confessioneque et recepta, datam die vicesima mensis januarii, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo sexto, quam reddit manu Juliani Paparella notarii scriptam et signatam

- C solidos monete Auguste

Libavit eidem pro eodem et solvit sibi pro anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quinto, per litteram publicam dicti domini Georgii ut supra reddictam et designatam

- C solidos monete Auguste

Libravit domino Petro Chiriaci, canonico Auguste vicemistrali reffectorii dicti capituli pro eodem et eadem causa et solvit sibi pro duobus annis millesimo tercentesimo nonagesimo sexto et nonagesimo septimo, per litteram publicam dicti domini Petri de confessione et recepta, datam die tertia mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo septimo, quam reddit manu Johannis Casei notarii scriptam et signatam

- X libras monete Auguste

- 151** Libravit predicto domino Georgio, mistrali dicti capituli **[LXVII Quarti]** manu domini Lioneti, capellani dicte ecclesie, procuratoris dicti domini Georgii pro eodem et eadem causa, et solvit sibi pro anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo octavo, per litteram publicam dicti procuratoris de confessione et recepta decem librarum monete Auguste, pro annis Domini millesimo tercentesimo nonagesimo octavo et nonagesimo nono, pro quo anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo nono nichil alloquatur eidem quia non cadit in tempore de quo supra computat, datam die vicesima tertia mensis octobris anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo nono predicto, quam reddit manu Johannis Casei notarii scriptam et signatam - C solidos monete Auguste

Opera castri:

Libravit Dominico de Vyelly Morta, carpentatori, pro suis salario et expensis unius diei quo vacavit in anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo septimo in dicto castro Quarti ad perforandum certos bornellos pro aqua in dictum castrum conducendo, capiente pro dicta die more solito ut in computo de anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio et pluribus aliis computis precedentibus sex solidos monete,⁴⁰⁵ ut per litteram publicam dicti Dominici de testimonio premissorum ac confessione et recepta, datam die decima nona mensis octobris anno predicto, quam reddit manu Johannis Casei notarii publici signatam
- VI solidos monete Auguste

Libravit Hugonino Grillion de Quarto, carpentatori, pro suo salario et expensis unius diei quo vacavit in faciendo de novo hostium colomberie existentis supra aulam seu carcerem dicti castri, incluso precio duorum postium de peci emptorum pro dicto hostio fiendo, ut per litteram publicam dicti Hugonini de testimonio premissorum confessioneque et recepta subscripte quantitatis, datam die duodecima mensis maii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo nono, quam reddit manu Johannis Casei notarii scriptam et signatam, continentem confessionem de recepta subscripte proxime quantitatis

- X solidos monete Auguste

Libravit in empzione trium milliariorum tavallianorum emptorum pro reparacione tectorum dicti castri, quolibet milliario uno floreno parvi ponderis, ut per litteram publicam supra proxime reddictam

- III florenos parvi ponderis

Libravit in empzione sex milliariorum clavinorum pro eodem emptorum, quolibet milliario novem solidos monete Auguste ut per litteram supra proxime reddictam

- LIII solidos monete Auguste

Libravit dicto Hugonino pro suis salario et expensas viginti sex dierum quibus vacavit ad implicandum dictum cindillum et clavinum in reparacione tectorum predictorum, capiente per diem sex solidos monete more solito sicut supra, ut per litteram publicam supra reddictam

- VII libras, XVI solidos monete Auguste

Libravit eidem Hugonino pro suis salario et espensis unius diei quo vacavit in refficiendo solanum turre dicti castri per litteram predictam

⁴⁰⁵ La phrase *capiente pro dicta die more solito ut in computo de anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio et pluribus aliis computis precedentibus sex solidos monete* est ajoutée dans la marge droite avec un signe de renvoi.

- VI solidos monete Auguste

Libravit in empicione duodecim virarum ferri emptarum per dictum castellanum et implicatarum per dictum Hugoninum in reparacione bornellorum dicti castri in pluribus locis necessariis, ut per litteram supra proxime reddictam

- XXXVI solidos monete Auguste

Capella domini:

Libravit dompno Bartholomeo Roman de Secusia, capellano celebranti et celebrare debenti tres missas in capella domini Ville Franche et alias tres missas in capella domini castri de Quarto, singulis ebdomadis ad honorem Dei, beate gloriose Virginis Marie, beatorumque Anthonii et Nycolay, sanctorum suorum, pretextu quorum percipit et percipere debet singulis annis viginti quinque libras cursibilis monete Auguste, ex ordinacione domini et per eius litteram de mandato solvendi et allocandi, datam Rippaillie die vicesima augusti, anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo, copiatam de verbo ad verbum in nono computo precedenti, et solvit sibi pro uno anno finito die vicesima mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quinto, per litteram publicam dicti domini Bartholomei de confessione et recepta, datam die vicesima quinta mensis junii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo septimo, quam reddit manu Johannis [LXVIII **Quarti**] Casei notarii scriptam et signatam

- XXV libras monete Auguste

Libravit domino Eballo, presbitero curato Quarti, celebrare debenti tres missas in qualibet capellarum domini predictarum in qualibet hebdomada prout supra pro dicto dompno Bartholomeo Romani prout supra plenius continetur, et solvit sibi pro tribus annis scilicet millesimo tercentesimo nonagesimo sexto, millesimo tercentesimo nonagesimo septimo et millesimo tercentesimo nonagesimo octavo, finitis die vicesima mensis augusti dicto anno millesimo tercentesimo nonagesimo octavo, pro quolibet dictorum trium annorum viginti quinque libras monete Auguste, ut per litteram publicam dicti domini Eballi de confessione et recepta subscripte quantitatis, datam die vicesima nona mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo nono, quam reddit manu Nycoleti Gerbilliodi notarii publici signatam

- LXXV libras monete Auguste

152 Deducuntur eidem de summa sexaginta solidorum annui census et unius denarii monete Auguste servicii et duorum denariorum tocius pla-

citi quando acciderit, sine plus capere, prius debitorum anno quolibet per Jacobum Columbe, Petrum Penthecostes, Vulliermum de Cella, Remigium de Ravoyria, Petrum de Blanchiflour, Vulliermetum de Mallo, Andream Sponso, Vulliermetum Cognyent, Gaspardum de Crestella, Vullierminum de Bressognia, Johannem de Balma, pro se et fratribus suis, Petrum Martine, Johannem Imperatricis, Roncigniodum Bartholomei de Perrola, pro hospicio filii sui de Pra, Hugonetum de Thieband, dominum Reynardum, capellanum ad eius vitam, et alios homines de Quarto qui ad infrascripta voluerunt usagiare pro emphiteosi et albergamento perpetuis sibi facto per egregium virum dominum Henricum, dominum de Quarto quondam, de omnibus et singulis broliis suis, sitis subtus Quartum, cum arboribus, spinis, borziis ibidem nunc et in futurum existentibus, cum suis confinibus et aliis multis pactis et conventionibus, quibus inter cetera canetur, quod casu quo ipsa brolia, in toto vel in parte, et⁴⁰⁶ diluvio Durie vastarentur, quod in eo casu ipsi acquiretores pro rata dampni tantum minus faciant ipsi domino de dicto usagio, taxatione proborum communiter eligendorum et ulterius recuperari non possint prout predicta et alia quam plurima laciis describuntur in instrumento dicti algergamenti, recepto per Aymonem Palmerii de Balma, notarium, sub anno Domini millesimo tercentesimo sexagesimo, die veneris post Pascha, et deducuntur eidem de mandato genitoris quondam domini ad humilem supplicacionem sibi pro parte dictorum hominum de Quarto factam, actenta comissione super premissis per dominum castellano Quarti facta et relazione Johannis Pullie, Johannis de Furno, Aymonodi Pansodi, Petri Verney, pretextu dicte commissionis in manibus dicti pro tunc castellani Quarti, suis corporalibus juramentis dicencium et testifficancium quod a tempore dicte infeudacionis facte per quondam dominum de Quarto de broliis de Quarto citra ipsa brolia propter diluvium peioraverunt de duabus partibus, quibus informacionibus per dictum quondam dominum nostrum comitem et eius consilium receptis diligenter et examinatis, idem genitor domini quondam dictis hominibus de Quarto supplicantibus, medietatem tocuis annualis cense que per dictos supplicantes dari debebat ante dirrumpcionem brolie supradicte pro se et suis, diminuit et admovit taliter quod ab ipsis, vel altero ipsorum, pro dicta brolia [**LXIX Quarti**] non exigatur abinde nisi medietas cense annualis alias dari consuete, per litteram dicti quondam genitoris domini

⁴⁰⁶ Lire ex.

de diminucione predicta, cum mandato dictam medietatem dumtaxat exigendi et reliquam medietatem deducendi, datam Auguste die vicesima mensis octobris, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo, cuius tenor in tercio computo precedenti de anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo de verbo ad verbum est insertus. Et deducuntur sibi pretextu dictarum litterarum domini pro termino festi beati Stephani prothomartiris, crastino festi Nativitatis Domini quo inceperunt currere anni Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quinto, pro quo termino in presenti computo ad plenum computat more solito in recepta
- XXX solidos monete Auguste

Deducuntur eidem pro eodem pro quatuor annis et terminis festorum beati Stephani prothomartiris crastini festorum Nativitatis Domini quibus inceperunt currere anni eiusdem Domini millesimo tercentesimo nonagesimo sexto, millesimo tercentesimo nonagesimo septimo, millesimo tercentesimo nonagesimo octavo et millesimo tercentesimo nonagesimo nono, pro quolibet dictorum quatuor annorum triginta solidos monete Auguste, pro quibus terminis superius computat more solito in recepta
- VI libras monete Auguste

Pensio magistri Bosonis pictoris:

Libravit magistro Bosoni de Grangiis, parrochie Sancti Marcelli dyocesis Auguste, quem domina et dominus genitor quondam domini, ac tentis sufficiencia, industria et discrecione eiusdem magistri Bosonis, sperantes indubie temporibus futuris domine et domino per eundem magistrum Bosonem de artificio suo sufficienter et fideliter serviri, in suum pictorem, familiarem et continuum commensalem elegerunt sibi et retinuerunt, cum uno famullo quem duxerit eligendum ita quod ab inde in antea aliorum servictorum domine et domini consorcio aggregetur, et privilegiis et immunitatibus ipsorum utatur et servatur, sub annua pensione quinquaginta florenorum auri parvi ponderis per dominam et dominum eidem concessorum singulis annis, percipiendorum quamdiu vixerit in humanis de et super preysiis et exitibus preyssiarum castellanie Quarti, anno quolibet, in festo beati Andree apostoli, ut idem Boso serviciis domine et domini artificio pictoris et eius scencie incumbentibus fervencius animetur. Ut per litteram domine et domini de testimonio premissorum, cum mandato dictam pensionem annis singulis termino predicto solvendi, et habita in prima solucione cum copia dicte littere ab eodem Bosone littera de recepta, et in singulis sequentibus solucionibus

littera dumtaxat de recepta sine contradicione qualibet allocandi, datam Rippallie, die vigesima octava mensis maii, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo, cuius tenor in quarto computo precedenti de anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono et nonagesimo, est insertus. Et solvit sibi dictam pensionem pro termino festi beati Andree apostoli anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, per litteram publicam dicti magistri Bosonis de confessione et recepta subscripte quantitatis, datam Auguste, die decima quinta mensis januarii, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo sexto, quam reddit manu Johannis Gontereti de Augusta notarii scriptam et signatam

- L florenos auri parvi ponderis

Libravit eidem pro eodem et solvit sibi pro termino festi beati Andree apostoli anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quinto, per litteram publicam dicti magistri Bosonis de confessione et recepta subscripte quantitatis, datam die decima quinta mensis januarii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo septimo, quam reddit manu Johannis Casei junioris notarii scriptam et signatam

- L florenos parvi ponderis

153

Donacio facta Anthonio Palmerii:

Libravit Margarite, filie quondam et heredi Anthonii Palmerii de Balma, cui Anthonio domina et dominus noster quondam Sabaudie comes eius genitus, ad humilem supplicacionem prenominati Anthonii donaverunt de gracia speciali et concesserunt quindecim florenos auri parvi ponderis quolibet anno durantibus proximis decem annis, actento quod idem Anthonius tenet a domino in emphiteusim et feudum quam plures [LXX Quartii] possessiones que fuerunt domini de Quarto quondam, pro quibus debet domino sexaginta unum franchos auri, duodecim solidos monete Auguste et quinque modia, octo sestaria vini de censu per annum, de quibus idem castellanus superius computat in recepta, ex quibus tam racione solucionis dicti census annui quam culture dictarum rerum, idem Anthonius prout supplicando asseruit multipliciter gravatur, audita eciam relacione et informacione Guilliermi Cutellerii et Jaquimini Clavanderii ex commissione per dominum sibi facta, in presencia dominorum Episcopi Mauriane, capitanei Pedemoncium, Johannis de Conflens et Johannis de Corgerone, consiliariorum domini, refferencium recepta informacione plena super supplicatis et dicencium in verbo veritatis, quod tempore quo res tradite fuerunt dicto Anthonio, de eo quod

datus fuit franchus non poterat reperiri nisi florenus parvi ponderis, quia tunc res deteriorate fuerunt in manibus castellani quia ipsas non coluit sicut ipsas colebat dominus de Quarto quondam, et solvit eidem pro quarto, quinto, sexto, septimo et octavo dictorum decem annorum, per litteram supradictorum domine et domini de mandato solvendi, et habita in prima solucione cum copia dicte littere a dicto Anthonio littera de recepta in singulis computis dicte castellanie sine contradicione qualibet allocandi, datam Auguste die vicesima secunda mensis julii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, cuius littere tenor in tercio computo precedenti de anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo est insertus, et per litteram publicam Johannis Casei notarii, mariti dicte Margarite de confessione et recepta subscripte quantitatis per ipsum nominibus suo et coniunctorio nomine dicte eius uxoris facta, datam die decima septima mensis septembris anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo nono, quam reddit manu Johannis Martini de Allianis notarii publici scriptam et signatam

- LXXV florenos parvi ponderis

Complementum solucionis debiti remanencie ultimi computi Hugonis Garnerii olim castellani Quarti:

Libravit Hugoni Garnerii alias Rode, de Chamberiaco, domicello olim castellano dicti loci Quarti, pro complemento solucionis quingentorum triginta unius florenorum auri parvi ponderis, septem denariorum et trium parcium unius denarii grossi turonensis, in quibus eidem Hugoni tenebatur pro remanencia sui ultimi computi dicte castellanie Quarti, finiti die undecima exclusive mensis maii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo et de quibus dictus Hugo habebat litteram domini de debito cum promissione solvendi, datam Chamberiaci die secunda mensis aprilis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio, quam quidem remanenciam Anthonietus de Sollerio, castellanum ibidem ante dictum castellanum modernum, solvere respondit dicto Hugoni Garnerii vel suis aut eius certo nuncio, anno quolibet a data instrumenti obligacionis inferius designati in antea, ad rationem ducentorum florenorum per annum in ultimo tamen anno et ultimo termino solvendo dumtaxat minorem quantitatem si minor tunc sit et minor debeatur de dicta remanencia quam sint ducenti floreni usque ad plenam solucionem et integram satisfacionem totalis remanencie. Casu videlicet et non alias quo dictus Anthonietus teneret et non dimicteret officum supradictum

prout predicta laciis continentur cum pluribus aliis in computo precedenti et in instrumento dicte obligacionis ibidem designato, recepto per Johannem Eyrnardi quondam notarium sub anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, die vicesima mensis januarii, et solvit sibi quantitatem infrascriptam pro complemento solucionis dicte tocius remanencie quam dictus Anthonietus solvere non potuit iuxta mandata domini et obligaciones in computo precedenti designatas, quia de dicto officio fuit remotus de mandato domini capitanei Pedemoncium in constitutione dicti officii facto, et de reliquis quatercentum **[LXXI Quarti]** florenis fuit sibi satisfactum per dictum Anthonietum ut in computo precedenti et ut in dorso littere remanencie dicti Hugonis Garnerii, date Chamberiaci die secunda mensis aprilis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tercio, quam reddit in cuius dorso scripta est confessio de recepta dicti Hugonis Garnerii, data die nona mensis decembris anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo nono manu Johannis Casei notarii signata, et alloquatur sibi quantitas infrascripta de mandato Anthonii Fabri, Petri Magnini et Anthonii Domengii, magistrorum et auditorum computorum domini, facto die XIX mensis marcii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo⁴⁰⁷

- CXXXI florenos, VII denarios, III quartos grossos parvi ponderis

154

Exoneracio stipendi Bonifacii de Valle, Bertelli Gamberini et Jacomini de Porta:

Libravit pro domino de mandato domini Ybleti domini Chalandi et Montisjoveti, capitanei generalis ultra montes pro domino, per litteram de mandato et nomine domini directam castellani Secusie, Avillanie, Lancei, Ciriaci, Casellarum, Rippayrolii et Montis alti, atque tocius bailivatus Vallis Auguste, de mandato sibi et cuilibet eorum facto omnes preysias et victualia domini locorum et castrorum predictorum de annis Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto et nonagesimo quinto, dicto domino Ybleto tradendi, deliberandi et expediendi habendas recipiendi et exigendi per eum vel deputandi ab eodem vendendi seu vendi faciendi⁴⁰⁸ dicta victualia prout melius fieri poterit et utilitati domini videbitur convenire, fortaliis et castris domini locorum predictorum

⁴⁰⁷ Les mots en italique sont ajoutés dans la marge droite avec un signe de renvoi.

⁴⁰⁸ Les mots *seu vendi faciendi* sont ajoutés dans la marge droite avec un signe de renvoi.

de dictis victualibus domini garnitis remanentibus prout decet ex assignacione dicto domino Ybleto per dominum facta super ipsis pro expensis et omnibus variis per eum athenus sustentis occasione offensionum et invasionum domino et eius subdictis ultra montes factarum per eiusdem domini rebelles dominos de Maxino, et de quibus preysiiis et victualibus⁴⁰⁹ dictus dominus Ybletus domino tenetur computare et habita per ipsos officarios et eorum quemlibet ab eodem domino capitaneo, cum copia littere domini supradicta, littera de confessione et recepta per magistros et receptores computorum domini sine difficultate qualibet allocandi, datam Chamberiaci die undecima mensis aprilis, anno predicto millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, cuius copiam reddit, et per litteram dicti domini Ybleti infra proxime plenius designatam, videlicet nobilibus viris Bonifacio de Valle et Bertello Gamberini de Alexandria, sociis capitanei et stipendiariis prefati domini nostri Sabaudie comitis, mille florenos boni auri ducatos et januenses, computato quolibet floreno viginti uno pichono seu ambrosio, item et nobili viro Jacomino de Porta ex comitibus Castri Montis, eciam stipendiario dicti domini nostri comitis, centum viginti quinque florenos auri ducatos, qui dictis stipendiariis debebantur pro suis stipendiis temporis quo dicto domino capitaneo servierunt, nomine prefati domini nostri Sabaudie comitis, in sua guerra per dictum capitaneum contra rebelles domini de Maxino facta. Et pro quibus florenorum auri quantitibus supradictis, predictis Bonifacio, Bertello et Jacomino tucius persolvendi dicti castellani de mandato dicti capitanei, se erga predictos stipendiarios principaliter obligaverunt, instrumento publico inde recepto per Petrum Magnini de Chamberiaco juniorem, quare fuerunt dicte florenorum auri quantitates assignate super omnibus preysiiis, victualibus et aliis obvencionibus quibuscumque dicti loci Quarti et eius mandamenti, per dictum capitaneum de annis Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto et millesimo tercentesimo nonagesimo quinto, virtute assignacionum et obligacionum de ipsis primiciis per dominum ut supra dicto capitaneo factarum, item et supra donis dicte castellanie dicto capitaneo similiter assignatis pro remanencia sui ultimi computi, ut per eiusdem domini capitanei litteram supradictam de testimonio omnium premissorum cum assignacione et obligacione supradictis, datam Auguste die decima octava mensis augusti anno predicto millesimo tercentesimo nonagesimo

⁴⁰⁹ Dans la marge gauche : *Dominus Ybletus de Chalant, capitaneus Pedemoncium.*

quarto, quam reddit annexam copie littere domini superius designate, sigillo dicti domini capitanei impendenti sigillatam, et per litteram dicti domini capitanei de confessione et recepta subscripte quantitatis in duabus particulis suprascriptis contentam, manibus dictorum Bonifacii de Valle, Bertellini Gamberini **[LXXII Quart]** de Alexandria et Jacomini de Porta ex comitibus Castri Montis, in exoneracione eorum in quibus dictus dominus capitaneus eisdem nomine domini tenebatur pro suis stipendiis prout supra, cum rogato sine difficultate qualibet allocandi, datam Auguste die decima quarta mensis novembris anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, quam reddit sigillo dicti domini capitanei sigillatam

- MC XXV florenos auri ducatos januenses ad XXI pichonos et I tercium pro quolibet

Libravit domino Ybleto domino Chalandi et Montisjoveti, capitaneo domini ultra montes pro domino, vigore assignacionis et obligacionis sibi ut supra facte recipienti, et qui de ipsis⁴¹⁰ domino computare debet, et quos dictus capitaneus habuisse et realiter recepisse confessus est a Georgio de Montebello, castellano supradicto, in et pro precio unius magni corserii bay per ipsum ab eodem empti pro tanto: - CXVI florenos auri ducatos ad XVI. Item et quos realiter tradidit et libravit eidem capitaneo: - XV florenos auri ducati ad XVI, ut per litteram dicti domini Ybleti de testimonio omnium premissorum ac confessione et recepta, cum assignacione sibi castellano de predictis quantitativibus facta tam super preysiiis, victualibus, obvencionibus quibuscumque quam donis dicti officii duorum annorum predictorum millesimo tercentesimo nonagesimo quarto et nonagesimo quinto, nec non et rogato sine contradictione qualibet allocandi, datam Auguste die vicesima mensis augusti anno predicto Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, quam reddit sigillo dicti capitanei sigillatam - CXXXI ducatos auri ad XVI

Libravit eidem domino capitaneo pro domino sicut supra recipienti et qui de ipsis⁴¹¹ domino computare debet, quos dictus Georgius castellanus pro eodem et de eius mandato solvit et libravit Anthonieto de Solerio, dudum castellano Quarti, de et pro precio unius sui corserii pili bay, per ipsum pro tanto vendicti et tradicti Bertello Gamberini⁴¹² de

⁴¹⁰ Dans la marge gauche: *Capitaneus Pedemoncium*.

⁴¹¹ Dans la marge gauche : *idem*.

⁴¹² Dans la marge gauche : *Exoneracio stipendiorum Bertelli Gamberini*.

Alexandria, stipendiario domini predicto, in exoneracionem eorum que sibi pro suis stipendiis debebantur, ut per litteram dicti domini capitanei de testimonio premissorum confessioneque et recepta et assignacione dicto castellano facta super omnibus preysiiis, victualibus, donis et aliis obvencionibus quibuscumque castellanie supradicte, annorum Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto et nonagesimo quinto, cum rogato sine difficultate qualibet allocandi, datam Auguste die vicesima mensis augusti anno predicto millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, quam reddit sigillo dicti domini capitanei sigillatam

155

- LV florenos auri ducatos et januenses

Libravit eidem domino capitaneo pro domino prout supra recipienti, qui de ipsis⁴¹³ domino computare debebit et quos pro eodem et de eius mandato solvit, tradidit realiter et libravit Johannes Girardi de Chamberiaci commissario domini per litteram dicti domini capitanei de testimonio premissorum cum mandato solvendi et rogato allocandi, datam Augusta die vicesima mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, quam reddit sigillo dicti domini capitanei sigillatam in cuius dorso scripta est confessio dicti Johannis de recepta, data die penultima mensis septembris anno predicto, manibus dicti Johannis Girardi et Johannis Sapientis notarii signata

- L florenos auri parvi ponderis

Libravit eidem domino capitaneo pro domino sicut supra recipienti⁴¹⁴ qui de ipsis domino computare debebit, et quos dictus castellanus pro dicto capitaneo et de eius mandato solvit, tradidit realiter et libravit Bertholeto Scribaudi ut per ipsius domini capitanei litteram de mandato solvendi cum rogato sine condicione qualibet allocandi, habita cum dicta littera ab eodem Bertholeto littera de confessione et recepta, datam Ypporrigie die tercia mensis septembris anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto quam reddit sigillo dicti domini capitanei sigillatam, in cuius dorso scripta est littera confessionis et recepte dicti Bertholeti de subscripta quantitate, data die decima tercia mensis maii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quinto, manu Henrieti Bocan de Turre in Canapicio notarii signatam

- C florenos auri ducatos et januenses

⁴¹³ Dans la marge gauche: *idem*

⁴¹⁴ Dans la marge gauche: *idem*.

Libravit eidem domino capitanei pro domino ut premictitur recipienti qui⁴¹⁵ de ipsis domino computare debebit et quos dictus castellanus pro eodem solvit, tradidit et libravit Johanni Girardi [LXXIII Quarti] ut per litteram dicti domini capitanei de mandato tradendi eidem Johanni Girardi in recompensacione serviciorum suorum, consideratoque quod dictus Johannes in servicio domini tempore guerre contra rebelles de Maximo duos suos equos perdidit, quantitatem infrascriptam de et super omnibus preysiis victualibus, donis et aliis obvencionibus quibuscumque officii supradicti, et habita a dicto Johanne littera de confessione et recepta cum dicta littera domini capitanei de rogato sine difficultate qualibet allocandi, datam Ypporrigie die quarta mensis decembris anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto, quam reddit sigillo dicti domini capitanei sigillatam, in cuius dorso scripta est confessio de recepta dicti Johannis Girardi de subscripta quantitate, data Chamberiaci die vicesima sexta mensis februarii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo sexto, manu dicti Johannis signata

- XL florenos parvi ponderis

Libravit eidem domino Ybleto capitaneo pro domino vigore assignacionis et obligacionis sibi ut supra facte recipienti, et qui⁴¹⁶ de ipsis domino computare debebit ut per ipsius domini capitanei litteram de confessione et recepta manu Bertholeti Scribaudi civis Ypporrigie nomine dicti domini capitanei receptos, cum assignacione de eisdem dicto castellano facta super omnibus preysiis, victualibus, donis et aliis obvencionibus quibuscumque officii supradicti ac rogato sine contradicione qualibet allocandi super ipsis, datam Auguste die decima septima mensis Januarii, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quinto, sigillo dicti domini capitanei sigillatam

- IIII^C florenos ad XVI denarios grossos

Libravit eidem domino Ybleto capitaneo pro domino sicut supra recipiente, qui de ipsis domino computare debebit,⁴¹⁷ et quos ab eodem castellano ipse dominus capitaneus habuisse et recepisse confessus est realiter manu Francisquini de Montegrando de preyssiis et obvencionibus dicte castellanie pro parte expensarum per ipsum factarum eundo de mandato et pro certis arduis domini negociis Parisius, ibidem stando ac

⁴¹⁵ Dans la marge gauche: *Idem*.

⁴¹⁶ Dans la marge gauche: *Idem dominus Ybletus*.

⁴¹⁷ Dans la marge gauche: *Idem*.

exinde reddeundo, ut per litteram dicti domini capitanei de confessione et recepta cum rogato allocandi super dictis preysiiis et obvencionibus, datam in Ponte Vele, die vicesima mensis marcii, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo sexto, quam reddit sigillo dicti domini capitanei sigillatam et manu dicti Francisquini de Monte Grando signatam
- III^{XX} V florenos parvi ponderis

Exoneracio II^M florenorum per dominum donatorum domino Ludovico de Sabaudia:

Allocantur sibi quos dominus ab eodem castellano habuisse et recepisse confessus est, et qui de mandato domini soluti fuerunt domino Ludovico de Sabaudia in exoneracionem duorum millium florenorum auri per dominum dicto domino Ludovico semel graciose donatorum in subsidium eius viagii quod facere proposuerat in Ongariam, ut per litteram domini de confessione et recepta cum mandato sine difficultate qualibet allocandi super preysiis et preciiis victualium dicte castellanie anni Domini millesimi tercentesimi nonagesimi sexti, habita cum dicta littera domini ab eodem Ludovico littera de confessione et recepta, datam Castillione in Dombis, die duodecima mensis aprilis anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo sexto, quam reddit sigillo domini sigillatam, in cuius dorso scripta est confessio de recepta dicti domini Ludovici de subscripta quantitate, data die secunda mensis maii anno predicto manu Johannis Payni signata
- C florenos parvi ponderis

Execuciones:

- 156** Libravit domino Johanni de Graneriis, curato Sancti Leodegarii de Amavilla, gubernatori castri de Amavilla pro domino Amedeo de Chaland, milite, domino dicti loci, manu Juliani de Paparella locumtenentis dicti castellani, tam pro muallia Petri Champer de Graczan in dicto castro Ameville personaliter captivati ad requisicionem dicti castellani Quarti spacio viginti trium dierum, pro homicidio per ipsum et Franciscum Avoyur de Sala prodictorie perpetrato in personam Nycoleti Piteti in eius lecto, et pro roberia per ipsos de eius bonis ibidem facta, remissoque dicto castellano Quarti pro justicia de ipso prout infra ministranda, quam pro certis aliis expensis factis per familiam dicti domini Amedei de Chaland, in **[LXXIII Quarti]** chaciando, perseguendo et custodiendo dictum Petrum, ut per litteram dicti domini Johannis de confessione et recepta, datam die quarta mensis augusti anno Domini millesi-

mo tercentesimo nonagesimo septimo, quam reddit manu Johannis Casei notarii signatam - IIII libras, XII solidos monete Auguste

Libravit Vuillermeto Marquis, manderio Ville Franche, tabernario, pro expensis in eius domo factis per Julianum de Ferruczasco, locumtenentem dicti castellani, et viginti quinque homines ipsum associantes, eundo quesitum dictum Petrum Camper ad dictum castrum Ameville, ipsum aducendo apud Quartum, ut per litteram dicti Vuillermeti Marquis de confessione et recepta, datam die decima septima mensis junii, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo sexto, quam reddit manu Johannis Casei notarii signatam

- XXXVII solidos, VI denarios monete Auguste

Libravit pane dato dicto Petro Camper quaterviginti novem diebus quibus in dicto castro pro predictis extitit carceratus, et postmodum eius demeritis predictis sentencialiter prout infra decapitatus et suspensus, computatis duobus denariis viennensibus escutis pro die, die quolibet pro pane tantum - XIII solidos, X denarios viennenses escutos

Libravit magistro Dominico de Villi⁴¹⁸ Morta, carpentatori, manu Juliani de Paparella locumtenentis dicti castellani pro factura furcarum per ipsum de novo factarum in loco dicto Belrenard pro suspendendo dictum Petrum Camper ad hoc sentencialiter compdemnatum, ut per litteram dicti magistri Dominici de confessione et recepta, datam die decima octava mensis marcii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo septimo, quam reddit manu Johannis Casei notarii signatam

- XXXVIII solidos monete Auguste

Libravit Petro Rigot pro quadam cathena et una cavillia ferri emptis pro suspendendo dictum Petrum, et eius caput desuper furchis ponendo, ut per litteram dicti Petri Rigot de confessione et recepta, datam die vicesima mensis augusti anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo sexto, quam reddit manu Johannis Casei notarii signatam

- X solidos monete Auguste

Libravit Henrico dicto de Bretagny pro suis labore et salario decapitandi dictum Petrum Camper et subsequenter in furchis suspendendi, ut per litteram dicti Henrici de confessione et recepta, datam die undecima mensis augusti, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo sexto, quam reddit manu Johannis Casei notarii signatam

- II florenos parvi ponderis

⁴¹⁸ Lire *Vielly*.

Libravit Andree de Jordano, vicecastellano Bardi, manu Juliani de Paparella, vicecastellani Quarti, pro expensis per dictum Andream factis et sustentis causa prosequendi et prosequi faciendi dictum Franciscum Avoyer de Sala, tam ad partes Vercalesii, Canapicii, marchionatusque Pedemoncium et ipsum custodiendi in dicti castro Bardi, quem postmodum dicto castellano Quarti remisit pro justiciam de eodem ministranda prout infra, inclusis expensis et salariis illorum qui dictum Franciscum in dicto loco Bardi custodierunt, ut per notam instrumenti dicti Andree de confessione et recepta et testimonio premissorum, datam die quinta mensis octobris anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo septimo, quam reddit, manu Henrieti Bocan notarii signatam

- X januenses auri

Libravit Merlino de Ponte Lapideo pro expensis viginti hominum qui cum armis iverunt a castro Quarti ad castrum Bardi quesitum dictum Franciscum Avoyer pro justicia de ipso in dicto loco Quarti ministranda, ut per litteram publicam dicti Merlini de confessione et recepta, datam die decima quinta mensis januarii anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo septimo, quam reddit manu Johannis Casei notarii signatam

- IIII florenos januenses auri

157 Libravit pane dato dicto Francisco triginta novem diebus quibus in dicto castro Quarti pro premissis extitit carceratus, et inde suis demeritis predictis cum una cathena ferri in furchiis sentencialiter condempnatus suspensus, computatis duobus denariis viennensibus per diem pro pane tantum

- VI solidos, VI denarios vienneses escutos

Libravit magistro Dominico de Villi Morta, carpentatori, pro factura quarumdam aliarum furcharum per ipsum pro suspendendo dictum Franciscum factarum loco dicto ultra Olees juxta stratam publicam, ut per litteram dicti magistri Dominici superius reddictam et plenius designatam

- I florenum parvi ponderis

